APPARATUS SUPER CONSTITUTIONIBUS CURIARUM GENERALIUM...

Tomas Mieres, Giovanni Battista Coccini

APPARATVS
SVPER
CONSTITVTIONIBVS
CVRIARVM GENERALIVM
CATHALONIÆ,

PER THOMAM MIERES
IN DECRETIS LICENTIATVM,
& Iurisperitum Gerundensem editi,

PARS PRIMA:

Ab innumeris, quibus antea scatebat, mendis repurgata; & à Magnifico Onophrio Michaele Puigferrer I.V.D. Summarijs adornata. Cum Indice locupletissimo.

Ad Illustrissimum & Excellentissimum Principem Ferdinandum Afan de Ribera & Enriquez, Dominum Domus de Ribera, Alcalanorum Ducem, &c. Principatus Cathaloniæ ac Comitatuum Rossilionis & Ceritaniæ Proregem vigilantissimum.



CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIO.

BARCINONÆ, Typis, & ære Sebastiani à Cormellas, Anno 1621.

Lo Duch de Alburquerque, Lloct. y Capita general.

PER quant, per part de Sebastia de Cormellas Estamper, ciutedà de Barcelona, nos es estat referit; que considerant la penuria hi ha dels dos tomos de Thomas Mieres, sobre les Constitucions del present Principat de Cathalunya, per trobarssen pochs, y aquells ab lletra molt vella, y sens numeros, sumaris, ni index; ha procurat se fassen dits numeros, sumaris, e index: y ab aquells desija imprimir dits dos tomos, y perque no sie frustrat en los molts gastos y treballs que en la impressio se han de fer y sostenir, nos ha supplicat tinguessem a be concedirli licencia prohibitiua, per lo temps ben vist: E nos tenint consideracio al referit, y que dit llibre es molt vtilos a la cosa publica, ho hauem tingut, y tenim a be. Perço ab tenor de la present, de nostra certa sciencia y Real auctoritat, donam y concedim licencia y permis al dit Sebastia de Cormellas, pera que liberament puga imprimir los dits dos tomos de Mieres, en la forma sobredita: Manant y prohibint expressament, a tots y qualseuol Estampers, y altres qualseuol persones en dits Principat y Contats, constituides y constituidores, que durant lo temps de dèu anys del dia de la data infrascrita en auant comptadors, no imprimescā, ni vengan, ni imprimir, ni vendrer facen lo dit llibre, sens orde y licencia del dit Sebastia de Cormellas sots pena de perdrer los llibres auran imprimit, motllos, y aparells de la impressio, y de cinch cēts florins de or de Arago, als Reals cofrēs applicadors, y dels bens dels contrafahents irremissiblement exigidors, sots la qual pena diem, y manam no res menys a tots y qualseuol officials, axi Reals, com de Barons, y majors com menors, que la present nostra licencia tinguen, guarden y obseruen; tenir, guardar y obseruar facen, y contra no vinguen en manera alguna, si la gracia de sa Magestat tenen cara; y en la pena predita desigen no incorrer. Dat en Barcelona a xxvj. de Iuliol, M.DC.XVII.

El Duque de Alburquerque.

Vt. De Çalba, & de Vallesicca Regens.

Vt. Don Christophorus Gallart, & de Traginer Reg. Thesaur.

Miquel Perez.

CENSVRA.

EX commiſsione Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi Domini D. Ludouici Sans Barcinonæ Epiſcopi meritiſſimi & domini mei vidi & diligenter inſpexi præſens primum & ſecundum volumen, ſeu primam & ſecundam partem noſtri practici Thomæ Mieres, cũ ſummarijs magno labore & induſtria Onofrij Michaelis Puigferrer I.V.D. nouiter additis. Quod volumẽ poteſt & debet ſine ſcrupulo typis mandari, cum nil reperiatur ſanctæ Fidei Catholicæ & bonis moribus obuium: imo omnia in eo contenta ſunt digna tanto viro, & ita cenſeo: ex meis domibus 25. Decembris 1619.

Bernardus Sala I.V.D.

Imprimatur

De Çalba &
de Valleſicca Regens.

Imprimatur vt iacet attenta relatione die 5. Decembris 1619.
Matthias Amell Offic. & Vicar. Gener.

ILLVSTRISSIMO
ET
EXCELLENTISSIMO PRINCIPI FERDINANDO AFAN DE RIBERA ET ENRIQVEZ,

DOMINO DOMVS DE RIBERA, BAETICAE Præfecto Maiori, Alcalanorum Duci, Marchioni Tariffæ, Molarium Comiti, in Hispalensi Regno Algutzirio Maiori, Principatus Cathaloniæ ac Comitatuum Rosilionis & Ceritaniæ Proregi vigilantissimo, Capitaneoquè Generali strenuissimo.

ANTIQVIS Græcorum monumentis proditum est, Regem quemdam vni familiarium suorum pulcherrimum quoddam, eximiæquè magnitudinis malum sibi Punicum offerenti dixisse, Beatum se fore, si quot malum illud grana contineret, tot ille Saphiros (& Saphirus quidem princeps vir, & omnium virtutum genere ornatissimus erat) in suo Regno haberet. O vere auream φιλαρετῶ Regis sententiam! Sed quātò ęquiori iure (Illustrissime & Excellentissime Princeps) de te vnicus omnium Hispaniarum, & maximus reliqui orbis Monarcha Philippus Tertius, horum autem Regnorum Secundus, hodie fæliciter imperans, hæc verba proferre posset? Tantæ enim in te relucent virtutes, vt ne minima quidem Principe digna desit. Vt etenim cæteras, interquè eas sapientiam præsertim, nō illam tantùm, quā Græci σοφίαν, sed eam etiam, quam φρόνησιν appellant (inter has namque eloquentię parens Tullius in primo suo Officiorum libro discrimen reperit) vt, inquam, omnes illas taceam, in quo cunctorum Hispanorum Principum magis radiat iustitiæ virtus? Hæc quippe in te iure hæreditario videtur infusa: tanta etenim in tuis progenitoribus extitit, vt potentissimi Hispaniarum Reges, non illis solummodo, verum etiam & illorum successoribus imperpetuum per totam Bæticam, summam administrandæ iustitiæ virgam commiserint. Accedamus ad præclarissi-

clarissimum doctrinæ donum,in qua nullum Principum virorum superiorem, sed ne parem quidem te habere ausim affirmare. Hæc in te abscondita consistere non valens,paulatim per totum orbem suos dispergit radios,prout opera tui perspicacissimi ingenij omnibus manifestè declarant. Eximius tuus erga libros amor latet neminem,qui eousque processit,vt hodie nullus instructissima tua Bibliotheca(quæ inter opulentissimas æuo antiquo celebratas absq. iniuria referri potest)Bibliothecam possideat ampliorem,melioremuè. Hac de causa,cæteris prætermissis,quis nouos, vel emendatiores in lucem editurus libros sub tuum (vt Sanctæ Matris Ecclesiæ verbis vtar)præsidium non confugiat? Ecce prodeunt egregij Thomæ Mieres aurea super Constitutionibus Cathaloniæ (cui tu tanta æquitate præes) Commentaria. Ille quin te,si inter mortales versaretur,horum protectorem & Mecænatem deligeret, haud dubito,& quem æquiori iure,non video: Sed quod illi

Pallida mors,quæ æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumquè turres——————

denegauit,hoc ego(cuius typis & ære cusa sunt) illius vice præstare cupiens, hæc dicta Commentaria à Magnifico I.V.D. Onophrio Michaele Puigferrer Summarijs aucta,&amplissimo Indice locupletata,atque ab innumeris(vt Hieronymiana vtar phrasi)errorum vermibus repurgata,tibi(Illustrissime & Excellentissime Princeps)tamquam meritissimo meo Mecænati dedico: rogans ne æquum sapientissimi Catonis præceptum recipere dedigneris,dicentis:

Exiguum munus cùm dat tibi pauper amicus,
Accipito placidè, semperquè tenere memento.

Deus Optimus Maximus Celsitudinem vestram annis seruet Nestoreis incolumem. Barcinonæ ex nostra, vel vestra potiùs Typographia. die 5. Ianuarij, anno à Natiuitate Domini M.DC.XXI.

Celsitudinis vestræ humillimus cliens
Sebastianus à Cormellas.

PROLOGVS.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, ET EIVS GLORIOSÆ Genitricis Mariæ Virginis, Amen.

Incipit Scriptum, siue Apparatus super Constitutionibus, & siue Capitulis Curiarum generalium Cathaloniæ, editus per Thomam Mieres in Decretis Licentiatum Iurisperitum Gerundæ. Et primò sequitur euidentiale loco Prohæmij, pro lucidiori intellectu ipsius Apparatus, siue Scripti, prout ecce.

SVMMARIVM.

1 *Volumen iurium Principatus Cathaloniæ diuisum ab Auctore in tres partes.*
2 *Tertia pars dicti voluminis respiciens Capitula Constitutiones Curiarum generalium Cathaloniæ in vndecim Collationes diuiditur ab Auctore. & ratio diuisionis traditur per ipsum num. 3.*
4 *Ordo qui erit seruandus secundum Auctorem in alijs Capitulis Curiarum generalium eò tunc celebratarum, & celebrandarum. & ratio dicti ordinis traditur. num. 5.*
6 *Scrutari debet prius, antequam redarguatur, vel condemnetur.*
7 *Inciuile est iudicare de parte legis, ea tota non prospecta.*
8 *Dictis non creditur, nisi quatenus iure, aut ratione fulciantur.*
9 *Nemo Propheta acceptus in patria.*
10 *Naturale est ciues ciuibus inuidere.*
11 *Detractores nihil aliud faciunt, quam in puluerem sufflare; & in eorum oculos terram exitare. ratio traditur. num. 12.*
13 *Opus non dicitur perfectum, cùm aliquid restat ad agendum.*

1 PRO euidentia debes scire, quod † liber, siue volumen iurium Principatus Cathaloniæ continet primò Vsaticos antiquorũ Comitum Barcinonæ. Secundò Constitutiones pacium, & treugarum. Tertiò Capitula, & Constitutiones Curiarum generalium. Et ideo prima libri huius diuisio fiat in tres partes. Secunda, ibi. *In constitutione diuinarum.* Tertia, ibi. *In Curia solemni D Regis Iacobi I.* quæ incipit. *In nomine Domini nostri Iesu Christi. Liqueat vniuersis, &c.* ¶ In prima parte ponuntur Vsatici Barcinon. qui sunt glosati per glosas ordinarias, & antiquas, & p apostillas D. Iacobi de Mõte Iudaico Iurisperiti antiqui Barcinon. & per D. Iacobum de Callicio, & alios Doctores Barcinon. super eis diuersimodè scribentes: & ideo super eis scribere non intẽdo; quia sufficere debent prædicta, quibus dicta mea non possunt, nec debent cõparari. ¶ In secunda parte est quædam Constitutio glosata ab antiquis, & postea super pacibus, & treugis emanauit
2 Directorium dicti D. Iacobi de Callicio; & ita sufficiat ad illud recurrere. ¶ Verùm † quia super tertia parte, quæ continet Curias, siue Capitula, & Constitutiones Curiarum generalium Cathaloniæ, non reperio aliquem Doctorem vel Iurisperitum glosas, vel apostillas, aut aliquem apparatũ fecisse, seu scripsisse. Et quia sunt plures ex dictis Capitulis, & Constitutionibus contrariæ, quędam superfluæ, quædam abrogatæ, quædam quę declaratione egent: ideo pro mei, & sociorum aliquali instructione, & vt maioribus dem causam latius, & melius scribendi, proposui aliqua super eis scribere. Vnde pro meliori allegatione earum diuido ipsas Constitutiones hactenus editas in vndecim
3 Collationes, † prout fuerunt vndecim Reges cum Reginis, qui ipsas Curias successiuis temporibus celebrarunt, videlicet Iacobus Primus, Petrus Secundus, Alphonsus Secundus, Iacobus Secundus,

Prologus.

Alphonsus Tertius, Petrus Tertius, Eleonora, Martinus, Ferdinãdus, Maria; & Alphonsus Quartus
nunc regnans cum ipsa Regina Maria coniuge sua. ¶ Et ideo Curias, Capitula, & Constitutiones
cuiuslibet Regum, & Reginarũ prædictorũ voco, & accipio vnã Collationẽ, scilicet ponẽdo Curias
& Constitutiones Serenis. D. Regis Iacobi Primi Collationem primam, & Regis Petri Secundi
Collationem secundam, & Alphonsi Secundi Collationem tertiam, & Iacobi Secundi Collatio-
nem quartam, & Alphonsi Tertij Collationem quintam, & Petri Tertij Collationem sextam, &
Reginæ Eleonoræ Collationem septimam, & Regis Martini Collationem octauam, & Dñi Regis
Ferdinandi Collationem nonam, & D. Reginæ Mariæ Collationem decimam, & Illustris. D. Al-
phonsi Quarti Regis Aragonum & Siciliæ Collationem dico vndecimam & vltimam, ad præsens
vsque hodie, qua incepi hoc opus, videlicet die 17. Augusti, anno à natiuitate Dñi nostri Iesu Chri-
4 sti MCCCCXXXIX. Et † si quæ à modo fiant Capitula Curiarum generalium, quæ in futurũ ce-
lebrabuntur, poterunt similiter vocari Collationes, superaddendo numerum, vel faciẽdo ibi quar
tam partem libri, aut alium modum allegabilem inueniendo. Ego enim ijs ero contentus; taliter
ordinasse ad præsens: quia memorabilia sunt quæ ordinem obseruant; & magis mihi placet iste or-
5 do, quam ille ordo rubricarum Codicis nouiter inuentus ab alijs: quia † hic non truncantur Con
stitutiones, & ibi oportet infinitos destruere libros, cùm maximo dispendio, quod est vitandum,
extra de rescriptis. cap. dispendia. lib. 6. Igitur primo humiliter inuocata Spiritus almi gratia. In no
mine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. In ciuitate Gerundæ
vnde sum oriundus, Ego Thomas Mieres in Decretis Licentiatus, in Legibusque Bacallaureus Ad
6 uocatorum dictæ Ciuitatis minimus, incepi scribere præsens opus. Cuius lectores deprecor, † vt
priusquam legant, nihil increpent, vel inculpent: sed prius scrutentur, quam redarguant, vel condã-
7 nent. 11. *q. 3 cap. eorum. 29. dist. cap.* 1. quia † inciuile est iudicare de lege, vel eius parte, ea tota non
8 prospecta. *ff. de legib. l. in ciuile. extra de fide instrument. c. accepimus.* dictis verò † meis non credatur,
nisi quatenus iure, aut ratione probentur. 19. *dist. cap. noli. & cap. sana.* non ergo mordens dente li-
uoris detrahat, sed pro anima laborantis in recolligendo ista intercedat, & oret. 6. *quæst.* 1. *cap. dete-
riores. &c.* summè enim appeto alios tales fore intellectores dictorum meorum, qualis sum in scri-
ptis aliorum. 9. *dist. cap. neque.* Scio namque iam habere pro ijs emulos detractores, & inuidos, qui-
bus non resisto, sed tanquam agnus coram tondente, non aperiam os meum, sicut dixit *Ioa. Andr. in*
9 *prohemio 6. lib. Decretal.* Scio enim, † quia nemo Propheta in patria acceptus habetur, vt *extra de iu-*
10 *re iuran. cap. & si Christus.* quia dixit Beda, naturale † est ciues ciuibus inuidere, ad quod 1. *quæst.* 1. *cap.
alij.* Sed non curo; quia & Hieronymus æmulos habuit in translatione Bibliæ. & dixit Augus.
ad secundum Manichæum: Senti de Augustino quidquid libet, &c. 11. *quæst.* 3. *cap. senti. & cap. inter*
11 *verba laudãtiũ. &c.* sed legãt detractores 6. *q.* 1 *c. deteriores.* Sed † quid aliud miseri detrahẽtes faciũt,
12 nisi in puluerem sufflant, & in oculos suos terram excitant? Vnde † vt plus detractionis perflant, in-
de magis nihil veritatis videant, vt ait Gregorius in allegato *cap. inter verba.* Sed (Deo propitio,)
postquam officium iudicaturæ deposuero, si fas fuerit, opus inceptũ, Dei iuuamine, perficere festi-
13 nabo. Quia † non dicitur perfectum opus, cùm aliquid restat ad agendum. *l. fin. C. ad Sillã.* & hodie
restat perficere à Curia Montissoni Regis Petri vltimi. Tandẽ licet propter turbationes, instigan-
te diabolo, & multorum etiam ex socijs inuidia, & malitia persecutus fuerim in tabula contra ve-
ritatem, & contra ius, & iustitiam, teste Altissimo, & propria conscientia, & etiam ex actis appare-
ret, sicque fuerim valde impeditus: attamen aliquatenus opportunitate captata processi ad perfi-
ciendum opus inceptum, quod (Dei iuuamine) taliter qualiter perfeci, illud subijciens correctio-
ni & emendationi multum honorabilis D. Narassi de Sancto Dionysio Legum Doctoris, Canoni-
ci, & Archidiaconi Impuritaneñ. in Ecclesia Gerundeñ. præceptoris mei charissimi, & quorũcun-
que aliorũ Dominorum, & sociorum meorum Doctorum, & in iure peritorum; quos humili-
ter deprecor, vt si quid minus benè dictum repererint, illud meæ imputẽt imbecillitati; si quod ve-
rò bonum, aut vtile inuenerint, Deo gratias agant, & laborem, ac curiositatem meam attendant,
& ipsi occasionem accipiant melius peragendi: vt de talento credito rationem Altissimo reddere
valeamus. Amen.

Explicit Prologus.

IN

IN DEI NOMINE AMEN.

SEQVITVR PRIMA COLLATIO, QVÆ CONTINET

Constitutiones Serenissimi domini Regis Iacobi Primi bonæ memoriæ, quarum prima fuit celebrata Barcino. 11. Kalendas Ianuarij anno Domini 1228. & continet quindecim capitula, secunda fuit dat. Gerundæ 5. Kalendas Martij anno Domini 1240. Sequitur ergo scriptum super dicta Curia Barcinonæ, quod sic incipit.

De Vsuris. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *IVdæi non recipiant pro vsuris, nisi viginti solidos pro centum.*

2 *Leges & constitutiones permittentes vsuras an valeant, remissiue.*

3 *Permissio vsurarum fit, vt maius malum euitetur. & ratio traditur. num. 4.*

5 *Charitas mutuandi quodammodo annihilata est.*

6 *Vsura data Iudæis an possint repeti. & quid si datæ sint Iudæis infidelibus. num. 7. & quid erit, si isti Iudæi efficiantur Christiani. num. 8.*

IN nomine Domini nostri Iesu Christi, liqueat vniuersis quod nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonũ, Comes Barcino. & dominus Montispesulani: recognoscentes veraciter, &c. Hoc primum c. breuiter dicit, & statuit, † quod Iudæi non recipiant pro vsuris nisi 20. solidos, pro centum solidis in anno, & ita secundũ magis, & minus computãdo, hoc dicit. An † valeãt leges, & constitutiones, quæ permittũt vsuras. vide *Ioan. in summa Cõfessa. lib. 2. tit. 6. q. 43. quid de legibus: & Bal. de pace constantiæ super verbo & in cæteris*. Hic ergo habes, quod dominus Rex permittit vsuras exigi; quod est graue peccatũ. Sed dic, quod † est permissio tolerantiæ, vt maius malũ euitetur: sicut lupanaria permittuntur, vt euitentur adulteria, & scandala maiora. quia † propter bonũ publicum expedit multoties, q̃ reperiantur feneratores: quia † charitas mutuãdi quodã modo annihilata est, secundũ, *Bal. qui de hoc latissi. no. in l. 1. C. de summa Tri. ver. iuxta hoc quæro an Imperator fuerit hæreticus, &c.* Sed † nunquid possent repeti vsuræ datæ Iudæis. videtur quod sic. de quo *in cle. de vsuris. c. ex graui, in glo. super verbo onera*. Vbi etiam no. per *Gui. de Montel. & Ioan. de Imo.* quod domini, & eorum officiales impedientes vsuras repeti à Iudæis incurrunt pœnas dictæ Cle. Vnde forsan si repeterentur vsuræ à Iudæis, etiã infra modum hic permissum receptæ; tenerentur iudices facere iustitiam, & non impedire repetitionẽ, alias formidarent pœnas *dictæ cle.* vide ibi latius de materia

7 vsurarum, quæ non debuissent permitti. sed † tamẽ remissius est hoc permitti Iudæis infidelibus, qui nimium sunt inclinati ad exercendum fœnus vsurarum. ad idem, *14. q. 3. c. ab illo exige vsuram.* quia est ibi quædã cõparatiua permissio, secũdũ Lau. & Hu. & recitat ibi *Guido in Rosari.* Itẽ dicit Historia Ecclesiastica super *Exodo c. 24. Item nec fenerabis pecuniam, nec fruges, nec aliquid fratri tuo, sed alieno*. Sed quod dictum est de fratre, præceptum est; quod vero de alieno permissio: sicut & permissio fuit, quod sequitur de libello repudij: vide ibi in dicta Historia & adde quę no.

8 *13. distin. c. nerui.* Et nota. † q̃ istis Iudæis, si efficiãtur Christiani, dominus Rex remittit ipsas vsuras, inquantum possit, *vt in colla. 4. in secunda curia Barcino. domini Reg. Iacobi II c. 9. incipit. Item quod si Iudæus, vel Iudæa, &c.* vide quæ ibi dicã, adde *in ead. colla. c. Iacobus. cum c. sequen.*

De iureiurando. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentis Iudæorum super debitis exigendis non creditur, nisi habeant instrumenta legitima, seu testes idoneos, siue pignus mobile, aut hypothecam; cui incumbant.*

2 *Quid sit testimonium, vnde dicatur; & quæ differentia sit inter testari, contestari, protestari, obtestari, attestari, & detestari. remissiue.*

3 *Testi non iurato non creditur; licet antiquitus clericis non iuratis crederetur.*

4 *Iudæi iurant Christianis, & non illis Christiani. & ratio differentiæ traditur, num. 5.*

6 *Testimonium Christianorum valet contra Iudæos, & Sarracenos; licet priuilegium fuisset concessum in contrarium.*

7 *Testes idonei in casu huius cap. ad minus debent esse duo.*

8 *Testimonio vnius quãuis dignissimi nõ statur in iudicio.*

9 *An casu quo Iudæus habuerit vnum testem idoneum tantum, sibi possit à iudice deferri iuramẽtum suppletorium.*

10 *Tutius est pignori incumbere, quam in personã agere.*

11 *Instrumentum Iudæi præscribitur sex annis.*

12 *Iurans soluere decem, quæ mutuo confitetur recepisse,*

 potest

potest,non obstante iuramento, infra tempus legitimũ opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ:non vero,si iurasset accepisse pecuniam.

13 *De iuramentis rusticorum,& aliorum Christianorum aliqua remissiue.*

1 ITem solemni curia approbante, &c. dicitur hic, quod iuramentis Iudæorum super debitis exigendis nõ creditur; nisi habeãt instrumẽta legitima,vel testes idoneos, vel pignus mobile,aut hy-
2 pothecã, cui incumbant, *hoc dicit.* quid † sit testimonium, & vnde dicatur,& quæ sit differẽtiã inter testari,contestari,protestari, obtestari,attestari,& detestari,vide late per *Gui.in Rosa.3.q.9.c.te-*
3 *stes,super verbo.testimonium*. Nulli ergo testi † creditur sine iuramento,*extra de test. c. tuis.& de iure iurãdo.c.& si Christus.* Antiquitus vero credebatur clericis sine iuramento,hodie vero secus:quia omne malum,dicit canon, processit à sacerdotibus, *vt notã Gui.in Rosa.2.q.4.c.si quis presbyter.super verbo expurget.& super verbo iurare.addè quæ l.& nota in c.transferunt.24.q.1.* Nota ergo hic casum, in quo
4 non creditur iuramento Iudæi;quia † Iudæi iurãt Christianis,Christiani vero illis nequaquam.vt in *vsat.Barcino.c.Iudæi iurent.*vide etiã *vsat.statuerunt equidem.* Et quæ ibi notant.Doct.& est ratio,quia
5 præsumitur cõtra ipsos Iudęos propter † auaritiã, & infidelitatem eorum,qui improbum fænus vsurarum exercere consueuerunt.& non creditur hominem esse fidelem,qui Deo extitit infidelis. *2.q.7.c.si hæreticus.& c.non potest.ad idem extra de test. c. Iudæi.vbi de hoc.*semper enim præsumitur tale cõtractus vsurarius, *vt infr. ead colla.in cõsti.2.c.in prę*
6 *teritis vero negotijs.& in ead c.nihilominus.* Et † valet testimonium Christianorum cõtra Iudæos,& Sarracenos,etiam si priuilegium fuerit concessum in contrarium,*vt in Cle. cum Iudæi. extra de testibus.*
7 In tex. ibi *idoneos*, dic scilicet duos † ad minus,*vt ff.de test.l.vbi numerus.*quia pluralis loquutio,duorum numero est contenta, *vt in c. pluralis. extra de reg.iur.lib.6.* quia in ore duorum, vel trium testiũ stat omne verbum,*extra de test. c.in omni. & de test.*
8 *c.cũ esses.* Vnius † enim testimonio quantumcũq. dignissimo contra alium non statur in iudicijs.*vt extra de testibus.c.veniẽs.in primo,& c.licet.primo.vbi de hoc.& ff.de quæstionibus.l.maritus. & in vsat.si quã*
9 *do.§.vnius vero.*Sed quid † si Iudæus habuerit vnũ testem idoneum, numquid poterit iudex sibi deferre iuramentum in adminiculum probationis iuxta nota. *C. de rebus credi. & iureiurand. l.in bonæ fidei contractibus.& in c.fi.extra.de iureiuran.*Dic quod non,*vt hic,& extra.de testibus.c.licet vniuersis. prædlleg.* quia iuramento Iudæi super ijs non creditur, vt hic dicit.& est hoc speciale in Iudæis, propter eorum vilitatem, & perfidiam.& idẽ forte in alia vili persona,de quo tamen dic *vt l.& nota.in alleg.l.in bonæ fidei.& c.fi.* Item quod si aliquis sub pœna tenetur aliquid probare probando per vnum testẽ,vel semiplene,non euitat pœnã.Item semiplene probans, si aliqua præsumptione elidatur,non est semiplena probatio, de quo vide *per Bal.super Innocen.in c.1.extra de calumn.adde quæ l. & nota extra.de iureiuran.c.fi. & vide ibi per Henricum Boich,& quæ nota.glo.in Spe.in 2.par.tit.de præsump.§.1. & per totum,& per Bar.in l.admonendi.ff. de iureiurando.in repetitione*. Vnde nota hic quod Iudæus non obtinebit in iudicio super debitis exigendis,nisi probet plene per instrumenta,vel
10 testes idoneos, vel incũbat pignori. Vnde † tutius est pignori incumbere,quam in personã agere,*vt insti.de obli. quæ ex delicto nascuntur.§.furti.*& ideo consueuerunt Iudęi dicere in vulgari.*qui ten masçõ no fason don.*& vocatur *masçõ* in Hebreo,*pi-*
11 *gnus* in Latino. Sed instrumẽto † Iudæi præscribitur 6.annis vide *in ead.c.4.* & in remissionibus
12 ibi positis. ¶ Vlterius † nota,quod etiam si iuraui soluere 10. quæ mutuo confiteor recepisse,non obstante iuramento, possum infra tempus debitũ non numeratæ pecuniæ exceptionẽ opponere, *vt C.de nõ nu. pe.l.fi.*Secus si iurassem accepisse pecuniã,nã tũc iuramẽtũ me excludit à beneficio dictę exceptionis.*ar.l.3.in fi.C.si minor se maiorẽ dixerit. & C.si aduer.ven. authẽ. sacramẽtum.secundum Gui.*
13 *de Sud.qui ita nota.in alleg.l.fi.*De † iuramentis rusticorum & aliorum Christianorum vide *in vsat. Iudæi iurent. §.sacramenta rustici. vsq.ad vers.fenos quos.*Item nota quod Sacramentum debet præstari super altare consecratum,vel super sanctũ Euãgelium,& iurans debet adicere suo sciente, excepto in bausia,& proditione, *vt in vsat.Sacramentũ sit omni tempore.&c. adde infra ead. col.in consti. cum inter nostros milites.*

De priuilegio dotis. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia non suffragantur Iudæis super sponsalitijs, vbi mulieres reperiuntur priores tempore.*
2 *Priuilegia Iudæis concessa debent intelligi sine iuris alieni præiudicio.*
3 *Priuilegia cõtinẽtia enorme præiudiciũ debẽt reuocari.*
4 *Priuilegia concessa Iudæis,vel Sarracenis,quod per testes Christianos conuinci non possint,non valent.*

1 ITem statuendo volumus obseruari,quod priuilegia, &c.dicitur † hic: quod priuilegia non suffragantur Iudæis super sponsalitijs,vbi mulieres reperiuntur priores tẽpore,*hoc dicit.* ¶ Et maximã æquitatem continet hoc c. quia cum mulieribus in dotibus, & spõsalitijs multus fauor debeatur, *vt extra de pig.c.ex litteris.& ff.sol.matri.quemad.dos pe.l.1.* & cum lex eis prouiderit de hypothecis, *vt C. de rei vxo. l. vnica.* iniquum erat earum iuribus propter Iudæorum priuilegia derogari: debent enim mulieres præferri, etiam habentibus, hypothecas, dummodo fuerint priores tempore *vt hic dicitur,*de quo latius.*C.qui po.in pig.ha.l. assiduis:*& dicã in *constitutione, hac nostra.curiæ Perpinian.colla.6.*adde notata *per Hen. extra de pignoribus c.ex litteris.prædlleg.vide.c.quãuis.de pactis.li.6.*
2 Et † dicta priuilegia Iudæis concessa debent intelligi sine iure alieni pręiudicio. Iuxta notata *extra de regu. iur.c.decet priuilegiũ.lib.6.* Immo etiã
3 debent tolli,& reuocari † priuilegia, si enorme afferent

afferēt detrimentū, secūdū ea *quæ leguntur, & nota.*
4 *in c. suggestum, extra de decimis.* Sic etiam † non va-
lēt priuilegia Iudæis, & Sarracenis cōcessa, q̄ per
testes Christianos conuinci non possint, *vt extra
de test. c. 1. in Cle.*

De vsuris, & præscriptionibus. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ Iudæorum non debent excedere duplum sortis, quodcumq. tempus effluxerit.*
2 *Charta debiti Iudæorum post sex annos non valet, nisi interim fuerit petitum debitum in curia, vel nisi Iudæus creditor fuerit absens, seu pupillus.*
3 *Petere in curia debitū quomodo intelligatur ex auctore.*
4 *Charta nomine quid contineatur.*
5 *Charta Iudæorum præsumitur vsuraria.*
6 *Vsuræ quare prohibeantur, traditur remissiue.*
7 *Debitum præscriptum non compensatur, nec impedit repetitionem.*

1 NIhilominus † volumus obseruari: quod si Iudæi, &c. dicitur hic, quod vsuræ Iudæorum non
debent excedere duplum sortis; quantocumq. tē
pore extiterit, nisi infra biennium debita exi-
gantur; vel Iudæi de ijs quærelam iudici exposue
rint, & id ab ipso iudice aduersario fuerit inti-
2 matū *hoc dicit.* Et adde, † quod aliqua charta de-
biti Iudæorum non potest habere valorem post
sex annos, nisi interim fuerit petitum in curia,
vel nisi ipse Iudæus creditor fuerit absens, vel pu
pillus. *Vt in consti. domini Regis Iacobi II. prima cu-
riæ Barcin. col. 4. c. 13. incipit. Item quod aliqua char-*
3 *ta Iudæorum, &c.* Et quod dicit † *in curia fuerit
petitum*, forte intelligi per litis consti. *ad hoc ff.
rem. ra. ha. l. amplius. vt dixi in alleg. c. Item quod ali-
qua charta, &c.* vel dic melius, & verius, quod suf-
ficit quærelam, siue petitionem offerri in curia, &
quod fuerit aduersario intimatū. & hoc sit, quod
dicit hic *in curia peti* causa per hanc consti. quæ
determinat illam in ijs, quibus non contrariatur
illi, *arg. ff. de legibus l. non est nouū, cum duab. l. se.* Itē
4 nota † quod & nomine chartæ continetur quod-
libet instrumentum, & cōfessio iudicialis, & scri-
ptura tertij, & quæuis alia, *vt in c. approbantes. curia
Perpinian. col. 6.* Et est ratio præmissorū, quia sem-
5 per talis † charta Iudæorū præsumitur vsuraria. *i. f.
ead. coll. c. in præteritis vero negotijs.* vbi vide de hoc.
6 ¶ Quare † autem vsuræ sint prohibitæ, notat *Bal.
C. de Summa Trinit. l. 1. ver. & quia de vsu. & adde
huc quod no. Matt. de Matassill. in 24. notabili. &*
7 *Ioan. de Imo. in cle. 1. de vsur.* Vltimo no. † quod
debitum præscriptum non potest in compensa-
tione deduci, nec impedit repetitionem: quia li-
cet præscriptione non tollatur naturalis obliga-
tio; tamen tollitur omnis eius effectus, de quo vi-
de latius per *Angel. ff. de neg. gest. l. at qui natura*, ad-
de quæ scripsi *super vsu. hoc quod iuris est sanctorum.*

De Iudæis. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Iudæis non sunt concedenda publica officia.*
2 *Iudæi non possunt tenere locum Vicarij, nec Baiuli, nec Assessores esse.*
3 *Venditis regalis iuribus Iudæis, præficiendus & destinandus est Christianus non suspectus, qui illa colligat. Et ratio traditur, num. 4.*
5 *Iudæi sunt serui, & vsurarij.*
6 *Vsurarius non potest habere officium practicum, nec iurisdictionem.*

ITem irrefragabili, &c, Statuitur hic quod Iudæi
nō præsumant exercere officia publica, scilicet
iudicis, iustitiarij, vel executoris. *hoc dicit.* habe-
1 tur enim *in canone 54. dist. cap. nulla*, q̄ † officia pu-
blica Iudæis non sunt concedenda, & est ratio,
vt infra dicetur, & id ni habes in decretis 17.
2 *quæst. 4. cap. constituit.* † Nec etiam possunt tenere
locū Vicarij, nec Baiuli, nec esse Assessores: *vt in-
fra in curia Mōtissoni domini Regis Alfonsi II. colla. 3.
cap. 24. incipit. Item ordinamus, & statuimus quod ali-
quis Iudæus, &c.* ¶ Et idem erat de iure communi,
vt extra de Iudæis, cap. cum sit nimis. Vbi præponē-
tes Iudæum vel Paganum publicis officijs pu-
3 niuntur, & *eod. tit. cap. ex speciali.* vbi † adijcitur
quod si regalia iura Iudæis vendantur, habet præ-
fici Christianus, qui illa colligat non suspectus.
4 Et † ratio ne Iudæis tribuatur occasio pœnā Chri
stianis inferre. *vt 54. dist. c. nulla officia.* Item potest
5 esse etiam alia ratio, † quia Iudæi serui sunt, *vt in
c. ll. 2. c. 53. Itē quod de Iudæis*, &c. vide quæ ibi dixi.
6 Itē quia sunt vsurarij, *vt supra c. 1.* & † vsurarius
nō potest tenere officium practicum, nec iurisdi-
ctionem, *vt in tertia curia Barcino. Regis Iacobi II.
colla. 4. c. 12. Item ordinamus quod aliquis vsurarius,
&c. vide quæ ibi no.*

De eodem. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi non teneant in domibus suis Christianos, siue vt seruos, siue alias.*
2 *Iudæi possunt habere allodia perpetua.*
3 *Iudæi non possunt in domibus suis habere Christianos pro nutricibus puerorum, aut seruientibus.*
4 *Iudæi debent portare publice signum, & habitum distinctum ab alijs.*
5 *Quid de seruis Iudæorū, qui velint baptizari, remissiue.*

ITem inuiolabili constitutione præcipimus, &c. Iu-
1 dæi † non possunt, nec debent in domibus suis
tenere Christianos *hoc dicit.* ¶ Et intellige hoc ve-
rum, siue de seruis, siue de alijs, quia seruos Chri-
stianos emere nō possunt, nec in seruos habere, li-
cet possint Christianos habere in scriptitios. *vt
extra de Iudæis c. multorum.* & ita possunt ipsi Iu-
2 dæi † habere, & possidere allodia propria: quia
non sunt vere omnino serui, vt scripsi *in colla. pro-
xi. c. 33. adde in colla. 4. in 3. curia Barcino. c. nouerint
vniuersi. adde in colla. proxi. c. 33. Item statuimus quod
Sarraceni.* Sed etiam nullos Christianos possunt
assidue habere vt hic, quod est verū &c. pro quo
3 cūq. prætio *vt extra eod. tit. c. ad hoc.* nec † etiā pro
nutricibus puerorum, aut seruiētibus. *vt extra eod.
tit. c. & si Iudæos.* ergo debēt stare separatim. Vnde
Apostolus: Quæ autem conuentio Christi ad Be-
lial, aut quæ pars fidelis cū infideli? &c. 2. *ad Co-
4 rint. 6. c.* ¶ Item Iudæi † portare debent signū, &
habi-

habitum publice distinctum, & cognitum; vt ab alijs populis distinguatur, *vt extra eod. tit. c. in nõnullis. & in quadã pragmatica domini Reg. Ferdinãdi.* Iudæorum enim conuersatio Christianis periculosa est. *concor.* de Sarracenis, vt portent capillos in rotundũ, vt inter Christianos cognoscãtur, *infra in curia Ilerdæ c. 13.* Sed dominus Rex Alfonsus nunc regnans per suã pragmaticã, quo ad declarationem signi, & quædam alia, reuocauit dictam pragmaticam dicti domini Regis Ferdinan-
5 di patris sui forte recepta pecunia. ¶ Quid † de alijs seruis Iudæorum, qui velint baptizari. vide *infra colla. 2. c. 33. incipit. Itẽ statuimus quod Sarraceni, &c.* & ibi dixi latè, adde quę dixi in curia Perpiniani. *c. ad euitandum occasionem. in glo. scilicet inter &c. & c. ordinamus quod nullus.*

De Vicario. Cap. VII.

S V M M A R I V M.

1 *Quis de eadem Vicaria non potest esse Vicarius in eadem, vnde fuerit oriundus, vel domiciliatus.*

ITem generali curia, &c. Hoc capitulum fuit temporale, & hodie nõ tenet: Cauebatur hic quod Vicarius poneretur de eodem Episcopatu. Sed
1 hodie † aliquis de eadẽ Vicaria nõ potest assumi in Vicariũ ipsius Vicariæ, vnde fuerit oriundus, vel domiciliatus, *vt in curia Mõtisalbi Regis Alfonsi III. colla. 5. cap. 13. incipit. Item statuimus, vt omnis suspitionis, &c.* vide ibi, adde quæ dicam *in colla. 4. curiæ 3. Barcino. cap. 7. Item ordinamus de consilio, &c.*

De iuramento Vicarij. Cap. VIII.

S V M M A R I V M.

1 *Iurare tenentur Vicarij in principio sui officij obseruantiam formæ pacis, & treugæ.*

ITem statutum huiusmodi obseruãtia inuiolabili, &c. Statuitur hic quod Vicarij in principio sui re
1 giminis † iurent coram Episcopo, & omni populo Ciuitatis, vel villæ, vbi præficietur, obseruare formam pacis, & treugæ. Cuius iuramenti forma per dominũ Regẽ Petrum II. in sequenti colla. 2. inseritur. Et hoc Gerundæ bene seruatur, scilicet quod iuramentum præstatur huiusmodi in posse Vicarij Episcopi: sed forte non bene per omnia ipsum iuramentũ seruatur per Vicarios; & male pro animabus eorum. Vix enim est quod aliquis Vicarius, aut Baiulus seruet per omnia iuramentum, quod præstat ratione officij.

De Caualcata. Cap. IX.

S V M M A R I V M.

1 *Vicarius facere non potest caualcatam super honores, vel homines Ecclesiarum, & Religiosorum, vel super castrum, vel honorem de feudo Ecclesiæ, vel militis, nisi prius inuenta fuerit fatica de directo prætextu illius, qui violauerit pacem.*

ITem quod nullus Vicarius caualcatam facere, &c. dicitur hic, quod Vicarius non faciat caualca-
1 tam † super honores, vel homines Ecclesiarum, & Religiosorum, vel super castrum, vel honorem de feudo Ecclesiæ, vel militis, nisi prius inuenta fuerit fatica de directo ratione illius, qui pacem dicitur violasse, *hoc dicit Cõcor. in colla. 2. in curia Regis Petri II. Barcino. edita c. Item cum in constit. §. Si vero homines monasteriorum.* Sed licet non reperiantur reuocatæ; tamen videmus, quod non seruãtur. vide, quæ scripsi in ipso §. *Si vero.* Non tamẽ prohibetur hic caualcata, quæ fit cum exercitu *vide Guiler. Præpositi in suo tracta. pacis & treugæ in 10. c.* ratione soni emissi, & pro executione processus pacis, & treugæ. Imo regaliæ semper intelligũtur exceptæ per regulã *in generali concessione de regul. iur. lib. 6.*

Vt non ponatur Subuicarij, vbi non fuit antiquitus consuetum. Cap. X.

S V M M A R I V M.

1 *Vicarius non potest ponere Subuicarium, nisi id ab antiquo facere cõsueuerit, qui vt Vicarius iurat; debet etiam iurare eius Subuicarius.*

ITem dignum est, &c. duo dicit. Primo, quod Vica
1 rius † non ponat Subuicarium per parochias, & villas suæ Vicariæ, nisi vbi ab antiquo habere forsitan consueuit. Secundo dicit, quod Subuicarius, vbi fuerit posit', debet similiter iurare, sicut Vicarius, *hoc dicit.* Et seruatur, nisi quia hodie Subuicarij ponuntur per dominũ Regem, & non per ipsum Vicarium, *concor. constitutio dominæ Reginæ Mariæ,* per quam prohibentur poni officiales, nisi prout fiebat tẽpore Regis Petri III. *vide infra colla. 9. in curia dominæ Mariæ cap. 30. incipit. Cõtra constitutiones, &c.* vide, quę ibi scripsi latius.

De Seruientibus Vicariorum. Cap. XI.

S V M M A R I V M.

1 *Vicarius non debet habere seruientes latrones, seu culpabiles, vel infamatos, nec illos mittere per Vicariã.*
2 *Sagiones in curijs debent poni boni, idonei, & pauci, vt sufficiant ad officium.*
3 *Inquisitores tabulæ possunt temperare numerum sagionum, & delinquentes punire.*
4 *An dominus teneatur de delicto familiæ.*
5 *An teneatur dominus de damno dato per familiam.*
6 *Sagiones, vel seruiẽtes Vicarij in testes ministrati in iudicio tabulæ non possunt repelli per Vicarium.*
7 *Famulus domini Regis qualiter probetur.*

ITem iubemus firmiter, &c. præcipitur hic, quod
1 Vicarius † nõ teneat seruiẽtes latrones, vel homines culpabiles, siue infamatos; nec eos mittat per Vicariã. *hoc dicit* rationalis est, sed male seruatur; quia videmus diffamatos homines fieri sagiones Vicariorum, & quod peius est, familiares suos tenent multotiens ipsi Vicarij homines sceleratos, & infamatos, quorũ culpæ debent Vicario imputari, maxime cum faciant contra istã co-
2 stitutionem: debent enim sagiones † poni in curijs boni, & idonei, & quod sint pauci, dummodo sufficiant ad officium, *vt in curia Regis Alfonsi edita in Montissono col. 3. c. 4. & in tertia curia Barcin. Re-*
3 *gis Iaco. 2. c. 14.* Vbi additur † quod Inquisitores tabulæ possunt temperare numerũ, & punire de-
4 linquentes. *vide ibi.* Sed † an & quando dominus teneatur de delicto familię. *vide per Ant. de Butr. in c. cum ad sedem. de resti. spo. per glo. ibi.* Dic per *Bar. ff. de rui. & naufr. l. nequis. & ff. de publicanis. l. prima. §. fam.*

5 §.*familiæ*. Et quid † de damno dato per familiã in re cõducta, *vide in l.videamus.ff.locati*, quia mala electio est in culpa. *super quo vide & adde quæ scripsi in colla. 5. curia Montisalbi. cap. 18. Item sta. & er. quod Subbaiuli & vide, & c.nil.debet.ff.nau. caupo. sta. & in Spec.tit.de iniurijs.ver.in summa.nota. & adde quæ l. & nota. in l. obseruare. ff. de offic. proconsul. & legati.*

6 ¶ Et si tales † contra ipsum Vicariũ in iudicio tabulæ, aut alias forsitan deposuerint testimoniũ, vel ipsum voluerint accusare, non poterunt per Vicarium repelli, *argum. extra de accusa. cap.nulli Episcoporum.* dic vt ibi nota. *Vide etiã infra in iura.*
7 *Vicarij. §.fures ve.* Et qualiter † probetur quem esse famulum alicuius Regis, eo ipso quod sunt associati alijs, & seruiunt, vt alij famuli; licet de hoc nulla interuenerit scriptura. *secũdũ Bar. in l.1. §.familia.ff.de publica.* alleg. pro casu. *l.fin.in prin. C.de Præpos.sacri cubiculi.lib.12.*

De officio Vicarij. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij non debent vendere iustitiam, nec aliquid pro ea recipere, licet hodie hoc male seruetur.*
2 *Sententia venalis nulla est.*
3 *Quando dicatur vendi iustitia.*
4 *Officialis extorquens pecuniam in qua incidat.*
5 *Concutere quid sit.*
6 *Officialis recipiens pecuniam facit litem suam, & tenetur parti de damno, & interesse.*
7 *Officiali illicite recipienti imputatur furtum, & amittit officium. fallit vt hic.*

1 ITem *nihilominus præcipimus, &c.* dicit † quod Vicarij iustitiam non vendant, nec aliquid recipiant, vnde iustitiam non faciant. ¶ Iusta, & sancta est hæc constitutio, sed *proh dolor*, male seruata: quia hodie totus mundus venalis est, vnde Poeta, est & venalis curia Papæ, quia curia Romana non vult ouem sine lana, & cito violatur auro iustitia, nullamq. reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat *vt 11. quæst.3. cap.qui recte. ad idem cap. pauper. ead. q.* Et in Alexandro cum semel obtinuit vitiorum mater in aula pestis auaritiæ, quæ sola incarcerat omnes virtutum species, scripto moderamine iuris curritur in facinus, nec leges curia curat, sed totum quod habent homines in pecuniam conuertibile est *1.q.1.cap. totum. & C. de constitu. pe. l. generaliter*. Nam & Iudas Scariot Christum vendidit pro argento. & auaro totus mũdus est obolus. 14. *quæst.4.cap.quid dicam.* ¶ Et tamen qui iuste iudicat, & pretium remunerationis spectat, fraudem in Deo perpetrat, cito violatur auro iustitia &c.
2 11.*quæst.3.cap.qui recte. & cap. pauper.* ¶ Et † sententia venalis nulla est 2.*quæst.6.cap.venales.* ¶ Et
3 tunc † dicitur vendi iustitia, cum illicite pecunia extorquetur pro iustitia exibenda; quia si iustum salarium exigatur; non dicetur vendi iustitia; quia dignus est mercede, & qui altari seruit, viuere debet de altari *extra de præben.cap. cum secundum.* & nullus cogitur proprijs stipendijs
4 militare, 11.*quæst.2. cap. precario cum si*, sed † pro extorquenda pecunia non debet iustitia differri, alioquin crimine concussionis tenebitur officialis extorquens. *vt ff. de concu. l. 1. & nota. per glos. 23. quæst. 1. cap. Nam si Christiana. & cap.*
5 *militare.* ¶ Est † enim cõcutere aliquid vltra debitum petere ratione officij. ¶ Item ille concutit, qui per oppresiones, & minas, aut alias illicite pecuniam exigit, *vt nota.glo.in alleg. c.nã si Christiana*: & de pœna concussionis *vide 2.q.vlti.c.statuimus. & in l.1. & 2.ff.de concussionibus.* tenetur etiã l. Iulia repetundarum. ¶ Sed *proh dolor*, multos in ijs iugiter videmus delinquere, & neminem pu
6 nire. ¶ Sed & ille † qui recipit pecuniam, vt non faciat iustitiam, facit litem suam, & tenetur parti de omnium damno & interesse, *iuxta ea, quæ le. & nota.in l.si filiusfa. ff.de iudicijs. & l.fin.ff.de va. & extra.cri.* Nam iudex, qui negligit, & qui denegat, aut nimium procrastinat facere iustitiam, facit litem suam. *vt C.de pac. l. si quis in conscribendo.* iurãt enim hodie officiales in Cathalonia se facere iustitiam cuicumq. & in omnibus negotijs: *vt in curia Montissoni. collat. 3. c. 3. incipit. Item ordinamus & statuimus quod officialis quando intrabit. &c.* ¶ Et
7 si † quid officialis illicite receperit, debet sibi imputari ad furtum, & amittit officium incontinẽti, nisi fuerit de cibo, & de eo parum, forte quod paucis possit consumi diebus. *vide in ea. colla. 3. c.2.de quo extra.de rescrip.c.statutum. §.assessorem.li. 6.adde quæ dicam in prealleg.c.2. & infra eo.ista colla. in firma iuris Vicarij. §.6.iurat Vicarius.*

De quæstionibus. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij non debent incipere à tortura sine Iudicis cognitione, vel principis præcepto. fallit vt hic.*
2 *Condemnari defensione non data quis non potest per Regem, Reginam, nec Primogenitũ, vel alios quoscũq.*
3 *Littera emanata contra formam hic traditã non tenet.*
4 *A quæstionibus non est inchoandum.*
5 *Milites, & homines de paratico non torquentur ex priuilegio.*
6 *Tarquinius Septimus Rex Romanorum tormentorũ genera excogitauit.*
7 *Impubes non torquetur; sed ferula percutitur, vt dicat veritatem.*
8 *Suspitione sola quis potest poni ad torturam.*
9 *An quis possit se voluntarie subijcere quæstionibus ad euitandam suspitionem, remissiue.*
10 *Mulier pregnans non est torquenda. nec post quadraginta dies post partum. num. 11.*

DEniq. *inuiolabili constitutione, &c.* Vicarij non debent incipere à quæstionibus, vel tormen-
1 tis sine † cognitione iudicis, vel Præcepto principis. *hoc dicit.* ¶ Quod dixit *vel præcepto principis* hodie non tenet: quia per alias constitutiones fuit postea statutũ, quod nullus condemnetur ad mortẽ, vel aliam pœnam corporalem, nec subijciatur quæstionibus & tormentis, nisi prius habita legitima causæ cognitione, & concessa defensione legitima. &c. tam in dando ad manuleutam, quam

quã in absoluẽdo. *vt in colla.4. infr. in curia secũda Barcin. Regis Iac. II. c. 27. quod incipit. Item quod aliquis homo non condemnetur, &c. & in curia Regis Alfonsi III. edita in Montealbo colla. 5. cap. 26. & incipit. Item quod nullus condemnetur ad mortem; &c.*

2 ¶ Ibi † additur, quod nec per Regem, nec per Reginam, vel Primogenitũ, vel alios quoscuq. aliquis condemnetur ad mortem, vel membri mutilationem, nec subijciatur tormentis, defensione

3 debita non concessa. ¶ Nec contra † formã prædictam valeat littera emanare: ergo ibi corrigitur quod hic dixit de præcepto Principis; quidam tamen dixerunt, quod si dominus causa recognoscendi vidit processum, ac defensiones delati, mãdat delatum torqueri, quod hoc casu tenet hæc constitutio; & sit casus singularis, vt vitetur correctio iurium iniusta. *decre. cum expediat. de elec. lib. 6.* Sed tamen prohibitum est in medio litis fieri sacras iussiones, sed debet iudicari, secundũ leges, vide *colla. 6.* ¶ Et ipsa constitutio Regis Alfonsi fuit confirmata in curia Perpiniani. *cap. confirmantes capitulũ in curia Montisalbi. &c.* ¶ *Item &c.* confirmatur cum vsatico *alium namq. & cum alleg. cap. Item aliquis homo &c.* in curia Ceruariæ. *c. imprimis si quidem &c.* vbi vult prædicta seruari actu in contrarium facto non obstante. adde quæ dicam in præalleg. *ca. imprimis.* ¶ Et quæ notat, *Iac. de Calicio in sua Margarita fisci. tit. de pœna tormentorum, vers. & ita est &c. de iur. commu. vsq. in fi.*

4 ¶ Nota ergo quod † à quæstionibus non est incipiendum vt hic *& extra. de regiur. c. cum in contẽplatione. vide ibi Henricum Boich latius.* ¶ Et notatur *per Thom. de Piperatis in suo tractatu de quæstionibus.* ¶ *Et per Alber. de Cremona in tractatu maleficiorum.* ¶ *Et Guil. de Cugno &c.* scripsit libellũ, siue summu

5 lam de quæstionib. & tormentis. Milites † tamen, & homines de paratico sunt priuilegiati, vt torqueri nõ possint; & de hoc est capitulũ curiæ ge

6 neralis. Et scias quod † Tarquinus VII. Rex Romanorum superbus, qui causa Tarquini iunioris filij sui, quæ Lucretiam corruperat, à Regno est expulsus; hic genera tormentorum excogitauit & vincula, compedes, carceres, & cathenas. vt habetur in historia super Susanna in libro Danielis, cap. In diebus Cyri. Et historiam dictæ Lucretiæ habes in decretis. 32. *quæst. 5. cap. ita ne. ver. certe Lucretiam matronam*, vide ibi. Et

7 nota † quod impubes non debet poni ad torturam; sed ferula percutitur, vt dicat veritatem,

8 *ff. ad silla. l. impubes.* Item nota, quod † sola suspicione quis potest poni ad torturam. *ff. de condict.*

9 *ob causam. l. principaliter.* ¶ Sed † an quis possit volũtarie se tradere torturæ ad euitãdũ suspitionẽ, *vide quod notat ff. de condi. ob causam Bar.* ¶ Itẽ nota,

10 ꝙ † prægnans mulier nõ est torquenda, quia eius corpus tangi non debet. *ff. de stat. ho. l. Imperator. Guil. all. l. 1. §. sufficiendo. ff. de ven. insp. l. s. q. Bal.* qui etiam putat confessionem talium nõ valere, quia illegitima est tortura, *vt l. maritus, ff. de quæstio.*

11 ¶ † Nec debet torqueri infra 40. dies post partum, quia non est fortis. sic intelligitur *Glo. in l. prægnantis. ff. de pœnis.*

Ne pro Vicaria pecunia accipiatur. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pretium nec mutuum accipi potest pro creatione Vicarij, nec aliorum officialium triennalium.*

2 *Assignatio debiti fieri non valet super exitibus, & prouentibus officij.*

3 *Officia concedi non possunt ijs, qui pro se supplicant.*

4 *Officia triennalia non possunt vendi, nec concedi pro pecunia, licet talis venditio non fuisset quid simoniacum, quamuis esset turpis quæstus. num. 5. & huius dicti ratio traditur ab auctore. num. 6.*

1 ITem statuimus, & concedimus, &c. pro † instituẽdo Vicarium non debet pretium accipi, nec mutuum. & idem est hodie in alijs officialibus triennalibus statutum; sed vtinam seruaretur. Hic ergo dominus Rex cõcessit simpliciter de Vicario se non recepturum pecuniam, nec mutuum: Postea in Curia Gerundę. *Col. 4. c. 18. Item ad sup-*

2 *plicationem, &c.* fuit statutum, quod non † possit fieri assignatio debiti super exitibus, & prouen

3 tibus officij. Nec possunt officia † concedi pro se supplicantibus *vt in constitu. Perpinian. coll. 6. c. 1.*

4 *dic tamen vt ibi.* ¶ Et † generaliter hodie officia triennalia non debẽt vendi, nec possũt cõmitti, nec concedi pro pecunijs, sub pœnis contentis in constitutio. Serenissimæ dñæ Reginæ Mariæ *col. 9. c. Cõ segons constitucion es. vide ibi latissime.* Concordat ijs *cõstitutio Regis Alfonsi II. edita in Curia Montissoni. col. 8. ca. 1. & in Curia Regis Petri Tertij, edita in Montissone. col. 6. cap. cum iurisdictionis. &*

5 *idem extra. ne prælati vices suas. in Rubro & nigro.* Tamẽ quidẽ † emere officia tẽporalia pro pecunia non est symoniaticum; licet alias sit turpe lucrũ, & turpis quæstus. de quo vide, quæ latius notat *Gui. in Rosario. 1. quæst. 3. c. salutiorum, & per Hen. in tit. ne prælati vices suas. cap. fin.* Et est illa potissima

6 ratio † huius prohibitionis; ne postquam officium emerint, iustitiam vendant, quod est prohibitum, vt supra *ead. cap. 13. Item nihilominus præcipimus, &c. & extra ne prælati vices suas. cap. penult. vbi de hoc, & vide in colla. 4. cap. Itẽ quod Vicarij, & Baiuli, &c. & in authẽ. vt iudices sine quoquo suffragio fiant, coll. 2. cum duabus sequent. rubricis.*

De Albergijs. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij prohibentur recipere albergas in mansis Ecclesiarum, vel locorum religiosorum, nec accipere ibi aliquid, nec fortiare in eisdem.*

2 *Officiales onerare nequeunt subditos in hospitijs.*

3 *Officiales licet visitent prouinciam ad purgandam eam malis hominibus, hospitari non debent gratis, sed mercede data. Fallit in Principe, num. 4.*

ITem statuimus quod Vicarij non albergent, &c. Hic prohibẽtur Vicarij recipere albergas in mansis Ecclesiarum, vel locorum religiosorũ, nec ac-

1 cipiant ibi aliquid, nec fortiant in eisdem: † & idem cauebatur in cõstitutione pacis, & treugę, quę incipit. *Notum sit cunctis. §. præterea statuimus, quod*

quod nullus in mansis nostris, vel Ecclesiarum,&c. vide ibi,*& in forma. ur. vicariorum.* §.*quarto iurat.* 1.*col. proxi.de hoc,&c. homines.extra de immuni,&c. cap.* 1.
2 *& C.de Episcopis,& cle.l.* 1.*in fi.*Et sic nota † quod officiales non debent subditis esse onerosi in hospitijs, *vt ff.de offi.Proconsul.& le.l. obseruare.in prin.*
3 ¶ Et † licet visitent Prouinciam ad purgandum eam malis hominibus, non tamen debent gratis hospitari, sed mercede data: nec debent hospitari in domibus priuatorum, vbi sint hospitia publica.
4 Soli † enim Principi licet gratis hospitari, non tamen recipit nisi tertiam partem dominus, *secũdũ Bal.in dicta l.obseruare.*Adde quæ dicta *infra sunt colla.* 10.*cap.als posaders del senyor Rey. add. infra ead. colla.in Curia* 2.*Barcino.c.statuimus inquam.*

¶ Explicit prima constitutio dicti domini Regis Iacobi Primi. Deo gratias.

SEQVITVR SECVNDA Constitutio domini Iacobi Primi Regis Aragogonum, Maioricarũ, Valẽtię, Comitis Barcinonę, & Vrgelli, & domini Mõtispelleri. quæ continet nouem Capitula, & fuit data Gerũdæ die quinto kalendas Martij anno domini 1240. Et incipit vt ecce.

De Vsuris. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Vsura Iudaeorum in mense, & pro qualibet libra denariorum excedere non debent summam denariorum quatuor, quod procedit in omni debito, tam chirographario pignoratitio, quam alio. num.* 2.
3 *Fructus pignorum computantur in sortem pro rata debiti, & si sortem illi excedant, compensato debito superfluum restituitur, cancellata debiti cautione.*
4 *Vsura Iudaeorum an repetantur.*
5 *Constitutiones sunt intelligendae quominus obuient iuri, & ne statuentes incidant in pœnam.*
6 *Vsura vsurarum non possunt exigi per Iudaeos, pro cuius obseruantia iurare debent quolibet anno in posse Vicarij, vel alterius ad hoc designati.*

IAcobus Dei gratia Rex,&c.* in hoc primo c. dominus Rex intendens cõmoditatibus subiectorum, & volens super vsuris Iudæorum prouidere, sta-
1 tuit quod in omnibus † contractibus Iudæorum, tam præteritis, quam futuris, non amplius recipiatur per vsura, quam quatuor denarij in mense per qualibet libra denariorũ, nec vltra istum modum recipiatur, secundum quem modum sors in
2 anno augetur in sexta parte. Et † prædicta debẽt obseruari in omni debito cuiuscumq. fuerit quãtitatis, & ad quodcumq. tempus, etiam cũ chirographo, vel sine. & cũ pignoribus, vel sine. *hoc*
3 *primo.* ¶ Secũdo † dicit, quod fructus pignorum debent computari in sortẽ pro rata debiti: itaq. si sortem excedant, compensato debito, superfluũ reddere compellentur, cautione debiti similiter restituta, vel cancellata. *hoc dicit.* ¶ Et adde quod dicitur *supra ead.col.const.prima Curia Barcino.c. in nomine domini.& c.nihilominus.* ad hæc faciunt, quæ le.& nota. *extra de pigno.c.illo vos. & c. cum constet, & de empt. & ven.c.ad nostram. & extra de vsuris. per totũ. Et in colla.*4. *curia prima Barcino. cap.* 11. *Item quod aliquis Iudaeus.&c. vide, quae ibi dicam la-*
4 *tius,& in concor. ibi positis.* ¶ Sed † quæro, an si per Christianos repetantur vsuræ à Iudæis iuxta modum huiusmodi constitutionis recipientibus, fiet ne iustitia: videtur, ꝙ non: quia licite receperint auctoritate *legis* 23. *quaest.* 4. *c. qui peccat. Ioan. de Ymo.cum.glo.& moderni Do.* videtur tenere contra *per c. quamquam.de vsuris lib.*6. *& extra de treu. &*
5 *pace,* quia non debent huiusmodi † cõstitutiones, & statuta intelligi taliter, quod obuient iuri, & statuentes incidant in pœnam. *Cle.* 1.*de vsur. vide ibi late super glo.in verbo facere.& adde quae dixi i f. ead.colla.in curia Barcino.c.*1.*in fine.* ¶ *Statuimus,&c.*
6 *vt nullus Iudaeus,&c.* Statuitur hic, quod † vsuræ vsurarum per Iudæos nullatenus exigantur. de quo obseruando debent ipsi Iudæi quolibet anno præstare iuramentum in posse Vicarij, vel illius, qui ad hoc statutus fuerit. ¶ Secũdo dicitur, quod quilibet Tabellio debet penes se habere nomina illorum Iudæorum, qui ipsum iuramentũ taliter prẽstiterint; alias prohibẽtur recipere instrumẽta Iudæorum, nisi illorum dumtaxat, quos taliter in veritate compererit se iurasse, *hoc dicit.* ¶ Hic ergo admittitur iuramentum Iudæorum, secus in casu *supra in constitu.curiae praecedentis,cap.*2.*incipit. Item solẽni, &c. vide quae ibi dixi. Item adde in coll.* 4.*curiae Ilerdẽ.cap.*7. *Item ordinamus, & statuimus praesenti curia approbante.* vbi additur alia forma iuramenti, quod etiam Iudæi habent quolibet anno præstare. Et hoc c. vidi obseruari olim, sed video ꝙ hodie male seruatur; sed tabelliones nõ seruãtes prædicta deberent puniri. *Adde infra. ead. colla.*5. *Item statuimus,&c.* attamen tota huiusmodi curia, & eius constitutiones, siue capitula sunt confirmata *in colla.*4.*in* 2.*curia Barcino. Reg. Iacobi II.c. Item quod statutum, & ordinationes quas,&c.* ¶ Saluo quod habetur in curia Ilerdẽ. *ca.* 7. *praeall.* vide quæ ibi dicam.

De Testibus. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Testes duo in contractibus Iudaeorum adhiberi debent, qui cognoscant contrahentes, & sciant facti veritatẽ. licet de facto hoc non seruetur per Notarios.*

A*Ddimus etiam quod in singulis,&c.* Statuitur
1 hic, quod † in prædictis contractibus Iudæorum, & instrumentis inde fiendis, debẽt ad minus adhiberi duo testes, qui personas contrahentium, & facti veritatem cognoscant, *hoc dicit.* ¶ Sed ista constitutio licet sit salubris; videmus tamẽ quod de facto notarij apponunt in instrumentis Iudæorum, sicut & aliorum, quandoq. testes ignotos, & qui ignorant, quæ geruntur; & minus agnoscunt contrahentem. ¶ Et deberent cauere, quod semper in omnibus instrumentis apponerent testes notos. quod tamen male seruatur, vt dixi; & ideo de facili possunt falsitates committi.

De

De Vsuris. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Mutuatarum rerum consistentium in numero, pondere, vel mensura, sit æstimatio, vt ad illam fiat computũ, ne committatur fraus circa modum vsurarum; aliter contractus est nullus. quod secus est de iure communi, num. 2.*

3 *Parum est iura constitui, nisi sit qui ea tueatur, & exequatur.*

I*Tem statuimus, quod si non pecunia numerata, &c.*
Hic dicitur; quod quando, non pecunia numerata, sed aliæ res, quæ cõsistunt numero, pondere,
1 vel mensura fuerint mutuatę, † debet de illis fieri extimatio, vt ad illam fiat computum. iuxta *cap. primum huius constit.* ne fraus inde valeat adhiberi, vel committi, *hoc dicit.* Et si cõtra factũ fuerit contractus est nullus, & poterit fieri inquisitio contra Iudæos de eo ꝙ receperint vltra quatuor denarios pro libra quolibet mense, *vt in colla. 4. in prima curia Barcino. cap. 11. incipit. Item quod aliquis*
2 *Iudæus.* ¶ Sed † de iure communi, licet plus debito vsurarum stipuletur, tamẽ valet vsq. ad legitimum modum, *vt C. si certum pet. l. si pro mutua. & ff. de vsuris. l. placuit.* ¶ Sed quod hic dicitur *lege cauetur, & consuetudine non habetur,* & male: quia officiales, & tabelliones non verentur violare constitutiones generales Cathalonię, *proh dolor,*
3 quia nullam inde patiuntur punitionem. & † parum est iura esse constituta, nisi sit qui ea tueatur, & exequatur, *vt ff. de ori. iuris. l. 2. §. post originem. & extra de elec. c. vbi maius. §. præterea, lib. 6.* Et esset necesse, vt quos diuinus timor à malo non reuocat, pœnam sentirent temporalem, *extra de vita clericorũ. cap. vt clericorũ mors. §. ne vero.* Et de pœna violantium constitutiones, *vide in colla. 6. curiæ Perpiniani, cap. cum secundum*: & parum prodesse videmus pro pauperibus, quod statuitur *in colla. 10. cap. lo fruit.*

De Vsuris. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Tabelliones inquirere debent, vtrum contractus Iudæorum sit factus in fraudem, pro vt hic.*

2 *Tabellio, antequam conficiat instrumentum Iudæorum, debet à Christiano debitore, & si plures fuerint, ab honestiore recipere iuramentum sub forma ab auctore tradita. quod nunc est reuocatum, num. 3.*

4 *Cumulum sortis, vel vsurarum non fit nec ratione elongamenti, nec ex alia causa.*

5 *Tabellio conficiens instrumentum Iudæorum contra formam de qua hic, priuatur officio, & alias iudicis arbitrio punitur.*

6 *Cap. hoc fere abijt in desuetudinem.*

7 *Pœna ista priuationis Notarij an infligatur ipso iure, vel requirat sententiam.*

8 *Pœna quæ erit, quæ arbitrio iudicis hic relinquitur.*

9 *Tabellio delinquens in suo officio qualiter priuatur de iure communi.*

1 I*Tem statuimus, vt tabelliones, &c.* Hic † statuitur quod tabelliones subtiliter, & diligenter inquirant in quolibet cõtractu, vtrum inter Iudæũ, & Christianũ contra dictam ordinationẽ, de qua supra *ead. cap. 1.* fraus, vel machinatio aliqua fuerit adhibita; quam si forte interuenisse compererint, id denunciare curiæ tenẽtur indilate. Et alias nullo modo debent conficere instrumenta. *hoc pri-*
2 *mo.* Secundo † dicit, quod tabelliones ante confectionem instrumenti talis contractus, debẽt à Christiano debitore, vel ab honestiore, si plures fuerint Christiani debitores, recipere iuramentũ sub forma hic contenta, *videlicet.* ¶ Iuro ego talis, quod in contractu isto nullam fraudem, vel machinationẽ adhibui, vel ab aliquo adhibitam esse noui; vt contra constitutiones domini Regis Iudæus iste habeat à me, vel ab alijs cõdebitoribus, vel fideiussoribus pro vsuris istius debiti; sed tantum sortem recepi, & tales vsuras sibi promitto, nec aliquid vltra dedi pro isto debito, vel promisi. ¶ *Quo sic præstito iuramento,* tabellio, ex tunc habita notitia sortis, & vsurarum, potest conficere instrumenta; ita tamen quod sors per se, vel vsu-
3 ra per se nominentur. ¶ Sed † quod hic dicitur de isto iuramento Christianorum, est hodie reuocatum, *vt in colla. 4. in curia Ilerden. cap. 7. Item ordinamus, & statuimus præsenti curia approbante, &c.* & statuitur ibi, quod Iudæi quolibet anno habeant iurare sub forma alia ibi contenta, quam videas
4 ibi *in dicto cap. 7.* ¶ Tertio † dicit quod ratione elõgamenti, vel aliqua alia causa, non fiat vnum
5 cumulum sortis, & vsurarum. ¶ Quarto † dicitur, quod si tabellio aliter, quam prædictum est, instrumenta confecerit Iudæorum, debet perpetuo priuari tabellionatus officio, & alias Iudicis arbitrio puniri *hoc dicit.* Et potest diuidi in quatuor partes iuxta prædicta. Secũda ibi. *Et ad euitandum.* Tertia ibi. *nec ratione*: Quarta ibi. *Si vero aliquis.* ¶ Hanc salubrem constitutionem noui per ali-
6 quos obseruatam. Sed † per plurimos hodie seruatur cõtrarium, & iam fere abiit indesuetudinẽ propter negligentiam officialium, & iure peritorũ, qui habent iura tueri, & cõseruare, iuxta nota. *supra ead. cap. proximo, & extra de decimis, ca. 1. vbi notat lat:* Henricus, an opiniones Doctorũ sint fo-
7 uendæ. Sed † quæro, an pœna priuationis prædicta infligatur ipso iure, vel per sententiã. Respõdeo, per sententiam: quia littera dicit, *priuetur,* super quo vide notata *in l. si quis in tãtã. C. vnde vi.* & quæ scripsi *in colla. 6. curia Perpiniani. cap. hac nostra, super verbo careat.* Sed quia hic, *& in coll. 4. in 2. curia Barcino. cap. 8.* vbi præsens confirmatur, di-
8 cit, † quod arbitrio iudicis pœna debita puniatur tabellio, quæro, quæ erit pœna. Dic quod arbitraria, vt littera dicit. *hic, & alleg. cap. 8. in fin.* vt iuris, fuerit, & rationis. quia ordinaria forsan non reperitur, *arg. ff. de iure deli. l. 1. & extra de off. dele. c. de causis, vbi de hoc.* Vel tenebitur crimine stellionatus. *vt C. & ff. de crimine stellio. per totum,* & pœnæ criminũ, iuxta *vsat. iudicia curiæ.* sunt arbitraria, nisi vbi in constitutionibus certa reperiatur, & quia est violator constitutionis, de cuius pœna dixi *in colla. 6. curia Perpiniani. cap. cum secundũ.*

aliqui

aliqui habent hic in tex. *tanquam falsarius puniatur.* quod dixi, quod pœnæ sunt arbitrariæ. vide *in vers. quia iustitia facere. & ff. de pœnis l. hodie.*
9 Qualiter † autē puniatur tabellio, seu notarius delinquēs in officio de iure cōmuni iuxta *hoc dicitur.* Aut delinquit in officio cōtra Ecclesiā, tunc punitur pœna deportationis. *vt in authē. de nō alie. 2. col. §. ad hoc. & C. de sacrosan. Ec. l. iubemus. la gran. §. vt tabellio.* Aut delinquit circa officium contra fiscum; tunc aut delinquit in non faciendo, quia non facit, quod facere debet: tunc punitur pœna amissionis manus. *vt in auth. de man. princi. §. coges. colla. 3.* Aut delinquit in faciendo: tunc aut iste est actor delicti, tunc punitur pœna ignis: quia cōburitur. *vt. C. de immunitate nemini cōcedenda. l. 1. li. 10* Aut non est actor delicti, sed delicto cōmisso per alium conficit instrumentum: tunc punitur pœna amissionis bonorum. *vt C. vt nemo ad suum patro. l. 1. §. 1. & de petit. bonorum sublat. l. 2. §. 2.* Aut delinquit in officio contra priuatum; & tūc aut delinquit in non faciendo, tunc remouetur perpetuo ab officio, & extraordinarie punitur, *vt in authe. de armis. 6. colla. §. fi. & C. de defen. ciuita. l. penul. §. fi.* Aut delinquit in officio in faciēdo, tunc aut delinquit circa contractum licitum instrumentum falsum faciendo: tunc punitur pœna falsi. *vt C. de fal. l. si quis decurio. de test. l. iubemus in fi. in authe. de tabellio. §. 1.* Aut delinquit in officio circa contractum illicitum, instrumentum falsum faciendo; tunc aut circa contractum illicitū de sui natura; & punitur capitaliter, *vt C. de eunuchis l. 2.* Aut contractus non est illicitus de sui natura, sed est prohibitus de iure: tūc punitur pœna amissionis manus, *vt in feu. de prob. feu. alie per Federi. §. scriba. secūdū Docto. qui ita notat in dicta l. 1. de immunitate ne. conce. adde, quæ nota. in colla. 3. c. 20.*

De Vsuris. Cap. V.

S V M M A R I V M.

1 *Iudæus exigens, vel demandans à debitore contra formam hic traditam, amittit debitum.*
2 *Dominus Rex an possit auferre paruulos Iudæos, & eos facere baptizari.*
3 *Iudæi quod tenent, possident vt peculium.*
4 *Rex potest auferre bona Iudæis. & legitur id fecisse Regem Petrum III. prout ibi.*
5 *Dominis terrarū non licet exactionē facere cū Iudæis.*

1 IVdæus etiam qui contra modum, &c. Hic punitur Iudæus, † qui contra modum prædictum palā, vel occulte aliquid à debitore exigere, vel demādare præsumpserit, vel aliqua machinatione, vel fraude in sortem vsuras redegerit, vel vsuras vsurarum contra constitutiones prædictas acceperit; quia ipso facto debitum amittit, in quo fraudem huiusmodi cōmisisse videbitur. Cuius debiti delatori medietas adde, *in colla. 4. in 2. curia Barcino. cap. 7. & cap. 8. vide ibi. &c.* de bonis neophitorum; reliqua vero medietas Vicario applicatur. quæ pœna totiens cōmittitur, quotiens in aliquo cōtra præfinitum modum fuerit acceptatum. *hoc dicit.* Et est notabilis hæc constitutio, quæ punit Iudæos in amissione debiti. Sed melius fuisset obseruata, si debitum applicaretur ipsi debitori. Sed nō esset æquum, quia ambo fuerunt in dolo, taliter contra formam harum constitutionum cōtrahendo. Sed melius esset seruari in istis Iudæis notorie vsurarijs manifestis *Cle. quamquam. tit. de vsuris.* quia tanquam pestiferi deberent à Catholicis separari. ad hoc *supra eadem colla. in curia Barcino. cap. 6. incipit. Item inuiolabili constitutione præcipimus. &c.*
2 Sed an † Rex possit auferre filios paruulos Iudæos, & eos facere baptizari. Dic quod sic, *secūdū D. Raymū. de Penyafort. tit. de Iudæis. & Gui. in Rosario. 45. di. cap. qui sincera.*
3 Item † Iudæi nō possident aliquid proprium, sed ea quæ habent
4 tenent vt peculium. *Raymun. eod. tit.* & sic † Rex potest ipsa bona aufferre eis. & legi quod Rex Petrus III. mortuo Iudæo Iuzealā ciuitatis Valentiæ, abstulit eius hæredibus 200. flor. & plus. *adde quæ scripsi infra colla. 4. in 3. curia Barcino. c. nouerint. vide. & adde. quæ nota. Ioan. in Summa Confess.*
5 *lib. 1. tit. 4. q. 9.* vtrum liceat † dominis terrarum aliquam exactionem facere cum Iudæis, *& Aste.* vbi dicitur, quod Iudæi sunt serui; ita quod domini terrarum possunt res Iudæorum accipere tanquam sua. vide *C. de paganis l. omnia. & in Margarita. siscl. 8. dubio. Ver. 164. & infra colla. 2. ca. 33. Item statuimus quod Sarraceni. vide quæ ibi scripsi.*

De Vsuris. Cap. VI.

S V M M A R I V M.

1 *Nouationes prohibentur super contractibus Iudæorū.*
2 *Debitum factum Iudæo per Christianum præsumitur vsurarium.*
3 *Vsura non apparens in debito facto per Christianum Iudæo præsumitur ipsa inuoluta, & comprehensa in tali debito, attenta solutionis dilatione.*

IN præteritis vero negotijs, &c. Hic statuitur cautela, quæ debuit seruari in debitis Iudæorum ante istam constitutionē factis: & ideo quia nullum, vel parum afferet cōmodum in futurum, nō
1 curo eam summare. *videte eam.* Ex qua † tamen notandum, quod nouationes prohibētur fieri in futurum super contractibus Iudæorum à Chri-
2 stianis factis. Item † nota hoc, quod debitum factum Iudæo per Christianū, semper præsumitur vsurarium. *sic supra proxi. constitutione curiæ Bar-*
3 *cino. c. Itē solemni. in primo notabili.* Itē nota, † quod si de vsura nō appareat in debito facto per Christianum Iudæo, præsumitur in tali debito vsura inuoluta sorti, secundum dilationē temporis solutionis faciendæ ad dictam rationē quatuor denariorum pro libra in mense. Et facta tali deductione secundum id, quod residuū fuerit de sorte, incipiat fieri computatio à die confecti instrumenti; ita tamē quod forma & modus huius cōstitu. non lædatur: quia præsens curia, statutū, & ordinationes super istis cōtractibus vsurarijs, & super factis Iudæorum, & super notarijs, qui instrumenta vsuraria faciūt, sunt cōfirmatæ prima. in secunda curia Regis Iacobi II. Barcino. *coll. 4. c. 8. Itē quod statutum. &c. vide etiam quæ ibi dixi.*

De

De Vsuris. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Vsura, etiam in debitis præteritis, non potest excedere duplum sortis.*

2 *Vsura, quæ in anno adæquatur sorti, dicitur vsura cẽtesima.*

3 *Iudæi nolentes recipere solutionem, postquam fuit eis deposita, seu consignata pecunia, tenentur debitoribus reddere cautionem.*

4 *Oblatio pecuniæ impedit pœnam committi, vel maiorẽ vsuram currere incipere; quæ si iam currit, non est sufficiens oblatio. vt num. 5.*

6 *Oblatio iudicialis inducit plenam liberationem; licet non interuenerit depositio, & consignatio.*

7 *Oblatio realis requiritur ad consequendam actionẽ, & ne incidat quis in moram, vel vt illam purget.*

8 *Oblatio verbalis non sufficit, nec aliquid operatur. limita vt num. 10.*

9 *Vbi facto opus est, verba non sufficiunt.*

11 *Mora rei nocet fideiussori. quod limitatur nu. 12.*

1 HOc etiam in ijs præteritis mutuis adhibito moderamine, &c. Hic † additur, quod etiam in præteritis debitis vsura non possit excedere duplũ sortis. *Hoc est* quod est ex quo vsura fuerit exequata sorti, nõ recipiatur vltra aliquid pro vsu-
2 ra, quãtocũq. tẽpore extiterit. Et † talis vsura, quę in anno adæquatur sorti, dicitur centesima vsura.
3 *vt C. de vsuris. l. eos. vbi nota.* Secundo † *dicitur hic*, quod si Iudæi nollẽt recipere solutionẽ; quod deponatur, & consignetur pecunia, & ex tunc Iudæi compellantur debitoribus reddere cautionẽ.
4 *hoc dicit*. ¶ Et † nota, quod de iure sola oblatio pecunię impedit, quo minus pœna cõmittatur, vel
5 maior vsura currere incipiat. Sed † si iam currit, non sufficit oblatio. *vt C. de vsuris. l. si creditrisi. & l. si constat. & nota. glo. ff. de nauti. fœno. l. seruius. & vi-*
6 *de glo. in. l. si parte. C. de vsuris.* ¶ Item nota, † quod oblatio facta in iudicio de pecunia, vel alia re mobili præsenti, inducit plenam liberationem; licet non interuenerit depositio, & consignatio. *l. si rẽ. §. fin. ff. de pig. ac. & hoc ibi tenet Bar.* licet ipse senserit contra *in. l. si debitor. ff. de solu. Ita notat Mat-*
7 *thæus de Matesillanis in* 128. *notabili.* ¶ Item † nota, quod vbi aliquis debet offerre alteri aliquid ad finem, vt consequatur actionem, vel non incidat in moram, vel illam purget; requiritur obla-
8 tio rei præsentis. Vnde oblatio † verbalis rei nõ in præsentia constitutę non sufficit, nec habet aliquid operari. *vt l. qui. 10. §. Idẽ respondit. ff. de solu. & l. seruus si hæredi. §. fin. ff. de sta. li. & notat Bar. in l. prætor. §. si quis paratus. ff. de operis. no. nunc.* Vbi
9 ponit pulchra verba pro hac regula; quod † vbi opus est facto, verba non sufficiunt. *c. 1. de eo. qua*
10 *mi. in po. ca. rei seruan.* Sed ista † regula potest forte limitari, nisi quis debeat offerre rem, quæ in momento offerri non potest, vt est probatio; quia tunc sufficit, quod verbo se offerat statim probaturum. *ar. l. si is à quo. in prin. ff. vt in po. le.* & hoc videtur de mẽte *Innoc. & Hostie. in. c. post elec. de cõce. preben. & d. Ant. de Butr. in c. ex parte. extra de test.* licet. *Ioan. An. in hoc vltimo senserit contra in. c. interposita. de app. secundum d. Matthæum in* 129. *notabili.*
11 ¶ Item nota, quod † mora rei nocet fideiussori.
12 *vt l. mora. ff. de ver. ob.* nisi † sit post factã oblationem per fideiussorem; quia tunc non noceret fideiussori. vt est casus singularis *in l. mora. secundũ Bar. & Matthæum in* 135. *notabili.*

De iuramentis Iudæorum. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Conditio Christianorum melior debet esse Iudæis.*

2 *In iudicio non est acceptio personarum habenda.*

3 *Iuramenta iudicialia debent in curijs, & coram iudice præstari, etiam per Iudæos.*

4 *Officiales negligentes debent priuari officijs, vel aliter puniri.*

5 *Testis deierans dicitur infamis, & non est admittendus vlterius ad testimonium.*

6 *De periurio, & falso testimonio qualiter puniatur quis. traditur remissiue.*

7 *Periurium committitur quatuor modis hic traditis. remissiue.*

ITem vt in instrumentis faciendis Christianorum nõ sit conditio deterior, quam sit ipsa conditio Iudæorũ, statuimus. &c. In hoc capitulo quatuor principaliter statuũtur. ¶ Et ita diuiditur in quatuor partes. In prima dicitur quod amodo Iudæi non in Synagogis, vel locis separatis; sed corã iudice in curijs, vel locis quibus iudicant, & vbi Christiani iurant, præstent de cætero iuramenta supra legem Moysi, & alias solemnitates, & maledictiones, quarum tenores vide inferius *in littera*. Cuius iuris formam, & solemnitatem dominus Rex inserit iussit, ne prætextu ignorãtiæ valeat irritari. ¶ In secũda parte ibi, *& quia corde nobis est &c.* dñs Rex cordi habens, ꝓ prædicta debite exequãtur, mãdat vniuersis Vicarijs, Baiulis, iustitiarijs, & alijs quibuscunq. iudicibus, quatenus circa obseruationem præmissorum solicite vigilẽt, & intendant; quod si contra fecerint, & negligẽtes fuerint, & remissi, arbitrarie puniẽtur; & nihilominus priuabuntur officio, ac honore, & potestate iudicandi. In tertia vero parte ibi. *Statuimus etiã*, punit testes siue Christianos, siue Iudeos, qui circa prædicta in aliquo casu reperti fuerint deierasse, ita quod ad testimonium vlterius nõ admittãtur, & tanquam falsarij iuxta terræ con-
1 suetudinem puniantur. *hoc dicit.* Ex † prima parte nota, quod conditio Christianorũ non debet esse deterior, quod sit conditio Iudæorum; cũ potius
2 sit, & debeat esse melior. tamen † in iudicio non habetur acceptio personarũ. *extra de iudi. c. nouit.* Item nota hic casum, in quo Iudæi iurant secus in casu, *supra curia proxi. c. 2. Item solẽni, &c.* ¶ Itẽ
3 nota, † quod iuramẽta iudicialia debẽt in curijs. & coram iudice pręstari, etiam per Iudæos. Item nota solemnitatem maledictionum, siue plagarũ
4 iuramenti Iudæorum. Ex secunda parte † nota quod officiales negligentes propter negligentiã debent priuari officijs, & alias etiam puniri. *vt dicam super constit. censualium, & violariorũ in coll.* 10.

Ex

Ex tertia parte nota, quod testis, qui † deierat, efficitur infamis, & non potest vlterius ad testimonium admitti, & alias tanquã falsarius debet puniri, ad idem, *extra de testi. c. testimonium, & de cri. fal. c. 1.* Sed nota quod dicit hic textus, *quod puniantur iuxta consuetudinem terra*. quæro qualiter † quis de periurio, & falso testimonio puniatur. Dic prout notatur late per *Iacobum de Monte Iudaico super vsatico Barcino. incipiente. Item statuimus.* Sed de iure cõmuni dic vt nota. *33. q. 5. c. Hæc Imago & 13. q. 5. c. Rex & 3. q. 9. c. nihilominus. & in l. eos ff. de fal. & extra de fal. c. 1. & per Doc. C. de test. l. nullũ. & vide glo. ff. de cri. stellio. l. fi.* Quatuor autẽ † modis dicitur cõmitti periuriũ, vt notatur *22. q. 2.* in summa, vide ibi quando sit mortale, & quãdo non. ¶ Sequitur forma Sacramenti Iudæorum quando iurant tenẽdo rotulum in collo, vide eam per te, incipit, Hęc est forma qualiter, &c.

6 (margin, beside "ter † quis de periurio")
7 (margin, beside "autẽ † modis")

Explicit Collatio prima, quæ cõtinet duas cõstitutiones Regis Iacobi I. modo sequitur & incipit secunda collatio, quæ continet constitutiones domini Regis Petri II. Sequitur ergo prima constitutio, quæ continet sub se primo formã iuramenti Vicariorum. Secundo constitutionem formæ libelli reptationis pro treugis fractis. Tertio constitutionem de successione parentum, & filiorum, quæ incipit. Cum ad regale. Quarto cõstitutionem super consilio executionis. Quinto continet generalẽ curiã solemniter per ipsum dominũ Regẽ Petrũ II. celebratã in ciuitate Barcin.

IN CHRISTI NOMINE, NOS PETRVS DEI gratia Aragonum & Siciliæ Rex, Notum fieri volumus omnibus infrascriptis infra limites Cathaloniæ Constitutis in Generali Curia per nos celebrata Barcinonæ. 12. Kalendas Ianuarij anno Domini 1283. &c. Hic dominus Rex confirmat Constitutiones infrascriptas, adiungens formam Sacramenti Vicariorum.

Capitulum Primum.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius in limine sui officij iurare debet secundũ formam hic traditam.*

2 *Verbum, legaliter, excludit omnem fraudem, & illicitam exactionem.*

3 *Vicarius iurãs manutenere ius, & iustitiam; ex eo adstringitur ad seruandum iura, & constitutiones Cathaloniæ.*

4 *Officiales iurant seruare iura.*

5 *Ius, & iustitia quid sit, traditur remissiue.*

6 *Clausula in libellis apponi consueta,* & alias peto ius & iustitiam fieri, *quid operetur.*

7 *Officiales in hac patria iurant tria hic tradita, & quæ tria hæc sint, traduntur nu. 8. 9. & 10.*

11 *Clerici iniuiti non sunt cogendi, nec capiendi per secularem potestatem. & limitationes huius dicti traduntur, num. 12. & 13.*

14 *Clerici sunt puniendi, qui recusantes iudicium Episcopi confugiunt ad seculare iudicium.*

15 *Sub clericorum nomine veniunt clerici priuilegio clericali gaudentes, & qui non veniant, traditur ibidẽ.*

16 *Vicarius non debet facere, quod debet alijs prohibere.*

17 *Vltra posse nihil.*

18 *Illud possumus, quod de iure possumus.*

19 *Oppressus contra iustitiam implorare potest officium præsidis, quod maxime procedit in muneribus publicis, quorum causa spectat ad Præsidem. num. 20.*

21 *Licitum est resistere de facto aliquando.*

22 *Causæ viduarum, & miserabilium personarum spectabant olim ad Vicarium specialiter; sed hoc non seruatur, & solus dominus Rex reseruat sibi hanc regaliam, num. 23.*

24 *Constitutio* les causes *concedit Gubernatori, recedẽte Regia Audientia à Principatu Cathaloniæ, cognoscere de causis miserabilium; dummodo sint euocata iam ad dictam Regiam Audientiam.*

25 *Vicarij possunt, & consueuerunt cognoscere de causis camminorum & pacis & treugæ.*

26 *Rex ex sua regalia potest, & consueuit facere processum peculiarem ex vsatico* camini & stratæ.

27 *Strata quid sit remissiue.*

28 *Turpe est dare pecuniã iudici pro iustitia faciẽda, nõ proinde prohibetur Iudex recipere iustũ, & cõsuetũ salariũ. n. 29. maxime per cõstitutiones taxatũ, n. 30.*

31 *Personæ, quæ defendi debent per Vicariũ, quæ sint, remissiue.*

32 *Defensio personarum, quæ pertinet ad Vicariũ, ita fieri debet, vt alijs non fiat iniustitia.*

33 *Iustitia maxime in causis aduenarum cito expedienda.*

34 *Ius extenditur in tantum, quam ratio; licet quandoq; plus prorogetur, vel arctetur.*

35 *Ratio vnde dicatur, & quid sit.*

36 *Litigantes soluebant olim tertiã, vel aliã quotã litis;*

37 *Vocatus, confessus, & condemnatus in iudicio debet soluere pœnam iustitiæ, de qua hic, si antea fuerit extra iudicialiter interpellatus.*

38 *Pœna iustitiæ, de qua hic, sublata est per constitutionẽ,*

39 *Vicarius olim reddebat compotũ Baiulo Generali, nũc Magistro Rationali, & ratio traditur num. 40.*

41 *Iustitia quot modis accipiatur, remissiue.*

42 *Vicarius durante officio non acquirit à subditis cẽsalia, nec violaria.*

43 *Vicarij ex officio sine querela partis nõ possunt procedere pro pace & treuga fracta. & limitatio traditur, num. 44.*

45 *Guidaticum factum contra formam huius capituli per Vicarium an valeat.*
46 *Vicarij de quibus rebus possint guidare.*
47 *Remissus per dominum Regem de homicidio, si homicidium fuerit voluntarium,& ex proposito, non debet redire ad locum, vbi interfectus morabatur per quinquennium; nec si casuale vel in rixa fuerit illud, intra biennium: aliter remissio nulla est.& limitatio traditur.num.*48.
49 *De remissione quod dicitur, procedit in guidatico.*
50 *Vicarius non facit remissionem de furtis,& rapinis.*
51 *Postulandum non est pro latrone famoso.*
52 *Pœna quæ sit latronum & furium remissiue.*
53 *Vicarius & omnes, qui ciuitatibus præsunt, requisiti seruare debent cōstitutiones contra hæreticos editas.*
54 *Officialis nolens iurare seruare constitutiones contra hæreticos editas, suspectus est de fide.*

HÆC *est forma Sacramenti Vicariorum. iuro ego talis.&c.* vide
eam in littera per extensum;
quia notabilis est,& non potest sub breui summa cōmode cōprehendi. Sed quia multa bona continet, prosequa-
1 mur hoc modo, Vicarius † in principio sui regiminis debet,& consueuit iurare domino Regi,
& vniuerso populo sequentia. ¶ Primo enim
iurat, quod in ipsa Vicaria sibi cōmissa se habebit legaliter, & manutenebit ius, & iustitiā. Per
2 hoc ꝙ dicit † *legaliter*, excludit omnē fraudem,
& omnem illicitam concussionem, & exactionē;
quas nedum à se debent omnes Vicarij,& alij officiales excutere, iuxta illud: qui excutiunt
manus suas ab omni munere. *Isaiæ.*33.*cap.& extra de symo. cap. & si quæstiones.* & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt.
*vt in Iob.*15.*cap.* vnde militibus, & stipendiarijs
dixit beatus Ioannes Baptista, Contēti estote stipendijs vestris,& neminem concutiatis, neq. calumniam faciatis.23.*q.*1.*cap. militare.* adde quæ
3 scripsi. *infra colla.*3.*cap.*2.*& cap.*3. Item † per hoc,
quod dixit *ius, & iustitiam,* astringitur ad seruandum iura, & constitutiones Cathaloniæ, secundū
quas in hac patria iudicandum est. *vt infra colla.* 9.*in curia dominæ Reginæ Mariæ.ca.*19.*incipit. assats es cosa ridiculosa.& infra colla.*8 *curia Regis Marti. in cap. Item senyor quels.*& vide,& adde hic, quæ ibi
4 dixi. Sic etiam omnes † officiales iurant seruare
iura. *vt extra de iure iuran. cap. venientes. & in authen. de iudici.§.quia vero.& C.iudi.l.rem nō nouam.*
5 *cum sim.* Et quid † sit ius, & quid iustitia. vide *ff.*
6 *de insti.& iure.l.*1.*& insti.eod.in prin.* quid † autem
operetur hæc clausula, quæ in libellis consueuit
apponi, *& alias petō ius, & iustitiam fieri.* vide *per Innoc. extra de ordi.cog.cap.cum dilectus. s. per verbo.*
7 *iustitiam.& de sepul.cap. certificari.* Hodie † etiam
iurant officiales in hac patria tria, quæ continetur in curia Montisalbi Regis Alfonsi II. *colla.*4.
*cap.*3.*incipit. Item ordinamus,& statuimus.* quod officiales quādo intrabit officium quisq. iuret tria,
8 scilicet, quod † teneat iustitiam omnibus extraneis,& priuatis in omnibus negotijs, quæ in posse suo venient,& vni sicut alij; non inspecto amo-
9 re, vel timore &c. vide *ibi* latius. ¶ Secundo † iurat Vicarius, quod defendet Ecclesias, Ecclesiasticas domos de ordine Religionis,& personas, iura,
homines,& possessiones, immunitates,& priuilegia, ac villas Ecclesiarum, & domorum Religiosorum. Ista enim specialiter sunt sub protectione
constitutionum pacium, & treugarum, vt ex eis
apparet.& cū sint in honorem, & seruitium Dei,
ideo specialiter debent defendi; vt liberius Deo
seruire valeant. ad hoc *extra de syndico.cap. vno. &*
10 *de immunitate Ecclesiarum. per totū.* ¶ Tertio † iurat Vicarius, quod non cogat clericos sub examine suo litigare, nisi ob defensionē sui Prælati.
hoc est de iure communi. *vt extra de foro competenti.c.nullus iudicum.& cap.si diligenti.&* 11.*q.*1.*cap. placuit.& cap.inclita.& C.de Epis.& Cler.in authen. statuimus.* per quam contrafacientes puniuntur,
quia iudices priuantur potestate iudicādi. Et nihilominus per constitutiones sacri Concilij Terrachon. excommunicationem incurrunt: vt in
constitut. quæ incipit. *habet tam de iure canonico, quam ciuili.&c.* Et nota quod dicit *cogi*; quia cle-
11 rici † inuiti non sunt per secularem potestatem
cogendi, nec capiendi: alias inciderent in canonē
12 17.*q.*4.*c.si quis suadente.* & hoc † verum, nisi de
licentia sui Episcopi, vel Papæ,& pro eius defensione. *vt extra de sentētia excom.c.si clericus.lib.*6. &
hoc est quod hic dicit, *nisi pro defensione sui Prælati*;
13 prædicta vero intellige, † nisi clerici agendo cōtra laicum sponte subirent forum seculare. *vt extra de foro competenti. c.si clericus laicum.* dic *vt ibi nota.per d. Ant.de Butrio.& per.d. Ancarrano in.c.ea quæ fiunt à iudice.de reg.iuris. lib.* 6. *licet. Archi.* &
quidem alij teneant contra *per.c.qualiter & quando.extra de iudicijs.vbi de hoc.&* 3.*q.*8.*c.cuius in agē-*
14 *do.* Clerici † enim puniuntur, qui recusantes iudicium Episcopi, cōfugiunt ad seculare iudiciū.
*vt.*20.*q.*1.*c.vlt.per totum.& in.c.si diligenti. extra*
15 *de foro compe.* Et † quod dixit *clericos, dic priuilegio gaudentes*; quia secus de bigamis priuilegio
clericali exutis, vt quia rusticus, scriptitius, vel
seruus, inuito domino se fecerat promoueri ad
clericatum, vel minores ordines: quia tales nō habent priuilegium clericale, imo dominus habet
manus iniectionem in eos. *vt.C.de Episcopi & cle. l.si quis curialis. vide ibi Bal. Item adde quæ no. infra ead. colla.in* 2.*curia Barcino.c.*25. *Itē quod in terris.*
Item secus de bigamis. *extra de biga.c.antiqua.li.*6.
& etiam secus de clericis coniugatis quo ad ciuilia. *vt extra de cle.coniuga.c. vnico. lib.* 6. dic vt ibi
le.& no.per *Doc. modernos.* quia per istam constitutionem dominus Rex non intendit, nisi ad cōseruationem Iuris communis,& libertatis Ecclesiasticæ. *ad hoc infra ead. colla. in curia generali infra proxi.c. promittimus.&c.* ¶ Quarto iurat Vicarius,
quod si quē militaris persona, vel alia violenter
receperit albergū in mansis, & domibus religiosorum

ſorum clericorum, aut dominicaturis regijs, de illa pro poſſe iuſtitiam faciet, ſicut de raptore, & publico malefactore. Ita etiam ſpecialiter ſunt conſtituta ſub præſidio generalium conſtitutionum pacium, & treugarum. *& ſupra colla. proxi. Itē ſtatuimus quod Vicarij nō albergent. vide ibi.* quia
26 Vicarius † non debet facere, quod debet alios prohibere. Sed in aliquo caſu poſſunt frāgi portæ Eccleſiarū. vide *Ioan. de Imola. in cle. ad noſtrū. de cenſibus.* & ſatis poterat hoc includi ſub 2. Sed quia plus timeri ſolent, qui ſpecialiter iniunguntur. &c. adde quæ *no. in l. placet. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. 1. & 2. & in auth. Item nulla communitas. C. de Epiſcopis, & cle. & vide etiā quæ no. Ioan. de Platea in l. deuotum. C. de metatis. lib. 12.* Et nota ꝙ di-
17 cit hic in tex. *pro poſſe.* quia † vltra poſſe, nihil, vt *extra de regul. iur. c. nemo poteſt ad impoſſibile. lib. 6.* & dic *pro poſſe*, ſcilicet iuſtitia mediante, ſecundum iura patriæ, & communia. *vt ſupra in primo*
18 *iuramen.* quia † illud poſſumus, ꝙ de iure poſſumus. *23. q. 2. c. faciat homo. & ff. de verbo ſig. l. nepos*
19 *proculo.* Vnde nota, quod † vbi aliquis opprimitur contra iuſtitiam, poteſt implorare auxilium præſidis. *vt C. de tranſac. l. ſi ſuper. & de ijs quæ ad ec. confu. l. denunciamus. & ff. de iudi. l. ſi. & C.*
20 *de eroga. milit. anne. l. cum ſæpe.* Et hoc † maxime in muneribus publicis, quorum cauſa ſpectat ad Præſidē, vt æqualiter iudicentur. *vt ff. de mu. & ho. l. 3. §. præſes. facit l. vlt. C. ne quis libertus inui-*
21 *tus ad actum reipu. cogatur. lib. 11.* Quandoq. † tamen eſt licitum reſiſtere de facto, vt *dicta l. deuotum. & ibi no. & in colla. 10. c. Item per tolra vexacions.* Et ꝙ dixit ſicut de publico raptore, vide, quod ſi notoriū ſit, poſſit procedi ex officio, etiā cum exercitu, & ſono emiſſo; quod eſt verū ſaltē fragrante crimine. de quo vide quę ſcripſi latius *in ſumma regaliæ ſoni emiſſi. de pœna raptorū dic vt: extra de rap. c. 1. & 2. & 12. q. 2. c. in antiquis. & ibi Guil. in R ſ. & melius in Sūma Conf. lib. 2. tit. 5. q. 4.*
¶ Quinto iurat Vicarius defendere viduas, pupillos, orphanos, caminos, ſtratas, paces, treugas,
22 &c. Hic ergo videtur, ꝙ † cauſæ viduarū, & illarum miſerabilium perſonarum ſpectent ſpecialiter ad Vicarium: quia Vicarius vices Regias gerit, quaſi Vice Regius, & ad Regem, & Principem; ſubaudi, ita quod nequit Princeps à ſe abdicare hanc regaliam, neq. denegare miſerabilibus, & oppreſſis ſuum iudicium, & auxiliū, neq. dare alicui alij hoc priuilegium: quia non poſſet facere alium Regem; ſuper hoc vide *glo. Inno. Io. An. & alios Doct. extra de cenſibus. c. cū venerit.* ſpecialiter ſpectant cauſæ pupillorum, & viduarum, & huiuſmodi miſerabilium perſonarū. *vt C. quā-*
23 *do imper. inter pu. & vid. cogn.* Sed non † ſeruatur, nec videmus, quod Vicarij ad ſe euocent cauſas miſerabilium; niſi alias ſint de foro ordinario ipſorum. & ſolus Rex, & eius Audientia ſibi reſeruat hāc regaliā: & ideo minime ſunt mutāda, &c.
24 *ff. de le. l. minime.* Hodie † vero per nouellam cōſtitutionem, *infra colla. 11. c. les cauſes. & c.* poteſt Gubernator recedente Audientia Regia à toto Principatu Cathaloniæ cognoſcere de cauſis miſerabilium, prius tamen ad dictam Audientiā euocatis, vel alias præuentis; non autē poteſt de nouo
25 euocare. vide latius in dicto *c. les cauſes.* De † cauſis vero caminorū, & pacis, & treugæ, poſſunt, & conſueuerunt Vicarij cognoſcere. *vt in conſtitutionibus pacium, & treugarum. & in c. Item quod Vicarius, & Epiſcopi. & c. infra curia proxi. & ibi* dicā,
26 ſaluo quod D. Rex † ex regalia poteſt, & cōſueuit etiam facere proceſſum peculiarem ex *vſatic*
27 *co. camini, & ſtrata.* Quid † autem ſit ſtrata, *dixi late in ſumula regaliæ ſoni emiſſi. q. 28.* Sequitur in littera, *& bouaticum. & c.* dic quod hodie ſublatum eſt bouaticum. de quo *infra curia proxi. cap. 7. Item quod nos, vel anteceſſores noſtri.* & melius *infra colla. 4. in curia ſecūda Barcino. Regis Iacobi II. c. 28. Item laudamus. & c. & c. ſequenti.* Sequitur etiam in littera, *& homines ciuitatum. & c.* ergo ſingulariter iurat Vicarius etiam defendere homines domini Regis, & bona, & iura regia, & hominum regiorum. & hoc facit valde pro priuilegio vindiciarum, & pro ſacramentali Gerundæ; quia Vicarius pro defenſione ſuorum ſubditorū poteſt marcham, & bellum indicere. ¶ Sexto iurat Vicarius non accipere aliquid pro faciendo directo hominibus, ſeu perſonis illorū, quos defendere debet. ſic *ſupra ea. colle. in c. Item nihilominus præcipimus.*
28 *& c.* turpe † eſt enim, & illicitū dare pecuniam iudici pro iuſtitia faciēda. *vt no. Ang. in l. 1. ff. de condi. ob turp. cauſam.* quod intellige *vt dixi in alleg. c.*
29 *Item nihilominus.* quia † nō credo, quod prohibeatur recipere iuſtum, & conſuetum ſalarium: quia nemo cogitur proprijs ſtipendijs militare. *10. q. 2. c. precaria.* ſed, vt dixi, beatus qui excutit manus
30 ſuas ab omni munere. Veruntamē intrepide † poterit recipere ſalaria per conſtitutiones, & iura patriæ ſibi taxata, & illa quæ rationabiliter exigi conſueuerunt ab antiquo; ad hoc *conſtitutio. los ſalaris. curia Regis Ferdinandi. Et in conſtitutione cē-*
31 *ſualium, & violariorū. c. vltimo.* Et quæ ſint † perſonæ, quæ per Vicariū debent ſpecialiter defendi, à quibus forte non debetur aliquid recipi pro iure, & directo ſibi reddendo; dic quod ſunt pupilli, viduę, & alij, de quibus in hoc iuramento ſpecialiter cauetur: vnde & dominus ſpecialiter cuſtodit aduenas, pupillos, & viduas, quorum etiam protectio, & defenſio ſpecialiter ad Regem pertinet. *vt 23. q. 5. cap. regum.* Verunta-
32 men † ita debēt iſti in iuſtitia defendi, quod alijs iniuſtitia non fiat. *vt extra de foro compet. c. ex tenore.* Dic etiam quod ſpecialiter etiam tenetur defendere incolas, & habitatores ſuę iuriſdictionis, pro quorū defenſione ſæpe indicit marchas; quia dominus tenetur defendere vaſſallum, *vt in c. de forma. 22. q. 5.* ¶ Septimo iurat Vicarius, quod expediet iuſtitiam, quam citius poterit, ſecundū ius, & rationem; & quod inde non recipiet aliquid ab aliqua partiū, niſi directam iuſtitiam. &c. Hic
33 ergo nota, quod iuſtitia † debet cito expediri, maxi-

maxime in causis aduenarum, vt in illo *vsatico. Itē inuiolabili obseruatione præcipimus. &c.* quod dic *vt le. & no. extra de sen. & re iudicata. c. inrgantium controuersias. & 3 0. q. vlt. c. iudicante*. Et est hoc cōtra Vicarios, qui habito consilio à suis assessoribus nolunt illud exequi; sed differunt publicare pro eiectis à pace, & treuga, donec extorquerint inde pecunias; licet inde nil recipere debeant. *vt*
34 *supra §. proximo.* Et nota ius † in tantum extendi quātum ratio: quādoq. tamē plus prorogatur ius, quam iuris ratio; quandoq. magis arctatur. *vt nota. Gui. in c. si Romanorum. 19. di.* Itē nota, quod debemus iudicare secundum ius, & rationem. quod intellige, vt nota. *in vsatico iudicia curiæ. §. cōstituerunt prælibati. & in consti. Ferdinandi. c. per tal que les leys. & in constitu. dominæ Mariæ. c. assats es cosa ridi-*
35 *culosa.* Et nota, † quod ratio dicitur à ratus, ta, tū. quod est firmū, eo quod firma sit. Et dicit *Papias*, quod ratio est mentis motus in ijs, quæ dicuntur, discernere, vel conuincere valens. Sed ratiocinatio est rationabilis, subtilisq. disputatio à certis ad incertorum indagationem innitens cogitatio. *secunda Poll. & ponit Gui. in Rosario. 12. di. c. consuetudo. super verbo. ratio.* & forte hinc est sumpta illa clausula. quę in commissionibus regijs consueuit apponi. *Facias iustitiam, vel causam decidas, prout iuris fuerit, & rationis*. Ratio enim habet vim legis. *vt indi. c. consuetudo, & 11. di. c. vsus.* Et intellige hic, quod debemus iudicare secundū acta, & probata, vt *nota. per Hēricum Boich extra de offi. ordi. c. Si sacerdos. in 2. di. & per Gui. 3. q. 7. c. iudicum. & ibi glo. & ff. de offi. præsi. l. illicitas*. Hic adde, & videas quæ scripsi *infra colla. 4. in 3. curia Barcino. c. 7. Itē ordinamus de consilio. super verbo. secundū iustitiam, & super. verbo. secundū eorum bonā consciētiam.* Et quid sit ratio dixi *infra colla. 8. curia domini Martini. c. Item senyor quels canc. vide ibi super verbo. bona ratio.* ¶ Item nota, quod tex. hic dicit *nisi iustitiam. &c.*
36 Et vt hoc intelligas, scias quod olim † litigantes soluebant tertiam, vel aliam quotam litis. de qua nota. *Io. Fa. insti. de actionibus. §. appellamus.* In glos. posita super verbo *denunciare*, & incipit. *dicunt quidam. &c.* & vt ibi notatur & dicitur, ista pœna iustitiæ debet solui ab illo, qui in causa succum-
37 bit. ¶ Sed pone † vocatus in iudiciū statim confitetur, & sic condemnatus, nunquid debet soluere pœnam iustitiæ. Dic quod sic, si prius fuerat extra iudicium interpellatus, iuxta *l. quidam Iberus. ff. de seru. vr. prædi.* alias non, cum non fuerit in mora. vide *Ioan. Fabri. vbi supra. & ff. de procura. l. si reus paratus.* vide etiam *in Spec. tit. de confessis. §.*
38 *effectus.* Hæc autē iustitia † hodie est sublata per constitutionem generalem in curia prima Barcinonæ Regis Iacobi II. *colla. 4. in c. 18. incipit. Item quod de gratia per nos, & omnes nostros. &c.* adde quæ ibi nota. ¶ Item sequitur hic *in iuramento Vicarij*, quod quidquid ratione iustitiæ receperit, fideli-
39 ter tradat Baiulo Generali. Vnde patet, † quod olim Vicarius reddebat computum in posse Baiuli Generalis; hodie vero reddit computū Ma-
40 gistro rationali. Forte † tempore huius consti. non erat officium Rationalis, cui hodie cæteri officiales habent reddere computum, & rationem.
41 Et nota, ꝙ iustitia † accipitur pluribus modis, quos vide *in Rosario. 24. q. 1. c. vbi sana. super verbo. iustitia*, & posui *in alleg. c. Item quod nos de gratia.* ¶ Octauo iurat Vicarius, quod seruitia sibi facta gratis ponet in computo, & quod durāte officio, nullum de subditis faciet sibi censualem. Et sic patet, quod nedum alia emolumēta, sed etiā seruitia debent poni in computis. Sed hodie non possunt recipere seruitia, nisi parum de cibo. vt dixi *s. pra colla. proxi. c. Item nihilominus permittimus. &c.* alias eis imputaretur ad furtum. *infra colla. 3. curiæ Montissoni. c. 2. Item statuimus, & ordinamus quod aliquis. &c.* Et dicetur parum, quod paucis possit consumi diebus. *vt extra de rescriptis. c. statutum. §. assessorem. lib. 6.* vbi de hoc. *& ff. de offi. proconsul. l. so-*
42 *lent. adde quæ scripsi in alleg. c. 2.* Item nota, † quod Vicarius durante officio non poterit à subditis suis adquirere aliqua censualia, nec violaria, nec aliquem sibi censare. *vt hic. & infra colla. 3. in curia Montissoni Regis Alfonsi II. c. 6. incipit. Item ordinamus, & statuimus, quod aliquis officialis noster non audeat recipere seruitia. &c.* Ibi enim etiam prohibentur officiales se inuicem agabellare, & facere se de familia nobilium, & tenere redditum sub pœnis ibi cōtentis. Similiter scriptor, & assessor prohibentur se accusare Vicario, Baiulo, & alicui officiali. *vt in prima curia Barcino. Regis Iacobi II. infra colla. 4. c. 5. Item quod aliquis scriptor. &c.* Nec potest facere acaptam. *infra colla. 3. c. 31.* ¶ Sequitur in forma iuramenti. *Et quia statutū est, &c.* hoc ꝙ sequitur, vsq. ibi. *& promitto.* hodie nō
43 seruatur, quia † Vicarij sine querela partis non possunt ex officio procedere vigore constitutionum pacis, & treugæ. *vt infra ead. colla. in curia Barcino. c. declaramus tamen. &c.* quare vide per te. Fal-
44 lit † tamen in constitu. *de inuadentibus extraneos iter agentes*, in qua proceditur ex officio, & sine partis instantia. *vt infra ead. colla. in 2. curia Barcin. cap. 47. Item quod Vicarius, & Episcopi. &c.* vide quæ ibi dixi latius. Item fallit, quando agitur pro regalijs violatis, vt habetur clare in quadā pragmatica domini Regis Petri, de quo dicam latius
45 in dicto capitulo. *declaramus tamen*. Sed † quid si Vicarius contra formam huius c. aliquem de facto guidauerit; videtur quod debeat seruari: quia fides data, licet dari non debuerit, tamen data seruari debet. *vt 23. q. 1. c. noli.* Sed dic, quod Vicarius contrafaciens est periurus, & forte guidaticum non valebit iuxta dictam pragmaticam. de hoc distingue *vt scripsi infra colla. 4. curia Gerūdæ. c. 27.* ibi inserui ipsam pragmaticam. ¶ *In tex. ibi in §. Item promitto vobis quod si aliquis. &c.* Hic Vicarius promittit non guidare occisores, vel vulneratores, vel turpem iniuriam inferentes. Si alicui de illis quos dominus Rex debet deffendere, forte fecerint, nisi de consensu vulnerati, vel iniuriati, aut amicorum occisi, tale guidaticum concederetur.

deretur. Et nota hic, quod homicidis, & alijs cri-
minosis non est danda securitas, imo si detur non
est seruanda. *vt in authē. de man. prin. §. neq. autem*
46 *homicidis. colla. 3.* Qualiter † autem, & de quibus
possint guidare Vicarij, habetur in quadam pra-
gmatica domini Regis Petri dat. Barcinone 4.
nonas Decēbris. anno Dñi 1439. Adde quæ dicā.
infra coll. 4. in 2. curia Barcino. c. 36. Itē si debitum: &
in curia Ceruariæ. c. præterea cōfirmātes constitutionē
per nos editam in curia Perpiniani. Et qui sunt illi,
quos dominus Rex debet defendere. respōdetur,
quod omnes suos subditos, & districtuales in pa-
ce, & treuga positos, & obedientes; pro quo vide
priuilegium vindiciarum ciuitatis Gerundę. Et
47 dic hodie, quod etiam † si remissio de homicidio
alicui etiam à domino Rege fiat; si tale homicidiū
fuerit voluntarium ex proposito, per quinq. an-
nos, si vero casuale, vel in rixa fuerit perpetratū,
per biennium â die obtentę remissionis non au-
deret homicida remissus redire ad locum, vbi in-
48 terfectus morabatur; nisi † ante se cōuenerit, vel
composuerit cum filijs, vel cōsanguineis propin-
quioribus interfecti. Et si contra fecerit, remissio
irritatur ipso facto. *vt in curia Perpiniani. c. insuper*
ordinamus. Excipitur tamen ille, qui se defenden-
do, aut alias in casibus â iure permissis tale homi-
cidium perpetrauerit, vt ibi dicitur adhoc. *c. si fu*
49 *riosus. extra de homicidio. in cle.* ¶ Et idem † quod
de remissione dictum est, debet per triennium ser-
uari de guidaticis per Regem, aut quoscunq. alios
de homicidio factis. *vt in constitu. Ceruariæ. c. alleg.*
præterea confirmantes constitutionem per nos editam in
curia Perpiniani. vide quæ ibi dicetur. ¶ *In tex.* ibi. *in*
§. fures vero latrones. Hic promittit Vicarius in-
uestigare fures, latrones, & raptores, vbi eos au-
diuerit in tota Vicaria sua, & quod eos inuentos,
non dimittet pro pecunia, aut alia ratione: sed de
eis faciet iustitiam, prout fuerit iudicatū. hic er-
50 go videtur, quod † non possit facere remissionē
de furtis, & rapinis, quia hoc specialiter cum iu-
ramento promittit Vicarius hic: quod nota, quia
videtur quod omnes Vicarij sint periuri. *Iste §.*
sanctus esset ad vnguem seruandus. sed heū videmus
quotidie fures, latrones, raptores, & alios crimi-
nosos pro pecunia dimitti per Vicarium, & Ba-
iulū, & alios officiales; & quod peius est, eos quā-
doq. & sæpius dimittunt non satisfacto damna
passis contra constitutiones. *infra colla. 4. in curia*
prima Barcino. Regis Iacobi II. c. Item quod nos, & of-
ficiales nostri non recipiamus. &c. & infra colla. 5. in
curia Montissoni Regis Petri III. c. nos, & primogeni-
51 *tus.* cum suis concordantijs. Sed quæro, † an pro
famoso latrone possit aliquis postulare? respōde-
tur non, vt est casus *in l. 2. C. de offi. præsi.* qui casus
est singularis; sed etiā habetur *in l. per omnes. C. de*
defen. ciui. secundū Bal. adde quæ nota. infra colla. 4. in
52 *curia Gerundæ. c. 13. cum suis concor.* Sed † quæ sit
pœna latronum, & furium. vide *per glo. in c. inter*
alia. extra de immun. eccl. super verbo publicus latro.
Et per legistas, *in l. capitaliū. §. famosos. ff. de pœnis.*
& C. de furtis. in aut. sed nouo iure. & in summa cōfesso.
lib. 2. tit. 7. q. 3. quæ sit pœna furti. & vide quæ di-
xi in cōmento super. *vsat. quia iustitiam.* ¶ *In tex.*
ibi. *in §. promitto super religione ipsius Sacramēti, quod*
Valdēses, &c. Hic etiam iurat Vicarius persequi
Valdēses, siue Sabbatatos, & alios hæreticos om-
nes pro posse in diœce. Gerunā. prout ab Episco-
53 po fuerit monitus. *hoc dicit vsq. in fin.* Et nota, † q
etiam de iure communi nedum Vicarius; sed &
Potestates, Capitanei, Rectores, & Consules, &
quæuis alij, qui ciuitatibus, vel locis præsunt, re-
quisiti per Inquisitores, vel Episcopos diœce. ha-
bent iurare de seruando constitutiones cōtra hæ-
reticos, credentes, fautores, receptatores, & defen-
54 sores eorum editas, & promulgatas: & qui † iu-
rare noluerit, ipso facto efficitur infamis, & tan-
quam fautor hæreticorū, & de fide suspectus, offi-
cio, & honore sui regiminis priuatur, & alias
punitur. vt habetur *extra de hæreticis. c. vt officiū.*
§. statuimus insuper. lib. 6. Sequitur constitutio Cum
inter nostros.

De libello reptamenti.

S V M M A R I V M.

1 *Iurans in facto proprio, debet iurare assertiue; in facto vero alieno cum clausula* suo sciente.
2 *Treugæ fractæ quando dicantur. remissiue.*
3 *Consilium reptato an dandum. remissiue.*
4 *Reptatus nolēs se scēdere nō sustinēdus in Cathalonia.*
5 *Ad duellum deueniebatur olim iuxta vsaticos in defectu probationis.*
6 *Duellum, seu batallia reprobatur de iure canonico.*
7 *Duellum quid sit, vnde dicatur, an sit licitum. & clerici pugnantis in duello pœna quæ sit, & qui in hoc dispenset. remissiue.*
8 *Potestas nō cogit partes ad pacem, nisi per hoc inquietaretur respublica.*
9 *Plebei de consuetudine coguntur ad pacem, secus milites, burgenses, ac ciues honorati. & quomodo hoc procedat. num. 10.*

Vm inter nostros milites dubitetur. &c. Casus, quī
1 de † facto proprio iurat, assertiue iurare te-
netur; qui vero de alieno facto iurare habet, potest
iurare cum clausula *suo sciente. hoc dicit,* breuiter.
Vel sic, qui alium reptat pro treugis fractis, debet
in libello exprimere rem, super qua ipsæ treugæ
fractæ fuisse dicantur, & debet conuentus negans
libellum iurare iuxta præmissa. *hoc dicit,* de des-
mētimentis, & reptamētis, & de proditione. *vide*
2 *in vsat. cum temporibus nostris. §. adiicimus.* Et † quā-
do dicantur treugæ fractæ. *vide infra colla. 3. c. 23.*
3 *& in curia Gerundæ. c. primo.* Item quando † possit
dari consilium reptato. *vide infra colla. 4. curia 1.*
Barcino. c. 25. & vide quæ lat. nota. *ead. colla. 4. cap.*
27. adde. in curia Gerundæ. c. 25. Et nota, quod iux-
ta vsat. debet iurari super altare, vel super sanctū
Euangelium, & iurās debet addicere q suo sciēte,
excepto in bausia, & proditione, vt habetur la-
tius *in vsa. Sacramentum sit omni tempore. &c.* quem
vsa. limita per hanc constit. & hanc intellige per il-
lum, quia hic loquitur in reptamento treugarum

ad hoc. ff. de legi. l. non est nouum. Nota hic formã libelli reptationis treugarum fractarum inter mi-
4 lites. ¶ Secundo † nota etiam, quod reptatus, qui non vult se expiare, vel scondire, non debet sustineri in Cathalonia. *vt infra ead. colla. in curia Barcino. c. statuimus quod nullus reptatus*. vide quæ ibi dixi. *& in prealleg. curia Gerunda. c. primo. & c. 25.*
5 ¶ Item nota, † quod in defectu probationis deuenitur ad duellum, siue batalliam, iuxta vsaticum Barcino. incipiẽt. *Batalia iudicata. &c.* & de ordinatione huius batalliç vide late commemoratio Petri Alberti. *batalla jutjada. &c.* vide quæ
6 ibi scripsi in cõmento. Sed licet † hæc batallia de iure huius patriç toleraretur; tamẽ de iure canonico reprobatur. *vt 2. q. 5. c. monomachiam. & extra de clericis pug. in duello. per totũ*. de quo dixi latius, & de materia duelli. *in alleg. cur. Gerun. cap. 25*. Et
7 quid sit † duellum, & vnde dicatur, & an sit licitum, vel illicitum, & quæ sit pœna clerici pugnãtis in duello, & quis cum eo valeat dispẽsare. dic. late per *Henri. Bosch. in c. Henricus. extra de cleri. pug. in duello. not. Bar. in l. furti. §. qui iussu. ff. ex qui*
8 *cau. infa. irro.* quod Potestas † non potest cogere partes ad pacem, nisi forte per hoc inquietaretur res publica: tunc enim potest. *ar. l. congruit. ff. de offi. præsi. & in authẽ. de man. prin. §. eos. vide glo. in alleg. §. qui iussu. & Bar. in l. aquissimum. ff. de vsuf. & latius per Gui. de Cug. in l. illicitas. §. ne potẽtiores. ff. de offi. præsi. vide Actuũ. c. 23.* vbi beatus Paulus petijt securitatẽ, quod obtinuit à Præside, siue Tribuno
9 Claudio Lisiæ. *vt ibi narrat historia.* Plebei † tamẽ de consuetudine huius patriæ coguntur ad pacẽ; sed milites, & ciues ac burgenses honorati nõ co-
10 guntur, nisi † ad treugam. quod est verum, nisi ad alterius partis requisitionem, *pro quo faciant constitutiones pacium, & treugarum*, per quas omnes maiores. 14. annorum possunt compelli ad pacẽ iurandum. vide, *& adde quæ scripsi infra colla. 9. cur. d. Ferdi. c. com molts entenents. super verbo. Manasses.* Item *adde infra colla. 3. c. 23. Item ordin. & sta. quod aliquis homo, qui cum alio treugas habeat.* Sequitur constitutio. *cum ad officium regale.*

De Succesione ab intestato.

SVMMARIVM.

1 *Mater filijs impuberibus decedentibus ab intestato succedit, præterquam in bonis, quæ à patre defuncto, seu ab eius genere processerunt; in quibus solum succedunt parentes, vel consanguinei patris vsq. ad quartum gradum.*
2 *Interpretari potest, qui condere iura valet.*
3 *Appellari non potest à consilio exequutionis. remissiue.*
4 *Ab interloqutoria nõ appellatur, sed reclamatur. iuxta localia Barcinonæ.*

1 CVM *ad officium regale. &c.* Casus, † filijs impuberibus decedẽtibus ab intestato succedit mater; præterquam in bonis, quæ à patre defuncto, seu ab eius genere, processerunt: in quibus succedunt soli parentes, & consanguinei patris defuncti vsq. ad quartum gradum, exclusa matre, quæ etiam succedit in totum, illis consanguineis non existentibus. Nuptialia vero pacta, & voluntas expressa mariti seruari debent, constitutione contraria non obstante. *hoc dicit.* ¶ Not. summa-
2 rium. Item not. quod ad illum † pertinet iura declarare, & interpretari, qui potest illa condere. *vt hic in princ. & extra de iudi. c. cum venissent.* de hoc tamẽ vide, quç dixi *infra cur. proxi. cap. 3. Idcirco nos Rex. &c.* Itẽ not. tex. ibi. *vt habeant dicti parentes solatium sue tristitie. &c.* sic dicit Apostolus. 2. *ad Corin. 1. cap.* sint cõsolationum socij, qui fuerant passionum. *vt da tea de sepult. cap. 1. cum ed. cor.* Et ibi. sic etiam *l. antiqua.* forte loquitur de legibus Goticis. Et pro declaratione huius cõst. *vide infra colla. 6. curi. Montisso. Reg. Pet. III. de im puberibus.* & ibi dicam latius de ista materia; Deo
3 duce. ¶ Alfonsus Dei gratia Rex. &c. Casus † sicut à consilio executionis non appellatur; sic nec à consilio dato super forma executionis potest appellari. *hoc dicit. vide quæ leg. & no. C. quorum ap. non reci. l. ab executione. & infra colla. 4. cur. Ilerden. cap. 14.* Et not. quod iuxta priuilegia localia Bar.
4 ab † interlocutoria sententia nullatenus appellatur; sed potest reclamari infra tres dies iuridicos, & seruata forma ipsius priuilegij. super quo scripsi pro intellectu ipsius; & pro extirpandis abusibus, quæ ex illo in practica hactenus pro nonnullos vide obseruari.

SEQVITVR GENERALIS CVRIA Barcino. Cathalanis celebrata per Serenissimum gloriosæ memoriæ Regem Petrum II. supradictũ; quæ continet 62. constitutiones, siue capitula: Et fuit acta Barci. 12. kalẽdas Ianuarij, anno 1283. Et incipit charta ipsarũ cõstitutionũ, vt sequitur.

Caput primum.

SVMMARIVM.

1 *Prædecessorum vestigia in bonis moribus sunt sequẽda.*
2 *Tranquillitas à subditis appetenda est.*

IN *Dei nomine. cum nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum. &c.* In isto primo c. vsq. ibi. *cum ad excellentiã.* dominus Rex sequendo vestigia prædecessorum suorũ circa trãquillitatem subiectorum intendens, permittit conuocationem generalis curiæ Cathaloniæ, exprimens nomina Prælatorũ, Baronum, & aliorũ, qui celebrationi ipsius curiç interfuerunt; qui & supplicarunt eidem domino Regi, quatenus ipsas constitutiones, ordinationes, & capitula ibidem sequentia, & inserta dignaretur conce-
1 dere, suumq. præstare assensum. ¶ Ex † quibus nota, prædecessorum vestigia in bonis moribus esse sequenda. *sic extra de iureiur. c. inhærentes,*
2 *& 6. q. c. 1. imitare.* Secũdo † nota, trãquillitatem appetendã in subditis. *sic extra de offi. leg. c. officij nostri. lib. 6. ad hoc probe. Grego. Rex pacificus.*

Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Ad Regem pertinet libertates, & immunitates concedere, & priuilegia concessa consuetudines, & bonos vsus*

vsus obseruare.
2 *Beneficium Principis decet esset mansurum. quod fallit. vt num. 3. 4. & 5.*
6 *Licentia studendi non expirat per concedentis mortem.*
7 *Iusta petentibus non est denegandus assensus.*
8 *Cathalani erga suum Regem semper habuerunt naturalem legalitatem.*

CVM *ad excellentiam regalem. &c.* Hic ponitur supplicatio curiæ facta domino Regi. In qua præmittitur prohæmium vsq. ibi *idcirco.* Secundo ibi ponitur humilis supplicatio vsq. ibi. *nos vero Rex.* Tertio ponitur domini Regis ipsius supplicationis benigna admissio. Pone quod ante istam constitutionem fuerant concessa aliqua priuilegia, quæ de iure forsan non deberent valere, & possent reuocari, nūquid talia modo, & post hanc potuerunt annullari, vel reuocari; & videtur, quod non: quia hoc est pactum iuratum, & ex certa scientia concessum, & valet huiusmodi cōfirmatio, ac si esset facta in forma speciali, & inserto tenore priuilegiorum, ac de plenitudine potestatis; & maxime propter verbum *libertates, & immunitates. &c.* cogita bene, quia sæpe tibi eue-
1 niet. Ex prima parte not. † ad Regem pertinere libertates, & immunitates cōcedere, & priuilegia concessa, ac consuetudines, & bonos vsus ob-
2 seruare. Decet † enim Principis beneficiū esse mā-
surum. *vt in cap. decet. de reg. iur. lib. 6. cū suis concor.*
3 hoc tamen intellige, nisi sit † tale beneficiū, quod mortuo concedente expiret: sic non obstante *de*
4 *rescrip. cap. si gratiose. lib. 6.* Item † hoc est verum, nisi sit materia odiosa, vel iuri publico contraria. *eod. tit. de præben. cap. quamuis.* de quo per *Inno. de transla. cap. fi. & 25. q. 2. cap.* nec damnosa fisco, quæ
5 *est tex. C. de pre. impe. offe.* Item † hoc intellige durante causa finali beneficij, quia ea cessante, cessat beneficiū. *tex. de verb. sig. cap. Abbate. & ca. si pauper. de præbē. lib. 6.* Et sunt hæc in argumentū, ꝙ data
6 licentia † studendi per mortem concedentis non expiret. *idem not. Inno. de cleric. non re. cap. penult. & Ioan. And. de elec. cum ex eo in glo. no. & ibi per art.*
7 *lib. 6.* Ex secūda parte not. quod † iusta petētibus, non est denegandus assensus. *C. de transac. l. vt re-*
8 *sponsum.* Ex 3. † parte nota Cathalanos semper habuisse erga suum Regem naturalem legalitatem, & bonam fidem. Deo gratias.

De cōfirmatione priuilegiorū, & libertatū. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia Principis quādo, & in quibus casibus valeāt.*
2 *Priuilegiorum vsus probatur per solam receptionem testium extraiudicialem.*
3 *Stylus inducitur per duos actus extraiudiciales.*
4 *Consuetudo qualiter probari possit. remissiue.*
5 *Consuetudo disponens idem, quod ius commune, an aliquid operetur. remissiue.*
6 *Consuetudo, mores, & stylus, quomodo differant inter se. remissiue.*
7 *Titulus an requiratur ad probandam consuetudinem.*
8 *Ad Principem spectat cognitio, quando dubitatur de intellectu priuilegij. & limitatio traditur num. 10.*
9 *Princeps potest interpretari priuilegia, nō vocata parte.*
11 *In Cathalonia quādo dubitatur de intellectu generalis cōstitutionis, interpretatio fieri debet per dominū Regē in curijs generalibus, vel iuxta formā hic traditā.*
12 *Priuilegium quid sit, vnde dicatur, & de materia. remissiue.*

I*Dcirco nos Rex prædictus per nos, & omnes nostros restituimus. &c.* dominus Rex restituit, concedit, & approbat cuicūq. subditorum suorum libertates, consuetudines, & bonos vsus, priuilegia, cōcessiones, & vsatica, sicut ab antiquo plene habuerunt, & possiderūt tēpore Reg. Iaco. patris sui. *hoc*
1 *primo.* Vlterius no. quod † aut priuilegia Principis sunt contra constitutiones Cathaloniæ, & nō valent. *vt infra colla. 3. c. 8. & c. 17. cum suis concor.* aut sunt alias omnino contra ius cōmune, & etiā nō valēt. *l. fi. au. C. de paga. & sacrifi. & C. de princi. impera. offer. l. nec dānosa.* aut non sunt cōtra ius ex toto, sed alias sunt iniqua, & debet spectari secūda iussio. *vt no. glo. & latius per Gui. in c. scripta. 25. q. 2. adde quæ no. Bal. in l. omnes. C. si cōtra ius, vel vtili. pu. & C. de precib. impera. offe. l. reperta. Huic concor. infra colla. 3. in cur. Mōtiss. c. 16. & c. 36.* Similis cōfirmatio libertatum, & consuetudinum facta fuit per dictum Regem Iacobum. *infra colla. 4. in curia Montisalbi. c. 1. itē in curia Gerun. c. 29. insuper.* Similiter confirmauit Rex Alfon. III. *in curia Montisalbi colla. 5. c. 36. insuper etiā volumus. Itē & Rex Petrus III. col. 6. in curia Motissoni. c. vt melius.* Itē similiter & Regina Eleonora in curia Dertu. *c. vt*
2 *autem constitu. &c.* Secundo † statuitur hic, quod vsus priuilegiorum, & concessionum probatur per solā receptionē testiū, sine libello, & ac sine
3 lite. Et notandū est, quod † duo actus iudiciales inducunt stylum, qui seruari debet. *vt l. 1. in vlti. colum. de. vetere iu. enucl. ibi. quæ vel iudiciorum frequentissimus ordo, &c.* Et no. de hoc per *d. Iac. in curia. suo in quarto dub. ver. & de isto casu de cætero. vide quæ ibi no. & per Ioan. de Imol. in cle. sæpe. super verbo. vsus lōgæuus. extra de ver. sig. & in cle. dis-*
4 *pendiosam. de iudi. in glo. super verbo. vsu.* Et † quomodo, & qualiter, & an plene, vel semiplene, vel summarie de iure cōmuni probetur cōsuetudo. *vide per Cy. C. quæ sit longa cōsue. l. 2. ibi. expediti sumus de 3. prin. & c. vide etiā per Inno. extra de consue.*
5 *c. cum inter vos. in glo. fi.* sed an † consuetudo disponēs idem, quod ius cōmune aliquid operetur, vide *Ioan. de Imol. extra de ele. c. cum ratione. in cle. super glo. 1. ibi. consuetudinē roboratā.* ꝙ tamen intellige vt no. idem *Ioan. de Imol. in cap. statutum. super glo. in verbo cōsuetu. de ele. in cle. adde quæ no. Gui. in*
6 *Rosario. in di. c. consuetudo.* Et quæ sit † differētia inter mores, stylū, & cōsuetudinem, vide *Cy. in l.*
7 *2. C. quæ sit lōga cōsuetudo. in q. 3.* ¶ Sed an in † probanda consuetudine requiratur titulus, dic *vt l. & no. extra de verb. sig. c. super quibusdam. §. præte-*
8 *rea. in glo. super verbo. extat memoria.* Si vero † de priuilegiorū intellectu dubitetur, Principis erit cognitio: quia ad illum pertinet interpretari, cuius est condere. *vt supra ead. colla. c. cum ad regale & ff. de*

ff.de reg.iur.l.neratius.extra de iudi.c.cum venissent,
9 *& de verb.sig.cap.olim.* vbi no. Doct. ꝙ † Princeps
potest facere interpraætationem priuilegiorum
etiam parte non vocata. de quo dic ibi per *Henricum Boich.* Itē valet interpretatio facta lite pē-
dente, sed non modificatio. *secundū Inno.& Henr.*
in c.olim.de verb.sign. & dixi infra colla. 4. curia 2.
10 *Barcino.c.32.vide ibi late.* Sed † per constitu. Ca-
thaloniæ nullus debet interpretari priuilegia cō
cessa, & confirmata per antecessores Reg. Alfon.
IIII. de quo vide *infra colla.proxi.c.16.adde no.per*
11 *Iacob.Cali.in Marga.fisci.8.dubi.ver.36.* Not. † ta-
men, quod in Catha. si de intellectu generalis cō-
stitutionis dubitetur, habet fieri interpretatio
per dictum Regem in curijs generalibus; vel eis
cessantibus, habet fieri cum quatuor Prælatis, qua
tuor richis hominibus, quatuor militibus, qua-
tuor ciuibus, & iureperitis, iuxta formam tradi-
tam *infra colla.4.in 2.curia Barcino.c.27. Item quod*
si in aliquo capitulo statuto,&c.& in curia Gerun.cap.
10.adde infra colla.3.cap.6.& 17.& quæ no.Ioan.de
12 *Imol.in cle.1.de ele.in glo.hominis,* quid † sit priui-
legium, & vnde dicatur, & de materia priuilegio
rum, vide *glo. 25. q. 2.* sed cuius loci consuetudo
seruetur, vide *Ioan.de Imo.in cle. sæpe.de verb.sign.*
in glo.super verbo longæuus. & adde quæ no. Gui. 11.
di.c.consue.& per Inno.de consue.super rubri.

De mero imperio. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Spoliari non potest sine causæ cognitione, qui ante hanc constitutionem vsus fuerit possessione, seu quasi meri imperij. quod non procedit in locis regijs. nu.2.*
3 *Possessio antiqua est triginta annorum. & ratio traditur. num.4.*
5 *Merum imperium an præscribatur remissiue.*
6 *Domini castrorum tuentur in possessione, seu quasi meri imperij, si in ea extiterint per triginta annos ante curiam, de qua hic.*
7 *Nullus est spoliandus citra iudicialem ordinem.*
8 *Ordo iuris debet seruari in possessorio. & limitatio traditur. num.9.*
10 *Merum, & mixtum imperium quid sit. remissiue.*

ET *restituimus possessionem. vel quasi meri imperij*
&c. istud cap. & sequēs cōfirmantur *infra col-*
la.4.in 3.curia Barcino.c.9.Item ordina.præsenti.&c.
Et ibi additur, quod si cōtrafactū fuit, vel erit nō
1 valeat. Et no. hic, † quod quantumcūq. ab anti-
quo ante huius constitutionem vsus fuerit pos-
sessione vel quasi meri imperij in suis locis, non
potest spoliari sine causę cognitione, sic *infra ead.*
colla.cap.27. Item quod nos, vel offi. nostri non spolie.
vide quæ ibi dixi. Et no. quod dicit *in suis locis,*
2 quia secus † si in locis regijs. ¶ Item no. † hoc
3 iuncto *vsat. hoc quod iuris est sanctorum.* ꝙ antiqua
4 possessio est 30. annorum. Quod dicitur † hoc *ab*
antiquo, & qualiter hoc verbū sumatur inuenies,
extra de offi.ordi. cap. duo.vide ibi.& de verbo.sig.c.
5 *semper.* sed an † merum Imperium possit præscri-
bi, vide *Iac.de Mōte Iudaico super alleg. vsat. hoc quod*
iuris. est sanctorum: & adde quæ dicam infra colla.
4.curia 3.Barcino.cap.9.ver. Item quæro vtrum me-
rum imperium possit præscribi. cū ver.sequenti. Item
adde quæ no.d. Iac. de Cali.in suo curiali 7.dub.ver.
6 *159.* Itē no. quod licet † dn̄s Rex fundet super
mero imperio intētionem suam de iure commu-
ni per totum Cathaloniæ principatum; tamē do-
mini castrorum, & locorum tuentur in possessio-
ne seu quasi ipsius meri imperij, si in ea fuerint
per 30. annos ante istam curiam; licet habeant ius
commune contra se, & non doceant titulum, nec
præscriptionem tanti temporis, cuius contrarij
memoria non existat: & ita per has cōstitutiones
in hoc casu detrahitur. *cap. si Episcopum.extra de*
præscrip.lib.6. cum si.adde quæ no.glo.in c. vlti.extra
de consue.lib.6.& extra de verb.sign.c. super. ¶ Item
7 no. quod † nullus est citra iudicialem ordinē spo
liandus. *vt hic.& in cap.cōquerēte.extra de resti.spo.*
8 *lib.6.& infra ead.ca.27.* Item no. hic, † quod super
possessorio debet seruari iuris ordo. *vt extra de offi.*
dele.c.cōsuetudinibus,& de causa poss. & proprie.c.1.
cum suis concor.& dixi de hoc latius in alleg. cap.27.
9 Fallit † in causis patrimonialibus, & publicarū
functionum. *vt C.de app.l.quoniam.& C.quando pro-*
uo.non est nece.l.abstinendum.& l.& publicarum.cum
10 *si.* in quibus proceditur executiue. Quid † autē
sit merū, & mixtum imperium, vide *Bar. & Doct.*
in l.imperium. ff. de iur. om. iudi. & quæ dic ī infra
colla.4.in curia 3.Barcino.cap.9. supra alleg. & quæ
scripsi super *vsat. hoc quod iuris est sanctorum.*

De mixto imperio, & iurisdictione. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptione 30. annorum tuetur quis in possessione, & proprietate mixti imperij, & iurisdictionis, & ratis videnda est num.2.*
3 *Titulum suæ possessionis docere an quis cogi possit.*

R*Estituimus etiam omnibus, &c. supra cap. prox.*
de mero imperio. Hic idem statuit de mixto im
perio, & iurisdictione; imo hic plus dicit, quia su-
pra dixi; ꝙ nō spoliabitur sine causæ cognitio-
ne; sed hic de mixto imperio, & iurisdictione di-
cit, quod non molestabit, nec molestari faciet di-
1 ctas personas: & ita † hic per præscriptionē 30.
annorum tuentur in mixto imperio, & iurisdi-
ctione, nedum quod ad possessionem, sed etiam
2 quo ad proprietatem: quia † dicit *non molestari,*
præmisit *tenuerunt, & possiderunt vel quasi;* &
ita non solum in possessione turbari non debet,
sed etiam tueri debet in ea. *iuxta no.per glos. super*
verbo molestare. in cap. 9. parte ex. de testibus. Fa-
cit quod & no. quia hæc dicit *antecessores,* quia
requiritur bona fides, quod est menti tenendum
valde. Vide quæ dixi *infra colla.4.in curia 3.Barc.*
cap. 9. vbi præsens cap. cum præcedenti confirmatur.
Item notauit *d. Iac. de Cali. in sua Margarita fisci.*
5.dub.ver.51. quod Baronibus, etiam alijs domi-
nis non potest fieri assignatio, vt ostendant titu-
lum castri, vel loci sui. vide ibi. *adde in curiali 7.*
dub.ver.112.adde no.per Ange.ff.de peti.hæredi.l.in-
3 *terrogatus.super glo.in fin.* vbi declarat, an † & quā-
do quis cogatur docere titulum suę possessionis,
quæ

quæ tenementi ad intellectum *l. cogi. C. de peti. hæreditatis. adde consti. d. Maria. per repos.*

De iurisdictione omnium iudicium. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij, & alij regij officiales intrare nō possunt loca Baronum causa sui officij; nisi sicut solitum erat tempore Regis Iacobi Primi.*

2 *An probare incumbat in casu huius cap. vsum intrandi, vel non intrandi Baronibus.*

3 *Officiales Regij in diœcesi Gerundæ non intrant terras Baronum, nisi pro debito Baronis, vel pro regalijs.*

4 *Consuetudo eo differt à stylo, quia consuetudo disponit, & stylus ordinat tantum.*

5 *Stylus inducitur ex tacito, vel expresso consensu, & cōsuetudo à tacito tantum.*

6 *Consuetudo particularis locorum non tollitur per generalem constitutionem Cathaloniæ. idem est in statuto particulari.*

S*Tatuimus itaq. volumus, & ordinamus. &c.* Hic
1 dicitur, † quod Vicarij, & alij officiales Regij non intrent loca iurisdictionum non regiarū causa sui officij, nisi sicut fiebat tempore D. Reg. Iacob. antiqui. adde *infra ead. cap.* 18. *Item quod*
2 *nulli. &c.* vide quæ ibi dicā. Sed quæro † hic, quis habeat probare vsum intrandi, vel non intrandi. Videtur quod domini castrorum, & aliarum iurisdictionū; quia dominus Rex fundat eius intētionem de iure communi. *vt dixi supra ead. cap.* 4. Per hoc facit quod no. *Iacob. Cali. in suo directorio pacis, & treugæ.* 23. *dub. prin. §. quæro an Vicarius possit, & debeat congregare homines magnatum, &c. ver. Nec forsan probatio consuetudinis. &c.* ibi vide late. in contra videtur hic in littera quæ prohibet officialibus Regiis ingressum, nisi in casu cōsuetudinis, ergo qui consuetudinem prætendit, probet: & hoc credo verius in hoc casu, saltim in dioe
3 ce. Gerundeñ. in qua † officiales Regij nō intrāt terras Baronum, & aliorum, nisi pro debito domini loci, & pro regalijs, puta sono emisso, pace, & treuga, & alijs regalijs. *adde no. per Gui. Prępo. in alfabeto super verbo. iudiciū.* Qualiter probetur vsus
4 vide *supra ead. cap. idcirco.* Et dic, quod † consuetudo disponit, sed stylus ordinat tantum, & non est redactus ad scripturam, vt differat à statuto.
5 Sed † potest induci ex tacito, & expresso consensu, vt differat à consuetudine, quæ à tacito tantum procedit. *vt l. si quādo. C. de bo. va. lib.* 10. *secūdum Florianum,* qui ita dicebat super *l. de quibus. ff.*
6 *de consue.* Et est hic argum. quod † per generalem constitutionē Cathaloniæ non tollantur speciales consuetudines, & statuta locorum. *vt extra de consti. cap.* 1. *lib.* 6. *ar. contra. ff. de sepulchro vio. l. prætor ait. §. diuus Adrianus.* Sed communiter tenetur, quod ibi Imperator fecit specialem mentionem de statu. *secundum Bar.* quem vide ibi, & late *per Cy. C. quæ sit lon. consue. in vlti. q. prin.* Sed dicta consuetudo intrandi videtur poni in quadam consti. pacis D. Reg. Iac. I. quæ incipit. *Notum sit cunctis. in. §. Item statuimus quod nullus mercator. &c.* ibi in quibus etiam casibus in villa solummodo auctoritate nostri Vicarij pignoretur *secundum Vitalem de Terradis.* Sed videmus, ꝙ in diœce. Gerundæ quasi in desuetudinem abijt ingressus dictæ cōsuetudinis, nisi pro debito domini, & pro regalijs, vt dixi. adde hodie *consti. cēsualium.* dic vt ibi. Sed postea vidi quandam litteram executoriam serenissimi D. Reg. Martini bo. mem. per quā pro debitis dn̄i iussit fieri executionem contra bona ipsius domini debitoris, & eius vassallorum, cuius prætextu in anno Domini 1404. Subuicarius Gerundæ intrauit iurisdictionem Castri de Crudillis, & de Petracissa. & de hoc est processus in curia Gerundæ, qui competenter potest hic inseri, quia notabilis est quo ad hæc, & alia singularia, quæ hodie non habebantur in memoria curialium, & aduocatorum Gerundæ, & facit multum per intellectu huius constitutionis. Cuius processus tenor est talis. *Nouerint quod die Mart.* 15. *mensis Aprilis anno à Natiuitate Domini* 1404. *discretus Bartholomeus de Gratia.* inseratur.

De relationibus nuntiorum. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Nuntio iurato creditur in ijs, quæ ad suum spectant officium. Et quid in banderis, & similibus. num.* 2. *remissiue. & limitatio traditur. num.* 5.

3 *Sagiones, & portarij, & alij officiales debent portare insignia, vt cognoscātur. & ratio videbitur hic. num.* 4

I*Tem ordinamus, & volumus, quod in locis. &c.* ibi.
1 *credatur eis.* Nota, quod † nuncio, & ali iurato officiū suum exequi, creditur de his, quæ ad eius spectant officium. *vt hic. & extra de præscrip. cap. ad Audientiam. & de appellationibus cap. cum parati. & ff. de rebus eorū qui sub tu. l. magis puto.* vbi de hoc *per Bar. & in extrauag. ad reprimendum. & per Henricum in alleg. cap. cum parati. & nota Innoc. & Doc. in cap. quoniam contra falsam. de proba. & in cap. prudentiam. de offi. dele. & per Archi. in cap. proposuisti.*
2 82. *dist.* Quid † de banderis, & similibus, dic vt nota. *in ste. tit. de accusatio. §.* 1. *vers. fin.* Item nota,
3 quod † sagiones, portarij, & alij officiales, in quibus pœna exageratur, debent portare aliquod
4 signum, vt cognoscantur, ne † lædantur ignoranter. *ff. de re. diui. l. sacrum. vide Bal. in l. in fin. ff. de offi. proconsul.* Et nota, ꝙ dicit. *& non pro alio.* Et sic
5 nota verbū, quia videtur dicēdū, ꝙ si talis † asserat sibi factam esse iniuriam, vel resistētiam; quod non credatur sibi. pro hoc facit, *l.* 1. *C. de decurio. & staci. lib.* 12. *& Cy. de accusa. l. equidem. in lib. Ray. Ballistarij.* Et hic repete, quæ dixi *supra. cap. proxi.* adde quæ dicam *infra colla.* 3. *cap.* 4. *& infra coll.* 4. *infra curia prima Barcino. cap.* 19.

De bouatico. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Bouaticum an sit de iure communi. traditur remissiue.*

2 *Facta antiqua probantur per instrumēta, libros, & alias scripturas, necnon per famam.*

I*Tem quod nos, vel antecessores nostri. &c.* Hanc, & similes de bouatico loquentes non interest nostra declarare; nec sepe veniunt in iudicium: ideo quilibet illas videat per se, & recurrat ad instru-

instrumenta venditionum ipsius bouatici, quæ
1 inde emanarunt. Sed † an bouaticum fuerit de iure communi. *vide quæ scripsi infra curia Ilerden. cap. 16. & adde infra colla. 4. curia 2. Barcino. cap. 28.*
2 *cum duobus cap. seq.* Et nota hic, quod facta † antiqua probantur, scilicet pro instrumenta, libros, & alias scripturas, & per famam. de hoc etiã notat *Host. in cap. præterea. §. 1. extra de testib. Roff. in libello iure ciuili. tit. de interdicto. vnde vi. §. penul. & vide Doc. extra de proba. cap. cum causam.*

De monetatico. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Rex non recipit monetaticum, nec quitam ab hominibus aliorum, nisi sicuti tempore Regis Iacobi prim. erat assuetum fieri.*

ITem, *quod nos nec successores nostri. &c.* Statuitur
1 hic, † quod dominus Rex non recipiat monetaticum, nec quitam ab hominibus aliorum, nisi sicut tempore Reg. Iaco. saluis cuicunq; specialibus, conuentionibus, & priuilegijs. Nõ video, quod hodie talia iura exigantur, & scio, quod Hospitalarij Sancti Ioannis Hierosolymitãni, & homines ipsius Hospitalis, & Comandarum Cathaloniæ, & totius regni Aragonum habent de ijs non soluendis lata priuilegia a dominis Regibus Aragonum.

De gabella salis, & aliarum rerum sublata. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Gabella salis, & alia similis, prohibetur in Cathalonia.*
2 *Gabella eo prohibetur, vt quilibet possit victualia, & alia mercimonia, quo voluerit, deferre excepta terra inimicorum. limitatio traditur. num. 3. & 4.*
5 *Gabella non soluitur de rebus, quæ vehuntur causa victus quotidiani.*
6 *Arma Sarracenis, nec vendi nec portari debent, sub pœna. prout hic.*
7 *Messes intelligũtur vsq; ad primã diẽ Mensis Iunij.*
8 *Feria messium de consuetudine Gerundæ incipiunt prima Iunij, & durant vsq; ad 13. diem Iulij.*
9 *Gratia facta per dominum Regem, vel Primogenitum pro extractione rerum prohibitarum alicui prodest omnibus socijs.*
10 *Obtinens gratiam pro extrahendis rebus prohibitis, nõ potest illam vendere, nec in alium transferre.*
11 *Vectigal imponitur Principis auctoritate.*
12 *Publicanus non debet litigare ob solutionem vectigalis; & eo ipso, quod neget vectigal, pignoratur.*
13 *Contrahens tenetur denuntiare illis, quibus debetur vectigal, & soluere publicano.*
14 *Gabella prohibetur de iure communi.*
15 *Gabellare bladum, vel alias merces quid sit.*
16 *Denominatio bona non mutat malum.*
17 *Gabella largo modo quæ dicatur.*
18 *Principes imponentes gabellam absq. iusta, necessaria, & rationabili causa peccant.*

COncedimus volumus. & etiã ordinamus, q. de cetero. &c. Hoc † c. prohibet gabellam salis, &
1 aliquam aliã similem gabellam imponi in Cathalonia. & hic videtur, quod gabella salis Comitatus Impuriarum sit prohibita, licet adhuc seruetur de facto. & præsens capitulum confirmatur *infra in 2. curia Barcinc. Reg. Iaco. II. cap. 11. quod incipit. Item, quod capitulum curia. &c.* vbi declaratur, quod sicut aufertur gabella bladi, & victualium, & omnium aliarum rerum, & mercimoniarũ, ita quod † quilibet libere possit eas res, quo
2 voluerit deferre, excepta terra inimicorum; &
3 excepto, † quod res prohibitas, scilicet peguntam, cæpum, alquitranum, fustam, canabum, filũ, exarciam, ferrum, & arma, nullus extrahat à terra ista, nec etiam æquos, si æqui valoris 15. libr. vel vltra extrahantur à regno, Vicarius Gerũdæ habet morabatinum ab illis, qui eos transeunt per ciuitatem, & Vicariam Gerundæ de antiquissima consuetudine extra pro marcatura: sal-
4 uo † tamen, quod tempore caristiæ possit fieri inhibitio extractionis bladi, & victualium, de quibus dominus Rex possit facere gratiam sine fraude ipsius inhibitionis, & absq. pecunijs; & puniuntur officiales contrafacientes. Et declaratur, quod huiusmodi victualium inhibitio non duret vltra messes tunc proxime venturas: per hoc tamen non intendit præiudicare libertatibus, priuilegijs, & concessionibus Regis ante factis. Et
5 nota, † quod gabella non debet solui de rebus, quæ vehuntur causa victus quotidiani. *vt l. quanta. ff. nau. caupo. sta. vide adde infra colla. 10. curia D. Marti. cap. 20. lat fia per constitutions. &c. Item in*
6 *curia Ilerdẽ. cap. 8.* prædicta confirmãtur. Sed † libertas portandi ad Sarracenos remouetur ibidẽ, quia per *vsat. Christiani.* prohibentur vendere arma Sarracenis; quod si fecerint, nisi recuperauerint, soluent centum vncias auri, vt habetur in *vsatico Bar. cap. Christiani.* Item etiam confirmantur prædicta *infra in curia Gerundæ.* & additur,
7 ac † declaratur *messes* intelligi vsq. ad primam
8 diem mensis Iunij; sed feriæ † messium de consuetudine Gerundæ incipiunt prima Iunij, & durant vsq. ad festum beatæ Margaritæ, quod est 13. Iu-
9 lij. Et quod † si forsan per dominum Regem, vel eius Primogenitum in fraudem dictæ inhibitionis pro denarijs, vel solutione debitorum fieret gratia alicui, quod eo tunc ipsa inhibitio sit solu-
10 ta quo ad omnes. Et quod † ille, qui gratiam taliter obtineret, non possit eam vendere, donare, vel in alium transferre, quod si faceret non valeret. Item nota, quod inhibitionem victualium, quam facit dominus Rex, tenentur seruare omnes etiam Comites, & alij. *vt inf. a colla. 6. curia Perpiniani. cap. cum secundum.* adde quæ ibi nota infra.
11 Item nota, † quod auctoritate Principis vectigal potest cõcedi, & imponi. *vt ff. de consti. prin. l. 1.*
12 Et publicanus † non tenetur litigare propter vectigal soluendum; imo negans vectigal potest incontinenti puniri, & pignorari; quoniam res pro qua vectigal debetur cadit in cõmissum ipso iure. ad hoc. *l. fraudare. & l. cotem. §. dominus nauis. & l.*
13 *commissa. ff. de publica. vecti. & commis.* Item † nota, quod cõtrahens illis, quibus vectigal debetur, tenetur hoc denuntiare, & soluere publicano. *vt ff. ead.*

*ff.eod.tit.l.fin.§.licet qui ignorasse.& §.sequenti.*facit ad hoc *l.marcellus.ff. rerũ amotarum.* alias incipit *Vlpianus lib.8.digest. r im scribit. & §. qui rerũ amotarũ.*Et quę notãtur.*per Bar.in l.admonẽdi.ff.de iure iuran.*& quæ nota.*in l.in bona fidei.C.de re.credi.*
14 *& iure iurand.* Circa prædicta nota, quod † regulariter omnis gabella est prohibita;quia facere gabellam est facere monopolium,quod de iure est prohibitum. *vt C. de monopolijs, & conuentu negociatorum.l.vna.*& adunantes se, & societatem facientes, quod victualia carius vẽdãtur, tenẽtur pœna.l.Iulię de annona. *vt ff.ad l.Iuliã de annona.l.2.*& est pœna extraordinaria.*vt ff.de extraor.cri.l.annonã.§. pœna, & notat glo.in alle.l.2.*& adde quę notat *d. Ant.de Butr.extra de emp.& ven.cap.*1.est
15 enim gabellare,† bladũ,vel alias merces ad manum vnius, vel paucorum adunare, vt ab inde cæteri habeãt carius emere, & ita sumitur hic.Et per hoc videtur,quod peccauerint qui dudũ gabellam vini in ciuitate Gerundæ fecerunt, licet prohiberent nominari *gabella* imponentes ei no-
16 men *mercaturæ*, vt hic patet: quia bona † denominatio non mutat malum.*vt extra de symonia.ca.editus.& 14.q.4.cap.pleriq. ad idem no. per Ioan.de Imo.in Cle.præsenti.de censibus in glo. super verbo.pe-*
17 *dagia.* Largo modo dicitur etiã gabella † omnis impositio tributi vectigalis,vel alterius exactionis, quæ fit pro rebus vehendis extrahendis,aut alias distrahendis. Et hoc modo etiam est prohibita,nisi fiat ex iusta causa auctoritate Principis. *vt C.noua vectig ilia.in ru.& nigro.*Et peccãt Prin-
18 cipes † talia imponentes absq. iusta,necessaria, & rationabili causa. *vt no. Innoc.extra de censibus.cap.innouamus.*Adde quæ nota.*Ioan.de Imol.in cle.præsenti.de censibus.in glo.super verbo.pedagia.*

De libertatibus Ecclesiasticis. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Rex, & eius Vicarij cognoscunt ex longissimo vsu de causis ciuilibus religiosorum exemptorum.*

2 *Cõstitutiones pacis,& treugæ,& vsatici Barcinonæ præferuntur aliquando libertatibus Ecclesiasticis.*

P*Ermittimus etiam, volumus.&c.* Hic D.Rex se astringit ad seruandum, & seruari faciendum libertates Ecclesiasticas; & ex certa scientia reuocat statuta,consuetudines,& constitutiones, si quæ sint in contrarium,saluis cõstitutionibus pacis, & treugæ, & vsaticis Barcino. Nota tamen,
1 quod dominus † Rex,& eius Vicarij cognoscere consueuerunt de longissimo vsu de causis religiosorum exẽptorum, nõ spiritualibus, nec criminalibus,sed tantum ciuilibus, ex cõtractu, vel quasi. *vt nota. Iacob.de Calic.in Margarita fisci.6.dubio.ver.*152.Super ijs vide *quæ le.& nota in autent. cessa,& irrita.C.de sacrosanctis Ecclesijs. & in c. nouerint.extra de sen.ex.*Adde *infra colla. proxi.c.*32. *& infra colla.4.curię Ilerdẽ. cap. 19. Item & præ-*
2 *lati.&c.* Videtur ergo † hic ꝙ cõstitutiones pacis, & treugæ, & vsaticus Barc.præterãtur libertatibus Ecclesiasticis:quod videmus seruari in pluribus,taliẽ in regalijs foris emissi, & simili modo, & alijs.

De notarijs,& scribanijs. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Rex restituit notarias,& scribanias eis,qui illas habuerunt ab antiquo.*

2 *Specialiter quæ iniunguntur,magis timeri solent; quam quæ generaliter.*

3 *Habentes ab antiquo notarias, & scribanias tuti sunt per hanc constitutionem tam in proprietate,quam in possessione.*

4 *An constitutio hæc locum habeat in illis, qui post illam habuerunt notarias,& scribanias.*

5 *Vbi dubitatur de possessione notariarum,vel scribaniarum,dominus Rex lite pendẽte debet illas posidere.*

6 *Domini possunt regere notarias, & scribanias, tam per se,quam per clericos,vel laicos. & quomodo respectu clericorum sit id intelligendum.nu.*7.*&* 8.

9 *Consuetudo viget in Cathalonia presbyteros vti publicè officio notarij,& scriptoris,causa sanguinis excepta.*

10 *Clerici an possint exercere officium tabellionis,vel scriptoris.remissiue.& quomodo hoc procedat.nu.*11.

1 E*T specialiter restituimus plene, ac libere notarias, seu scribanias.&c.* Hic † dominus Rex restituit notarias, & scribanias eis, qui habuerunt ab antiquo. Et no. quod dicit specialiter *de notarijs,& scribanijs*, scilicet ad cautelam; quia † ma-
2 gis timeri solẽt,quæ specialiter iniunguntur,quã quæ generaliter imperãtur.23.*di.c.quamquã.*quia notaria, & scribania poterant includi sub imperio,& iurisdictione, de quib⁹ præmisit *supra ead.cap.4.& 5.*Sed quia sunt nonnulli,qui solum habent notarias, & scribanias in locis,vbi non habent aliquam iurisdictionem: ideo opus fuit de ijs specialiter caueri. ¶ Nota etiam,quod dicit. *plene, & libere.* & quod subijcit *nullam fieri mole-*
3 *stiam.* Vnde † patet, quod tam in possessione, quam in proprietate tuentur per hanc constitutionem,qui notarias,& scribanias ab antiquo ha-
4 buerunt. *Adde quæ dixi supra cap.5.* Sed † quæro, an hæc constitutio locum habeat in ijs, qui post hanc constitutionem ipsas notarias,& scribanias habuerũt:videtur quod sic; quia cõstitutio de sui natura respicit futura. *vt extra de constitut. cap. cognoscentes,& cap.quoniã.* facit *ff.de le.l.cum lex.*Dico contra; quia hic ista constitutio loquitur per verbum præteriti indicatiui, scilicet *habere consueuerunt, & plenius habuerunt.* & ita in præterito indicatiuo non includitur futurum; secus si dixisset *habuerint*,licet *dominus G. Richar.* videatur sentire cõtra.*in cap.& restituimus.supra eod.*sed quod ad possessorium eius opi. posset sustineri.
5 Et † si sit dubium de possessione, dominus Rex debet posidere cognitione pendente; quia eius intentio est fundata de iure communi, & ita est in mero imperio, & iurisdictione. *Dalus de Pontonibus* dixit ita fuisse determinatum in curia, & sic procedere de iure. vide quæ scripsi latius *infra ead.cap.item quod Vicarij.*Item nota,quod hoc c.cõfirmatur per D. Reg. Iacobum in tertia curia Barcin.*c.*10.quod incipit. *Item ordinamus quod ca-*
6 *pitulũ generalis cursa.&c.* Vbi † additur,quod ipsas

fas scribanias, & notarios antiquitus haberi cōsuetas domini earū possint regere personaliter, vel per alios clericos, vel laicos, qui tamē sint sufficientes ad regimen ipsarum notariarum, & scribaniarum. ¶ Hic ergo habes, quod clerici possunt regere notarias, & scribanias. contra, quia scribæ, & notarij curiarum regiarum sunt astricti ad tabulam tenendam, sicut alij officiales Regij triennales. *vt in consti. Regis Alfonsi curiæ Montisalbi. cap. 8. quod incipit. Item statuimus, & ordinamus, quod notarij, &c.* & tamen clerici non possunt subire forum iudicum tabulæ, qui sunt iudices seculares, *vt extra de foro compe. cap. si diligenti.* quid dicendum. certe credo, quod licet dicta constitutio generaliter permittat scribanias per clericos
7 regi; tamen † debet restringi ad notarias, & scribanias, pro quibus tabula non est tenenda, & ita per dictā constitutionē Mōtisalbi est restricta; cū illa Montisalbi sit posterior, per quam prior cōtraria reuocatur. *extra de consti. in. cap. licet Romanus.*
8 *lib. 6.* Et prædicta † intellige de clericis in minoribus cōstituti, secus si in sacris. *vt extra ne cleri.*
9 *vel mo. cap. sicut te.* vbi de hoc nota. Sed † consuetudo habet in hac patria, quod etiam presbyteri vtuntur publice officio notarij, & scriptoris, excepta causa sanguinis: quæ consuetudo non multum placet; cum tale officium ab ordine sacro sit alienum. *vt nota in alleg. cap. sicut. & adde quæ dicam infra colla. 3. cap. 22. & infra colla. 6. curia Perpinia.*
10 *cap. fina.* Vtrum clerici † possint exercere officium tabellionis, vel scriptoris, vide pragmaticam Reg. Iacob. datam pridie kalendas Iunij anno 1309. per quam voluit, quod notariatus non possit exerceri per habentem tonsuram clerica-
11 lem; nisi sint † notariæ propriæ clericorum, qui regant per se; sed si per substitutos regere velint oportet, quod sint laici.

De cenis, & albergis. Cap. XIII.

S V M M A R I V M.

1 *Cenæ, albergæ, & acapita non exigantur, nisi aliter habuisset consuetudo antiqua. & an hoc procedat in cenis præsentiæ, vel absentiæ. num. 2. & 3.*
4 *Consuetudo, de qua hic, a quo sit probanda remissiue.*
5 *An procedat iste tex. in terris Regis.*

STatuimus inquam, quod nos aut filij, &c. Statuitur
1 hic † quod cenæ albergæ, & acapita non exigantur, nisi vbi est consuetum ab antiquo; & valet priuilegium de cenis nō dādis, & de quattijs. vide quæ scripsi *infra colla. 8. in curia Regis Martini.*
2 *ni.* Item vidi dubitari, an hæc † constitutio habeat locū in cenis præsentiæ; & dicebatur quod non, quia sunt ordinariæ, & dantur pro visitatione, sicut procuratio Episcopo, & sicut presbyteri non possunt: tunc veniant in generali verbo cenarū cū sit ex natura regaliæ; secus † in cenis ab-
3 sentiæ, quæ solum debentur ex consuetudine. Sed cogita bene; quia littera simpliciter loquitur. *vide C. de salgario hospitio non præbendo. l. 1. lib. 12. vide Roff. in libello iuris ciuilis tit. de sacramento cuiuslibet*
4 *libet vassal.* Et cui † incubat onus probandi consuetudinem prædictam, dixi *supra eadem. c. 6. vide ibi.* Et scias, quod Vicarij non debet albergare in
1 mansis Ecclesiarum, vel religiosorum locorum. *vt supra in curia Gerunda Regis Iacobi I. cap. vltimo. in forma iuramenti Vicariorum. vide infra colla. proxi. cap. 31. Item adde de albergis, & posadis in aduentu Principis assignandis. & quæ infra notatur colla. 10.*
5 *cap. als posaders.* Sed quia † tex. hic dicit *de locis Prælatorum, Baronum. &c.* quæro, quid de terris Regijs. Respondetur idem. *vt supra eod. cap.* Idcirco quia libertates omnibus sunt seruandæ, vnde quādo littera dicit, *in locis Baronum. &c.* supple *maxime*, quia in tex. subijcitur, *aliorumq. locorum.* & vide cartam venditionis bouatici.

De causis à Cathalonia nō extrahendis. Cap. XIIII.

S V M M A R I V M.

1 *Rex existens extra Cathaloniam non potest cognoscere de causis ipsius, imo illas debet committere infra suas Vicarias terminandas, limitatio adducitur, num. 2.*

ITem quod omnes causæ quæ sunt de Cathalonia, &c.
1 Clara est hæc cōstitutio. dicit enim, quod † dominus Rex non potest cognoscere de causis Cathaloniæ existens extra Cathaloniam; imo tunc haberet committere illas infra suas Vicarias ter-
2 minandas. quod est verum, nisi † pro causis patrimonialibus, vt in *nouella constitutione domini Regis Alfonsi Dei gratia nunc regnantis, quæ incipit, les causes de pubills, &c.* vide ibi, vbi dicam latius de hoc. adde etiā *infra colla. 10. cap. volent les constitucions.*

De causis Vicariorum, & appellationum. Cap. XV.

S V M M A R I V M.

1 *Causa Vicariæ intra Vicariam, & causæ Baiuliæ intra Baiuliam debent tractari, quod procedit tam in ciuilibus, quam in criminalibus num. 2.*
3 *Princeps euocat sibi causas Vicariarum, & Baiuliarum, prætextu pupillaritatis, viduitatis, paupertatis, & miserabilitatis.*
4 *Princeps nec per constitutionem, priuilegium, vel contractum potest à se abdicare regaliam miserabilibus concessam.*
5 *Regalia semper censetur excepta à qualibet concessione: quia est affixa ossibus Principis.*
6 *Casus, in quibus Princeps potest cognoscere de causis Vicariarum, & Baiuliarum.*
7 *Charitatiuum subsidium non censetur venire in remissione generali iuris Episcopalis.*
8 *Princeps potest cognoscere de causis appellationum per totum Principatum Cathaloniæ, vel committere illas infra Vicariam, in qua fuerit appellatum.*
9 *Vicaria, de qua hic, intelligitur de Vicaria lata.*
10 *Vbi quis sortitur forū ordinarij, sortitur forū delegati.*
11 *Gubernator Cathaloniæ est præses Prouinciæ maior post Principem, & superior Ordinariorum; & idea potest facere multa, de quibus hic.*
12 *Gubernator existens extra Vicariam, an existente domino Rege extra Principatum, cognoscat de appellationibus remissiue.*
13 *Causa vnde dicatur.*
14 *Causæ Vicariæ, vel Baiuliæ possunt de consensu partium tractari extra eas.*

Item

ITem quod causæ Vicariæ tractentur. &c. hoc cap.
1 dicit tria. Primo † quod omnes causæ principales habeant tractari infra quamlibet Vicariam & non alibi, & hoc est verum de causis Vicariarum: secus de causis Baiuliæ; quæ similiter habẽt tractari infra Baiuliam, vt infra in *curia tertia Barcino. Regis Iacobi. cap. 11. quod incipit. Item ordi-*
2 *namus quod capitula, &c.* Et ambæ † huiusmodi cõstitutiones, quę loquuntur de causis ciuilibus, etiã hodie extenduntur ad causas criminales. *vt in cõstitu. D. Mariæ Reginæ uxoris domini Regis regnantis*
3 *edita Barcino. c. volents les constitutions, &c.* Et † prædicta intellige vera, nisi prætextu pupillaritatis, viduitatis, paupertatis, & miserabilitatis per principem euocentur. *vt C. quando impe. inter pupillum, & viduam. & c. l. vni. & in consti. domini Ferdinandi*
4 *cap. Ne ex beneficio.* vnde nota † quod Princeps per consti. aut priuilegium, vel contractum, aut aliam constitutionẽ non potest à se abdicare hanc regaliam miserabilibus à Deo concessam. & semper intelligitur † excepta; quia est affixa ossibus principis. *vt 23. q. 5. cap. regum est proprium.* Item
5 fallit † in casu perhorrescentiæ, vt ibidem dicitur. Item fallit in causa criminali alicuius officialis, notarij, vel scriptoris, qui pro criminibus in officijs commissis cõsueuerunt trahi ad Principis consistorium etiam extra Vicariam, vel Baiuliam, vbi delinquerint: quoniam ista & alia regalia non comprehendũtur sub verbis generalibus constitutionum; nisi quando de ipsis expresse ca-
7 ueatur per *regulam in generali. lib. 6.* Sic † etiam in remissione generali iuris Episcopalis non videtur remitti charitatiuum subsidium. *vt nota. Ioan. de Imol. in cle. prima. de iure patro. super glo. in verbo sufficiens.* Et ita videtur, quod indefinita nõ æquipolleat vniuersali. Sed contra nota. *19. d. cap. si Romanorum.* quod dic latius, vt ibi no. *Gui. super glo. nota quod verbum* in fi. ¶ Secundo dicit hæc con-
8 stitutio, quod † causæ appellationũ possunt per Principem cognosci per totum Principatum, sed si cognoscere nolit, habet illas committere infra Vicariam, in qua extiterit appellatum; & tunc habet causa committi iurisperitis tantum. *vt in*
9 *curia Montissoni. cap. iuxta. §. adijcientes.* Et † credo hic debere intelligi de Vicaria lata, prout accipitur in processu pacis, & treugæ, & in alijs regalijs; ita quod si appellatum fuerit in villa Turricellæ de Montegrino, vel in villa Figueriarum, & alijs villis Regijs Vicariæ Gerundæ, quod causa ista poterit tractari Gerundæ, vbi est copia peritorũ; & ita vtimur; quia prælleg. constitut. quæ de casis Baiuliarum loquitur, non habet locum in causis appellationum, vt hic partet. Item si à dictis villis appelletur ad iudicem appellationum Gerundæ, consueuit in ciuitate de tali appellatione ordinarie cognosci, ergo & eodem modo per
10 delegationem Principis; quia † vbi quis sortitur forum ordinarij, ibi sortitur forum delegati. *vt nota. in cap. dilecti. extra de foro compe. per Innocen. facit. cap. cum non debeat. infra in curia Perpinian.* ; *& quæ ibi nota. facit ad hoc nouella constitutio. infra colla. 11. cap. les causes de pubills, &c. vide ibi.* Gubernator est
11 præses † Prouintiæ, & maior post Principem, & est superior Vicariorum, Baiulorum, & Iudicum ordinariorum, curiarum, regiarum, & etiam iudicum appellationum ab ordinarijs emissarum, & sic potest els imperare, & inhibere, & causas per totam Cathaloniam euocare, & suam iurisdictionem per totam prouintiam sibi commissam exercere; nisi in casibus à constitutionibus Cathaloniæ sibi prohibitis, & potest vice Regia regalias communicabiles absente Principe exercere. Sed
12 an † Gubernator existente Rege extra principatum poterit de appellationibus cognoscere existens extra Vicariam; sicut facit Rex, dum est in Principatu. credo quod non *per hoc cap.* in quo videtur speciale in Principe, ad idem facit. *infra colla. 6. curiæ Ceruariæ. cap. præterea quia per reser-*
13 *nationes*, sed dic ibi dixi latius. Item † nota quod causa dicitur, à casu quo venit, & nõ dũ est sententia, quia tunc finita est causa, & dicitur res iudicata siue iustitia. *extra de verb. sig. cap. forus.* Tertio hæc cõstitutio dicit ibi in §. *Si vero Barones*, quod in causis Baronum in curia Regia litigantium habet seruari vsaticus Barcino. Et loquitur hic de *vsat. placitum mandetur.* vide quæ ibi scripsi.
14 ¶ Sed † nũquid de consensu partiũ poterit causa Vicariæ, vel Baiuliæ extra eas tractari. Credo quod sic. *arg. extra de offic. dele. ca. super quæstionum. §. verum. in fi.* Partes enim possunt renuntiare iuri suo. *C. de pac. l. si quis in conscribendo. & ff. de minoribus. l. si iudex cum similibus.*

Confirmatio pacis, & treugæ. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Socij sociantes eiectum, & publicatum à pace, & treuga timentem aduersarium, non dicuntur fautores.*
2 *Hospitantes excommunicatum, qui vadit ad Papam, pro obtinenda absolutione, non incurrunt excommunicationem.*

C*Onfirmamus cõcedimus, & etiã approbamus, &c.* Hic confirmatur constitutio pacis, & treugæ quæ incipit. *In nomine Domini, &c.* qua vtimur in concusse. Item etiam nota, quod omnes charte pacis, & treugæ sunt approbatæ in omnibus, quę nõ contra dicant illi. *In nomine Domini*, de quo vide per *Iacob. de Calic. in suo directo. pacis, & treugæ. ad-*
1 *de supra ead. colla. cap. 11.* Sed quæro † de quæstione, quæ forsan ab alijs tacta non est; pone aliquis est eiectus, & publicatus, proponit comparere, & contumatiam purgare; sed quia valde timet aduersarium, vt veniat securus, conuocat socios, an illi dicantur fautores? Respondetur, quod nõ. *arg.*
2 *extra de rescrip. cap. ipso iure. lib. 6.* nam † & illum qui vadit ad Papam pro obtinendo absolutionẽ excommunicationis possumus hospitari sine metu excommunic. *vt nota. Gui. in Rosario. 11. q. 3. ca. quoniam Apostolica. secundum Lauren.*

De constitutionibus Cathalonię condendis. Caput XVII.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Cathaloniæ debet fieri de consensu Prælatorum, Baronum, militum, & ciuium.*

2 *Princeps facere potest pragmaticas, quæ non sint contraria iuribus patriæ.*

ITem *constituimus, & volumus. &c.* dicitur hic; quod
1 generalis constitutio † Cathaloniæ habet fieri de approbatione, & consensu Prælatorum, Baronum, militum, & ciuium Cathaloniæ; vel ipsis vocatis maioris, & sanioris partis eorundem. Et credo, quod hinc habuit ortum; quod curiæ generales in Cathalonia celebrarentur, quæ habent celebrari quolibet anno. *vt infra ead. curia. cap. Item quod semel.* adde quæ ibi dicam. In tex. ibi, *generale* subintellige secus ergo si specialem. Item ibi, *seu statutum*, repete *generale*, & intellige hoc si faceret contra vsat. & constit. iuratas, & cap. curiarū; quæ sunt pactionatę leges ex cōtractu, alias secus;
2 quia pragmaticas † facere poterit, & ordinationes, & edicta generalia, dum modo non sint contra dicta iura patriæ pactionata; quia lex non est imposita verbis.

De foro competenti, & de marchis, & repræsalijs. Caput XVIII.

1 *Marchari non possunt homines Ecclesiarum, & aliorum quorumcunq; nec eorum bona emparari in ciuitatibus, & locis Regijs; nisi in fathicam iustitiæ; & ob alios casus hic enumeratis.*

2 *Vassalli possunt marchari pro debito, vel delicto domini.*

3 *Templarij euanuerunt propter hæreses nephandas.*

4 *Protestatio, vel empara facta debitori, an excuset eum à soluendo. remissiue.*

5 *Solutio an fieri possit per debitorem emparatum absq. licentia curiæ emparantis. remissiue.*

6 *Debitor obligatus ad portandum alicui annuam pensionem quitiam de marchis repræsalijs &c. non excusatur; si in vim marchæ auferatur ei dicta annua pensio. & cauthela ad hoc traditur ab Auctore. num. 7.*

8 *Licet vbi captum est iudicium, ibi finiri debeat; tamen principali beneficio à Principe specialiter indulto potest aliquibus concedi contrarium.*

9 *Conueniendus est quilibet regulariter coram suo iudice. & huius regulæ fallentiæ traduntur. num. 10. 11. 13. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. & 29.*

12 *Promittens coram non suo iudice littigare, & pænitens ante littem contestatam, non tenetur proinde ad expensas.*

14 *Delinquens in actu seu præsentia iudicis, efficitur de foro illius.*

30 *Forum quo in loco sortiatur, qui stans in vno loco cum sagitta percutit stantem in alio loco. remissiue.*

ITem *quod nulli homines dictorum prælatorum templariorum, &c.* Istud cap. est notabile, & est positum in noua compilatione *sub rubrica de iurisdictione omnium iudicum.* Et breuiter *hoc intendit*
1 † homines Ecclesiarum, & aliorum quorumcumq. & eorum bona non possent capi detineri aut amparari in ciuitatibus, & locis regijs, pro contractibus, vel debitis; nisi in faticam iustitiæ, vel nisi ratione rei existentis in locis regijs, aut ratione criminis ibidem cōmissi, aut ratione cōtractus, si ibi inueniantur, in quibus sortiuntur forum ibidem; vel nisi essent villæ marcati, in quibus, & de cōsuetudine, vel vsu antiquo habeantur;
2 *hoc dicit.* Et facit hæc cōstitu. quod † vassalli possunt marchari pro debito, vel delicto domini. ad idem, *in constit. diuinarum. §. illud autem.* & melius, *in constit. in Christi nomine*; edita apud Tarracon. *Item statuimus, quod nullus Vicarius.* Et dic vt ibi. In tex. ibi, *templariorum*, supple olim, nunc vero hospitalariorum Ordinis sancti Ioannis Hierosolimitani;
3 quia templarij † euanuerunt omnes propter eorum hæreses nephandas. vt patet in Chronica Martiniana. In tex. ibi, *& aliorum cuiuscumq. statutis &c.* dic scilicet, etiam regalium, & tam de Cathalonia, quam de alijs regnis; & tam domini Regis, quam aliorum Regum, & generaliter de omnibus. Hoc erat etiam olim per constitu. pacis, & treugæ, quæ incipit. *Notum sit cunctis, quod nos Iac. §. Item statuimus, quod nullus mercator, &c.* adde quę scripsi. *supra ead. colla. in curia. cap. 6.* In tex. ibi, *exprimur.* subaudi, scilicet antequam marcha ratione fatiçæ iustitiæ fuerit adiudicata. & adde quæ dicam. *infra ead. cap. 44. & in contrarijs positis.* Vtrū
4 protestatio, † vel empara facta debitori, excuset eum à soluendo. *vide Bar. & Bal. in l. mulier. ff. de lege commissoria.*
5 Item an † de voluntate creditoris, ad cuius instantiam fuit facta empara, possit solui sine licentia curiæ emparantis. dic per *Bar. ff. de noui oper. nuntiat. l. 1. §. & post operis.*
6 ¶ Sed de vno vidi dubitari videlicet. An † debitor, qui se obligauit alicui ad portandum sibi annuam pensionem quitiam de marchis repræsalijs. &c. Ecce, quod mandatur per curiam isti debitori, quod non soluat; & nihilominus petitur vigore marchæ adiudicatę ab isto debitore, quod pecuniam istam soluat illi, ad cuius instantiam marchatur. Audiui alias fore declaratū; quod iste debitor nō excusetur, nec per hoc possit marchari, per ea quæ notat *Bar. ff. de solut. l. creditor.* Vbi dicitur, quod si pecunia oblata creditori, antequā recipiatur, auferatur à republica debitori; quod periculum est debitoris, & nō creditoris. Et idem in casu proposito non esset marchare illum creditorem sed debitorum.
7 Vnde † est cautela, quod ius percipiendi per marchātem, quod habet iste, contra quem marchatur, vendatur, & distrahatur seu capiatur: & tunc iste recte soluet illi, qui habet ius percipiendi. *quod nota.* Sicut dicimus quod stipendia nō possunt capi pro re iudicata. *vt l. commodis. ff. de re iudi. & l. stipendijs. C. de execu. rei iudi. & l. spem. C. quæ res pig. ob. possunt.* ius tamen percipiēdi bene capitur pro executione rei iudicatæ. cōtraxisse quis intelligitur; vbi se soluturū obligauit. *vt ff. de actio. & ob. l. contraxisse. & ff. de bo. auc. iudi. po. l. 3.* vide quæ ibi nota. Itē nota quod
8 licet vbi est † cęptum iudicium, ibi finiri debeat. *vt ff. de iudi. l. vbi captum.* tamen principali beneficio specialiter à Principe indulto potest aliquibus

bus

bus concedi contrariū. vt l. fi. C. de veteranis. lib. 12. & ponit Iac. de Cali. in curiali. in 7. dubio. vers. 125. ¶ In tex. ibi. si ibi inueniantur. hoc intellige iuxta not. per Ioā. Mo. extra de priuile. c. 1. §. neq. domicilio. lib. 6. vide ibi. ¶ In texto ibi. fatica iustitiæ. scilicet, quia dominus, vel officialis loci requisitus iuxta formā cap. si de homine. infra ead. & cap. Item ad supplicationem. infra colla. 4. in 1. curia Barcino. cap. 16. non facit de suo subdito iustitiam. vide ibi. Est tamen verum, quod si debitor non renunciauerit foro, & firmet de iure in posse sui domini, vel officialis, qui sit paratus facere iustitiā, & de hoc certificauerit curiam requirentem, infra 20. dies cessat fatica, & marcha; alias tenetur purgare contumaciam, & ita seruatur. adde quæ nota. infra ead. coll. cap. 44. Item si de homine. & cap. sequenti. ¶ Vnde
9 nota, † quod regulariter coram suo iudice quilibet est conueniendus. 3. q. 6. cap. pulsatus. 11. q. 1. cap. experientiæ. & extra de foro compe. cap. cum sit generale. alioquin actor pœnam patitur. 11. q. 2. ca. inolita. & c. placuit. & extra de foro compe. cap. si dili-
10 gēti. & C. de iur. omni. iudi. l. in criminali. Fallit † in casibus prædictis, & in hac constitu. contentis. de quibus dic, vt le. & nota extra de foro compe. c. vlti.

¶ Vnus casus est ratione possessionis. vt extra de foro compe. cap. sane. & C. vbi de po. l. 1. C. de prædijs minorum. l. si prædium. & hic dum dicit ratione rei ibi existentis. Et hoc intelligo de re immobili, secus est de re mobili alibi ductura, & tantisper nō perpetuo ibi permansura. quod dic late per Ange. ff. de iudi. l. sed & si susceperit. §. si ea. & in cap. Romana. extra de foro compe. lib. 6.

11 ¶ Secundus † est ratione cōtractus. vt ff. de iudi. l. hæres absens. extra de foro compe. cap. Romana. §. contrahentes. lib. 6. Super quo vide Bart. ff. de admi. tu. l. Titium. §. tutores. & Bald. in l. si quis in conscribendo. C. de pac. & d. Ant. de Butr. in cap. 1. extra de iudi. & Ioan. An. in addit. spe. de cōpe. iudi. aditio. §. 1. ver. pri-
12 mo si pactum. Sed † pone aliquis promisit corā nō suo iudice litigare, postea ante litis contestationē pœnitet, iuxta l. si cōuenerit. ff. de iur. omni. iudi. nūquid tenebitur ad expensas? Resp. non; ex quo à lege habent potestatem variandi secundum Albericum de Rosa. qui hoc late nota. ff. de ver. ob. l. multum. §. si stipuler. sed post litis cōtestationē punietur. vt C. de assig. toll. l. 1. in fin. & C. de iur. omni. iudi. l. nemo. vide Bar. in l. properandum. C. de iudi.

13 ¶ Tertius † est ratione criminis, pro quo potest conueniri vbi delinquit. vt infra colla. proxi. c. 27. vel vbi inuenitur, vel vbi habet domicilium. C. vbi de cri. agi oportet. l. 1. & 3. q. 6. c. 1. & c. fin. delinquens enim efficitur de foro eius, in cuius iurisdictione delinquit; vt patet in eo, ꝙ legitur, & notatur extra de sen. exco. ca. nuper. cap. 1. cū si. secundū Gui. qui ita nota. in Rosario 8. di. quæ contra. Item si
14 quis † in actu alicuius iudicis delinquat, efficitur de foro illius iudicis. iuxta nota. per Bar. ff. ad l. cor de fal. l. si quis obrepserit. & per Doc. in l. nullum. C. de test. & extra de offi. dele. cap. 1. & ibi de hoc per Henricum.

15 ¶ Quartus † cum est quæstio de fide. 24. q. 1. cap. quotiens. & 80. di. cap. 2. & 16. q. 1. cap. frater noster.
16 ¶ Quintus † est propter loci imoportunitatem; tunc potest trahi extra prouinciam. 33. q. 1. c. fine. Item propter pro resistentiā. vt extra de rescrip. c. statutum. §. cum vero autor. & infra in constitu. domini Ferdināđ. c. ne ex beneficio. & idē ex causa viduitatis, pupillaritatis, paupertatis, & miserabilitatis. vt C. quando impe. inter pupillum, & viduam. & in nouella domini Alfonsi. colla. 11. ca. des causes de pubills.
17 ¶ Sextus † est propter appellationem. vt supra ead. cap. 15. & 3. q. 6. cap. peregrina.
18 ¶ Septimus † est propter Papæ iussionem. vt 3. q. 8. cap. quecumq. & q. vlti. cap. peregrina.
19 ¶ Octauus † causa iuris patronatus. vt extra de iudi. capitulo quanto.
20 ¶ Nonus † in vxore, quæ sequitur forum mariti. vt ff. de iur. omni. iudi. l. vltima.
21 ¶ Decimus † est in reconuentione. vt extra de mutuis peti. cap. miramur. & 3. q. 8. cap. cum inagēdo.
22 Vndecimus † est in casu recusationis. vt extra de foro competenti. cap. si quis contra. & 3. q. 3. cap. offeratur.
23 ¶ Duodecimus † est in casu depositionis Episcopi, qui non deponitur, nisi à Papa. 3. q. 6. cap. quamuis.
24 ¶ Decimus tertius † est quando partes consentiunt, vel quando maior se submittit. vt ff. de iuri. omni. iudi. l. est receptum. & 2. q. 7. cap. nos si incompetenter.
25 ¶ Decimus quartus † est, vt 3. q. 6. c. vnaquæq.
26 ¶ Decimus quintus † est in casu feudali. vt extra de iudi. cap. cæterum.
27 ¶ Item † est decimus sextus, si suus iudex est negligens. vt extra de foro compe. c. licet ex suscepto.
28 ¶ Est † decimus septimus in scholaribus. vt in cōsti. Federic. habita, quæ est posita. C. ne filius pro
29 patre. Item est decimus octauus † in causis patrimonialibus domini Regis, quæ habent duci corā Baiulo Generali. vt notatur lat. in Margarita fisci. d. Iac. Calic. In tertio dubio. ver. 27. ibi. sed in Cathalonia limitatur. & c. Item per assumptionem clericatus, nisi fuerit præuentus in foro seculari. de quo dic vt extra de foro compe. cap. proposuisti. In ijs 17. casibus, & alijs nota. per Goff. in Summa. tit. de foro compe. & si qui alij reperiātur iniuriæ, sortitur quis forum contra regulam supradictā. adde quæ nota. infra colla. 4. in curia 1. Barcino. cap. 16. & infra
30 colla. 5. c. 34. Vlterius † quæro, si stans in vno loco cū sagitta percutiat stantē in alio loco, in quo loco sortiatur forum. Cy. C. vbi de pes. agi po. tenet quod in loco, vnde percussit. Sed Bar. in l. libellorum. ff. de accus. tenet contra; quia in loco, vbi stat percussus, ibi est delictum consumatum; & idem tenet Bal. in l. 1. ff. de offic. præfecti vrbus. Vide, & adde quæ nota. per dict. Anto. de Butrio extra de foro compe. cap. vltimo. Potest addi alius casus, scilicet quando est quis priuilegiatus ratione collegij, vt sunt monetarij. De quibus nota. infra collat. 10. cap. molts inexperts. de quo dic latius

tius *in tractatu Alcaldorum Iacobi de Calicio.*

De taxia litterarum curiæ domini Regis. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Pro salario littera iustitiæ, & cōmissionis, à singularibus soluuntur quinque solidi, ab vniuersitate decem; & pro citatoria duo solidi: & si dicta citatoria contineat euocationem, inhibitionem, aut compulsoriam, soluentur quinq. solidi.*

2 *Episcopi, Prælati, Barones, & Consiliarij domini Regis existentes in curia, pro factis eorum proprijs, nihil soluunt pro istis litteris, quod etiam locum habet in pauperibus, & Ordinibus nō habentibus propriū. n. 3.*

4 *Pro litteris elongamenti hodie soluuntur viginti solidi.*

ITem quod charta simpliois iustitiæ, &c. Hic ponitur taxa litterarū, & chartarū, quæ emanantur à Cancellaria domini Regis, & est clara. *& hoc dicit*, quod pro † littera iustitiæ, & cōmissionis datur à singularibus 5. solidi, & ab vniuersitate dantur 10. solidi, & pro citatoria dantur 2. solidi tantum: veruntamen si citatoria contineat simul euocationem, vel inhibitionē, aut compulsoriā, tunc dantur 5. solidi, & si vltra quādoq. de facto exigitur, est abusus, & illicita exactio. Dicit etiā, quod † huiusmodi litteræ consueuerunt sine prætio tradi Episcopis, Prælatis, Baronibus, & Conciliarijs domini Regis de factis eorum proprijs, quando sunt in curia personaliter residētes. ¶ Similiter † sine prætio dantur pauperibus, & Ordinibus, qui proprium non habent. ¶ Vltimo dicit, quod † de littera elongamenti, pro qua olim dabantur 50. solidi, hodie dentur 22. & ita secundū maius, & minus. ¶ Confirmatur *infra colla. 3. cap.* 10. Vbi additur, quod non recipiatur amplius etiam seruitium, quod si fecerit, recipiens amittit officium, & etiam punitur: nihilominus tamen pro cera sigilli consueuit aliquid amplius exigi, & forte male. *extra de symo. cap. 1. adde infra colla. 3. cap. 2.*

De pœna iustitiæ. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Pœna iustitiæ, licet olim soluebatur in hac patria, non soluitur tamen nunc in Regia curia.*

1 ITem quod si contingat militem. &c. Hic † loquitur de pœna iustitiæ, quæ olim soluebatur in hac patria; quæ tamen hodie non soluitur in curia Regia, nec alibi citra flumen Fluuiani diœce. Gerundæ. De hoc etiam habes *infra in curia Barcino. Regis Iacobi cap. Item de gratia, &c.* & ibi dicam latius. Vide etiam, quę dixi *supra colla. ista in iuramento Vicarij ver. septimo iurat.* Contra tamen seruatur in curia Vicarij Barcinonæ, vbi soluitur pœna tertij, forte ex priuilegio.

De salarijs iudicū curiæ domini Regis. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Salarium non debetur iudicibus curiæ, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, nisi essent de publico salariati. idem num. 3.*

2 *Nemo cogitur proprijs stipendijs militare.*

3 *Iudici curiæ proficiscenti extra domicilium debetur salarium.*

1 ORdinamus. &c. constitutio † ista nō seruatur, & videtur reuocata per *cap. los salaris.* curiæ Regis Ferdinandi, nec erat æqua; nisi iudices curiæ essent de publico salariati: quia nemo † cogendus est proprijs stipendijs militare. *super hoc vide glo. & Doct. 11. q. 3. cap. Non licet. & extra de vita & honest. clericorum. cap. cum ab omni specie mali. Et adde, quæ dixi supra colla. ista. in iuramento Vicarij, in ver. Sexto iurat. adde infra colla. 4. c. 13. Item ordinamus quod capitulum.* Et loquitur huiusmodi constitutio & eius *concor.* de causis ciuilibus. Sed idem & fortius prohibetur salarium, vel aliquid recipi, vel exigi pro causa criminali. *vt infra coll. 4. in prima curia Barcino. ca. 14. Item quod aliquis iudex. &c.* Fallit † quando proficiscitur extra domicilium, vt ibi dicitur. vide quæ *ibi* dicā latius, & quæ nota. *in c. statutum. extra de restrip. lib. 6.*

De generali Inquisitione contra officiales Regios. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Rex inquirit contra officiales suos, eos corrigendo, & castigando iuxta modum culpæ.*

2 *Officiales inquisitione pendente suspendūtur ab officijs. idem. num. 14.*

3 *Inquisitio officialium fit hodie per tres iudices tabulæ tenendæ de triennio in triennium.*

4 *Iudices tabulæ procedere possunt inquirendo ex officio.*

5 *Iudex an possit impartiri officium suum sine partis instantia, & supplere de facto.*

6 Correctionis *verbum depositionem continet.*

7 *Non appellatur a correctione.*

8 *Pœnæ de iure vsaticorum sunt arbitrariæ, in Principe potissimum.*

9 *Parti læsæ prius debent resarciri iniuriæ, & damna per officialem, antequam curia aliquid ab eo cōsequatur.*

10 *Restitutio, & remissio in dubio fit sine iuris alieni præiudicio.*

11 *Inquisitores tabulæ debent ex officio inquirere, & punire officiales pro iniuria, & damnis.*

12 *Actio iniuriarū non datur, nisi adsit animus iniuriādi.*

13 *Hæres iudicis non tenetur stare ad iudicatum in tabula. fallit, vt ibi.*

ITem concedimus, & ordinamus, quod inquiramus cōtra Vicarios, Bouaterios, & alios officiales nostros. &c. Hæc est prima constitutio, per quam fuit facta inquisitio generalis contra officiales Regios in Cathalonia; & hinc, vt credo, fuit sumpta occasio Tabulæ tenendæ per ipsos officiales. Et breuiter istud Caput *hoc dicit.* Dominus † Rex intendit inquirere contra officiales suos, & eos corrigere, & castigare iuxta modū culpæ, prout sibi visum fuerit; facta tamen prius restitutione passis iniurias, atq. damnū. dictiq. † officiales interim inquisitione pendente ab eorū officijs sunt suspensi. Nota quod hodie † huiusmodi inquisitio fit per tres Iudices tabulæ, quæ de triennio in triennium per dictos officiales habet teneri iuxta ordinationes sequentium curiarum, prout ibi latius continetur. vide *infra colla. 4. in curia tertia Barcino. ca. 7. Item ordinamus de consilio. &c.* Et nota

4 ta, quod † etiã isti iudices ex officio possunt procedere inquirendo, & de facto supplendo, etiam si
5 non petatur à parte. An † & quando iudex possit impartiri officium suum, etiam sine partis instantia, & supplendo de facto. vide nota. *per Ang. in l. si. super glo. si. in verbo, s. & hoc est falsum. secundũ Ioan. ff. de peti. hæredi. vide ibi lat.* In tex. ibi. *corri-*
6 *gere*, scilicet verbo. Imo etiam verbum † *correctionis* depositionem continet. *ar. si. dist. c. contumaces, & ff. de offi. præsi. l. legatus.* Et nota per *glo. in c. quarẽti. extra de verb. sign.* vide ibi. sequitur in tex. *& castigare*, scilicet facto; sic exponitur per *Doct. extra*
7 *de appel. c. ad nostram.* vbi etiam dicitur, quod † à correctione non appellatur; quod est verum de correctione seculari. vt ibi nota latius per *Henricũ. vide etiã ead. tit. ca. de priore.* ¶ In tex. ibi. *visum*
8 *fuerit.* subintellige secũdum iura, vel dic † quod hodie iuxta vsaticum omnes pœnæ sunt arbitrariç, maxime in Principe. *vt in vsat. quia iustitiã facere.* vbi de hoc per *Iaco. de Monte Iudaico*. Adde quæ nota. *Ioan. An. super verbo castigentur. in cap. 1. de bap. lib. 6.* & latius per *Bar. in extrauag. ad reprimendũ. super verbo videbitur expedire. colla.* 11. ¶ In
9 tex. ibi. *facta tamen restitutione. &c.* Nota † ergo, quod primo debet fieri parti læsæ satisfactio de damnis, & iniuria; quã curia inde possit aliquid habere. *vt in vsat. omnia malefacta. & melius infra in consti. Reg. Alfonsi curia Montissoni. ca. 15. quod incipit. Item ordinamus, & statuimus, quod omnia malefica inuenta per Inquisitiones. &c.* cum suis concor. &
10 ibi dicam de hoc latius. Nota † etiam, quod quãdo fit remissio, vel restitutio, & aliud nõ exprimitur; intelligitur fieri sine præiudicio iuris alieni. *vt extra lib. 6. cap. quamuis. de rescript. adde quæ notat Gui. 2. q. 3. ca. indulgentia,* & vide ibi de significationibus verbi *indulgeo*, & vnde dicatur. ¶ Item
11 nota, † quod de iniuria, & damnis datis per officiales debent inquirere, & punire Inquisitores ex officio. *vt hic. & in consti. Reg. Iacobi III. in 3. curia Barcino. ibi indagent. &c. & super omnibus iniurijs de*
12 *torts. &c.* vide ibi late. Sed nota, quod † iniuriarũ actio non datur, nisi adsit animus iniuriandi. *ff. de furtis. l. qui iniuria.* Ideo magister non tenetur iniuriarum actione, licet plusquam debeat, verberet. *vt ff. ad L. aquiliam. l. sed & si quacumq. §. proponitur.* Facit quod si iudex etiam si fuerit in culpa male iudicando, non tenebitur iniuriarum actione. & ita consuluit. *d. Ant. de Butrio.* vt notat ipse, *in spica iure ciuil. super verbo iniuria. & tenet Bar.*
13 *tit. de iniur. vide in consilijs suis.* Sed An hçres † iudicis, qui male iudicauit, teneatur stare ad iudicatũ in tabula? Respondetur, Angelus dicit, quod non, nisi quando conuenitur pro eo, quod ad ipsum hæredem peruenisset. *vt l. Iulianus. ff. de iudi.* Quod credo verum, nisi forsan quando per stipulationem se obligauit ad tabulam: quia tunc ex stipulatu poterit agi, etiam vltra id, quod peruenerit ad ipsum hæredem. Et hoc maxime in foro Ecclesiç, iuxta nota. *in ca. parochianos. extra de sepulturis. & tit. de rapto. ca. in litteris. dic vt ibi.* ¶ Vl-
14 timo † nota, quod officiales, contra quos inquiritur, pendente inquisitione sunt suspensi, & non possunt redire in officio, donec inquisitio fuerit terminata, & ipsi per sententiam fuerint absoluti. *vt in curia Montisalbi. cap.* 11. Vide ibi de hoc, adde quæ nota. *extra de accu. ca. omnipotens.*

De Vsuris. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatur constitutio Regis Iacobi primi edita super Vsuris Iudæorum.*

Item statuimus, & etiam approbamus statutum. &c.
1 Hic † confirmatur constitutio domini Regis Iacobi I. ædita super vsuris Iudçorũ, & alijs quibusdam capitulis, quæ incipit. *Iacobus Dei gratia Rex Aragonũ, & Regni Maioricarum, atq. Regni Valentia. &c.* datum Gerundę quinto Kalendas Martij, anno Domini 1240. & est supra *colla. infra.* in curia Gerundæ.

De bausatoribus, & proditoribus reptatis. Cap. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus de bausia non debet sustineri, nisi se defenderit iuxta vsaticum.*
2 *Rex non debet intendere in defensione accusati de bausia, ex quo est iudex in hoc casu.*
3 *Primogeniti domini Regis non debent iuuare reptatum de bausia.*
4 *Cap. hoc nedum procedit in bausatoribus, sed etiam in traditoribus.*
5 *Regum filij non existentes in patria potestate, nec in hæreditate Regia, possunt iuuare bausatores, & traditores in eorum defensione.*
6 *Defensio bausatoris in subsidium fit per batalliam.*
7 *Bausator est, qui contradicit dare potestatem domino fendi, item si non iuuat dominum. num. 8.*
9 *Bausator dicitur, qui lingua vel manu, dominum, vel eius filium occiderit, vel eius vxorẽ adulterauerit.*
10 *Bausatores & proditores sunt extra pacem, & treugã.*

Statuimus quod nullus raptatus de bausia. &c. hoc cap. est notabile. breuiter hoc intendit. Accu-
1 satus † de bausia; nisi se defenderit iuxta vsaticũ
2 non debet sustineri. Item D. Rex † non debet eũ iuuare in tali defensione, cum ipse sit iudex in
3 hoc casu. Item nota, † quod filij domini Regis nõ debẽt talem reptatum de bausia iuuare in defensione prædicta. quod intellige verum de primogenitis tantum. *vt infra in curia Gerundæ. c. 1. §. Et ad supplicationem. &c.* vbi istud cap. confirmatur,
4 Et ibi † etiam additur, & declaratur, quod hoc c. similiter intelligatur, & seruetur, nedum de bausatoribus, sed etiam de traditoribus, qui fidem
5 suam excundire noluerint. Et quod filij † Regũ non existentes in patria potestate, nec in hæreditate Regia, possint præstare iuuamen in defensione prædictorum bausatorum, & traditorum, siue de bausia, & proditione delatorum, & reptatorũ.
6 Et dic, quod defensio † huiusmodi, vbi alias constare non poterit, fiet per batalliam, iuxta vsaticũ *batallam°.* practica, & ordinatio traditur per *P. Albert.* in commemorationibus suis ibi. *batayã*, cum

suis capitulis, videas ibi plenissime de hoc, & per *Iacob. Cali. in vsat. bataya.* & adde quæ dicam *infra curia Gerunda. cap.* 25. ibi summaui aliquantulum materiam reptationis, & duelli. Et de milite malum absq. diffidamentis alicui inferente. vide *infra colla. 4. in prima curia Barcino. ca. 27. Item quod*
7 *aliquis miles*. Vlterius nota, quod bausator † est contradicens dare potestatem feudi domino. *vt*
8 *in vsat. potestatem*. Item † si non iuuant dominum vasalli, sunt bausatores. *vt in vsa. qui seniorem*. Itẽ vir, tutor, & domina, qui profendo recusant dare potestatem, vt in cõmemor. *Petri Alberti ca. si de-*
9 *functo*. Item bausator † dicitur, qui lingua, vel manu dominum, vel eius filium occiderit, aut vxorem adulterauerit. *in vsat. qui sciente.* Item bausa-
10 tores, † & proditores non sunt in pace & treuga. *vt in constit. pacis. In Christi nomine. & in §. proditores in constitut. diuinarũ. & in §. in primis. versicu. ab hac pace excludimus. in constit. Notum sit cunctis.* Item nota, quod sunt quædam bausiæ, quæ emendari non possunt. *vt in vsat. de alijs namq.* melius in dicto *vsat. qui se sciente.* super tex. *nisi se excondire voluerit.* subaudi, *& se excondirit cum effectu*, quia si victus fuerit, nullatenus in toto Principatu sustinebitur *secund. Iacob. Calic. in vsat. bataya. & in ordinibus belli circa fin. ver. si aquell qui es raptat de bataya es vensut. &c.*

De rusticis, & hominibus solidis domicilia transferentibus. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Vetus Cathalonia quæ fuerit, traditur hic.*
2 *Clerici filij rustici, si requisiti stent per annum in ciuitate, an sint liberi iuxta priuilegia, & consuetudines locorũ. & quomodo procedat hoc traditur. n. 3. 4. & 5.*
6 *Homo proprius præstans iuramentum, & homagium de se non transferendo in aliud castrum, & transferens; etiam si stet inibi vltra annum, amittit priuilegium illius castri deuenti.*
7 *Rustici amansati potius, quã iuuenes non amansati, præsumuntur, qui ab antiquo præstiterunt homagiũ solidantiæ; non constito aliter, quod eorũ terræ sint mãsata adstricta seruituti propter generalẽ consuetudinẽ.*
8 *Rusticus seu homo proprius glebe, vel non glebe adstrictus, non potest tonsurari, alias mansus reuertitur ad dominum: & si sit iuuenis homo, debet fieri satisfactio dicto domino. & ratio traditur. nu. 9. & 10.*
11 *Sex casus tradũtur remissiue, in quibus dominus amittit seruum.*
12 *Sub* possessionum *verbo, intelliguntur mansi.*
13 *Vt possessiones dici possint mansi; debent esse tot, & tãta, quod sufficiant duobus bobus, vel bouibus.*
14 *Rusticus non potest alienare quidquam de mansata.*
15 Honores *verbum, dicit bona immobilia tantum.*
16 *Dominus cogit rusticum colonum, & emphiteotam colere possessiones, de quibus recipit tascam, nisi sint steriles.*
17 *Possessiones quæ dicantur steriles. remissiue.*
18 *Rustici amittunt sedentia, si ea vendiderint, antequam domicilia transtulerint.*
19 *Ciuitates Barcinonæ, & Gerundæ habent priuilegium, vt eas inhabitantes per annum, & diem sint ciues.*
20 *Rustici se transferentes, non sunt compellendi dimittere possessiones, vel mansos dominis.*
21 *Domini tenentur creditoribus rustici, casu quo ipse deserat domino mansum. & limitatio traditur. nu. 22.*
23 *Dominus debet dare rustico deserenti mansum iustum pretium secundum consuetudinem loci, quo rusticus se transtulerit.*
24 *Traditur hic prouisio domini Regis Petri Secundi.*
25 *Ius speciale quid sit. remissiue.*

Item, quod in terris, siue locis vbi homines redimi cõsueuerunt. &c. Hæc constitutio est hodie in aliquibus immutata per aliam nouellam constitutionem æditam per serenissimum dominum Alfonsum Regem Aragonum Dei gratia nunc regnantem, quę incipit. *Item comemorants la constitutio de Barcelona. &c.* Et ibi est ista constitutio de verbo ad verbum inserta integre. Et ideo istam, & illam suo loco successiue prosequar apostillando. ¶ Super tex. *in terris, &c.* iuncto verbo *redimi cosueuerunt.* subaudi, *sicut est in toto Episcopatu Gerunden. & fere in media parte Episcopatus Barcino. citra flumen Lupprigati versus Orientem;*
1 *& in maiori parte Episcopatus Viceñ.* quæ † loca dicuntur esse vetus Cathalonia. *vt in come. P. Alberti c. habito de homagio. §. Si autem rusticus.* In tex. ibi *ad loca*. Sed quid de filijs mei rustici clericis, si requisiti stent per annũ in ciuitate; nunquid sunt liberi, iuxta priuilegia, & consuetudines locorũ. G. Ricardi dicebat, aut sunt infra sacros, aut non.
2 Primo † casu ipso iure sunt liberi, per hoc *authẽ. presbyteros. C. de Episco. & cleri. & cap. indecorum. ex-*
3 *tra de ata. & quali.* Secundo † casu habent interpellari infra annum coram suo iudice, alias sunt liberi completo anno. *vide in authen. presbyteri. C. de Episc. & cleri. in nota.* quod incipit. *ar. quod rusticus. Innocen.* tamen tenet, quod liberatus est etiã simpliciter tonsuratus, in dicto. *ca. indecorum. & c. licet.* Sed contra. *C. de operis lib. l. antepenult.* Videtur tamen; quod eo casu, quo propter tonsurã est liberatus, ipse rusticus habeat soluere extimationem ipsius. Vel † si est liberatus ratione priuile-
4 gij ciuitatis, tunc ciues debẽt extimationẽ soluere. *vt ff. quemadmodũ serui. ami. l. si locus.* vbi de hoc, *& extra qui filij sint le: ca. per venerabilem. in prin. in ver. præterea, & de alie. indi. mu. l. 1. Ver. 2. queritur*
5 *per Cy.* Si † vero efficiatur vxoratus, videtur q̃ dominus recuperet. *ff. de excu. tu. l. non solum. §. penult.* Alij contra. *vt l. semel. C. de re. mil. lib. 12.* Hic potest recurri ad materiam rescissoriæ actionis. Potest concordari, aut efficitur bigamus, & tunc habeat locum, quod dicitur vltimo. Aut nõ, & tunc non recuperet eum dominus, dum tamen deferat tonsuram. *vt cap. 1. de cleri. coniu. lib. 6.* Tu dic, vt dicam statim in verbo *redemerint*. Tamen
6 nota, † quod si homo meus mihi fecerit homagiũ, & præstiterit iuramentum de se non transferendo ad aliquod castrum, vel ciuitatem, quod si fecerit renuntiauit priuilegio. sic posito, quod remaneret ibi vltra annum, & diem, quod amittit illud

illud,ex quo renuntiauit,quod potuit. & ita fuit
Barcino. iudicatũ. ex quo talis homo de tali pri-
uilegio certificatus,renuntiauit eidem cum iura-
mento: pro hoc facit *ca. si diligenti.* cum ibi nota.
extra de foro competent. secundum eundem G. Ricard.
Et adde quę notat *Bal. in l. si quis in conscribendo. C.*
de Episcopis, & clericis, requisitio tamen, de qua su-
pra dixi, hodie fiet iuxta dictam cōstitu. nouellã.
7 Pone † quæstionem, quæ est in facto: aliquis domi
nus habet castrum, & in eo habent rusticos, & mã
satas; apparet quod ab antiquo in aliqua domo
fuerunt rustici, qui præstiterunt homagia solidã-
tiæ, & non apparet quod terræ dictorum rustico-
rũ sint mansata adstricta seruituti hominum; sed
constat quod tenentur ad directum dominiũ pro
dicto domino castri. Dubitatur an illi fuerint ru
stici amansati, vel an præsumantur iuuenes non
amansati. Et videtur quod præsumãtur iuuenes
propter maiorem libertatem, pro qua in dubio
pronuntiandum. *vt extra de proba. cap. ex litteris.*
cum si. In contrarium videtur; quia præsumptio
est, quod sit de mansata: quia communiter omnes
rustici habentes *trans* in aliquo castro præsumũ-
tur adstricti glebe, attenta generali cōsuetudine:
nisi euidenter probetur contrarium. *ar. extra de*
presbytero non bap. ca. fi. in fi. &c. Prima verior. ¶ In
tex. ibi *nostra.* Idem est de iure. *extra de immun. Ec.*
ca. iudicatũ. dummodo glebe sint adstricti. *vt C. de*
agr. & cen. l. satis. & l. omnes. lib. 10. fortius declara-
tur per Regem Alfonsum in curia Montissoni.
ca. statuimus & ordinamus, quod si aliquis rusticus. Ad
hoc facit. *in authẽ. de man. prin. auth. sed etiã. colla. 3.*
& per Cy. C. vbi causæ fiscales. l. 1. in prin. C. de omni
agr. deserto. l. locorum. lib. 11. s. cũd. G. Richardi. ¶ In
tex. super verbo *redimerint,* dicitur per *l. quisquis.*
& ibi. *per Cy. C. de Episcop. & cleri.* quod rusticus
8 meus † glebe, vel non glebe adstrictus non potest
ad tonsurã assumi, & si assumatur adstrictus gle-
be, mansus ad me dominum reuertitur. *vt alleg. tit.*
authen. adscriptitios. & in l. si quis presbyter. sed si sit
iuuenis homo, debet mihi satisfieri. *vt no. extra de*
seruis non ordi. ca. 2. in fin. iunctis notatis extra de Iu-
9 *dæis. ca. 2.* quia † eum amitto, vt in iuribus ibi al-
legatis: tamen adstricti glebe non debent tonsu-
rari. *vt in authen. si seruus. alle. tit. C. de Episcopis, &*
cleric. & 54. di. ca. si seruus. & ca. si quis. Si vero fa-
ctum fuerit tunc dic *vt in glo. ca. 2. de seruis non or-*
10 *din.* ratio † est, quia dominus habet iurisdictionem
in homine suo. *vt in authen. de quæstor. §. si vero for*
san. colla. 6. & in cōmemorationibus Petri Alberti. tit.
quæ, & quanta sunt iura, quæ dominus habet in homine
suo. ca. Si aliquis habet hominem, siue vassallum. & ff. de
adop. l. si pater. & nota. in spe. tit. de feu. §. 2. ver. 17.
quæritur quid iur. Vide in prima curia Barcino.
cap. item ad supplicationem, &c. secund. G. Ricardi.
Vel dicas melius; aut rusticus, vel alius homo le-
gius, vel adscriptitius se fecerit promoueri ad
sacerdotiũ inuito domino suo, & tunc propter
prærogatiuã sacerdotij efficitur omnino liber,
sed dabit Vicarium domino, si habet vnde: aut
fuit promotus tantum ad diaconatũ, vel subdia-
conatũ, & tunc dabit Vicariũ, si habet vnde; alias
reuertetur ad dominum: aut non fuit promotus
ad sacros ordines, sed solum ad tonsurã vel alios
minores, & tunc non gaudet priuilegio clerici:
imo poterit à domino reuocari. *secund. Raym. &*
Ioan. in Summa Confe. lib. 3. tit. 17. q. 3. quid autem.
De seruo dic vt notat *Hen. extra de seruis non ordi.*
ca. de seruorum. in 2. di. adde quæ dixi *supra in for-*
11 *ma iur. Vicariorum. ver. tertio iurat.* Et † nota. 6. ca-
sus, quibus dominus amittit seruum, quos ponit.
Iac. Marquilles in vsat. Sarracenis. in ver. vlterius est
sciendum. ¶ In tex. super verbo *honores nec posses-*
12 *siones.* Per hoc verbum † intelligo mansos; quia
alia possessio ad hoc non sufficeret, vt compel-
13 leretur per hunc modum se redimere. Et † de-
bent esse tot, & tantæ possessiones, quæ sufficiant
duobus bobus. *extra de censi. c. 1.* & ibi nota. Nec
14 debet † rusticus aliquid de tali mãsata alienare.
vt nota. in spe. tit. de feu. ver. sed nunquid homo meus.
secund. G. Ricardi. de hoc vide latius in vsantijs
15 diœcesis Gerundeñ. & ibi dixi latius. Et † nota,
quod verbum *honores* dicit immobilia tantum. *vt*
vsat. rustici alleg. est §. de vsat. tutores, vel Baiuli. ¶ In
text. super verbo *dominis proprijs.* Tamẽ dominus
mansi tenetur stabilire ad homines, & fœminas, si
dominus castri habet iurisdictionem in homini-
bus ipsius mãsi, vel seruitutem aliquam persona-
lem; nec potest stabilire per partes. *vt l. 2. C. de*
16 *agri. & cen. lib. 11.* Et dominus potest compellere
rusticũ, colonum, & emphiteotam, vt colant pos-
sessiones, de quibus recipit tascam, nisi sint steri-
17 les. de quo ibi *in glo. fin.* Et quæ † dicantur steri-
les. *vide 12. q. 2. c. terrulas. & extra locati. c. si propter*
sterilitatem. vide ibi Innoc. ¶ In tex. super verbo *nõ*
prohibitis. Hoc videtur correctum in curia Mon-
tissoni *colla. 2. ca. 29. Item statuimus, & ordinamus,*
quod aliquis rusticus. Vbi dicitur, quod debet amit
18 tere sedentia. Sed dic, † quod antequam domici-
lia transferant, si vendiderint; quod amittunt, vt
ibi, aliàs non, vt hic, & ita seruabatur de facto, se-
cundum G. Ricardum, *vt in come. Pe. Alber. tit.*
quæ, & quanta sunt iura. &c. Sed postea emanauit
constitutio nouella domini Regis Alfonsi. *colla.*
16. quæ incipit. Item comemorans la constitutio. &c.
Vbi præsens constitutio est inserta; dic, vt in illa
continetur, & quæ ibi dicam, Deo dante, & in cu-
ria Gerundæ *colla. 4. in ca. 22. Item statuimus, & or-*
dinamus, quod aliquis rusticus borderius. vide etiam
omnino, quæ ibi scripsi. ¶ In tex. super verbo *cō-*
suetũ aliàs assuetũ. vbi dicti rustici se transferunt;
vt est in ciuitate Gerundæ, & Barcino. vbi habe-
19 tur † priuilegium, quod quicunq. domicilium
ibi per annum, & diem facientes sint ciues; vnde
tunc rustici tales vendunt suas possessiones; & si
sunt amansati idem. & ita fuit vsitatum de con-
20 suetudine, nec † aliàs compelluntur dimittere
mansos, vel possessiones dominis eorum, & ita
hic dicitur, quod alienent, vel deserant. sic *C. de*
21 *Episc. & cleric. l. si quis.* & eo † casu dominus te-
neri

netur creditoribus rustici, vt ibi. Sed hoc forte ve
22 rum,† nisi mansus fuerit rite adiudicatus, facto legitimo processu propter beneuisium secũdum vsantiam diœcesis Gerundensis; tunc enim dominus non tenetur creditoribus, nec ille cui postea stabiliuerit ipsum mansum post adiudicationem
23 factam ex processu beneuisij. Et vbi † rustici deserant domino dictum mansum, debet dominus dare iustum prætium rustico. *ar. l. si locus. cum glo. ff. quemadmodum seruitus amittatur*, & attenditur consuetudo loci, vbi rusticus transtulerit se; iuxta nota. *C. quæ sit longa consuetudo. l. 1. glo. 3. secund. G. Ricardi.* Sed hodie, vt dixi, seruamus constitutionem nouellam prædictam, quæ incipit. *Item commorantes. &c.* Et nota, quod nullus debet defendere rusticos, scilicet, qui præstiterint iuramentum, & homagium homicidæ; tales enim contra suum iuramentum defendi non debent contra dominos suos, iuxta generales constitutiones. *vt hic. & in curia Gerundæ c. Item statuimus, & ordinamus, quod si aliquis rusticus. cum si.* Super ijs dudum emanauit quędam regalis prouisio huius seriei.
24 Petrus † Dei gratia Rex Aragonũ. &c. dilectis, & fidelibus Vicarijs, Baiulis, ac vniuersis alijs, & singulis officialibus nostris præsentibus, & qui pro tempore fuerint, salutem, & dilectio. reuerendi in Christo patris Ardi. diuina prouidentia Archiepiscopi Tarrachoñ. necnon Episcoporum, Prælatorum, & personarum Ecclesiasticarum ipsius Prouinciæ, quęrelam suscepimus continentem, quod cum interdum nonnulli homines prædictorum Prælatorum, Ecclesiarum, & locorum Religiosorum sine voluntate dominorum suorũ se transferunt ad ciuitates, & villas nostras, vel ad loca Baronum nobilium militum, seu etiam aliorum faciendo se ciues, vicinos, vel homines nostros, seu Prælatorum Baronum, ac militũ, retentis sibi hospitio, & possessionibus in locis prædictorum Prælatorum, Ecclesiarum, & Religiosorum, iam dicti homines; eo quod se ciues, seu vicinorum locorum nostrorum, seu prædictorum Baronum nobilium, seu militum fecerunt à iurisdictione dominorum suorũ, reputant exẽptos; nec eis, sicut deberent, obediunt, vel attendunt. Et si per eorum dominos compelluntur ad ea, quæ ipsis facere teneantur, per vos, & ciues, ac homines nostros, & illorum locorum, ad quæ se dicti homines transtulerint, contra ipsorum dominos defenduntur: quare fuit nobis per Prælatos, & Religiosos prædictos humiliter postulatum eis super hoc de remedio iustitię subueniri. Nos itaq. attendentes hæc fieri contra constitutiones Cathaloniæ generales; vobis, & cuilibet vestrum dicimus, & expresse mandamus, quatenus prædicta fieri prædictos homines Ecclesiarũ, seu Religiosorũ nullatenus permittatis, nec dictos homines contra eorum dominos defendatis, nec defendi per subditos iurisdictionis vobis commissę aliquatenus permittatis; immo in ijs dictas constitutiones inuiolabiliter obseruetis. Datũ Barcinonę, idus Augusti anno Domini 1329. *Adde infra colla. 5. cap. 29. Item ordinamus, & statuimus, quod si aliquis rusticus, vel borderius. &c.* ¶ In tex. ibi *nisi alio iure sub speciali.* puta per priuilegium, vel
25 statutum; & quid† sit ius speciale, nota per *Ioan. de Imola extra de elect. cap. statutum. in glo. super verbo speciali in Cle. vide ibi. adde. nota per Docto. in vsat. omnes causæ. in prima glo.*

De celebratione curiarũ generalium. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Rex semel in quolibet anno tenetur curiam generalem Cathalanis celebrare, pro vt sibi fuerit beneuisum, excepta iusta causa impedimenti.*
2 *Curia vnde ortum habeat, & quot modis sumatur. traditur remissiue.*
3 *Curia debet celebrari pro statu, & reformatione generali terræ.*
4 *Curia Dertusæ dominæ Reginæ Mariæ fuit reuocata, eo quod super actu singulari tantũ fuerat celebrata.*
5 *In curia generali obtinet, quod facit maior pars.*
6 *Curia vno anno Barcinonæ, & alio Illerda, conuocari debet; & si mutatur locus, debet nuntiari curia ante duos menses, dummodo sit intra Principatum, & cesset domini Regis impedimentum.*
7 *Iusta causa impedimenti excusat.*
8 *Modus citandi personas ad curiam, & interessendi in ea. traditur hic. & num. 9.*
10 *Rex si in dicta generali curia exiuerit extra Principatum, non potest prorogare curiam vltra 40. dies, infra quos, nisi fuerit in loco conuocationis, curia habetur pro absoluta.*
11 *Locus in quo conuocatur curia, debet esse ducentum fochorum, & non minus.*
12 *Locumtenens domini Regis ex speciali suo mandato potest curias conuocare.*

1 ITem *quod semel in anno, &c.* Statuitur hic.† dominus Rex semel quolibet anno eo tempore, quo sibi videbitur, curiam generalem Cathalanis habeat celebrare super bono statu, & reformatione terræ. excepta iusta causa impedimenti. *hoc di-*
2 *cit.* Vnde habuit ortum hoc † nomen *curia.* vide *in curiali domini Iacobi de Calic. in primo dubio principali.* Sumitur autem multis modis *curia*, vno modo pro generali terræ coadunantia, *vt hic.* alio modo pro domo Principis, vel magnatis; alio modo pro loco iudicij; alio modo pro collegio; aliquando pro carcere reorum; aliquãdo pro cõgregatione mulierum: & sic talis mulier nobilis dicitur tenere magnam curiam domicellarum, inter quas debet, & consueuit vti curialitatibus, & vrbanitatibus; vt patet cuilibet de se visui. Adde quæ nota. *in curiali domini Iac. in 2. dubio in prin.*
3 ¶ Nota hic † pro quibus habent curiæ celebrari, scilicet super statu, & reformatione terræ, super quibus fuerint generales cõstitutiones in ipsis curijs, & tolli, ac reuocari possunt ibidem. *vt supra ead. curia capitulo. Item constituimus.*
¶ Nota quod dicit *super statu*, scilicet generali: nã super vno singulari actu tantum non potest ce-
4 lebrari curia generalis; vt hic à cõtrario. Et † per hoc

hoc fuit reuocata curia Dertusẽ. dominæ Marię conuocata super vnico actu guerræ Francorũ,
5 de qua timebatur. Et obtinet † in curijs generalibus huiusmodi, quod maior pars facit, vt ibi dicitur: *ad idem. ff. ad municipalem. l. quod maior.* super hoc vide, quæ notat. *in cap. quod omnes tangit. extra de regulis iuris. lib. 6.* ¶ Et idẽ quod hic statuitur per dominum Regem Iacobum *in 3. curia Barcin. ca. Item quod nos & nostri. colla. 4.* Sed hæc latius statuuntur per eundem dominum Regem Iacobũ in alia curia Barcino. *colla. 4. ca. Item quod nos, &*
6 *successores nostri. &c.* Vbi dicitur, † quod vno anno Barcino. & alio Ilerdæ curiæ haberent conuocari; & si locus mutaretur, quod habeat per duos menses ante diem curiæ generalis nuntiari, qui locus debet esse de Cathalonia: & si forte D. Rex esset impeditus, quod cessante impedimento postea per vnum mensem deberet tenere ipsam cu-
7 riam generalem. Item nota, quod iusta † causa impedimenti excusat. de quo vide *per glo. in ca. pernemt. 18. disti. & ibi per Gui. in Rosario.* ¶ Deinde idem Rex Iacobus in curia Ilerdẽ. *ca. Statuimus*
8 *ac etiam ordinamus. &c.* ordinauit, † & statuit, quod quælibet persona, & vniuersitates citatæ, & requisitæ ad ipsam curiam teneantur venire, personaliter personæ, sed vniuersitates tenentur mittere Syndicum cum sufficienti mandato, scilicet ad diem, & locum assignatos, nisi iusto impedimento excusentur à personali comparitione: tũc enim satis est mittere procuratorem. Et citati cõtumaces vlterius ad tractatus curię non admittũtur; & nihilominus adstringuntur ad seruãdũ, quę in dicta curia fuerint ordinata. ¶ Postea vero D. Rex Petrus III. in curia Perpiniani. *cap. præterea confirmantes capitulum editum in curia Ilerdẽ. &c.*
9 declarauit, & statuit, ꝙ omnes † Prælati religiosi, & eorum capitula, communitates, & Vicecomites, & alij Barones, milites, ciues, & homines villarum Ecclesiastici, & seculares in Cathalonia degentes citati, tenentur venire ad curias, scilicet singulares personę personaliter; vniuersitates & capitula per suos Syndicos potestatem habentes; ita quod si fuerit Prælatus Ecclesiæ Cathedralis, debet mittere personam sui capituli, vel Vicarium, aut officialem; si vero fuerit Prælatus Religiosus, aut Collegiatæ Ecclesiæ, debet mittere personam sui conuentus, aut ordinis, vel professionis; vel capitulum personam sui capituli, vel collegij; si fuerit Baro, debet mittere militem, aut personam de paratico, vel genere militari in suũ procuratorem. ita tamen quod ipsi procuratores sint Cathalani, vel domiciliati, aut beneficiati in Cathalonia. ¶ Vnus vero nequit esse procurator plurium, excepto milite, qui potest esse procurator plurium militum. Et debet constare de procuratorio per publicum instrumẽtum, in quo habet fieri mentio de impedimento, de quo habeat constare per proprium iuramentum impediti; cuius an iustum fuerit, erit cognitio domini Regis, & curię, & contrafacientibus penam imponit.

¶ Verumtamen, si dictum impedimẽtum esset verecundosum, periculosum, vel damnosum specialiter exprimi; tunc non oportet scribi nec exprimi, dummodo constituens suo iuramento asserat illud impedimentũ fore verecundosum, periculosum, vel damnosum; quod iuramentum debet præstari in posse notarij instrumentum procuratorij recipientis, prout latius continetur in constitutione curiæ Ceruariæ. *ca. confirmantes vlterius capitulum. &c.* ¶ Nouissime vero in curia Reginæ Mariæ ędita Barcino. *ca. ab aquesta present*
10 *cõstitutio. &c.* fuit statutũ, quod † si dominus Rex, postquam curia indixerit generalẽ, exiuerit extra Principatum Cathaloniæ, ipsa curia non possit vltra 40. dies prorogari; infra quos, nisi personaliter fuerit in loco conuocationis ipsius curię, seu parlamenti, ipsa conuocatio sit ipso facto circunducta, & absoluta. *Et in eadem curia. ca. statuim-*
11 *mes. &c.* cauetur, † quod locus conuocationis habeat esse ducentorum fochorum, & non minus. ¶ De practica huius processus quere Deputatos Generalis Cathaloniæ, & curiales domini Regis, & vide tractatum, quem nouiter audiui super ijs fecisse dominũ *Iaco. de Calic.* vocatũ *Exgranatoriũ curiarum.* Sed de citatione in causa criminali. *vide*
12 *infra colla. 6. curia Perpinian. ca. laudantes.* Sed † pone casum, qui hodie est in facto; ecce, quod dominus Rex est apud Regnum Siciliæ, & nequit cõmode venire ad Cathaloniam, fecit suũ Locumt. Generalẽ fratrem suum Regem Nauarræ cũ speciali mandato tenendi curias generales, & ipse Locumt. conuocauit tria brachia ad curiam generalem. Dubitatur, an potuerit conuocare, & curiam celebrare. Quidã dicunt quod non, sed quod exigatur persona domini Regis; nisi tria brachia velint cõsentire: pro quibus facit *infra colla. 10. ca. ab aquesta present. ibi, personalment.* Et quia nunquam reperitur vsitatum. &c. Et huius opi. fuit *Iaco. de Calic. in suo curiali. 3. dubio. q. vlti.* quæro quid de primogenito, &c. In cõtrariũ videtur, quia potestas legis condendæ potest alteri delegari *secund. d. Ant. de Butrio. extra de sen. ex. ca. grauem.* Et licet congregatio consilij generalis sit de reseruatis Principi. *vt 2. q. 6.* Ideo sic talia non transeant cum generali mandato, tamen possunt delegari in speciali, & expresso mandato, & quia quod Principi placuit legis habet vigorem. Ergo patet, quod ex speciali mandato dictus Locumt. potuerit cõuocare; sicut Rex solus hoc posset, non obstante dicta cõstitutio. *ab aquesta.* quia est casus omissus, & incogitatus, & non prohibitus. Nec obstat, quod non reperitur vsitatum; quia sufficit, quod non reperitur contrarium.

De restitutione spoliatorum. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Spoliandus quis non est à possessione ante causæ cognitionem. amplia vt num. 10.*
2 *Cognitio causæ primo debet fieri, quam executio.*
3 *Processus factus citra iuris ordinem est nullus.*
4 *Iudex priuans quem sine iuris ordine à possessione sua facit*

facit iniustitiam.
5 Res vni auferri non potest, & dari alteri.
6 Baiulus generalis in patrimonialibus nõ priuat possessorem à possessione sine cognitione causæ.
7 Possessor non cogitur docere titulum possessionis suæ.
8 Rex iudicare debet per directum.
9 In iustitia ministratione non est habenda acceptio personarum, quod secus est in impositione pœnæ.
11 Clausula hæc, sine causæ cognitione quomodo intelligatur. idem num. 13.
12 Per inquisitionem proceditur in fiscalibus iuribus.
14 Edere instrumēta cogere non potest priuatus aduersarium suum; secus vero fiscus.
15 Non appellatur à sententia lata in possessorio de iure ciuili. ratio traditur num. 16. & limitatur num. 17. de iure canonico, & de iure Cathaloniæ.
16 Ab interloquutoria Barcinonæ non appellatur, sed reclamatur. & traditur ibi modus terminandi causam dictæ reclamationis.
17 Succumbentem in causa spoliari non licet propria authoritate.
18 Possessio de facto obtenta, de facto debet spoliato restitui.
19 Restitutionem spoliato casus impedientes traduntur. remissiue.
20 Priuatus à priuato spoliatus potest incontinenti etiam violenter recuperare possessionem.
21 Petens restitutionem eorum, quæ de iure spectant ad alium, vt obtineat; debet probare quod possessionem nactus fuerit.
22 Exceptio notorij defectus iuris obstat agenti interdicto recuperandæ.
23 Possessionis quæstio non præiudicat proprietati.
24 Inciuilibus non molestari, & in criminalibus condemnari, nec torqueri licet, non datis prius defensionibus.

ITem quod nos, vel officiales nostri nō spoliemus. &c. Hæc cōstitutio est notabilis, & quotidiana, ac iuri communi consona, & valde vtilis, & necessaria, & sæpe allegatur. ¶ Et in summa breuiter
1 hoc intendit. Citra † iuris ordinem nullus est per curiam spoliandus; sed taliter spoliatus est integre restituendus, saluo iure proprietatis, hoc dicit. Vel sic, ante causæ cognitionē non est quis à possessione eijciendus. hoc dicit. Sic extra de iudi. ca. 1. & nota. glo. in ca. inter quatuor. extra de maior. & obe. Vnde nota, quod spoliatus est ante omnia restituendus. vt in vsat. nullus præsumat. & extra de resti. spo. ca. cōquerente. ca. in litteris. & ca. seq. & de ordi. cog. ca. vlti. ¶ Item nota, quod quis est in possessione tuendus. sic supra ead. curia. c. 2. & restituimus.
2 & ca. sequenti. & ca. & specialiter. Item nota, † quod primo debet fieri causæ cognitio, quã executio. sic C. de execu. rei iudi. l. nimis propere. & l. fi. & ex-
3 tra de resti. spo. ca. item cum quis. Item nota, † quod processus citra iuris ordinem habitus, est ipso iure nullus. vt C. de sen. & interlo. omni. iu. l. prolatam
3 cum si. Nota, † quod iudex, qui priuat aliquem sine causæ cognitione, est tanquam priuatus; quia non est iudex, qui facit iniustitiam. extra de verb. sign. ca. forus. vide latius in repetitione. ca. perpendimus. de sen. exc. domi. Fran. de Zabarell. vide Doc. in l. defensionis facultas. C. de iure fisci. ¶ In tex. ibi, nos. Nota hic ergo, ꝙ Rex noster sibi hanc legē imposuit, vt nõ spoliet aliquem sine causę cognitione;
5 ergo videtur, quod † rem vnius auferre nõ possit, & dare alteri. contra l. Lucius. ff. de euic. & C. de quadri. præ. l. bene à Zenone. de quo nota per glo. in c. vigilanti. extra de præscrip. & per Innoc. in ca. quæ in Ecclesiarū. de cōsti. & de vo. & voti. & eod. c. ꝙ super ijs. ¶ In tex. ibi, & officiales. &c. officiales nostri, subintellige; & multo minus alij priuati. vt C. vnde vi. l. si quis in tantam, & in alijs constitutionibus, per quas violenti puniuntur; quia tunc tales violenti spoliatores etiam puniuntur in proprietate, saltē per sententiam. vt nota. in alleg. l. si quis in tantam. Secus est hic, vt patet in fi. ibi, & saluo iure pro-
6 prietatis. Et nota, † quia dicit nos ergo, nec Baiulus generalis, etiam in causis patrimonialibus, facit supra ead. curia. ca. Et restituimus. cum suis cō-
7 cor. Vnde videtur, quod possessor † non cogitur docere titulum suæ possessionis. vt l. cogi. C. de pe-
8 ti. hereditatis. cum si. quia dominus † Rex seruare debet iustitiam, & iudicare per directū. vt in vsat. alium namq. & infra colla. 6. curiæ Ceruariæ. ca. in primis. & in curia domini Ferdinandi. ca. Per tal que les leys. cum alijs concor. ad hoc sequitur infra sine causæ cognitione. &c. ¶ In tex. ibi. cuiuscumq. status, &c.
9 supple, quia scriptum † est; Ita magnum iudicabis vt paruum, nec erit apud te acceptio personarū. in Deutero. ca. 1. & extra de iudi. ca. nouit. quod est verū in iustitia exhibenda; secus est in pœna imponenda. 2. q. 5. cap. 1. & nota. latius per Henricum Boich. extra de iure iuran. ca. cum quidam. & per Bal. & Doc. in l. nemo. C. de summa Tri. & fi. ca. Item sup-
10 ple cuiuscumq. status. &c. subaudi † etiā in quacumq. causa, etiam Ecclesiastica, si forte imploretur auxilium à delegato Papæ requirēti spolia-
11 ri clericum absq. cognitione. ¶ In tex. ibi † sine causæ cognitione, scilicet intercatis actionibus; quia de iuribus priuatorum non proceditur inquirendo, nisi in casibus notatis per Inno. in c. ad nostram.
12 extra de iure iuran. Sed pro iuribus † fiscalibus bene proceditur inquirendo. vt l. 1. & penul. C. de bonis vacan. lib. 10. de quo vide in Margarita fisci 3. du-
13 bio. ver. 41. vel dic etiam sine † causę cognitione, idest sine iuris ordine. vt in c. coquerente. de resti. spo. habet enim regulariter offerri libellus, vel alias contestari parte vocata. vt in ca. cōsultationibus. extra de offi. dele. & in ca. 1. de causa po. & proprie. & 3. q. 1. per totum. & in alle. l. prolatam. cum si. Fallit in casibus. extra de resti. spo. ca. cum venissent. & ca. conquerente. Item fallit in debitore fisci, de quo non dubitatur an sit debitor; & in alijs casibus. in quibus proceditur executiue. de quo dic latius in Mar-
14 garita fisci. 3. dubio. ver. 39. & ver. 92. Sed † licet priuatus non possit cogere aduersariū edere sua instrumenta. vt l. qui accusare. C. de edendo. & ca. 1. de proba. tamen secus est in fisco. vt l. 3. ff. de edendo. vide in dicta Margarita. 3. dubio. ver. 54. adde quæ

nota

nota.*infra colla.6.curia Perpiniani.ca.volumus,& cū*
15 *eodemus*.& à sententia † lata super tali possessorio
de iure communi Romano non appellatur. *ut C.*
si de momentanea possessione fuerit appellatum. per to-
tum,& hoc ideo,† quia huiusmodi possessoria re
stitutoria sunt momentanea, & leuis praeiudicij;
& ideo probatio per famam, vel per vnum testē
videtur habere vim plenae probationis. & hoc
sentit. *Bar.in l.1.C.quorum bon.l.2.§.si.C.vbi in rem*
actio, & ita notat latius Matthaeus de Mataselanis in
tertio notabili. ¶ De iure vero canonum, quod
etiam seruatur in Cathalonia, indistincte ab om-
ni grauamine appellatur, etiam in minimis casus.
ut extra de appel. ca. appellationibus. in Cathalonia
tamē causa minor. 50. *librarū* est inapellabilis per
consti. *infra colla.6.curia Montissoni. ca. causae.* vide
quae ibi dicam. Sed, vt dixi, in Cathalonia serua-
tur, quod super iudicio possessorio appellatur.&
item secundum canones, vt dixi, & nota. *per glo.*
16 *in alleg.ca.1.de causa po.& proprie*. Sed in † Barci.
ex priuilegio Regio seruatur; quod ab interme-
dijs non appellatur, sed reclamatur infra triduū,
alias biduum ad eundem iudicem, qui delegabit
duos peritos, qui infra 6. dies causam ipsius recla-
mationis decidere habent. *vt in priuilegio de litibus*
abreuiandis.6.ca.continetur vide ibi.& in consti. Iacc.
quoniam ex conquaestione subiectorum.& in alio priui-
legio. ¶ In tex. ibi. *obtinebunt*, scilicet de iure. Nota
17 quod † non licet propria auctoritate spoliare
reum, contra quem est lata sententia. *hoc dicit. In-*
nocen.extra de conce.praeben.ca.cum nostris. Et ibi *aut*
possidebunt, vel quasi, scilicet de facto tantum;
dum modo non fuerit de facto tantum per cu-
riā citrà iuris ordinē illa possessio obtenta, alio-
18 quin † sicut de facto, & sine causae cognitione
fuerit per curiam tradita; sic illico de facto potest
& debet talis possessio auferri, & restitui spolia-
19 to. & hoc statim sequitur ibi. Casus † qui impe-
diunt restitutionem, posui infra in vltimo folio
huius voluminis, quos potes ponere hic, quos vi-
dē latius. *per Host.in summa huius tit.de resti.spo.§.*
in casibus autem. Et si aliqui.&c. idem est de iure
communi. *extra de resti.spo,cap.conquerente*,& nota
latius per *Ioan. Fabri insti.de poena temere litigantiū.*
20 *§. fin.* Sic etiam † priuatus à priuato violenter
spoliatus potest incontinenti etiam violenter
possessionem recuperare. *iuxta nota.per Innocen.in*
ca.olim in 2.extra de resti. spo.& per Doct. in l.1. C.
vnde vi.cum si. ¶ In tex. ibi. *restituentur integre*. sic.
infra colla.3.ca.21.& 3.q.1.ca. reintegranda.& ead.
q.super totam. Debent enim omnia reponi in eodē
statu, in quo erāt tempore spoliationis funditus.
vt in alleg.cap.reintegranda. Et tamdiu debet paci-
fice possidere ita, quod ad iudicium nō vocetur,
quamdiu caruerit illa re spoliatus. *vt 3.q.3. cap.*
quanto tēpore.& ca.sicut dum. dic vt ibi notatur latius.
21 Et nota, quod si quis † petit restitutionem eorū,
quae, de iure communi ad alium pertinere viden-
tur, debet probare, quod ipsarum rerū nactus fue-
rit possessionem legitime; & aliter non debet re-
stitui. *vt extra de resti.spo.ca.ad decimas.li.6.secund.*
Gui.qui ita notat in Rosario.8. dis.c.quo iure. vide ibi
22 *per glo.* Vlterius notandum est, † quod agenti
possessorio etiam interdicto recuperandae potest
obijci exceptio, quod notoriū est, quod agenti rē
tenere non licet. Vnde si laicus spoliatus est ab
Ecclesia, non aget interdicto; quia obijceretur si-
bi exceptio ista *secund. Innoc.& Bal. extra de filijs*
presbyterorum. ca. constitutus. Et habet hoc locum
in quacumq. materia, quod agēti possessorio ob-
stat notoria exceptio defectus iuris proprietatis
secund.d. Ant.de Butrio, quem vide. *in ca. significasti.*
extra de diuortijs. & per praedicta limitantur om-
nia iura dicentia, quod spoliatus debet ante om-
nia restitui *secundū Bal.vbi supra*. & praedictam li-
mitationem credo habere locum in hac constitu-
tione; quia recipit interpretationem declaratiuā
à iure communi, ad quod recurritur in subsidium.
¶ In tex. in fi. ibi. *Et saluo iure proprietatis, sic extra*
23 *de elec.cap.querelam*. quaestio † enim possessionis
non praeiudicat proprietati. *vt in l. generaliter. §.*
nihil commune.ff.de adqui.po.& extra de causa po. &
proprie.ca.pastoralis,& quasi per totū. Et nota, quod
24 sicut † in ciuilibus nullus debet molestari, nisi
datis deffensionibus, & causa cognita vt hic; sic
multo minus potest nec debet ad mortē, vel mē-
bri mutilationem, vel alias criminaliter condem-
nari, nec torqueri absq. defensionibus, & causa le-
gitime cognita. *vt infra in curia Montisalbi.ca. 26.*
& incipit. Item ordinamus quod nullus. &c. cum suis
concor. faciunt nota. *extra de maio. & obe. ca. inter*
quatuor.& 56. di.ca. satis peruersum. Sed illud in-
telligitur, quod nullus spolietur sine iusta causa
vide ibi. Et adde quae notat dñs *Iacobus de Cali-*
cio in compendio monetariae siue Siccae Alcaldorum in
12. dubio sine 12.q.

Vt liberi libere vadant. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Soluens vectigalia potest cum suis mercibus ire,& re-*
dire per terram, & per mare sine impedimento do-
mini Regis,& suorum officialium. fallit nu.8. & 9.
2 *Nauigia sunt appellenda in locis, in quibus soluitur*
lezda.
3 *Infirmus de epidemia non est ingrediendus ciuitates.*
declaratur num. 4. & 5.
6 *Statutum continens id, quod ius commune, intelligitur*
secundum qualitates iuris communis.
7 *Criminosi quandoq. inuiti remittuntur.*

STatuimus etiam, quod quilibet possit ire, & redire.
&c. Ista constitutio statuit idem, quod est de
iure communi, & naturali libertate. Breuiter. *hoc*
dicens. Quilibet † per terram, & per mare cū suis
1 mercibus potest ire, & redire sine impedimento
domini Regis, & officialium suorum; dum modo
soluat vectigalia, leudas, pedagia, & alia iura an-
tiquitus assueta. *hoc dicit*. Idem habēt soluere im-
positiones per priuilegia impositionum, & alias
tallias, quę fierent in locis, vnde ipse res sint: quia
sunt cum suo onere, & obligatione tacita, vel ex-
pressa. Et ita hic solum tollit impedimentum fa-
cti

sti,quod illicite fieret per Regem, vel eius offi-
ciales;& hic non tolluntur iustæ, & rationabiles
locorum consuetudines, & priuilegia,nec pote-
stas statuendi de iure concessa municipijs: qua-
re in ijs omnibus plenius cogita,quia vidi alias
dubitari. *Huic concor. vsaticus camini,& stratæ.& cō-*
stitutiones pacis,& trengæ loquentes de securitate via-
rum,& caminorum. Et confirmatur hæc constitu-
tio. *in 2. curia Barcino. Regis Iacobi. colla. 4. cap. Item*
quod quilibet richus homo, & miles. &c. Vbi exci-
piuntur pagenses,& filij eorum de terris, vbi re-
dimi consueuerunt,de quibus dixi. *supra eod. cu-*
ria. ca. 25. Item quod in terris. &c. Et ambę huius-
modi constitutiones confirmantur in curia do-
minę Mariæ Reginæ *cap. 20. incipiente. Iat sia per*
constitutions de Cathalunya. &c. vbi tolluntur abu-
sus contrarij,& secus acta anullantur. Veruntа-
2 men nauigia † compelluntur appellere siue arri-
bare in illis locis,in quibus soluitur leuda, *vt in*
ca. 9. incipienti. Item ordinamus,& statuimus quod ca-
mini per terram, & per aquam, &c. curiæ Regis Al-
3 *fonsi II. edita in Montissone. colla. 3.* Sed an † infirmi
de epidemia possint prohiberi ingredi, & habi-
tare ciuitatem,sicut de facto fit in Italia,& atten-
tatur in aliquibus partibus Cathaloniæ,saltē in-
directe, quia ciues,& alij de ciuitate prohibentur
hospitari, & portare tales infirmos. Videtur
quod non per has constitutiones: & quia videtur
contra legem Dei,non facias alteri,quod tibi nō
vis fieri *& habetur Matthæi 7. & in prin. decretorū.*
ca. humanum: & extra de maio. & obe. c. dilecti. In cō-
trarium videtur, quia licet transitus non debeat
interdici;tamen conuersatio inhibēda est, ne ouis
morbida. &c. *extra de sta. mo. ca. ea quæ cū suis cōcor.*
4 Credo, quod † si morbus sit contagiosus ,vti cō-
muniter dicitur â Phisicis, & vulgaribus, possit
cōuersatio separari,& inhiberi; alias secus: in le-
ge pro solo lepre morbo fit separatio communio
5 nis. Et prædicta † sic generaliter dicta intellige
vera in pacificis,& non criminosis,& liberis per-
sonis alterius potestati non subiectis: quia secus
est in seruis & criminosis,& malefactoribus,filijs-
familias,famulis,& pupillis,ac professis,& alijs,
in quibus alius superior habet ius capiēdi, & de-
tinendi,ac corrigendi, & castigandi tales perso-
nas, quę non habent sui ipsius liberam facultatē
eundi,quo velint. Et sic ista iura libertatem iuris
communis confirmant,& iura non corrigunt,sed
6 abusus tollunt,vt est dictum. Nota † quod statu-
tum continens id, quod ius commune,intelligi-
tur cum suis qualitatibus,sicut ipsum ius commu
ne, *de quo per glo. & Doct. in ca. 1. de consti. lib. 6.* Et
sic non obstant multa contraria,quæ fieri possent.
sicut de criminosis. *vt C. & ff. de custo. re.* nam, &
7 quandoq. † criminosi inuiti remittuntur. *de quo*
dic latius per glo. & Ioannem de Imola. in cle. pastora-
lis: de re iudi. super glo. in verbo de more,& dicā Deo
duce latius: *in constit. domini Ferdinandi. ca. sicut ad-*
8 *uersus. §. caueat autem Vicarius*. Fallit † etiam de
rusticis,qui possunt capi in via iuxta constitu-
tiones pacium,& treugarum,& de extrahentibus
equos valentes vltra 15. libras, de quibus solui-
tur morabatinus Vicario, & de alijs multis, vt
patet. Et adde. *infra colla. 3. ca. 9. Item ordinamus,&*
9 *statuimus,quod camini per terram,&c.* Item † fallit
in obligatis cum instrumento cōmandæ, & cum
pœna tertij,& huiusmodi de quibus dicam. *infra*
ca. proximo. Item fallit in casu. *infra ead. cap. 55. Itē*
quod nullus miles vel filius.

De Captione. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Pro debito ciuili quis capi non potest. fallit num. 2. 3.*
7. 8. 9. 10. & 11.
4 *Negans, vel retinens commandam, vel depositum re-*
stituere, committit dolum, & delictum.
5 *Mulieres nec pro commanda, nec scriptura tertij pos-*
sunt capi, nec incarcerari, nec pro debito fiscali. n. 24
6 *Mulier pro tutela capitur.*
12 *Doctores canonum, legum, & medici personaliter capi*
non possunt pro debito ciuili.
13 *Lex noua non tollit priuilegia in corpore iuris clausa,*
etiam si dixerit, non obstante aliquo priuilegio.
14 *Debitor liberatur à carcere per cessionem bonorum,*
nisi in casibus hic expressis.
15 *Renuntiare quis potest cessioni bonorum, & valet re-*
nuntiatio.
16 *Debitor occultans bona in fraudem, potest capi.*
17 *Stylus quis sit seruandus in debitore obligato ad com-*
mandam allegante solutionem, traditur hic, & n. 20.
18 *Compensatio non addmittitur in commanda, nec aliqua*
alia exceptio, nisi solutionis. & commanda debet esse
vera, in qua nec fideiussores dies, nec iuramentum ad-
sint, num. 22.
19 *Compensatio cōtra Ecclesiā non admittitur in decimis.*
21 *Consuetudo scripta traditur quo ad debitum ratione*
officij, vel ministerij.
23 *Captus pro debito ciuili debet detineri sub lata custo-*
dia, & non sub ferris, seu vinculis.
25 *Captio, quæ fit per commandam, impediri non potest per*
regium elongamentum.
26 *Clericus captus detineri debet in posse iudicis Eccle-*
siastici, & non secularis. traditur declaratio nu. 27.
28 *Obligatus sub pœna tertij in terra Baronis non capitur*
in persona, nisi existens intus eandem terram, vbi se
obligauit. quod secus erit, si se obligauerit in curia
Regis; nam tunc capietur vbiq. infra Cathaloniam.
29 Abatut *quis dicatur. remissiue.*
30 *Pœna eripientis captum quæ sit. remissiue.*

ITem, *quod nullus miles, vel alius liber homo. &c.*
Breuis est, & se sumat, prohibens captionem
1 hominis † pro debito ciuili,& concor. huic infra
in constitu. Regis Alfonsi curiæ Mōtissoni. *c. 25.*
incipit: Item ordinamus, & statuimus, quod aliqui ho-
2 *mines. &c.* Vbi excipitur † nisi esset commanda,
& idem habes infra in *prima curia Regis Iacobi*
II. cap. 35. & incipit. Item, quod aliquis homo non ca-
piatur. &c. Vbi etiam excipiuntur priuilegium,
& consuetudo scripta. vnde ex ijs omnibus col-
lige summarium, quod liber homo non capitur
pro ciuili debito, nisi pro cōmanda, vel vbi est
priui

priuilegium, vel consuetudo scripta, *hoc dicit.*
Nota, quod pro debito ciuili non debet quis in
3 carcerari. fallit † quando debitum cadit in spe-
ciem delicti,& tunc capitur potius ratione male-
ficij *secund. Raym. in l. diui Seuerus. ff. ad l. Iul. pecula-
tus.* Nota ergo, quod regulariter liber homo non
debet capi, nec captus detineri in persona *vt hic
sic supra cap. proximo.* quod est verum, etiam de iure
communi, posito quod non habeat, vnde soluat. *vt
extra de pignoribus. cap. lator.* Fallit in casibus *vt di-
xi supra ca. proximo.* Item fallit in comāda seu de-
4 posito vt hic; & est ratio, quia qui negat †. vel nō
vult restituere depositum seu comandam, comit-
tit dolum,& delictum. *vt extra de depo. cap. bonæ fi-
5 des.* Hodie vero mulieres † nec pro comanda, nec
pro scriptura tertij, aut alia obligatione possunt
personaliter capi, nec incarcerari. *vt infra coll. 10.
6 ca. 18. a la constitu. &c.* Sed pro tutela † poterit
etiam mulier capi *iuxta l. 3. §. tutores qui. ff. de sus-
7 pec. & l. ob fenus. ff. de administratu.* Item fallit † vbi
est priuilegium, sicut Barcinonæ, & Gerundæ, ac
Bitulduni, in debitis scriptis sub pœna tertij in
8 curijs Regijs. Item † fallit in censualibus, & vio-
larijs hodie per consti. nouellam. *infra colla. 11. in
curia Barcino. Reg. Alfonsi IIII. in consti. censualium.
ca. 1. & 4.* vbi dicam latius Deo duce. Item fallit
9 vbi † est consuetudo scripta; quia consuetudo, &
priuilegium æquiparantur, sicut est in Barcinona
consuetudo scripta, quod obligatus ex causa em-
ptionis mercium ratione officij capitur quis in
persona, & idem seruatur Gerundæ, vbi est con-
suetudo scripta, quam subijciam infra. Item fal-
10 lit † in cōsulatu maris de stylo, si non satisdat
idonee de iudicio sisti, & iudicatum solui. Item
11 etiam † fallit in debito fiscali. *vt C. de exac. tribu.
l. nemo. lib. 10. de hoc leg. & nota. in alleg. c. lator. & C.
de ac. & ob. l. ob as.* Et notatur de hoc *per d. Iaco. de
Calicio in Margarita fisci in 3. dubio prin. ver. 38.* vi-
de ibi, *& in ver. sed & isti duo versiculi congrue
deberent hic inseri.* & adde quæ notat *Henricus. in
12 ca. ex rescripto. de iure iuran.* Nota † tamen, quod
doctores legum, & medicinæ, & idē credo de ca-
nonistis, gaudent priuilegio, quod nō possunt ca-
pi personaliter pro debito ciuili. vt est casus sin-
gularis *in l. medicos. C. de pro. fe. & me. lib.* 10. & hoc
vide latius per *Matth. in 60. nota.* vbi etiam dicit
13 quod † lex noua nō tollit priuilegia in corpore
iuris clausa, etiam si dixerit, *non obstante aliquo pri-
14 uilegio.* Sed an † in casibus prędictis, in quibus ha
bet locum personę captio, liberetur à carcere de-
bitor cedendo bonis. dic quod sic, nisi in priuile-
gio scripturæ tertij, & nisi quando ob dolū obli-
gatus est: nam quando ratione doli, vel ratione
officij persona est affecta respectu alicuius præ-
stationis, tunc cessio bonorum nihil prodest. *vt
notat Bal. in l. si quis curialis. C. de Episcopis, & cleri-
cis.* & adde quæ notantur *per Henricum, & d. Ant.
de Butrio in ca. odoardus. extra de solutionibus.* & quæ
dixi *infra colla. 4. in curia tertia Barcino. ca. 21.*
15 Item † scias, quod vbi est cōsuetudo, quod per-
sona valeat capi, potest renunciari cessioni bono-
rum, & valet renunciatio vt notat *Pet. Iaco. in tit.
de cessione bonorum. in fi.* quod tamen intellige, vt
dixi secundum. *Bal. infra colla. 4. in curia 3. Barcin.
ca. 21. ibi, tu vero secund. Bal. concorda.* Et vbi obli-
gatus est taliter ad captionem, si allegat solutio-
nem, vel simile, interim detinebitur captus, dum
litigabitur: secus si negaret se obligatum ad ca-
ptionem, vel diceret instrumentum falsum. *secūd.
16 Pet. Iacobū vbi supra.* Item nota, quod † debitor
alicuius occultans bona in fraudē, potest includi
in carcere. *vt l. fi. §. 1. ff. quæ in fraudē credi. secūdū
vnam lecturam.* Item de iure Romano debitor po-
test incarcerari, si soluendo non est. *glo. est in l. 4. §.
tutores. ff. de admini. tu.* & per ista videntur debere
limitari huiusmodi constitutiones saltem in frau
datore. Sed in priuilegio scripturæ tertij præal-
legato seruatur, prout in eodem continetur. Et
17 seruatur † de stylo curiæ Regię Gerundæ etiam
in comanda, quod alleganti solutionem dantur
10. dies ad probandum, & rationes allegandū pe-
remptorios. *vt in spe. tit. de dila. §. fi. versi. quid si da-
ta:* & ita fuit sententiatum, quod ille contra quē
instrumentum comandæ perducitur, habet infra
10. dies proponere, & probare rationes, propter
quas non teneatur in dicta comanda; & interim
assecurare, ne se absentet. *vt in dicta parte. spe. §. fi.*
& de hoc est priuilegium Barcinonæ super co-
mandis, & debitis ratione ministerij seu officij,
qui stylus fundatur *per l. si debitori. ff. de iudi. & ex-
tra de excep. c. pia.* vbi excōmunicationis exceptio
habet proponi, & probari infra tempus statutū.
18 Item † contra comandam non potest fieri com-
pensatio. *vt l. fi. ff. depositi.* nec aliqua exceptio
proponi, nisi sit solutionis. & ita de stylo serua-
19 tur; sic in † decimis contra Ecclesiam non admit-
titur compensatio. *vt notat Ioan. fa. insti. de actio. §.
20 in bonæ fidei. super glo. quod tamen fit.* Attamen † si de-
bitor dicat testes in alia prouincia esse, & non
posse infra 10. dies producere, debet fieri com-
missio, & debet iudex recipere pecuniam pro cō
missione, adhoc ne id malitiose petat. & ita fuit
declaratum *per l. si debitori. supra alleg. & per l.
fi. C. depo. vbi per sy. & glo. in ca. statutum. de rescrip.
lib. 6.* Hunc stylum refert *d. G. Ricardi.* vt reperij
scriptum in suo libro. Et similem stylum vidi ser-
uari in curia Ecclesiastica, quando agitur ex re-
gistro ipsius curiæ. Ad idem facit hodie consti-
tutio nouiter ędita super exactione censualium,
21 & violariorum, *quæ est infra colla. 11.* Et † idem
quod in comanda, credo debere seruari, quando
agitur ex debito ratione officij, vel ministerij
iuxta dictam consuetudinem, quæ talis est. ¶ *Qui-
cumq. tenens officium, vel ministerium, vel qui emerit
aliquam mercaturam ad opus officij, vel ministerij, siue
sit mercator, siue alius, qui se abat; capiatur in persona,
sicut caperetur pro comanda, nisi ostenderetur, quod ca-
su fortuito amiserit ea.* Ecce per tenorem huius cō-
suetudinis, secundum quam fuit pronunciatum in
Audientia Regia; patet, quod debitor ratione of-

ficij capitur in persona,sicut per comandam ergo in executione similiter seruari debet idem si-
22 bi qui seruatur pro comanda. Et prædicta † intellige de vera comanda, in qua nō est fideiussor, neq.terminus,neq.iuramentum. *vt in curia Gerundæ.c.5.incipienti.Item statuimus*, vbi dicam aliqua, vide ibi.Item vidi seruari de consuetudine,quod si aliquis famulus se personaliter obliget pro morando cum aliquo causa addiscendi aliquam artem mechanicam, quod per captionem personæ
23 compellitur. ¶ Et notandum, quod † vbi quis detinetur captus pro debito fiscali,vel comanda, vel alio ciuili;tunc talis captus debet detineri in lata custodia,& non sub ferris,vel vinculis. *vt le: & nota.in prealleg.l.nemo carcerem.C.de exac.tri.lib. 10.vide ibi.Bar.& in l.sacrilegij.§.fi.ff.ad l.Iuliam peculatus.* adde quæ dixi. *infra colla.6.curia Ceruaria. ca.insuper confirmantes.* Nota tamen,quod fœ-
24 minæ † non debent capi pro debito fiscali. *vt no-*
25 *ta in Margarita fisci,6.dubio.ver.349.* Et † debet fieri huiusmodi captio,quæ fit pro comanda,elōgamento Regio non obstante;vt in pragmatica Regis Iacobi datis Barcino. kalendas Februarij anno Domini.1274.
26 Quid si clericus † se obligauit ad captionem personę,dicit *Ioan. Fa.* quod detinebitur captus in posse iudicis Ecclesiastici, sed nō secularis. Ita notat ipse. *insti.de actio.§.compensationes.* quod est
27 verum de simplici clerico;sed forte † coniugatus pro ciuili potest per secularem detineri. *vt in cap. vnico de cleric. coniuga.lib.6.* sed ibi Doct.communiter tenent contra *per ca. si quis suadente.15. q.4.* Adde quę notat *Ioan.de Imola in cle.R.de offi.ordi.*
28 *in 1.q. in fine.* ¶ Aduerte etiam,† quod licet aliqui se obligauerint sub pœna tertij ad captionē personæ in aliqua curia Baronis,vel alterius quā domini Regis, talis obligatus vigore huiusmodi obligationis non capitur in persona,nisi forte in eadem curia, vbi se obligauit, reperiatur;sed de obligatione curię Regis capietur vbiq.infra Cathaloniam. Et ita inconcusse obseruatur. Item
29 quis † dicatur *abatut.* vide *infra colla.4.curia Ilerdeñ. ca. 4.* ¶ Quæ † sit pœna eripientis captum,
30 dic per *Ioan.Fa.insti.de actio. §.Item aduersus eum.*

De approbatione patiariorum,Iuratorū,& Consulum. Cap.XXX.

SVMMARIVM.

1 *Patiarij,iurati,& consules approbantur,pro vt erant antiquitus.*
2 *Consules ciuitatis possunt se intromittere,vbi potestas faciat iustitiam.*
3 *Vniuersitates non possunt se congregare,nec archam communem,& consulatum habere, nec Syndicum constituere,nisi habeant licentiam Regiam,vel consulatum approbatum.*
4 *Tallia generalis non potest imponi,sed tantum specialis pro necessitate vniuersitatis.declara procedere vt n.5*
6 *Vniuersitates an possint vendere censualia.traditur remissiue.*

1 Concedimus etiam,& approbamus,&c. Hic † approbātur,& conceduntur Patiarij,Iurati,& Consules, prout erāt antiquitus. ¶ Et nota, quod in Gerunda fuerunt creati Iurati vigore priuilegij istius Regis Petri II. sub. datis Gerundæ 8. kalendas Februarij anno Domini. 1283. Et ideo priuilegium hoc Gerundę non includitur sub hac constitutione. Sed per alias constitutiones infra approbantur generaliter priuilegia,libertates,& consuetudines ciuitatum, & aliorum locorum,& singularium. vt videbimus suis locis
2 inferius Deo duce. Et nota † ꝙ Consules ciuitatis vbi potestas non faceret iustitiam, possunt se intromittere. vide *Ias. in l.iudices.C.de Episcopali.*
3 *audi.* Nota † tamen,quod in Cathalonia de obseruantia generali vniuersitates non possunt se congregare nec possunt tenere archam cōmunem,nec Cōsulatū,nec possunt constituere Syndicum nisi licentiā habeant à Principe,vel Consulatū approbātum,prout etiam seruatur in Francia iuxta notata *per Ioan.Fa.insti.de rerū diui.§.vniuersitatis.* & probatur hic,& est casus. *in l.fin.C.de offi.rect.pro-*
4 *uin.* dicit *Bar.sic.44.cōsilio*,quod talliam † generalem applicandam vniuersitati, & vectigal non possunt imponere,sed specialem pro necessitati-
5 bus vniuersitatis sic.vt ibi dicitur. Quod † est verum in Cathalonia præsente Baiulo, vel alio officiali ordinario ciuitatis,& licētiā dante, *secūd. Do.Iaco.de Calicio.* qui ita notat: *in suo curiali.6.du-*
6 *bio versi. 60.* Sed † an possint vendere censualia. *vide in eod.cap.6.dubio.ver.61.* vbi dicit,quod non sine licētia domini Regis,& ita seruatur. *adde quæ dicam.infra in constitu.censualium.*

De læsdis,pedagijs,& alijs exactionibus. Ca.XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Læsdæ,pedagia,mensuratica,& pensa tunc de nouo à 20. annis præteritis imposita penitus sunt sublata. limitatur num. 2.*
3 *Noua vectigalia non debent imponi.*
4 *Immunitas non soluendi vectigal competens Ecclesiæ an transeat in conductorem ipsius Ecclesiæ, vel illū, qui ab ea emit.traditur remissiue.*
5 *Emptor læsdarum potest ratione iuris empti agere vti procurator communitatis,à qua emerit.*
6 *Custos pontis potest in exactione læsdarum,ne cōmittatur fraus.*
7 *Emptor redditium clericorum, vel domini Regis, non gaudet in ipsis redditibus immunitate, qua gaudent ipsi clerici,vel dominus Rex.*
8 *Quæstio,an sit res clerici vel alterius,ad Iudicem Ecclesiasticum spectat.*
9 *Venditor tenetur soluere tributum emptore non existēte soluendo.*

Item concedimus,& *etiam approbamus, quod læsdæ*
1 *&c.* præsens constitutio hoc dicit. Læsdę,† pedagia, mensuratica, & pensa tunc de nouo à 20. annis præteritis imposita perpetuo sunt sublata. *hoc dicit.*

¶ Et confirmatur *in curia Gerundæ.ca.2.* vbi additur,quod si contra fieret, pro non facto habeatur.

Et

Et quod emptores, & collectores læsdarum, & aliorum prædictorum iurent de seruando prædicta. Item præsens cap. &c confirmatur *in ca. volumus. curia Perpiniani.* vide, & adde quæ ibi scripsi.
2 ¶ Et nota, quod non † tollit antiqua, de quorum initio non extabat memoria; quæ valent de iure. *vt extra de verbo. signi. ca. super quibusdam. §. præterea. vide quæ ibi nota.* Sed de nouo tunc à 22. annis
3 imposita tollit, quia noua † vectigalia imponi nõ debent. *vt dixi supra ead. curia. cap.* 10. *Rubrica de Gabella Salis.* adde quæ ibi nota. *& infra colla. 6. curia Montissoni. cap. præcipimus insuper. §. & addentes. vide Ant. de Butrio. in ca. quod latenter. extra de regu-*
4 *lis iuris.* ¶ Sed an immunitas † competens Ecclesiæ, vel alijs de non soluendo vectigal, vel aliam huiusmodi impositionem, seu exactionem transeat in eum, qui emit, vel conduxit ab Ecclesia. vel alio priuilegiato, vide per *Bar. in l. licitatio. §. mercatores. ff. de publicanis. & per Hostien. in cap. dilecti. extra de decimis. & per Gui. durandi. in quarta parte spe. tit. de immuni. Eccle. versi. vlti. in fine, dicam statim inferius.* Adde etiam nota. *per Barto. in repeti. l. placet. C. de Sacrosanctis Eccles.* ¶ Qui autem sint immunes dicitur. *infra ead. ca. 38. Statuimus etiam,*
5 *&c.* Et nota quod † emptores lęsdarum, & gabellarũ possunt pro illo iure, quod emerint agere tã quam procuratores cõmunitatis, a qua emerint. Sicut & vsufructuarius potest agere de iure proprietatis tãquã procurator domini proprietarij. *vt notatur per Bar. ff. vsufruc. quemad. cau. l. 1. §. Sed*
6 *quod diximus.* Item † nota, quod possunt ponere custodes, ne in ipsis iuribus valeant defraudari. *ar. l. si ita legatus. §. At si. ff. de vsu. & habita.* vide quæ ibi nota. *per Barto. & modern. Doct.* adde quæ nota. *Gui. in 4. parte spe. tit. de decimis. versi. vlt. quæritur.*
7 Vlterius nota † ꝙ emptores redditũ clericorũ, vel Regis nõ gaudẽt immunitate, quæ gaudẽt ipsi clerici, vel Rex de quo. *in spe. tit. prædlleg. de immunitate Ecclesiarũ. in fine.* & adde quæ nota. *Barto. ff. de publi. & vectiga. l. licitatio. & l. cotem.* Et hæc sunt menti tenenda, quia quotidie contingunt. & dictum *spe.* sequitur *Ioan. And. in glo. Cle. præsenti. de censibus. super verbo non negotiandi.* Et idem tenet *Ioan. de Imola ibidem.* Dicit etiam, quod si sit quæ-
8 stio † an sit res clerici, vel alterius, vel an causa negotiandi; tunc erit iudex Ecclesiasticus. *Item Archidi. in cap. quamquam. de censi. lib. 6. super verbo negotiandi.* videtur sentire idem *quod spe.* Et nota-
9 tur ibi, quis dicatur negotiator. Nota ꝙ † tributũ tenetur vẽditor soluere, vbi emptor nõ est soluẽdo, alias tenetur emptor. *in authen. de man. princ. §. sed neq. versi. sin vero colla. 3.* de cenis. *vide supra eod. cap. 13.* adde quæ de vectigalibus scripsi *supra colla. 6. Montissoni. 8. cap. prouidentes alias præcipimus.*

De tassuraria sublata. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Tassuraria penitus reprobatur.*
2 *Tassuraria est quæstus, qui fit à ludentibus.*
3 *Ludus absconditus prohibitus. limitatur num. 4.*
5 *Ludus alearum non prohibetur, licet de iure communi secus sit.*
6 *Ludi potest causa virtutis, vel causa vescendi familiariter.*
7 *Repeti an valeat, quod amittitur in ludo, & alia multa de materia remissiue.*

ITem concedimus, quod tassuraria. &c. Hic repro-
1 batur † penitus tassuraria. & hæc constitutio fuit confirmata in curia Regis Ferdinandi. *cap. La cõstitutio. &c.* quæ fuit tẽporalis. Et nota quod ista constitutio non prohibet ludos, sed tassurariam,
2 quæ † est quæstus, qui fit à ludentibus pro tabularijs. & huiusmodi quæstus prohibetur hic; sed per aliam constitutionem domini Ferdinãdi, *quæ incipit. Per tal que mal. &c.* prohibetur ludus abs-
3 consus † sub pœna vigintiquinque librarum,
4 quod † suspenditur à vigilia Natiuitatis Domi-
5 ni vsq. ad Epiphaniam inclusiue. Sed † ludũ alearum non prohibuit; licet de iure communi alearum vsus prohibitus sit. *vt C. de reli. & sump. & alearum vsu. in Græca l.* quæ incipit *alearum vsus.* vbi omnis vsus alearum prohibitus est exceptis quibusdam ludis ibi nominatis, in quibus nõ po-
6 test vltra solidum ludi. ¶ Itẽ causa virtutis † potest ludi. *vt ff. de aleatoribus. l. solent. §. Senatus.* vel causa vescendi familiariter *vt ff. eod. l. quod in conui-*
7 *uio.* Sed † an repeti valeat, quod in prohibito ludo amittitur, & cui sit restituendum, & quid de recipiente lusores, & de mutuante in ludo. *nota. ff. eod. l. 1. & per Inno. & alios Doct. in c. pleriq. extra de immu. Eccl. & per Hen. de vita, & honestate cleri. ca. clerici, & per Ioan. in Sũma Confessorum. lib. 2. tit. 6. de negotijs secularibus. q. 23. & sequentibus.* vide ibi latius an & quando sit peccatum, & quæ personæ indistincte teneantur ad restituendũ, & quæ non. Quidam putant ludum esse inuentum causa delectationis aduersum famem, quo facilius spectaculo occupati esuriem tollerent. Sed alearium est locus, vbi luditur, vel in quo aleæ reponuntur. Aleator siue lusor dicitur ille qui est peritus in ludo; sed tassuraria est exigere, vel recipere pecuniam à ludentibus propter aleas, vel taxillos, vel lucernas vel locum ludi. Aut quia ludus prohibitus de iure, tamen de facto propter lucrum, & quęstum sustinetur. & hoc prohibetur hic.

De Iudæis, & Sarracenis. Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Serui Pagani siue Sarraceni Iudæorum, si baptizentur, efficiuntur liberti datis per illis duodecim solidis. & explicatur num. 4.*
2 *Iudæi cuius domini sint, & vbi debeant morari, remissiue.*
3 *Iudæi non habent filios in potestate.*
5 *Commercium Christiani est interdictum Iudæo.*
6 *Solidi, de quibus hic, sunt vsualis moneta.*
7 *Summa est ratio, quæ pro religione facit.*
8 *Iudæi non possunt in eorum domibus habere Christianos, nec eos tenere in seruos, sed in scriptios.*
9 *Iudæi debent portare habitum distinctum publice, vt distinguantur ab alijs populis.*

ITem statuimus quod Sarraceni Iudaeorum &c. Di-
1 citur † hic, quod serui, Pagani, siue Sarraceni Iudaeorum, si baptizentur dãdo 12. solidos, prout iura volunt, plenam consequuntur libertatem. *hoc dicit. Concor. extra de Iudais. ca. 1. & idem habetur in*
2 *localibus Barcin.* Cuius † domini sint Iudaei, & vbi debeant morari, vide *infra ead. ca.* 53. & quae nota *in Margarita fisci. 8. dubio. versi.* 164. Itẽ nota quod
3 Iudaei † non habent filios in potestate, sicut habent ciues Romani. *insti. de patria po. §. ius autem potestatis. adde infra ead. ca. 53. Item quod de Iudais.*
4 Circa † ista notandum est, quod seruus Iudaei, aut est vernaculus, idest de propria ancilla natus, aut emptitius. Si vernaculus si sit, vel velit fieri Christianus: statim eripitur in libertatẽ, nullo praetio dato. *vt C. de Episcopis & cleri. l. Deo nobis. §. ijs ita. & ar. 54. di. cap. fraternitatem*. Si vero emptitius, sub distingue, quia aut iam erat Christianus, quando fuit emptus, aut Paganus. Si Christianus in distincte in libertatem eripitur nullo praetio dato, quia
5 Christiani † cõmertium est Iudaeo poenitus interdictũ. *vt 54. di. ca. mancipia.* Similiter serui haereticorum impune possunt dominos relinquere, & ad Ecclesias confugere. *vt C. de haereticis, & mani. l. manicheos.* Si autem sit emptus, dum erat Paganus; aut causa seruitij, aut causa cõmertij, In primo casu, si vult effici Christianus, liber efficitur sine praetio. *vt 54. di. cap. si fraternitatem.* In secundo vero casu, si infra tres menses non exposuerit eũ venalem, postea si vult fieri Christianus, liberatur sine praetio; quia praesumitur, quod ad seruiẽdum emerit. Si autem exposuerit eum venalem infra tres menses, & iste vult fieri Christianus infra illud spatium, vel etiam post; dummodo non steterit per dominum, quo minus vendiderit eũ, infra illud tempus liberatur, reddito pretio duodecim solidorum. *vt in alleg. ca. fraternitatem. & ex*
6 *tra ead. cap. 1. & 2. & vltim.* ¶ Sed quaero † cuius monetae erunt isti solidi. Respõdeo, Dicunt quidam, quod erunt aurei. *vt ff. de minor. l. similiter. insti. de poena temere litigan. in fine. C. de falsa mo. l. si quis nummos.* vnde in simili casu dicit lex. 20. solidos dandos, ne libertas praestita reuocetur. *ff. de manu testa. l. cum ex falsis.* Alia lex dicit viginti aureos. *ff. de inoffi. testamẽto l. papinianus. §. vltimo.* Et huius opi. fuit. *Goff. in Summa huius titu. de Iudais.* Sed *Raymund. de Pena Forti.* dicit, quod dabuntur vsualis monetae; cuius opi. sequitur. *Ioan. in Summa Confessorum. lib. 1. tit. 4. q.* 16. vide per eum latius de hac materia Iudaeorum. *in lib. & tit. praealleg.* & opinionem *Raymun.* tenet *glo. extra eod. titu. cap. vltimo.* Et hanc intrepide teneas fauore li-
7 bertatis, & fidei: quia † summa est ratio, quae pro religione facit. *ff. de religi. & sump. fu. l. sunt personae. ad hoc extra de conuersis. in fine. cap. vltimo.*
8 ¶ Item Iudaei † non possunt in eorum domibus tenere Christianos, *vt supra in curia Regis Iacobi primi. capit. Item inuiolabili.* Nec possunt Iudaei habere Christianos in seruos, sed in scriptitios eos habere possunt. *vt extra de Iudais. cap. multorum. & extra de Iudais. cap. ad hoc,* vbi prohibentur Christiani, etiam pro aliquo praetio, cum Iudaeis assidue commorari etiam pro nutricibus aut seruiẽtibus. *vt extra. eod. tit. cap. & si Iudaeos.* Ipsi vero Iu-
9 daei † debent portare habitum publice distinctũ vt ab alijs populis distinguantur. *vt extra. eod. tit. cap. in nonnullis.* & in quadam *pragmatica domini Regis Ferdinandi.* & de iuramento Iudaeorum vide *in vsatt. Iudaei iurent. & in vsatt. constituerunt equidem.* & de baptismo Iudaeorum. vide *infra ead. cap. 53. & infra colla. 4. in 3. curia Barcinona. cap. 4. nouerint vniuersi.*

De exercitu. Cap. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Rex debet prouidere Baronibus, & militibus Cathaloniae secum euntibus in exercitu, vel alio loco; & emẽdas facere. limitatur num. 2.*
3 *Regaliae non comprehenduntur sub constitutionibus, nisi exprimantur.*
4 *Regaliae quae sint, quas non potest dominus Rex à se abdicare. remissiue.*

I*Tem si Barones vel milites Cathaloniae. &c.* Dicit
1 quod † dominus Rex tenetur prouidere Baronibus, & militibus Cathaloniae euntibus secum in exercitu, vel cum alio loco ipsius; & debet facere emendas iuxta vsaticũ Barcinonę, qui incipit. *Similiter, & milites. &c.* Saluis tamen specialibus conuentionibus, & pactionibus, quae sunt cũ aliquibus eorũ. De materia huius vide *in comme. Pet. Alberti. ca. si aliquis dominus. §. Rex tum. vide Iac. de Marquilles in vsat. alium namq. in q. quaero vlterius, quid si Barones.* Et praedicta intelligo, excep-
2 tis † *vsatico Princeps namq.* & exceptis regalijs pacis, & treugae, & soni emissi, in quibus nulli datur immunitas, cum ad id de iure, & consuetudine Cathaloniae teneantur. *& vide quae nota. Iaco-*
3 *bus de Mõte Iudaico in dicto vsatico.* Et nota † quod regaliae semper intelliguntur exceptę ab istis cõstitutionibus, nisi in eis specialiter dicatur. & ita communiter tenetur, & practicatur: quia non est verisimile, quod dominus Rex voluerit vnico verbo à se abdicasse regalias suis ossibus valde affixas. *ad hoc extra de regu. iur. ca. in generali. lib. 6. & de offi. Vica. 6. c. cũ in generali. eod. lib. cũ suis con-*
4 *cor.* Sunt tamen † quędam regaliae, quas non potest à se abdicare. *23. q. 5. cap. regũ. vt nota. Doct. extra de censi. ca. cum venerab.*

De prohibita venditione curiarum, & officiorum iurisdictionis. Cap. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Curia, Baiulia, & Vicaria vendi prohibentur, nam iustitia deperiret.*
2 *Terra sine iustitia perit.*
3 *Officia iurisdictionis triennalia non venduntur, nec in eadem persona continuantur per duo triennia, nec conceduntur ad vitam alicuius.*
4 *Statutum prohibens fieri donationem, venditionem, vel aliam alienationem Ecclesiae non valet.*
5 *Statutum prohibens alienationem in forensem valet.*

Res

6 *Res immobiles Ecclesiæ vendi non possunt sub pœna, de qua hic.*

7 *In venditione intra medietatem licitum est contrahentibus se decipere adinuicem iure fori tantum.*

1 ITem, quod in venditionibus redditunm, quas de cætero. &c. Hic † prohibentur vendi curia, Baiulia, & Vicaria. & ponit rationem prohibitionis, quia iustitia deperiret, & subditi opprimerentur; quorum vtrumq. vitandum est; quia † sine
2 iustitia perit terra. *vt in vsat. quoniam per iniquum.* & Princeps tenetur subuenire oppressis. *vt in vsat. Alium namq. & 23. q. 5. cap. Regum.* Concordat huic constitutioni extra *ne Prælati vices suas. in rubro, & nigro.* & ideo per plures alias constitutiones
3 fuit prouisum † ne huiusmodi officia iurisdictionis triennalia pro denarijs vendātur, nec possunt cōtinuari per duo triennia in eadem persona, nec concedi ad vitam alicuius; nec pro habendis huiusmodi officijs possunt dari vltra 10. solidi *vt in constitutione noua dominæ Reginæ Mariæ. cap. 14. incipit. Com fegons constitucions.* adde quæ scripsi *supra colla. proxi. curia Barcino. cap. 12. Item nihilominus.*
4 &c. Nota, quod non valet † statutum, si fiat, ne possit fieri donatio, venditio, vel alia alienatio Ecclesijs; quia esset contra libertatem Ecclesiasti-
5 cam: sed bene † valeret ne fieret venditio, vel alienatio alicui forensi. *vt non licere metro. l. 1. lib. 11. secundum Bart. quem vide latius in l. vt inter*
6 *diuinum C. de sacro san. Eccle.* Item † prohibētur vendi res Ecclesiæ immobiles; & si contra fiat nō valet, pœna degradationis contra facienti imminente, similiter & monasterium *vt in vsat. statuimus. & c. nemini,* de quo dic de iure canonico. *vt le. & nota. 12. q. 2. cap. sine exceptione. & per totam ipsam q. & 10. q. 2. cap. hoc ius porrectum. & extra de ijs quæ fiu. Prela. sine con. ca. c. 2. & per totum.* Et no-
7 ta, † quod licitum est in venditione se decipere, dum modo non vltra medietatem iusti precij; sed iure fori, non iure poli. *vt nota. G. in alleg. cap. hoc ius. in glo. quid si ibi. in addi. sic etiam nota. &c.*

De confirmatione paciū, & treugarū. Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Pacis & treugæ constitutio confirmatur.*

1 COnfirmamus in quam. &c. Hic † confirmatur constitutio pacis, & treugæ, quæ incipit. *Anno domini 1202.* quam dominus Rex præcipit obseruari in omnibus rebus, quæ sint in pace, & treuga, quamuis in dicta constitutione de bobus aratorijs tantum mentio habeatur. *adde infra ead. cap. 41. volumus, & concedimus. &c.* tamen dicit Iacobus de Calicio, quod omnes cartæ pacis sunt confirmatæ.

De titulo Comitis Barcinonæ. Cap. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Rex olim se subscribebat* Comes Barcinonæ *in litteris, & cartis Regijs.*

2 *Barcinona est caput Cathaloniæ, & communis patria.*

3 *Barcinona non habet superioritatem super ciuitatibus, & locis Principatus Cathaloniæ.*

1 ITem volumus. &c. Statuitur hic; quod in † litteris chartis, & sigillis Regijs scribatur *dominus Rex Comes Barcinonæ.* Hodie vero magis habet titulum propter Regnum Neapolis, & inter cætera se scribit Regem Hierusalem. &c. Vide, & adde notata *per Doct. in vsat. s. quiam inclēdinorum Barcinonæ. ver. Item nota, quod Roma. &c.* vbi
2 habes, † quod Barcinona est caput Principatus Cathaloniæ & est cōmunis patria: vt ibi notata in
3 verbo *præsumptiue.* Non † tamen habet ius superioritatis super alijs ciuitatibus, & locis ipsius Principatus.

De immunitate Ecclesiasticorum, Baronum, & militum. Cap. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Personæ Ecclesiasticæ, Barones, & milites de rebus proprijs non soluunt lezdam, nec vectigal, nisi fraudem committant. idem num. 10.*

2 *Priuilegium amittit, qui abutitur potestate concessa.*

3 *Lasda est nomen vulgare Cathaloniæ, & idem est quod vectigal.*

4 *Vectigal dicitur ex eo, quod detur pro transitu, vel vectura.*

5 *Locus, vbi exigitur vectigal, dicitur Tholoneum.*

6 *Iuramento priuilegiatæ personæ statur quæstione habita inter illam, & leuatorem lasdarum.*

7 *Iudex secularis potest accipere rem clerici, ex qua erat soluendum vectigal, pro solutione ipsius.*

8 Personæ Ecclesiasticæ *nomine, quidam venit clericus, sed etiam Deo datus, seu conuersus in aliqua religione.*

9 *Res propriæ intelliguntur ad vsum, & seruitium proprium empta, non causa negociandi.*

1 STatuimus etiam, quod Ecclesiasticæ personæ. &c. Dicitur hic † quod Ecclesiasticæ personæ, Barones, & milites de redditibus, & rebus suis proprijs nō soluunt pedagium, læsdam, mensuraticū neq. pensum; dum tamen fraudem non committant, scilicet asserendo esse res suas, quæ sunt alterius, qui prædicta iura soluere tenerentur: tunc enim credo, quod propter fraudem deberēt amittere priuilegium, etiam in rebus proprijs; quia
2 priuilegium † meretur amittere, qui cōcessa abutitur potestate. *extra de priuil. cap. ex tuarum cum*
3 *suis cocor.* Lęsda † est vulgare Cathaloniæ, & sunt
4 vectigalia. & dicitur † vectigal, quod datur pro
5 transitu, vel vectura. Et dicitur Tholonæū † locus, vbi vectigalia leuantur. Thalos enim græce dicitur vectigal latine. *vt in glo. super Matthæum,* & cum transisset Iesus vidit hominem sedentem in Tholonæo Matthæum nomine. Vnde sedere in Tholoneo est sedere in leudaria, idest, in loco vbi leuantur læsdæ, vel gabellæ. *adde quæ dixi supra colla. 4. in 2. curia Barcino. ca. 12. Item quod capitulū. & cap. in tit. de gabellis. ver. Et nota, quod est differen-*
6 *tia inter tributum, & vectigal.* Si vero † inter leuatorem læsdarum, & huiusmodi vectigalium, & personas de ijs nō soluēdis priuilegiatas sit quæstio, dicit. *Ioan. An. in Cle. præsenti extra de censibus. in glo. super verbo negotiandi.* quod standum sit iu-

ramento personæ priuilegiatæ, nisi personæ qualitas, & rei quantitas dissuadet, vel nisi de contrario fides in promptu haberi possit. & idem notat *Ioan. de Imola in dicta Clem. vide ibi latius per eum.*
7 Sed † vtrum clerici ratione tributorum possint trahi ad forum seculare. *G. de Cug. in l. de ijs. C. de Episc. & cleri.* tenet quod sic, quia conueniuntur res eorum tanquam effectas, & non personæ clericorum. *alleg. l. moris. C. de palat. sacr. largi. & l. imperator. ff. de publica. Bar.* tamen credit, quod res clericorum pertineant ad forum seculare; & quod iudex secularis possit mittere ad ipsam rem, & de ea recipere tributum; secus in persona. *per auth.*
8 *statuimus. & idē Bal. in dicta l. de ijs.* Et nota † quod dicit personam Ecclesiasticā, quod nō solum clericis *vt infra in constitu. Barcino. Regis Iacobi colla. 4. in prima curia Barcino. ca. Item quod clerici.* & vbi additur de Cuzols. & etiam ibi excipitur de mercatura, *sicut extra de vita & honest. clericorum. cap. vltimo. vbi de hoc.* Sed etiam personæ Ecclesiasticę, vt Deodati, conuersi in aliqua religione, & huiusmodi, licet clerici non sint, tamen gaudent hac immunitate. Et est hoc cōtra Lesdarios Gerundæ, qui hanc immunitatem nolūt seruare clericis, nisi sint cōstituti in sacris ordinibus. & credo, quod male faciant: & forte excōmunicationis sententiam à iure latam non euadunt. *vt extra de censibus ca. quāquam. lib. 6.* dic vt nota. & adde quæ le. & nota. *in Cle. præsenti. eod. tit.* quæ emanauit ad exequutionē
9 dicti. *cap. quamquam.* quod dicit *de rebus* † *proprijs* intelligo scilicet, *& ad vsum, & seruitium proprium emptis, non causa negociandi*; & sic videtur mihi, quod male faciant læsdarij castilionis, qui læsdam exigunt ab omnibus clericis de melle, quem emerint ad proprium vsum non causa mercimoniæ. quod dic *vt le. & nota. in Cle. præsenti. extra de censibus. & ibi glos. & Ioan. de Imola super verbo negociandi.* Et hæc eadem immunitas debet seruari ciuibus & alijs, qui ex priuilegio vsitato, vel possessione antiqua de prædictis omnibus, vel aliquo præmissorum sunt immunes. *vt infra*
10 *cap. proxi.* Item nota quod † si fraudem committant, perdunt priuilegium. & est simile quod notatur de Ecclesia Thessalon. *per glos. super rubrica. C. de sacrosanct. Ecclesijs.*

De immunitate ciuium. Cap. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium perditur per non vsum, vel contrarium vsum.*
2 *Priuilegia ad excipiendum concessa sunt perpetua, limitatur num. 4. & 5.*
3 *Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendū.*
6 *Priuilegium ad agendum concessum præscribitur tanto tempore, quanto durat actio.*
7 *Priuilegium datum ad actum durat ad decennium.*
8 *Priuilegio constituto super indulto derogatur per vnū actum contrarium, quod intellige vt num. 9.*
10 *Possessio, quæ tanti temporis est, cuius initij memoria hominum non est in contrarium, dicitur antiqua.*
11 *Libertas non soluendi pedagia est præscriptibilis.*
12 *Consuetudinis virtus multiplex est, & traditur hic late.*

ITem quod ciues, & alij. &c. Hic habes, quod dixi *supra ca. proximo in fi.* & ideo nō repeto hic. Sed ex hoc, quod dicitur ibi in *tex. habent priuilegium*
1 *vsitatum* nota † quod priuilegium perditur per non vsum, vel per contrarium vsum, de quo nota. *per Inno. extra de priuilegijs. ca. accedentibus. & de constitutio. cap. cum accessissent. & per Bar. ff. de nundinis l. 1. & plene etiam per Goff. in Summa tit. de rescriptis. §. durat. ver. priuilegia.* vbi dicit, quod priuilegia sunt perpetua, quia sunt priuilegiatæ leges. *4. dis. c. priuilegia. & de verb. sign. ca. ambæ.* idest, in per-
2 petuum † duratura, si ad excipiendum concedantur: quia si nunquam agitur, nunquam excipitur ex priuilegijs, & sic perpetuo durant. propterea
3 dictum est † temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. *vt ff. de doli excep. l. pure. §. vltimo. insti. de excep. & C. eod. tit. l. si pactū.* Si ve-
4 ro † aliquando agatur, & nō excipiatur ex priuilegio fit præiuditiū, quo ad illū, in quo omittitur exceptio, *C. de Epi. & cle. in authen. presbyter. C. de*
5 *excu. tu. l. voluntaria.* Sed † si tanto tempore contra priuilegiū petatur, nec priuilegiatus vtatur exceptione, vt verisimile sit priuilegio renunciatum; tunc in totum tollitur priuilegium, vt spatio 30. vel 40. annorum. & idem notat *Goff. in tempore citeriori.* & sic intellexit. *capitu. de terra. & capi. accedentibus.* sed de iure huius patriæ non sufficeret minor 30. annorum præscriptio iuxta vsaticū & *l. Goticam*, qua vtimur in præscriptionibus, quæ incipit *omnes causæ siue bona, siue mala.* Et prædicta locum habent in priuilegio ad excipiendum concesso; vt hic, vel cum datur priui-
6 legium de non soluēdo decimas. Sed † si detur ad agendum, vt pote ad decimas, quas nunqnam recepit exhigendas; tanto tempore durat, quanto durat actio: quia non est verisimile Papam, vel qui priuilegium concedit, mutare velle naturam actionis. *vt extra de cleric. cap. Ecclesia. & C. de in*
7 *officio testamento l. si quando.* Sed † si priuilegium detur ad actum; scilicet, vt liceat nundinas, vel aliquid aliud facere, puta canonicos, & præbendas reducere, vel castra erigere ad certum numerum, tunc durat eius auctoritas vsq. ad decennium. *vt*
8 *ff. de nundinis l. 1.* Si † vero Princeps constituat super indulto ab alijs, huic priuilegio forsan derogatur per vnum contrarium actum *vt in alleg. cap. cum accessissent. & extra de præben. cap. pro illorum. & de ijs quæ fi. a maio. par. ca. c. 119. ore. 11. q. 4. cap. priuilegium C. de pac. inter empt. & vendi. l. com-*
9 *missoria.* Si tamen † non occurrit casus, in quo priuilegij vtendi facultas se obtulerit, tunc ex solo temporis tractu nil remitti præsumitur. *vt C. de decurionibus l. in filijs.* dic latius *per Bal. in alleg. cap. accedentibus. extra de priuilegijs.* ¶ Item in tex.
10 ibi † vel *possessionem antiquam.* suple tanti temporis, cuius nō sit memoria, vel verius sufficit 30. annorum, per ea quæ dixi. *in cap. 4. supra ead. curia.* & hoc quo ad obtinendum etiam in proprietate.

vt

vt in alle.ca.4.& ca.5. vbi etiam dixi. Sed quod ad possessorium sufficeret, etiam si minori tempore esset in possessione: quia non deberet spoliari absq. causæ cognitione. *vt supra ead.cap.27. Item,*
11 *quod nos.&c.* vide ibi latius. Hic habes, † quod libertas non soluendi pedagia potest præscribi, & tolli per cõtrariam cõsuetudinem. de quo notatur *per Henr.extra de censibus cap. omnouamus.* Et
12 nota † virtus consuetudinis est multiplex, quia ipsa est iuris inductiua, & suppletiua, & similium attractiua, item iurijs dubij interpretatiua, item est iure imitatiua, & derrogatiua, & ab rogatiua, item est iure confirmatoria, & gratię dilatiua *secundum Guid. in cap. consuetudo 1.dist. super verbo, cum deficit.*

De confirmatione chartæ pacis. Cap. XXXX.

SVMMARIVM.

1 *Charta pacis, & treuga dni Regis Iacobi confirmatur.*

1 VOlumus, & concedimus: &c. Hic † confirmatur charta pacis, & treugæ domini Regis Iacobi edita Terrachoñ. quæ incipit in Christi nomine. Sit in omnibus manifestum cuius datis est sub anno incarnationis domini 1228. 12. kalendas Ianuarij, quam mãdat obseruari in omnibus suis capitulis. Et per hoc videtur priuilegia, prius in contrarium emanata fore reuocata, & hoc tenet. *dict. Iacob.de Cali. infra 8. dubio sui directory vide ibi.* In contrarium facit *cap. licet Romanus extra de constit. lib. 6. & vide Albericum de Rosatis in l. qui bis idem ff. de ver. ob. Adde per me scripta infra colla. 4. in 2. curia Barcinone. Rubrica de bannis.*

De processu pacis, & treugæ. Cap. XXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij absq. parte non possunt procedere in processu pacis, & treuga, & traduntur hic fallentia ad hanc reg.*

2 *Partis appellatione nedum venit priuatus sed etiam fiscus.*

3 *Fiscus in quibus casibus admittatur ad dandum quærelas pacis, & treuga, traditur hic.*

4 *Præses potest cogere partes ad pacem.*

5 *Assessor poterit petere salarium, si partes infra quindecim concordauerint.*

6 *Fractor pacis & treuga excommunicandus est.*

DEclaramus tamen, quod Vicarij, &c. Statuitur
1 hic, quod Vicarij † non procedant ratione pacis, & treugæ absq. quærelatore. Fallit in constitutione. *infra ead. ca. Item, quod Vicarij, & Episc.* quæ loquitur de extraneo iter agente, & in alijs casibus, quos ibi dicam. Secundo dicitur, quod si moniti pro pace, & treuga se conueniunt cum quærelatore infra 15. dies, Vicarius nil petere posit. Tertio dicitur, quod si monitus nõ satisfecerit, vel composuerit cum quærelatore infra ipsos 15. dies, ex tunc Vicarius potest procedere iuxta formam pacis, & treugæ.

¶ Nota prædicta, & quod dicit *absq. quærelato-*
2 *re* subaudi † priuato; vel etiam fiscali in illis causibus, in quibus fiscus admittitur ad dandum huiusmodi quærelas pacis, & treugæ. *vt in constitu. domini Ferdinandi c. quia quandoq. §. caueant.* Quæ-
3 ro † in quibus casibus fiscus admittatur ad dandum quærelas pacis, & treugę. *Resp.* quando dãnum, vel iniuria datur extraneo iter agenti. *vt infra ead. colla. cap. 47. Item, quod Vicarius*, quia cum ibi etiam fiscus procedat sine quærela, sed ex officio, ergo fortius cũ quærela. Et idẽ forte si viæ publicæ, ænundinę, mercati, dominicaturæ Regis guidatica, peñones, sigilla, censualia, & alia regalia infringantur: nam si damnum detur Principi in corpore, vel in rebus suis, non debet esse deterioris conditionis quã alius quiuis priuatus. *secundum d. Narcissum de sancto Dionysio, & vide super hoc dominũ Iaco. de Calicio in suo curiali 7. dubio ver. dominus Rex pronuntiauit. &c. & in pragmatica. Reg. Petri III. data in Montealbo 26. Nouembris, Anno à natiuitate domini 1370.* Vlterius nota, † q
4 præses potest cogere ad pacem, sed non potest cogere ad compromittendum, etiam si timeatur de scandalo: & ita videtur, quod non possit compellere offensum ad pacem, imo debet vindicare, & punire; licet ante factum debeat obuiare. *vt notat Bald. in l. aquissimum ff. de vsufructu. & de noui ope. nũ. l. 1. §. & post operas. & melius in l. ex stipulatione. C. de senten. & interlo. omn. iudi. & in l. 1. §. ciues ff. de offi. præ. vr.* quia quandoq. expedit, vt cogãtur ad pacem, ne turbetur status reipublicæ. *ff. de capti. l. si quis ingenuum §. in ciuilibus, vide Bald. in l. cum affirmes C. de libe. causa*: quia facta punitione poterunt cogi, vt ibi notat, & sentit *glo. in l. transigere. C. de transact.* Sed an † assessor poterit petere
5 nomine salarij, si infra 15. dies partes composuerint quidam; quod sic *vt in cap. Si ratione executionis. curia Montissoni colla. 6. vide ibi.* ¶ Et nota, quod circa constitutiones loquentes de pace, & treuga, non intendo multa dicere; sed sufficiat recurrere ad directorum domini Iacobi de Calicio, qui multum latius prosecutus est materiam processuum pacium, & treugarum Cathaloniæ. & superuacuis laborat impendijs, qui solem nititur facibus adiuuare. *6. q. prima. cap. si omnia.* Illud tamen scias,
6 quod † ractor pacis, & treugæ est excommunicãdus de iure cõmuni. *vt extra de treuga, & pace. c. 1. & in omnibus constitutionibus pacium, & treugarum.*

De officio Vicarij. Cap. XXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij nihil petere possunt ratione pacis, & treuga, & si homines alicuius loci inter se delinquerint infra terminum castri, vnde sunt. & ratio traditur nu. 2. & limitatio adducitur num. 4. declaratur nu. 52.*

3 *Dominus est iudex suorum hominum sine agricolarũ.*

5 *Castelli appellatione quid veniat, remissiue.*

6 *Castrum eo, quod castrum, nullam habet iurisdictionem de iure.*

7 *Castra terminata de consuetudine habent minimam iurisdictionem.*

8 *Territorium quid sit, traditur remissiue.*

9 *Terminus & territorium sunt synonima in hoc tex.*

10 *Terminus, quare in hoc tex. sit in singulari, & non in plurali, traditur ratio.*

Punitio

93 *Dominus castri non potest facere processum soni emissi, nisi per modum appellitus infra terminos castri.*

95 *Homines castri se tueri neutiquam possunt praescriptione, ne teneantur operare in fossatis, & castris.*

96 *Castrum, vt habeat iura castri, necesse est, quod fuerit factum de licentia Principis expresse, vel tacite.*

100 *Castum terminatū non dicitur, nisi habeat terminos fixuratos per mollonos, vel fitas, & euidentia signa.*

108 *Homines castri non tenentur operare domos infra fortalitiam, nec turrim magistram; licet teneantur ad opus foraneum fortitudinis.*

109 *Dominus castri non potest imponere operas subiectis, nec illas ab eis exigere, nisi pro hac adsit consuetudo.*

110 *Homines castri non tenētur operare cisternam, quam dominus voluerit facere intus castrum.*

111 *Castrum cum suis terminis est illius Vicariae, in qua est caput ipsius castri.*

112 *Terras tenentes infra terminos castri tenentur contribuere in quaestys pro ratta possessionum, nisi priuilegio, vel longa consuetudine tueantur.*

113 *Vniuersitate obligata domino Regi ad centum, si Rex liberet vnum de vniuersitate à collecta; aly non possunt conueniri pro ratta, ad quam ille tenebatur.*

114 *Emens rem à priuilegiato tenetur nihilominus soluere vectigal ordinarium.*

115 *Terras tenentes de honoribus, qui pro domino castri tenentur, debent ponere in quaestys communibus iuxta valorem rerum, nisi aliter ex priuilegio, vel longa cō suetudine se defendi possent. nu. 116.*

117 *Barones, qui superiorem non habent, prohibere possunt piscari in flumine publico; quod secus esset, si Barones superiorem haberent.*

1 ITē, *quod Vicarij nostri nō possunt aliquid petere &c.* dicitur hic, † quod Vicarij ratione pacis, & treugę non possunt aliquid petere, si homines alicuius loci inter se deliquerint infra territorium,
2 seu terminum castri, vnde sunt; quia † ea quae infra muros seu clausuras castri, etiam à quibuscūq. priuatis, vel extraneis, & illa quae ab hominibus castri intra territorium committuntur; de iure vsu, & mente constitutionis pacis, & treugae spectant ad dominū loci quicumq. sit *hoc dicit* praesens constitutio. Quae est multum vulgata, notabilis, & menti tenenda, & per dominos castrorum sepissime allegatur; & est confirmata in curia Montisalbi. *cap. 23. & incipit. Item statuimus, & ordinamus, quod capitulum &c.* Et nota, † quod do-
3 minus est iudex suorum hominum siue agricolarū *vt in authen. de quaestor. §. si vero forsan. & in vsat. placitum indicatum. vide ibi dominū Iacobū de Calicio.* ¶ Et secundum *d. G. Ricard.* ista constitutio communiter ita illigitur, quod Vicarius non potest se intromittere ratione pacis, & treugae, si homines alicuius loci, vel etiam extranei conquaerantur de damnis illatis eis per alios homines eiusdem loci, vel territorij, castri, vel villae, vel aliquem extraneum ratione damni dati infra clausuras loci. Alij dicunt, & credo melius, quod per istud caput non tollitur, quin tales homines ratione talium excessuum possint conquaeri pro pace, & treuga coram vicario: sed si fuerint conquaesti, aliquid ratione poenae per Vicarium non poterit peti; sed totum illud pertinet domino illius loci, & *hoc dicit*. caput istud, hoc probatur ex capitulo praecedenti iuncto isto, quod di-
4 citur hic, in prin. *aliquid petere.* Et per hoc † quia, nisi fiat processus per Vicarium, aliquid peti non potest; ergo concluditur, quod Vicarius procedit. pro hoc *facit §. si vero homines monasteriorum.* qui est *in dicta constitu. pacis, & treuga.* quae hic confirmatur. alijs videtur, quod hoc procedat: *secundum G. Ricard.* Ego, vt dixi, credo verius, quod procedit, & seruatur saltem in dioec. Gerund. Et praedicta vera de castris, & locis in quibus aliter Vicarij non habent iurisdictionem. Nec per hoc cap. tribuitur iurisdictio dominis castrorum, & locorum alia, quam ante haberēt; nec dicitur hic, quod castra terminata per hanc constit. habeant iurisdictionem ipso iure eo ipso, quod fuerint castra terminata. vt *G.* proponit *in suo alphabeto.* in verbo *indicium, & iurisdictio. Vide Iaco. de Ca-*
5 *licio in vsat. aguayt in 1. q.* Vbi quaerit † quid veniat appellatione castelli. Licet quidam asserant contra, & allegent pro lege quandam sententiā latam pro Castro de Loreto per vener. Iac. de Monello, & Dalmacium Corona de qua inferius subiiciam. & facit, quia hic promiscue quandoq. dicit de loco, quandoq. de castro. Sed per dictā sententiam potest dici; quod castra, quae habent iurisdictionem ciuilem habent ea, quae in dicta sen-
6 tentia exprimuntur, & declarātur. Castrū † enim eo quod castrum iurisdictione non habet de iure. *notatur per Innocen. & Doctores. in cap. cum ad sedem*
7 *extra. de resti. spo.* Sed de † consuetudine huius patriae castra terminata habent quandam minimā iurisdictionem, scilicet 5. solidi, & alia quaedam iura, de quibus inferius dicam. Non tamen credas, quod quilibet castra terminata habentia iurisdictionem, habeant omnia, quae in dicta sentētia continentur, vt vides per experientiam; quia aliqua castra habent plus, alia minus; prout habent ex priuilegio, vel ex consuetudine: & haec varietas consuetudinū facit multos errare in hac patria. ¶ In text. super verbo. *territorium, seu ter-*
8 *minum.* Quid † sit territorium habes *ff. de ver. sig. l. pupillus. §. territorium.* & dixi *infra colla. 4. in prima*
9 *curia Barcino. cap. 32.* Et nota, † quod dicit *seu terminum,* quia pro eodem accipitur hic terminus, & territoriū, & hic notat *Iac. de Calic. in vsat. aguayt.*
10 Sed aduerte, quia dicit † *terminum* in singulari, & non dicit *terminos* in plurali; quia terminus quandoq. accipitur pro limitte, siue fine fundi, vel castri, vel territorij: & tunc castrum dicitur habere terminos in plurali, & tunc accipitur pro finibus siue limitibus. Sicut quilibet fundus siue praedium dicitur habere fines, & cōfrontationes. quandoq. terminus accipitur pro territorio, & sic pro vniuersitate agrorum, quae est infra limites, & confines; & tunc in singulari dicitur territorium esse. Nota vlterius quod istud cap. clare probat

11 probat, quod † si homines castri delinquant infra terminos, & verius infra terminum siue territorium castri; quod punitio, siue iurisdictio puniendi pertinet ad dominum castri, & non ad Regem, vel eius Vicariū: & *secund. G. Ricardi* idē est de iure, vt hic dicitur, & notatur *C. de fundis limito. l. quicumq. lib.* 11. Quia de iure communi vide-
12 tur, quod cuilibet † castro eo ipso, quod est castrum pertineat honor districtus, & iurisdictio. *extra de probatio. ca. licet. de fide instrumento. ca. inter dilectos.* & notat. *Innocen. de iure patro. cap. ex litteris. in glo. si quis.* Tamen contra videtur inf. a in curia Gerundæ. c. 26. quod incipit. *Item statuimus, & ordinamus, quod si aliquis homo, &c.* quia sub dubio
13 ponit ibi. *qui iurisdictionem habeat, &c.* Et † est verum quod in Cathalonia saltem in diœcesi Barcino. & Gerundeñ. & vt plurimum in tota Cathalonia castra terminata, eo quod castra non habēt, nisi illam minimam, & modicam cohertionem, quæ vulgariter dicitur bannum quinq. solidorū
14 tantum. de qua dixi supra; nisi † ex priuilegio, vel consuetudine alias habeant maiorem iurisdictionem. pro quo facit dictum *ca. 26. melius infra colla. 4. in curia prima Barcino. ca. 18. Item, quod nos Dei gratia. §. intelligatur tamen, quod iurisdictio, &c.* Vide ibi, & infra curiæ Gerundæ. *ca. 26. in versi. vltimo nota.* Et quod dicit *Inno. in alleg. ca. ex litteris.* non est cōtra si bene, & recte intelligatur, quia ibi non dicit, quod castra habeāt iurisdictionem;
15 sed dicit, quod illa castra, † quæ habent iurisdictionem, habent ius patronatus &c. vide ibi. Et
16 vbi dominus † in castro suo iurisdictionem habeat; tunc si ipse dominus, vel eius Baiulus delinquant, non habet locum *hoc cap.* imo potest procedi per Vicarium. & ita seruatur, facit *infra ead. ca. Item quod si aliquis,* & hic innuit, cum dicit, *si ho-*
17 *mines. &c.* Vnde alias † iam esset iudex in facto proprio, quod esse nō debet. *C. ne quis in causa sua.*
18 *l. 1.* ¶ Vnde cum Baiulus † eadem persona reputetur cum domino. *vt l. quisquis. C. ad l. Iul. maiestatis.* & idem sit consistorium. *vt extra de consue. ca.*
19 *non putamus. lib. 6.* Hoc † intelligitur de hominibus termini castri, alias si extranei malū facerent; possent citari pro pace, & treuga, secundū eundē *G. Ricardum.* Nota quod in tex. dicitur, *priuatis vel*
20 *extraneis, &c.* quia priuati † dicuntur omnes illi, qui non sunt magistratus, vel officiales. Et quandoq. priuati dicuntur illi, qui sunt domestici, vel
21 de loco: extranei vero † dicuntur alieni, & qui non sunt de loco; sed sunt peregrini, vel hospites
22 siue forenses: & dicitur † extraneus ab *extra,* quod est separare, & *neos* græce, quod est nouum quasi ab extra veniens. adde quæ scripsi. *infra ead. ca. Item quod Vicarij, & Episcopi.* vbi agitur de extraneo iter agente. Tu dic, quod in Vicarijs, &
23 locis Regijs diœc. Gerūd. dominus Rex † & eius Vicarij, & alij officiales sui habent omnem iurisdictionem, etiam intra castra; verbi gratia, vt de castris de Ceruiano, & de Cartiliano, & huiusmodi. Et tunc dominus Rex, & eius Vicarius in illis exercent omnem iurisdictionem, etiam ex officio, & cum vel sine quærela pacis, & treugæ aut sunt quædam castra, in quibus domini castrorum habent de consuetudine, aut alias omnem iurisdictionem, & merum ac mixtum imperium, vt sunt castra de Monellis, de Caciano de Silua, & huiusmodi similia, & in istis, & similibus habet locum *ista constitutio.* & quæ dicta sunt *supra in glos. proxim. ad hoc infra columna quarta in prima curia Barcinon. cap. 35. Item, quod si homines nostri. &c.* Vide ibi, quia tunc Vicarius, nisi per quærelam pacis, & treugæ, aut soni emissi non se intromitit de criminibus commissis in territorijs talium Castrorum. quorum iurisdictio, & imperiū de consuetudine, aut alio iuris speciali competit
24 dominis ipsorum castrorum: quia † regulariter, & de consuetudine in diœce. Gerundæ videmus, quod castra scita intra Vicariam, & loca Regia, non habent aliquam iurisdictionem, nisi fuerint terminata ab antiquo; & tunc tantum habent ea, quæ continentur in vsantijs scriptis huius diœc. quas infra subiciam. Et ita intellige sequentem glo. de Castris terminatis, in quibus domini corū habent omnem iurisdictionem ex priuilegio, & consuetudine, aut aliquo iure speciali; quia alia non haberent, saltem, vt videmus seruari in diœcesi Gerundeñ. & probat tex. *in allega. §. intelligatur tamen, quod iurisdictio. &c.* ¶ In tex. super
25 verbo *vsu.* nota, † quod consuetudo dat iurisdictionem, vt notat *Hostien. in summa. §. quisquis. ver. sed numquid potest. tit. de consue.* ¶ Item, quod qui
26 habet castrum, & per consequens habet iurisdictionem, vt notat. *Inno. de iure patrona. ca. ex litteris. & ibi per Host.* Sed aliter dicit Inno. & melius *de testi. spe. ca. cum ad sedem.* de quo dic latius *per Bar. in extrauag. quoniam nuper. tit. qui sint rebelles super*
27 *verbo Lombardiæ. colla. 11.* Vbi † dicit, quod castra, sicut vici, non habent iurisdictionem de iure cōmuni *alleg. l. fi. C. de testa.* de quo vide per *Iac. Marquilles in vsat. in Baiulia, vel garda. super verbo staca-*
28 *mentum.* vbi † ponit multa de iurisdictione ciuili, & de minima, scilicet banni quinq. solidorum. de quo tamen latius, & melius dicetur inferius in hac *consti. & infra colla. 4. in 3. curia Barcino. cap. 9. Item ordinamus præsenti curia approbante.* Vbi agitur de mero mixto imperio, & iurisdictione.
29 Quid sit † castrum vide Doct. *in vsat. castrum,* &
30 quæ ibi notatur. ¶ Item nota, quod † concesso castro, & iurisdictio cōcessa videtur. *ff. de offi. præ-*
31 *vr. l. 1. §. cum vrbem.* ex eo † quia iurisdictio inhæret territorio. *vt l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. sig.* Sed dic, quod nō cōuertitur; quod territorium inhæreat iurisdictioni, saltem in illa, quā
32 quis habet in homine suo. Et sic † nota, quod iurisdictio non inest in solo castro, vel villa; sed inest in ciuitate, vel territorio, vel prouincia; nisi specialiter ista iurisdictio insit in castro ex antiqua consuetudine, vel præscriptione, vel alias ex priuilegio seu Principis concessione; & tunc cōcesso castro videtur concessa iurisdictio; alias nō

vide.

vide *Bal. in feu. de pace iuramento fir. §. ad hec. tertia*
33 *colum. versi. porro si queras, in quo.* Sed † quid sit ter-
ritorium, & an concessa ciuitate videatur concessum territorium, vide *glo. & Doctores in ca. ego Lu-*
34 *donicus. 63. distin.* ¶. Item nota † quod defensores
ciuitatum audiunt, & puniunt leuiora crimina.
vt in auth. de defen. ciui. §. audient. licet tales non
35 habeant merum, vel mixtum imperium. Idē † in
36 præfecto vigilum. *ff. de præfectis. vi. l. 1.* Sed † cō-
trarium, & verius notat *Innocen.* dicens, quod qui
habet castrum, non videtur habere iurisdictionē,
& plenius per *Hostien. in allega. ca. cum ad sedem.* &
est ratio, quia castrum non nascitur cum iurisdi-
ctione; nec ipso ędificato, sequitur quod habeant
27 iurisdictionem, cùm de iure cōmuni omnis † iu-
risdictio ad Principē pertineat: omnis enim di-
strictus, & omnis iurisdictio apud Principē est, &
ab illo, tanquā a mari fontes, fluūt, & refluūt om-
nes iurisdictiones, & hoc notatur *per Ange. in l. 1*
28 *ff. de offi. eius, cui man. est iurisdictio.* Vnde † si ali-
quis baro dicit se esse in possessione, vel petit se
restitui in possessionem, qua dicit se spoliatum à
domino Rege: quia hoc casu non sufficit dicere se
spoliatum, sed oportet probare titulum, vel
præscriptionem tanti temporis, cuius non sit me-
moria in contrarium, *vt extra de rest. spo. cap. ad de-
cimas. lib. 6. & de præscrip. cap. Episcopum eod. lib. &
39 de priuile. cap. cum personę.* quia † quando aliquis
vtitur aliquo actu, qui ad ipsum de iure communi
pertinet, illo potest vti etiam repellendo alium,
si in continenti ostendat titulum, vel præscri-
ptionem legitimam; & sic Rex vtendo, & illum
repellendo non dicitur, nec videtur spoliare, nec
violentiam facere, sed potius ius suum, & iuris-
dictionem defendere. *vt notat Innocen. de sen. ex. ca-
pitulo solet. super verbo manifesta. & cap. dilecto. eodem
titu. lib. 6. & vide Glo. in l. 1. C. vbi de curiali, vel coar
tali super verbo comprehensus. & facit de præ-
scrip. cap. 1. lib. 6. De quo per archi. in c. venor. de sent.
lib. 6.* pro hac parte vide hæc, & multa alia
allegata per *An. de Mesa in causa iurisdictionis loci
sancti Cucuffatis Valensis.* Et prædicta procedunt
40 de iure communi; sed hodie † secus, & in Catha-
lonia quo ad merum, & mixtum Imperium, qui-
bus quis 30. annis fuerit in quasi possessione, *vt
supra ead. colla. & cur. a cap. Et restituimus & cap. se-
41 quenti.* Vide quæ in eis dixi. Nam † iurisdictio,
cum sit ius fiscale, non præscribitur contra Prin-
cipem, & superiorem; sed adquiritur per cōsue-
tudinē, quā non potest superior tollere. De quo
vide latius per *Inno. & Bald. extra de offi. Archi-
dia. c. dilecto. & per Archidia. de sen. excom. c. solet. &
c. dilecto. lib. 6. Et vide Bald. in l. edicto C. de sic dini.
Adri. tolle. in 15. opp.* Vnde est verum, quod quan-
42 do pertinet aliquid de iure communi, vt est † iu-
risdictio nō potest præscribi, vel vsucapi, nisi cō
tradictione sequuta, *vt notatur ff. quemad. seru. ami.
l. si quis §. finali.* Vnde cùm sit de iure communi, &
lex dicat aliquid pertinere Principi, licet vsitatū
43 non fuerit, non nocet Principi; cum † lex non
possit præscribi. Vt in vsatico. *hoc quod iuris est
sanctorum.* Sicut euenit quotidie in furchis, quæ
nunquam fuerunt in aliquo territorio, vel si fue-
runt nullus fuit ibi suspēsus; id non nocet Prin-
cipi, licet aliqui cōtra. *ff. de diuer. & tempor. præ-
scrip. l. si quis.* de quo dic latius per *Ange. de Perusio
in l. hac autem. ff. de seru. vr. prædi.* Nam si Baro
vsus fuerit, videtur clam fecisse, & Principē igno
rante, vt notat *Inno. de præscrip. c. si diligenti.* Et ideo
requiritur contradictio, & tūc si vsus est legitimo
temporo, vel alio, cuius in contrarium memoria
non existat, à tempore contradictionis computā-
do: tunc forte præscriberet, in contrarium est
vsat. hoc quod iuris est sanctorum. Dic latius, vt ibi
44 scripsi: possessio † enim iurisdictionis non po-
test haberi sine titulo, *secund. Bal. in l. barbarius. ff.
de offi. præto. in 12. oppo.* vt dicitur per dictum. *§. si.
supra alleg.* & ita fuit Barcino. determinatum, vt
45 refert. *G. Ricardi.* Quotiens † quis alium inuestit
de castro manso, vel alio, & aliquid in infeuda-
tione sibi reseruat, quæcunq; postea superuenerit,
non ex industria vassalli, pertinent ad dominum;
nisi vassallus probet per pares curiæ, vel per bre-
ue testatum, quod de huiusmodi incrementis fuit
inuestitus. *vt in feu. si de inuesti. controuersi fuerit. ca.
Si quis de māso.* Adde, quæ notat per *Henr. etiā Boich
in alleg. ca. si diligenti.* Et prędicta in hac patria in-
tellige saluis iis, quæ habentur. *supra eod. ca. 4. 5.
12. & 27.* vide quę ibi scripsi. ¶ In tex. super ver-
bo *treuga.* Nota quod in hoc cap. loquendo *de iu-
46 risdictione* nedum comprehendit quod † domi-
ni castrorum habeant iurisdictionem in homini-
bus ipsius castri; imo hoc idem videtur dicere de
alijs locis, quæ non sint castra. quod patet, quia in
quatuor locis huius constitutionis est istud ver-
bum *loci*, & non ponitur verbum *castri*, nisi in
duobus locis. Per quod videtur innui, quod lo-
46 ca † populata habeant iurisdictionem in homi-
nibus suis. Et idem videtur probari de iure; eo
enim ipso, quod aliquis habet administrationē in
villis, vel locis suis, eo ipso habet ibi iurisdictio-
47 nem. vt notat *Gui. 1. q. 1. c. a. iubemus,* & hæc † iu-
risdictio potest à cōsuetudine introduci. vt notā.
Innoc. de ijs quæ fi. a Præla. sine cōsen. c. quæ sint. Vnde
48 etiam nota, quod hoc cap. † nedum loquitur de
iurisdictione ciuili, imo etiam de criminali: quod
patet, quia in vno loco dixit *rixæ, contentionis,
seu maleficij*, & in alio loco dicit *foris fecerint,
vel deliquerint.* per quod innuitur, quod de cri-
minali iurisdictione loquitur. & dictū est *in vsat.
Simili modo.* secundū q prædicta recitat hic *d. G.
Ricardi.* qui videtur sentire, quod per hanc con-
stitutionem dominis castrorum, & locorum iu-
risdictio tribuatur etiam in criminali. Sed, salua
sua reuerentia, non videtur verum de iure com-
muni; nec per istam constitutionē habetur, quod
castrum, eo ipso quod est castrum, habeat iurisdi-
ctionem, per ea quæ dicta sunt supra, & signanter
per *Bar. in extrauag. quoniam nuper. super verbo Lom-
49 bardia. & in l. 1. de dam. infecto.* Sed † verum est,
quod

quod si Princeps, qui habet castrum cum iurisdi-
ctione concedat alicui ipsum Castrum simplici-
ter, tunc eo ipso videtur etiam concedere iuris-
dictionem, quam ibi habet, nisi sibi expresse reti-
neat. ¶ Et prædicta vera, quando illi castro est da-
tum territorium separatum, cui inest iurisdictio
iuxta notata *per Ioan. de Platea. in l. quicunq. C. de
fundis limitto. lib. 11. & per Bar. in l. si finita. §. ex hoc
edicto. ff. de dam. infecto, & ibi per appellationem ff. de verb.
sig. de bon. vac. per Bar. & Ioan. de Platea in l. si quando. C.
de bo. vacan. lib. 10.* Vide quæ notatur *per Bar. in l. ergo.
ff. de acquirendo. & sic loquitur l. quicumq. C. de fun. li-
mitte. lib. 11. ad hoc facit l. qui vsufructum. ff. de verb.
oblig. vbi idem tenet Albericus de Rosata arg. adhoc
extra de dona. cap. pastoralis. & vide Ioan. de Platea in l.*
50 *si quando. C. de bo. vac. lib. 10.* Item † verum est, quod
si in aliqua villa, vel loco sit iurisdictio; quod eo
ipso, quod administratio villæ, vel loci est concessa
alicui, videtur etiã cõcessa eidem & iurisdictio per
iura allega. Sed si villa, vel locus alias nõ habebat
iurisdictionem; non est verum tunc, quod cõcessa,
vel habita villæ, vel loci administratione, habea-
51 tur iurisdictio. Sic in proposito † dominus Rex
per hanc constitutionem non dat castra, nec loca,
nec iurisdictionem eis alias non pertinentem, nec
per constitutiones consueuit dominus Rex dare
iurisdictiones alias nõ habẽtibus. Sed multotiens
habentibus alias confirmat, & quandoq. ampliat
seu declarat propriam iurisdictionem ipsius Re-
gis restringendo, sicut in hoc casu, *& in constitutio-*
52 *ne de sono emisso* cum similibus: quia cessante † hu-
iusmodi constitutione videbatur, quod Vicarij
ratione pacis, & treugæ haberent, & possent exer-
cere omnem iurisdictionem; in quibuscumq. ca-
stris, villis, & locis, sicut faciunt in regalia soni
emissi; & hoc restringitur hic, quia si hodie p hãc
constitutionem nil potest petere ratione rixæ, cõ-
tentionis, & maleficij in castris, & locis, vbi do-
mini ipsorum alias habeant iurisdictionem etiam
ratione pacis, & treugæ; quia licet ad querelato-
ris instantiam pro casibus hic contentis habeat
iurisdictionem ratione processus pacis, & treu-
gæ, qui est ciuilis; non tamen poterit procedere
ratione criminis ad pœnam pro maleficio. Immo
facta comparitione per quærelatum Vicarius nõ
se intromittit de tali crimine. & sic loquitur con-
stitutio Regis Ferdinandi, quæ incipit *quia quan-
doq. contingit in §. caueant autem.* & etiam alia con-
stitutio ipsius Ferdinandi *cap. sicut aduersus. §. ca-
ueat autem Vicarius, ne contra dictam cõperentẽ &c.*
vide, & adde hic, quæ ibi scripsi. Salua tamen cõ-
stitutione soni emissi, & practica soni, vt *dixi in
summa regaliæ soni emissi.* vide ibi. Et nota,
53 quod † dominus castri super feudo fundat intẽ-
tionem suam de iure communi super possessioni-
bus, quæ sunt infra terminos castri possessis per
Castellanum siue vassallum; cui incumbit onus
probandi, quod sit alodium *vt in Consue. Petr. Al-
ber. cap. Si Castellanus siue vassallus dixerit.* Item fun-
dat suam intentionem dominus castri terminati
in illis, quæ habentur *in vsat. hoc quod iuris est san-*
54 *ctorum.* de quibus subiiciam inferius. Sed an † &
quando, seu in quibus dominus fundet suam intẽ-
tionem super iurisdictione, aut alijs iuribus, &
seruitutibus suæ prouinciæ, vel ciuitatis. vide
quæ nota. *per Hostien. Ioan. An. & d. Ant. de Butrio
in ca. nimis. extra de iure iuran. & per G. de Monte-
lug. & Ioan. de Imola in ca. fi. §. similis modo. in cle. &
per Doct. in ca. ordinarij extra de offi. ordi. in cle. &
in l. cogi. de pet. hæredi.* ¶ Vt autem castrorum iura
& cõsuetudines huius patriæ melius pateant, subij-
cio hic quasdam vsantias huius diœcesis Gerun-
55 den. Sed antea † quæro, quid est castrum, & dico,
quod castrum dicitur casa alta seu fortis; & sic est
munitum muris, vel vallo: *text. l. quicumq. castrorũ.
præalleg. C. de fundis limitto. & ff. ad l. Iul. magest. l. 2.*
Sed antiqui dicebant castrum oppidum loco al-
56 tissimo factum. Quid † sit oppidum, & quid vi-
cus, & quid municipium, notat *Gui. in Rosario. in
ca. in qualibet. super verbo oppida. 23. q. 8.* Quid au-
57 tem † sit ciuitas, & quid vrbs. notat idem *in. 80.*
58 *dist. ca. in illis. & c. vrbs.* Et non † consueuit castrum
de se habere iurisdictionem à iure cõmuni. vt no-
tat latius. *Bal. in extrauag. quoniam nuper.* ¶ De cõ-
suetudine vero, & vsantia huius diœcesis Gerũdæ,
59 iura castri terminati, quæ sunt † in præteriprbe-
lia, de quibus loquitur. *vsaticus hoc quod iuris est
sanctorum.* sunt ista quatuor, videlicet sonus, Cor-
nu, Gayta, Bada, & opus foraneum fortitudinis
60 ipsorum castrorum. Verum † tamen si ædificia fie-
ri contingãt parietibus fortitudinis foraneæ, do-
minus castri habet prouidere magistris in loge-
rio, & cibo tantum, quamdiu opus durauerit in
ipsa parte, vbi ipsa ædificia fortitudini foraneæ
sunt contigua; & homines termini ipsius castri,
cuiuscumq. sint domini, tenentur eorum sumpti-
61 bus facere totum aliud opus. & ita fuit † iudica
tum de castro de sancto Acisclo, & de castro de
Loreto, & de pluribus alijs. Et quia semper
per praticos huius terræ, & milites aliosq. domi-
nos castrorum de sententia ipsius castri de Lore-
to fit magnum festum, & ne eius tenor ignoretur
subijcio ipsam, quæ talis fuit. ¶ *Hic continen-
tur quædam declarationes factæ per dominos Ia-
cobum de Monesklo, & Dalmatium Corona, arbi-
tros inter dominum castri de Loreto habentem iu-
risdictionem.* (scilicet ex venditione facta Præ-
posito domino castri de Loreto per nobilem de
Monte Cacheno qui omnem iurisdictionem di-
cti castri habuerat ex donatione Regia; vt vidi in
processu causæ Iuitionis ipsius iurisdictionis ci-
uilis dicti castri ducto in curia Regia.) Ciuilẽ in
dicto castro; & nobilem dominũ Petrum de Mõ-
te Cacheno ibi habentem iurisdictionem crimi-
nalem. Et fuit declaratum cum maxima delibe-
ratione, & collatione plurium aduocatorum tam
Barcinonæ, Gerundæ, quam Ilerden. Et per dictã
declarationem possunt se iuuare alij domini ha-
bentes iurisdictionem ciuilem in diœcesi Ge-
runden. & alias. Quæquidem declaratio sequitur
in

in hunc modum. ¶ In nomine Domini, & eius gratia. Amē. Vnde nos Iacobus de Monello, & Dalmatius Corona arbitratores prædicti. *Nota verbum, quia isti magis fuerunt amicabiles compositores, quasi arbitri iuris.* Attendentes, quod nobis est data potestas per dictas partes declarandi, qui actus sint illi, qui pertinent ad iurisdictionem ciuilem. *attende, quod est res inter alios acta, & sic alijs non nocet.* Ideo volentes, & cupientes declarare actus predictos ad iurisdictionem ciuilē pertinentes., & eam concernentes. *Nota quia non dicit, quod hac iurisdictio ciuilis castro pertineat, eo quod est castrum; sed solum declarat, qui actus pertinent ad iurisdictionem ciuilem.* Sedendo more iudicantium sacrosanctis Euangelijs coram nostra præsentia positis, & ostensis, Pronuntiamus, dicimus, & declaramus super prædictis in hunc modum, qui sequitur. Attenta consuetudine notoria huius terræ; *non tamen est generalis, ex quo vtuntur notorie, manifeste, & indistincte habentes iurisdictionem ciuilem in locis, in quibus habere ipsam iurisdictionem. Nota non dicit habentes castra*, & attentis omnibus alijs attendendis quæ mouere possunt, & debent animum in talibus iudicantium, pronunciamus, dicimus, & declaramus super predictis in modum, qui sequitur. Primo enim declaramus dicimus, & pronūtiamus ex potestate nobis in dicto compromisso, quod ratione iurisdictionis ciuilis, quæ pertinet domino dicti castri, non eo quod est castrum, sed quia ex venditione sibi facta alias habuit ipsam iurisdictionem. *& hic non erat quæstio, an haberet iurisdictionem in castro; quia veruntamen habeat ciuilem, sed erat quæstio, quæ pertinerent ad ciuilem iurisdictionem castri, pertinent ratione dictæ iurisdictionis, non ratione castri*, & pertinere debet, &

62 potest domino dicti castri cognoscere † de actibus sequentibus, *videlicet de omnibus causis ciuilibus, & pecuniarijs.* quæ sint, & ducantur inter partes in castro, & in parrochia, & terminis dicti castri quarumcunq. summarū, & quantitatum existant. ¶ Item audire, & dare clams, & retaclams, & executiones facere pro factis, & causis pecuniarijs quibuscunq. Item clauare ianuas, & pignorare pro causis pecuniarijs prædictis. ¶ Item firmare, & firmas iuris recipere. ¶ Item sententias super prædictis causis, & factis dare, & proferre, & eas executioni debite demandare. ¶ Item dare tutores, & curatores pupillis, & minoribus, & adultis furiosis, & mente captis ac bonis vacantibus, & absentium, & hereditatibus iacentibus.

63 Hic habes, quod † datio tutoris sit de iurisdictione, sed de iure Romano est de mixto imperio. & an possit delegari, vide *per Angel. in l. 1. ff. de iuris. omni. iudi. facit insti. de attil. tu. §. penult.* dum ta-

64 men † facultas pupillorum, adultorum, & bonorum furiosorum, & mente captorum, hereditatū absentium, & vacantium quantitatem quingentorum aureorum non excedant, & declaramus summam capere sex millium solidorum Bar. Sed communiter seruatur de 500. florenis. vide *Ioan. And. in spe. tit. de instrumento. ed. §. post'ò nunc ad propositū. in addi. vlti. quæ incipit. vltimo notandum, quod auctor.*

Vide in quadam arbitrali sententia, quod au-
65 reus † iste communiter in hac patria valet 13. solidos sex denarios, & ita quingenti aurei valent
99 6750. solidos Barcino. de terno. ¶ Item † mancipare, & emācipationes facere in posse suo de
67 maioribus septem annorum. ¶ Item † insinuationes donationum, & aliorum contractuum, in quibus necesse sunt audire, & in eis decretum interponere, & suam auctoritatem præstare. ¶ Item
68 interponere, † decreta in tutelis, & curis prædictis, & in venditionibus bonorum vacantium, & hereditatis iacentis, & pupillorum, & adultorum; dum, vt prædicitur, bona valorem quingen-
69 torum aureorum non excedant. ¶ Item † interponere decreta, & auctoritates præstare in alienationibus, & venditionibus, & alijs actibus, in quibus decreta, & auctoritates iudicū sunt præstanda ex dispositione iuris, videlicet in venditionibus, quæ fiunt per curiam pro executione iustitiæ ad instātiā creditorū, & procurationibus, & curationibus, & in trāslatis, & reparationibus instrumentorum, testamentorum, & aliarum scripturarum. ¶ Declaramus, & specificamus, & pronunciamus de iurisdictione ciuili esse, & dicto domino pertinere cognoscere de omnibus causis pecuniarijs in quibus aliquis priuatus petit ab aliquo priuato, aliquod prædium, domum, mansum, vel vineā, vel alia bona, vel iura ex causa mutui, cōmandæ depositi, cōmodati, emptionis, vel aliquorum aliorū quorūuis contractuū, vel alia quauis actione reali, vel personali, vel alia; *subaudi*, scilicet nisi fuerit feudū, vel emphiteosis, quamuis mixta.
70 ¶ Item † si quis agat ex quasi contractu, vt puta negotiorum gestorum, communi diuidundo, familiæ erciscundæ, pro socio, vel quacūq. alia conditione, vel alias ad aliquid pecuniarium. ¶ Item
71 si † quis agat pro causis finium regundorum.
72 ¶ Item † si quis priuatus agat ciuiliter iure actionis, non officio, scilicet nobili, quia tunc est de mero imperio, q̃ nobili, & mero iudicis officio & sine partis instantia expeditur, vide latius *in fragella. 4. in tertia curia Barcino. cap. 9.* vbi plene tractatur de mero & mixto imperio, & iurisdictione iudicis ex delicto, vel quasi delicto. ¶ Item
72 declaramus, † & pronunciamus, quod possunt cognoscere de causis restitutionis in integrum si petatur ipsa restitutio à minoribus, siue Ecclesia, siue à ciuitate, vel à fisco, vel à maioribus propter absentiam causa reipublicæ, vel legationis,
74 vel alias. ¶ Item, † quod possit cognoscere de causis liberalibus, hoc est, si sit quæstio de aliquo,
75 an sit liber, vel seruus. ¶ Item † in possessionem mittere, cum ij actus secundum, & iuxta consuetudinem notoriam huius terræ ad habentes iurisdictionem ciuilem noscantur pertinere. ¶ Præterea cum habentibus iurisdictionem ciuilem pertineat cognoscere de leuioribus, quæ dicuntur

76 crimina leuiora. Dic † quod leue delictum est, ad cuius essentiam dolus non exigitur; vt in damno iniuria dato. *vt l. liber homo. ff. ad l. Aquil.* Et si dolus exigatur; dic idem, si circa rem modicā sit cōmissus. *ff. de furtis. l. libertus. & ff. de pœnis. l. respiciēdum. §. furta domestica.* & ita loquitur *Glo. in l. nam ad ea. ff. de regul. iur. & l. leuia. vide Bart. de Salicet. in l. non idcirco. C. de accu.* & ea audire, & castigare, ideo pronunciamus, & declaramus domino dicti castri ratione. Nota non dixit *ratione castri*; item dicit *domino castri*, & non dicit *castro*; eo quod
77 est castrū, sed ratione † ciuilis iurisdictionis, &c. ad iurisdictionē ciuilē pertinere, & cōpetere, videlicet quoscumq. delinquentes infra terminos dicti castri de leuioribus criminibus ciuiliter punire, & de ipsis criminibus inquirere, & cognoscere. videlicet de abstractionibus ensiū, & cultello
78 rum. ¶ Item † de bannis hortorum, & vinearum vsq; ad quinq. solidos inclusiue: dum tamen non fiat de die, vel de nocte in domo, vel itinere publico per violentiam, vel nisi fiant per latronem famosum. Nota verbum, & vide *in vsat. si quis hor-*
79 *tum vastauerit*. ¶ Item † fustigare, & ponere ad costellum; citra tamen sanguinis effusionem pro qualitate, & modo criminum prædictorum. ¶ Itē
80 inquirere † cognoscere, & punire de percussionibus, ex quibus sanguis non exeat, seu os, vel ossa non frangantur, vel debilitentur, quæ tamen alias non sint iudicio medicorum periculosæ de morte seu affolamento (tunc esset de mero impe-
81 rio.) ¶ Item † capere, & captos incarcerare, & compedibus, & alijs detrusionibus, & custodijs tenere delinquentes super prædictis ad dictam iurisdictionem ciuilem pertinentibus infra dictum castrum, & terminos eiusdem. *vide quæ nota. infra colla. tertia in curia tertia Barcino. cap. 8. Item ordina-*
82 *mus, quod salarium.* ¶ Item † punire non dantes iusta pondera, & iustas cānas, & mensuras non rectas tenentes, & cum eis false mensurātes, vel false ementes, vel false vendentes, quo ad bāna pecuniaria inde apposita. ¶ Declarantes verumtamen, quod tenentes ipsa pondera, & mensuras, & cannas falsas, & falsa, non possint punire ratione falsitatis mensurarum ponderum, & cannarū, nisi dumtaxat pro bannis de non dando iusta pondera, & iustas mensuras in ponderibus, & mensuris,
83 & cannis. Sed an † dominus ciuilis iurisdictionis possit concedere, vt in certo loco siue parte loci, & non alibi, scindantur, & vendantur carnes, vide *tex. & Innocen. extra de app. cap. significante.* ¶ Itē
84 *dicimus † pronunciamus, & declaramus domino dicti castri,* repete; scilicet ratione dictæ iurisdictionis ciuilis competere, & competere debere omnes alios actus, si qui sint alij, præterquam illi qui supra declarātur, pertinentes ad iurisdictionem ciuilem in dicto castro, & terminis eiusdem. ¶ Ecce tenorem sententiæ, per quam declaratur, quæ pertineant ad iurisdictionem ciuilem in hac patria; sed non credas, quod ibi contenta pertineant castro, eo quod est castrum, etiam si fuerit terminatum. ¶ Sed dicta quatuor iura imprescriptibilia pertinent castris terminatis. ¶ Item sunt
85 alia iura castri terminati, primo † quod habet de consuetudine Cathaloniæ in omnibus habitātibus in castro pacem, & guerram, & toltas siue quæstias: non tamen omnia castra, etiam terminata, habent istas quęstias, nec exiguntur vniformi-
86 ter, nec omni tempore. Et an, & quando † sint licitæ, dicam infra *colla. 8. cap. Item senyor vos placia.* Item vide, & adde, quæ de quæstijs notat *Iacob. de Calicio in Margarita fisci. 8. dubio. ver. 162. & in caritali. 7. dubio. ver. 162.* Et adde infra *eod. cap. §. præ-*
87 *terea quia de questijs*. Item nota quod † regulariter non potest exigi quæstia, nisi pro publica, & communi vtilitate, puta pro defensione pacis; &
88 ita loquitur dicta consuetudo. Item † habet iurisdictionē cū banno 5. solidorū in & super iuribus ratione castri pertinentibus: Non autem dico, quod habeant illam iurisdictionem ciuilem, de qua habes in sententia præinserta, nisi alio iure speciali, puta priuilegio, concessione Principis, vel de consuetudine speciali, ipsam iurisdictionem ciuilem alias haberent, vt patet ex dictis
89 supra. Ergo † dominus castri potest per bannū 5. solid. distringere homines castri ad operādum, gaytandum, & ire ad sonum, & ad alia iura castri.
90 Et est † ratio, quia alias sua iurisdictio nil sibi prodesset, & nulla foret; si cohertionem aliquam non haberet. *vt ff. de offi. eius cui. mā. est iur. l. mandatam. in fi. & extra de officio dele. cap. ex litteris.* Itē
91 etiā † mādata iurisdictione omnia videtur concessa sine quibus &c. *ff. de iur. om. iudi. l. cui iurisdictio. & extra de offi. dele. cap. præterea. cum Sy.* Et vide postea binas sentētias Regias super iurisdictione castri de Vilassar diœce. Barcinonæ latas, per quas dominus Rex declarauit iurisdictionem ciuilem fore luibilem, salua illa modica cohertione, quam vocat bannum quinq. solidorum tantum, quam dicit iure castri competere in Vicaria Barcino. & vt plurimum in tota Cathalonia, &
92 sic faciunt pro mea opinione. Item † castrum habet sonum de viafors cum cornu, non cum cā-
93 panis; non † tamen potest facere processum soni emissi, sed per modum appellitus infra terminos castri. De ijs vide *in mea summula regaliæ soni*
94 *emissi. q. 18.* ¶ Item † habet castrū ius, quod existentes infra terminum operantur in fossatis, & vallis. *C. de ædificijs priuatis. l. singulorum. & C. de immuni. nemini conce. l. fi. lib. 10.* Et etiam muros, & castrum, & vias. *vt l. ad portus. & l. omnes. in 2. C. de operibus publicis.* secundū conditionē cuiusq. *vt in alleg. l. omnes.* Et prædicta seruantur de consuetudine Cathaloniæ. *vt in consuetudinibus Petri Alberti. cap. si qui alodiarij.* Tamen dicta consuetudo videtur dicere, quod prædicta locum habent tempore
95 guerræ, & non alias, vt ibi. Sed † an homines Ecclesiarum sint immunes, & an aliqui possint se tuari aliqua præscriptione seu priuilegio. Dic quod non. *vt l. præscriptio. & l. plurimi. C. de operibus publicis.* Adde quæ le. & nota. *in cap. peruenit. extra de immu.*

nu. Eccl. Sed de iure huius patriæ videtur contra, quia omnia priuilegia per has constit. sunt approbata, & confirmata. *vt supra ead. ca. Idcirco nos.* & in constit. quæ loquuntur de terram tenẽtibus; de quo statim dicetur. ¶ Item † est necesse quod castrum fuerit factum de licentia Principis expresse, vel tacite, vt in *vsatico Rochas.* & *in vsatico ex magnatibus.* & *in vsat. hoc quod iuris est sanctorum.* vide quod ibi nota. Et quod dicitur tacite, est, quando scit, & non contradicit. vide *in comme. Pet. Alberti.* & *in constit. pacis. hac est pax.* §.

96 (above, line "tibus; de quo statim dicetur")

97 *nullus.* ¶ Item est † aliud ius castri, quod habeat castellanum, cum ipse faciat castrum. *vt l. 2. in fi. C. de fundis limitto.* & *in feu. de feu. guardia. ca. 1.* & *notat Innocẽ. extra de exce. prala. cap. dilecta. in glo.*
98 *magna in fine.* ¶ Item quod habeat fabricam de districtu; & ita est de consuetudine Cathaloniæ,
99 & de iure. *C. de fundis limito. l. 2.* ¶ Item † quod habeat terminos, alias proprie non dicetur castrum. *vt in vsat. hoc quod iuris est sanctorum.* & *hic in isto cap. Item quod Vicarij.* & vide quæ scripsi *su-*
100 *per vsat. Rochas.* quia non dicetur † castrum terminatũ, nisi habeat terminos fixuratos per mol-
101 lones, vel fitas, & euidẽtia signa. ¶ Item † q̃ habeat banna, & pœnas infra, & vsq. ad 5. solidos
102 inclusiue. ¶ Item † quod habeat tallias. *vt C. de*
103 *operibus publicis. l. omnes.* ¶ Item † quod habeat vnam petiam piscis *de Tall*, scilicet de illo, qui piscatur infra terminos castri, & ita seruatur de
104 consuetudine Cathaloniæ. ¶ Item † quod habeat de animali *spenuat*, & sic seruatur de consuetudine Cathaloniæ. Et vidi, quod dominus castri habet pernam apri occisi infra terminos
105 castri. ¶ Item † habet prohibitionem vini vendendi, quando dominus vult vendere vinũ suũ; & ita seruatur de consuetudine Cathaloniæ.
106 ¶ Item † est consuetudo, quod si duo vel tres masouerij, vel alodiarij franchi erunt infra terminos alicuius castri terminati; & dominus castri habet guerram, seu sperat habere, homines masouerij, licet sit alodium frãchum militis, seu Ecclesiæ; tenẽtur operari in muris, vallis, fitis, antemuralibus, siue ampits, & propugnaculis, siue barbacanis, & archerijs. ¶ Debẽt † etiã ga-
107 ytare, surgere, & custodire, & excubias facere, & exire ad omnem castri sonũ. & sequi per vniuersum castri terminum; & si in sequendo ipse, vel aliquid de suo, capitur; tenetur capiẽs ad deliberationem ipsius; sed si vulneraretur, vel moreretur, non tenetur homo ei. ecce loquitur de guerra domini castri; quia in guerra Principis non tenetur capiens ad deliberationem, imo faciet rescatare. ¶ Verumtamẽ, si exiret extra terminos, & caperetur, non tenetur homo reddere eum, nec suos; imo poterit homo facere eum redimi, & res suas, & non poterit excusari aliter à prædictis faciendis; licet dicatur, quod mansus suus est ita fortis, quod possit se defendi absque
108 adiutorio illius castri: non † tamen tenentur operari domos infra fortalitiam, adhoc *l. turres. C. de operibus public.* Vide etiam *in comme. Pet. Alberti cap. Si vero nullum instrumentum.* & *cap. si aliqui alodiarij.* ¶ Sed nunquid tenebuntur operari turrim magistram, quæ est infra fortalitiam castri, credo quod non; quia solũ tenentur ad opus
109 foraneum fortitudinis castri. Item † quia domini castrorum non debent operas imponere subiectis, nec ab eis exigere. *vt l. vnica. C. ne opera à colla. exig. lib. 10.* & ibi nota. ad quod *C. vt rustici ad nullum obse. deuoc. l. 2. lib. 12.* nisi consuetudo esset, *vt C. de agri.* & *cen. l. domini prædiorum.* & *l. cũ*
110 *satis. §. caueant.* ¶ Item † nunquid homines castri tenebuntur operari cisternam, quam dominus vult facere intus castrum. Videtur quod sic; quia per cisternam castrum est fortius, & omnibus prodest. credo tamen contra, per rationes, & iura *alleg. in supra proxi. q. de Turri magistra.* Item quia non tenentur ad aliquam munitionem intus castrum, nisi ad opus foraneum, vt est dictũ; nam alias duplici onere grauarentur, quod esse non debet, *vt ff. de le. 2. l. Titia. §. qui multa.*
111 ¶ Vlterius nota † quod castrum cum suis terminis, dicitur esse illius Vicariæ tantum, in qua est caput ipsius castri; *vt in constit. curia Gerundæ. cap. Item statuimus, quod capitulum dictæ curiæ* &c. ¶ Præterea quia de quæstijs dictum est; debes
112 scire, quod † terram tenẽtes infra terminos alicuius castri tenentur contribuere in quæstijs, quas fecerit dominus castri, scilicet pro rata possessionum, quas ibi tenent, cuiuscumq. fuerint castra; nisi priuilegio, vel longa consuetudine valeant se tueri. *vt in constit. Item quod terrã*
113 *tenentes infra colla. ista. cap. 50.* Si † vniuersitas sit obligata Regi ad centum, & Rex liberet vnum de vniuersitate à collecta; alij non possunt conueniri pro rata, ad quã ille tenebatur. *Glo. ff. de pac. l. si vnus. §.* & *si generaliter. alle. l. exactio C. de exact. tribu. lib. 10. Vide l. ab omnibus. ff. de le. 1. Bar.* & *glos. in l. annus. ff. de pac.* adde quæ notãtur infra *colla. 3. c. 13. Item ordinamus* & *statuimus, quod ter-*
114 *ram tenentes.* &c. Nota † tamen, quod si quis emit rem ab eo, qui ex priuilegio non tenebatur soluere vectigal, tenebitur soluere, *secund. Dy.* quod intelligit *Bar.* verum de ordinario, alias secus. vide *per eum* latius. *ff. de publica. l. licitatiõ. §. mercatores.* & audiui, quod dominus castri de Locustaria recipit quæstiam super hominibus proprijs, quos habet in termino dicti castri; & si alij habent terras, quæ fuerint dictorũ propriorum hominum, habẽt pro rata possessionũ contribuere in quæstia. Vide quæ notãtur per *Ioã. in summa Confes. lib. 2. tit. 5. q. 34.* cum sequẽtibus quæ scripsi infra *in curia Regis Martini. cap. Item*
115 *senyor vos placia.* Item † ipsi terram tenẽtes de honoribus, qui pro domino castri tenentur, habent mittere in quæstijs communibus, & alijs exactionibus secũdum valorem rerum, quas ibi tenent, nisi priuilegio, vel præscripta consuetu-
116 dine tueantur: & † tunc dominus, & commune illius loci, in quo ille emphyteota habitaret, nõ

 debet

debet ponere ipsum emphyteotam, seu terram tenentem pro proprietate, quam tenebit in termino illius castri in quæstia, vel communi, neq. alia exactione. *vt in consti. Regis Alfonsi II. in curia Montissoni infra colla. 3. cap. Item ordinamus, & statuimus, quod terram tenētes infra terminos. &c.* Quæ-

11 17 ro † de Baronibus, qui prohibent piscari in flumine publico. Doctores dicunt, φ non possunt prohibere de iure. Sed eodem ducti errore, quo dicunt se dominos Reges, & Imperatores in terra sua. *vt notatur ff. de sta. lib. l. 3. & in rubrica.* Videtur, quod hoc possint facere; quia Imperator hoc potest *ff. de seruitutibus. l. seruitutes. Ioan. Fa. instit. de rerum diui. §. flumina.* dicit, quod Barones, qui superiores habent, hoc non possunt facere, sicut nec preses. *vt l. 3. §. pleno. ff. quod vi aut clam.* nisi forsam consuetudo eis pinguius ius tribuat. sicut seruatur in curia Franciæ. Sed an huiusmodi regaliæ possint præscribi. vide quæ scripsi infra *colla. 4. in 3. curia Barcino. cap. 9.*

De marchis, & repræsalis, Cap. XXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius reperto Prælato barone, vel alio habente iurisdictionem in faticha reddendæ iustitiæ post monitionem potest procedere marchando, vel pignorando in dictam faticham iustitiæ.*

2 *Dominus Rex, vel suus Vicarius est requirendus in faticham iustitiæ pro cōminatione marchæ contra Baronem debitorem nolentem soluere debitum creditori, qui fuerit homo alterius domini.*

3 *Vicarius est ordinarius Baronum, & militum.*

4 *Pignorationes locum habent in defectum iustitiæ domini, siue sit pro suo debito, siue alieno.*

5 *Animalia aratoria pignorari non possunt pro debitis dominorum.*

6 *De iure constitutionum faticha superioris non requiritur, vbi in curia, vel domino loci est semel reperta.*

7 *Mercator extraneus, vel alius per vicarium pignorari nequit in villa, nec extra; nisi debitor principalis fuerit, vel fideiussor; vel nisi in villa, vnde mercator exstiterit, fuerit inuenta manifesta faticha iustitiæ.*

7 *Praxis pignorandi, vel marchandi in faticham iustitiæ traditur: & quando ad dictam marcham procedi non possit num. 9.*

10 *Pro faticha iustitiæ domini, vel curiæ loci tota gens dicti loci potest pignorari, vel marchari. licet de iure communi videretur iniquum, traditur num. 11.*

12 *Pignoratio gentis loci pro faticha iustitiæ domini fit propter delictum ipsius domini.*

13 *Represaliæ an per statutum indicentur remissione.*

14 *Marchari possunt subditi propter negligentiam domini, vel officialis, etiam si copia superioris haberi posset.*

15 *Iudex offerens facere rationem, & iustitiam contra populum, non debet illum grauare.*

16 *Faticha iustitiæ dicitur, ex quo requisitus nō curat facere iustitiam de subdito.*

17 *Si officialis repertus in faticha iustitiæ sit non soluēdo, nec ciuitas vel locus habuerit iurisdictionem, vel dicta vniuersitas non fuerit in culpa eligendi, vel probandi dictum officialem, subditi non possunt marchari.*

18 *Pro declaratione marchæ non requiritur, quod conquerens sit de foro iudicis requirentis; cum sufficiat quod sit de quocunq. foro. & hic reprobatur opinio* Bart. *qui contrarium tenuerat.*

19 *Opinio* Bart. *procedit in marchis extra Regnum.*

20 *Forum quis sortitur ratione rei, vbi sita est.*

21 *Tres monitiones, quæ dabantur per interualla dierum ad constituendum quem in faticha iustitiæ, nō dantur paganis, sed tantum vna dilatio viginti dierum.*

22 *Militibus dantur 26. dies.*

23 *Sicut Vicarius requirit Barones, vel eorum Baiulos, & officiales pro ministratione iustitiæ; sic Barones, & eorum Baiuli, & officiales consueuerunt requirere Vicarium, & alios officiales: & ipsi officiales diuersorum locorum se requirunt adinuicem.*

24 *Priuilegium, & concessio contra constitutionē nō valet.*

25 *Priuilegia vniuersitatibus concessa, quod non possint marchari, nisi certo modo, eo quod sint contra constitutionem, non valent.*

26 *Priuilegia concessa particularibus vt bacinerijs, vt non possint marchari, de consuetudine tolerantur.*

27 *Propter iniustitiam mihi illatam per iudicem licite possum aduersus suos subditos mouere bellum, & deuastare bona eorum.*

28 *Capi possunt subditi iniuriantis per iniuriatum, & ab eis exigi satisfactionem.*

ITem si de homine alicuius Prælati Ecclesiæ, vel ordinis. &c. Hæc † constitutio loquitur de ijs, in quibus Prælati, & alij domini habent iurisdictionem in suis castris, & locis. sicut *in cap. supra proximo*. non autem intelligas hic, quod omnes Prælati, & alij domini habeant iurisdictionem in omnibus hominibus suis, talem, de qua hic loquitur præsens constitutio: habent enim in suis rusticis, & hominibus proprijs ratione homagij, & homiciæ, siue feudi certam iurisdictionem. *vt in comme. P. Alberti. Rubrica quæ, & quanta sunt iura, quæ dominus habet in homine suo. cap. Si aliquis habet hominem. &c. cum §. sequenti.* Sed loquitur hæc cōstitutio, quando aliquis vult conqueri de homine populato in castro, vel loco, in quo Prelatus, Baro, miles, vel alius habet territorium, & iurisdictionem saltem ciuilem, de qua vidisti *supra cap. proximo.* tunc enim si talis conquerens veniat coram Vicario super aliquo debito, vel aliqua personali actione, in quibus asserat aduersarium sibi obligatum; debet Vicarius per suas litteras monere dominum dicti debitoris, vel curiam ipsius loci, vt debitum soluat, vel satisfaciat dicto conquerenti, vel saltem in posse ipsorum dominorum, vel curię faciat iustitiæ complementū; quod si fecerint, Vicarius vlterius non procedet: alioquin si fuerint in negligentia, vel faticha reddēdę iustitiæ, vel soluendi ipsum debitum, ex tunc Vicarius poterit procedere marchādo, & pignorando, scilicet in faticham iustitiæ. *vt supra ead. cap. 18. cap. Item quod nulli homines. &c. ibi. faticha iustitiæ.* vide quæ ibi dixi. Sed quæritur † si dominus

2 alicuius

alicuius castri est debitor alicuius hominis alterius domini; nunquid dominus creditoris poterit requirere in subsidium iustitiæ dictum dominum debitorem, vt homini, & vassallo ipsius requirentis faciat solutionem debiti, alias quod procederetur contra eum, & suos districtuales in viam marchæ. Quidam in consilio Regio olim dixerunt, quod non, quia dominus Rex, vel suus
3 Vicarius est requirendus, qui † est dominus seu ordinarius Baronum, & militum, *vt infra cap. proxime. & in comme. P. Alberti. cap. si castellanus. & cap. si alodiarys*. Et in defectum domini superioris indicantur repræsaliæ, vt tenet *Iaco. de Bello Visu. Bar. & aly Doct.* & sic Vicarius Gerun. erat requirendus, qui est superior Comitis Impuriarū. Contrarium tamen fuit declaratum in dicto consilio Regio super facto Berg. simonis, & in facto Berg. de Carrerijs quondā scriptoris dñi Regis Petri, & in facto Ioannis Mercerij ciues Cessaraugustan. quia dominus Rex noster concessit marcham cōtra Regem Castellæ pro debito, quod debebat dicto Ioanni; Et contra Comitem Impuriarum pro debito, quod debebat dicto Berg. de Carrerijs, quæ sententia fuit executata contra districtuales dicti Comitis per Regiam Audientiam tempore Regis Ioannis anno. 1388. præsidente honor. Francisco Tasala vicecan. dñi Regis. quod credit de iure procedere Petrus Dispens legum doctor Illerdeñ. dicens id benè fore determinatum; quia Vicarius, nec aliqua persona nequid aliquem pignorare; nisiraticha sit inuenta in ipso debitore, vel curia ipsius. Ergo si dominus est debitor, & inuēta fuerit faticha in ipso debitore, vel curia ipsius, poterit fieri pignoratio contra eum, & suos districtuales, si quos habet: *in consti. pacis. in Christi nomine. ædita apud Terrachon. §. Item statuimus*: ibi *facta directi in eo. &c.* Sed dicta cōstitu. videtur loqui, quod solum pignoretur debitor, qui inuētus est in faticha, & nō sui districtuales; sed respōdet,
4 quod in † defectū iustitiæ domini, siue sit pro suo debito siue alieno locum habeant pignorationes. *vt in dicta constitu. & supra ead. cap. Item nulli. iam alleg.* & hic cum *Sy.* pro quo faciunt inferius dicēda. ad idem facit *constitu. diuinarum. §. illud autem. & constitu. in primis. §. illud autem.* quia ibi speciale
5 est † in animalibus aratorijs, quod nequeant pignorari pro debitis dominorum. Ergo in alijs rebus est generale, quod possint pignorari pro debitis. domini. facit etiam *consti. pacis*, quæ incipit.. *Notū sit cūctis. in §. Itē statuimus; quod nullus mercator extraneus, vel alius. &c.* Faciūt etiā notata per *Bar. in repræsalijs in 1. q. 2. circa fi. ibi, ergo homines subditi illi domino. &c.* facit *infra colla. 4. in prima cu-*
6 *ria Barcino. cap. 16. Item ad requisitionem.* quia † de iure harum cōstitu. nō requiritur faticha alterius superioris: ex quo in curia, vel domino loci est semel reperta, vt ibi dicam *super verbo procedi sine alia citatione, quam facere non haberet. &c.* vide quæ scripsi super *vsat. Si quis aliquod malum*. Et, de hac materia loquuntur *consti. pacis, & trenga*

quæ incipit notum sit cunctis. §. Item statuimus, quod
7 *nullus mercator. &c.* vbi dicitur quod † nullus mercator extraneus, vel alius pignoretur in villa, vel extra villam, nisi debitor sit principalis aut fideiussor, vel nisi in villa, vnde mercator extiterit inuēta fuerit faticha iustitiæ manifesta. In quibus casibus in villa solum modo auctoritate Vicarij pignoratur, & ista constitutio pacis, & alia constitutio pacis ædita apud Tarrachoñ. & quædam aliæ fuerunt priores. postea emanauit. *constitutio, supra ead. cap. 17. Item quod nulli. &c.* præsens constitutio. Deinde dominus Rex Iacobus II. in pri-
8 ma sua, curia Barcino. *cap. 16.* statuit, † quod si coram officiali regio conqueratur quis de aliquo alterius iurisdictionis, talis officialis debeat monère litteratorie dominum illius loci seu baiulum eius, quod infra viginti dies, soluat vel cōponat cum quærelatore creditore; quod si non fecerit tūc in faticham iustitiæ absq. alia citatione, officiales Regius potest procedere, & pignorare, & distringere marchādo, & alias vt est moris. *vt infra colla. 4. curiæ prima Barcino. cap. 16. pr. al. incipit. Item ad requisitionem.* Et mos iste, de quo loquitur hic, habetur *supra ead. in cap. 6. statuimus itaq.* &
9 vide, quę ibi dixi. ¶ Veruntamen † si dominus, vel curia illius loci certificauerit dictum officialem Regium infra dictos 20. dies, quod debitor negans se debere, firmauerit de iure in posse suo, offerendo separatum de suo debito facere dicto quærelatori iustitiæ complementum, vbi non esset per debitorem foro renunciatum, vel etiam vbi renunciatum esset foro; tamen certificauerit officialem requirentem infra dictos 20. dies, quod debitor nō habet bona in suo territorio, quæ possit executari; tunc officiales Regius non potest dare licentiam pignorandi dictum locum, nisi creditor coram officiali Regio probauerit, quod debitor habeat bona in loco prædicto, vel eius terminis: quo probato statim poterit per dictum officialem Regium concedi licentia pignorandi, *vt infra in constitu. Regis Alfonsi III. curiæ Montisalbi. colla. 5. cap. 34. Item statuimus, quod in Vicarijs.*
10 Et nota † ex prædictis, quod propter negligentiam, & faticham iustitiæ domini, vel curiæ loci, tota gens sui loci potest pignorari, & marchari, licet alias non fuerint pro illo debito obligati. ita vnus pro alio grauatur *vt hic & supra colla. 2.*
11 *curia 2. Barcino. cap. 18. Item, quod nulli.* quod † videtur iniquum, *vt extra de iniuris, & damno dato. cap. & si pignorationes. lib. 6. & C. ne filius pro patre. & c. in authē. vt fiant pignorationes. colla. 5. in concor. alleg. per glo. in alleg. cap. & si pignorationes. & in cap. non debet. extra de reg. iuris lib. 6. & 23. q. 2. c. dominus*
12 *noster.* Sed hoc † ideo fit propter domini delictū. *vt 23. q. 2. cap. dominus noster.* vbi de hoc, & latius per *Bar. in tractatu repræsaliarum. 1. q. 2. & 1. q. 3.*
13 vbi tractat, † an per statutum possint indici re-
14 præsaliæ. Vides ergo † quod propter negligentiam domini, vel officialis subditi possunt marchari; etiam si copia alterius superioris haberi possit

posit;vt dixi, & probatur in *alleg. c. Item ad requisitionem.* ibi *sine alia citatione &c.* Licet secus sit de iure communi; & valet ipsa constitutio, quia est ex communi pactione, & consensu generalis
15 curię Cathaloniæ. Sed † nota, quod ille, qui offert facere rationem, & iustitiæ complementum non debet grauare, secundum *Innoc. & Bal. in cap. dilectis. extra de appel.* Et hoc verum, quando ad ipsum spectat de causa illa cognoscere, & non fuit foro renuntiatum *l. si conuenerit. ff. de iure omnium iudi.* & faciunt pro ijs, quæ dixi *supra in ver. veruntamen &c. & in alleg. cap. Item, quod nulli.* quia
16 fatica † iustitiæ dicitur, quando quis requisitus non curat facere iustitiam de subdito, quam facere tenetur: ideo tunc iuste mercatur. vt *in cap. dominus noster. supra alleg.* Item nota, quod homines villarum pro debitis dominorum de consuetudine mercantur, & pignorantur, vt dixi. pro quo vide *Inno. extra de appell. cap. dilectis.* adde *vsat. si quis*
17 *cōtra alium. & quæ ibi* notatur. Sed † quid si talis officialis negligens fuerit non soluendo; tunc videtur, quod subditi nō possint marchari, si ciuitas vel alia vniuersitas ipsius loci non habeat iurisdictionem, vel non sit in aliqua culpa eligendi, approbandi illum officialem; quia delictum persona est secundū *Lau. & Gui.* qui ita videtur notorie. *23. q. 2. ca. dominus noster. prealle. in glo. iudex ergo. facit glo. in c. vlt. 23. q. 3.* ¶ Vide tex. ibi *aliquis*
18 *conqueratur* nota † hanc literam, quia dicit *aliquis*, & non distinguit an iste conquærens sit de foro, & districtu officialis requirentis; vel alterius. Et per hoc est abolita *opinio Bar.* qui tenuit, quod marcha non potest concedi, nisi creditor fuerit districtualis iudicis requirentis, prout ipse
19 notat in tractatu repræsaliarū, *in 5. q. 2.* quia † *opinio Bar.* habet locum in marchis extra Regnū, secus in istis, quæ sunt per has constitutiones concessæ. Sequitur in tex. ibi *personali actione.* suple
20 ergo, secus si reali: quia † ratione rei, de qua agitur, sortitur quis forum, vbi sita est. *vt extra de foro competenti. cap. sane. & notatur supra ead. ca. 18. Itē quod nulli homines &c.* vide, & adde quæ dixi.
21 ¶ In tex. † ibi *tribus monitionibus per interualla dierū &c.* hodie vero hoc non seruatur in paganis, in quibus solum datur vna dilatio 20. dierū, vt in dicta constitutione R. Iac. secundi, quæ est posterior, & in hoc corrigit istam. ¶ In tex. ibi *iuxta vsaticum* forte dicit de vsatico *placitum, vel placitare.* vel de vsa. *si quis se dixerit fatigatum*, & hic forsan intellexit facere differentiam inter militē
22 & paganos: quia † militibus dantur 26. dies *iuxta vsat. & constitu. Iacobi II.* in prima curia Barcin. *cap. 17. incipit. Itē si forsan conqueratur de milite &c.* & vide quæ ibi dicam. *& infra cap. proximo.* ¶ In tex. ibi *ex tunc Vicarius* subaudi, vel alius officia
23 lis requirens; quia † sicut Vicarius hic requirit barones, vel alios dominos, & eorum Baiulos, & officiales: sic ē conuerso, barones, & alij domini, & eorum Baiuli, & officiales possunt, & consueuerunt requirere Vicariū, & alios officiales Regios, & aliorum baronum, & ipsi officiales Regij diuersorum locorum se requirunt ad inuicem, & contra negligentes procedunt pignorando, & marchādo, & contra districtuales negligētium. vt *in constit. in ipsius nomine.* ędita apud Tarrachoñ. *§. Item statuimus, quod nullus miles.* vbi sic dicitur: *Item statuimus*, quod nullus Vicarius, vel alius homo de villa pignoret aliquem militū, vel etiā hominem Ecclesiarum, vel religiosorum locorū, nec faciant ei aliquod malum pro aliquo maleficio debito, vel delicto, nisi primum inuenerit fatichiam directi in eo, vel in domino suo; quem si inuenerit, possit suum debitum pignorare in omnibus rebus suis, exceptis personis hominum cū animalibus aratoris, quæ omnia sunt in pace. Eodem modo milites, & eorum homines Ecclesiarum, vel religiosorum locorum non possint nostros homines, vel alios pignorare, vel eis aliquod malum facere, sine præmissa faticha nostris hominibus, vel nobis, vel Vicario, sub quo nostri fuerint constituti. de hoc etiam *in constit. domini Iacobi prima curia Barcino. ca. Item ad requisitionem. §. concedimus de gratia.* ibi, *quod Vicarii, & alij officiales nostri.* licet sit contra quędam pragmatica Regis Petri ædita *Barcin.* 5. idus Augusti Anno Domini 1309. Sed dico, quia ipsa pragmatica non seruatur nec valet, cum sit contra dictas cōstitu.
24 & † priuilegium, rescriptum, donatio, seu concessio, nec id quod factum sit contra dictas constitutiones, valet. *vt infra colla. 3. curia Montsoni c. 8. Item ordinamus, & statuimus, quod aliqua charta. & infra colla. 4. in 3. curia Barcino. cap. 17. Item ordinamus, & promittimus. & in curia Gerundæ c. Item statuimus, quod capitulum. & in plurimis alijs & C. de legibus. l. non dubiū. & 25. q. 2. cap. imperiali.* Vnde
25 nota, † quod priuilegia, quæ quandoq. concedūtur vniuersitati, quod non possint marchari, nisi pro debito proprio, vel quando sunt fideiussores, nō valet: quoniā inuenta faticha in domino, vniuersitates possint mercari; quia sunt contra istas
26 constitutiones. Sed † concessa aliquibus singulariter, vt bacinerij, qui tollerantur de consuetudine, ita vidi teneri, & declarari in Audientia Re-
27 gia. Item nota, † quod propter iniustitiam mihi illatam per iudicem licite possum aduersus suos subditos mouere bellum, & bona eorum deuasta-
28 re. Et † sic nota subditos iniuriantis posse capi per iniuriatum, & ab eis satisfactionem exigere *secundū Inno. & Bal. qui ita notant in alleg. c. dilectis. de appellationibus.* Vnde nimirum, si pro debitis domini, eius homines marchantur, vt dixi, & fundatur per præmissa, adde quę dicam *infra cap. proxi.* & quæ scripsi super *vsat. Si quis aliquod malum acceperit.* In tex. ibi *quarti capituli.* dic quod est. 6. iuxta quotam præsentis meæ collationis. in qua opportuit aliter distinguere capitula. & vide quę ibi dixi.

De priuilegio fori militum. Cap. XXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 ***Barones & milites moniti tenentur de se conquerentibus***

bus ius firmare in posse Vicarij Regij. idē est de alio homine de paratico.

2 *Miles vel Baro, qui habet iurisdictionem in loco, potest propter fatichā directi repertam in domino, adiudicare marcham contra subditos domini negligentis.*

3 *Barones milites, & de genere militari, & homines de paratico sunt de foro domini Regis, & suorum Vicariorum tam in ciuilibus, quam in criminalibus.*

4 *Milites non possunt dare concubinis.*

5 *De priuilegijs militum traduntur multa remissiue.*

6 *Milites debent citari cum termino 26. dierum, vel de octo in octo dies per interualla, & decē pro perēptorijs.*

7 *Citatio debet fieri in scriptis, quando citatur nobilis.*

8 *Contumax in processu citandus est ad sententiam.*

9 *Citatus sub conditione,* si senseris te grauatū, *grauari non debet.*

10 *Scriptor pro litteris citatorijs non habet, nisi duos denarios pro qualibet.*

11 *Pignoratio, & districtio propter fatichams directi fieri potest personaliter intrando iurisdictionem.*

12 *Pignoratio fieri nequit cum auctoritate propria, sed cum auctoritate Vicarij, Baiuli, vel aliorum officialium.*

13 *Faticha iuris manifesta requiritur pro declaratione marcha.*

14 *Vicarius solum facit pignorationes in villa Baronis pro debitis domini reperti in faticha iuris.*

15 *Milites non possunt renuntiare priuilegio, quod non cōueniantur, nisi coram Vicario Regio, & num. 50. & ratio traditur num. 16. & 22.*

17 *Barones, Prælati, vel milites de consuetudine in diœcesi Gerundæ vtuntur iurisdictione quoad bona militum existentia intra eorum iurisdictionem tantū.*

18 *Vicarius non consueuit intrare de facto infra terras, & iurisdictiones Baronum, & militum pro executione quo ad bona quamuis ex dispositione litteræ Regiæ ibi traditæ intrare possit.*

19 *Licet consuetudo vigeat in diœcesi Gerundæ, quod Barones vtantur iurisdictione quoad bona militum existentia infra suam iurisdictionem; nihilominus dominus Rex, & eius Vicarij possunt vti sua iurisdictione quo ad dicta bona.*

20 *Milites pro debitis, & contractibus solum sunt de foro Vicarij.*

21 *Consuetudo, quod milites non sint de foro Vicarij, non valet.*

23 *Regalia domini Regis, quod milites sint de ipsius foro, vel suorum Vicariorum, præscribi non potest; nec cōsuetudine tolli. & ratio adducitur num. 24.*

25 *Obediētia; iurisdictionis est species & præscribi nō potest.*

26 *Milites ex ordine militari sunt reseruati foro domini Regis, & suorum Vicariorum.*

27 *Dictio, si, quando ponitur super certis, exponitur pro* quia. *& quando ponitur super incertis, stat conditionaliter.*

28 *Quod assuetum est, debet seruari.*

29 *Non est illusus, qui tenet, quod tenet vsus.*

ITem quod si aliquis conqueratur de aliquo Barone vel milite. &c.
1 Casus Barones, & † milites moniti tenentur de se conquærentibus in posse Vicarij Regij ius firmare. *hoc dicit.* Et idē est de alio homine de paratico, vt infra *colla. 4. in prima curia*
2 *Barcino. cap. 17. Item si forsan.* vide ibi. Et † si Baro vel miles fuerit, qui habet iurisdictionē in loco, poterit propter fatichā directi in domino repertam marcham cōtra subditos domini negligentis adiudicare. vt notatur supra *cap. proxi.* Et huius opinionis fuerūt domini Vitalis de Terradis, & Ioan. do Donç antiqui iurisperiti Gerundæ, *vt in suis Apostillis* vide. Et pro hoc facit infra *colla. 4. in prima curia Barcino. cap. Item si forsan. in fi. & in cap. 29. Item quod curia nostra in fi.* & vide, & adde, quæ ibi scripsi. Et hic habes. &c. Hic habes vnū
3 priuilegium fori militaris in eo, quod † Barones milites, domicelli, & homines de paratico, & de genere militari ex regalia Principis fuerint, & sunt de foro domini Regis, & suorum Vicariorum, tam in ciuilibus quam in criminalibus. Mi-
4 lites † non possunt dare concubinis. *vt l. 3. C. de*
5 *dona. inter virum, & vxorem.* De † priuilegijs militum vide *Iaco. de Calicio in vsati placitum mandetur. in 4. q. in §. quæro quæ priuilegia habent milites. &c.* Et nota litteram hic, quæ dicit, *si aliquis conquæratur.* facit pro ijs, quæ dixi supra *cap. proxim.*
6 in verbo *aliquis.* Item † habes hic aliud priuilegium militare in dilationibus citatorijs, quia debēt moneri, & citari per interualla de 8. in 8. diebus. & 10. pro perēptorijs. vel saltem vno edicto pro omnibus continente 26. dies, vt hic, & infra *colla. 4. in constitu. Reg. Iac. II. in prima curia Barcin. cap. 17. Item si forsan. &c. præallegato,* vbi dicitur, quod si aliquis cōquęratur de istis militibus, Vicarius debet illos monere per litteras per tres citationes, scilicet prima per 10. dies, & alijs de 8. in 8. vel per vnam litteram, quæ sufficiat ad ipsas tres citationes, hoc est, quod contineat dictos 26. dies, quibus transactis potest procedere ipse Vicarius distringendo, & pignorando, vt est fie-
7 ri assuetum. Nota † tamen, quod citatio debet fieri in scriptis, quando citatur nobilis. *tex. est in l. quotiens. C. de digni. lib. 12. & in hac constitutione.* Sed hæc solemnitas edictorum non habet locum in pręsentibus, vide *Inno. extra de accu. cap. ad petitio-*
8 *nem.* Itē † qui contumax est in processu, est citan-
9 dus ad sententiam. Et citatus † sub conditione *si senseris te grauatum* non debet grauari. vide *Ioan. de Platea. C. de apparito. alias de cohartalibus. l. si appa-*
10 *ritor.* Et scriptor † non potest habere pro ipsis litteris faciendis, nisi duos denarios pro qualibet.
11 Et quod dicit hic *tex.* distringendo † & pignorādo, vt est fieri assuetum, intelligo scilicet personaliter intrando iurisdictionem dicti Baronis, vel militis domini loci, vel etiā marchando homines subditos, & vassallos districtuales dicti domini, soluere, vel de iure firmare in posse Vicarij, & alias de se iustitiam facere negligētes; quia ita est assuetum. Et fundatur pro ea, quæ dixi per *Inno. supra cap. proxi. & in §. Item statuimus, quod nullus miles. ibi allegato in consti. pacis, quæ incipit. Notum sit cunctis. in §. Item statuimus.* vbi sic dicitur,

tur: *Item statuimus quod nullus mercator extra-*
neus, vel alius pignoretur in villa, vel extra vil-
lam, nisi debitor sit principalis, aut pro alio fide-
iussor, vel nisi fuerit inuenta faticha iuris in villa,
vnde ipsi mercator fuerit manifesta, in quibus
etiam casibus in villa solum auctoritate nostri Vi-
carij pignorentur. Quod autem dicit *solum au-*
ctoritate Vicarij, non excludit Baiulum, & alios
12 officiales, sed † prohibet pignorationem, etiam
in dictis casibus exceptis, fieri per priuatos aucto-
ritate propria; & ita seruatur de consuetudine.
adde quæ habes in constitutione censualiũ, & vio-
lariorum. & ibi dicam Deo duce. adde etiam, quæ
13 dixi supra *cap. proximo*. Et nota † quod requiri-
tur, quod faticha iuris sit manifesta. super quo vi-
do notata per *Inno. in c. significantibus. extra de officio*
deleg. Imò dic, quod excludit Baiulum ab ingressu
14 in villa: quia solum † Vicarius pignorat in vil-
la Baronis pro debitis domini in faticha iuris
reperti, iuxta dictum §. *Item statuimus. quod nullus*
mercator. in fi. ¶ Et pro aliquali euidentia prædi-
15 ctorum debes scire, quod isti † domini militares,
& de brachio militari in Cathalonia fuerunt, &
sunt ex speciali regalia domini Regis de foro ip-
sius domini Regis, & suorum Vicariorũ; cui pri-
16 uilegio non possunt renunciare; cum sit † priui-
legium ordinis disciplinę militaris, & fauore ip-
sius ordinis, & totius reipublicæ introductum. Et
hoc tam in ciuilibus, quod in criminalibus. De
ciuilibus habes hic, quia dicit, quod tenentur fir-
mare in posse Vicarij: cum de alijs paganis. su-
pra *cap. proximo* dixerit, quod illi firment de iure
in posse dominorum suorum, vel curiæ loci, vnde
sunt. De criminalibus vero habes infra *ead. curia*
& colla. capi. Item quod nullus miles, vel filius militis.
&c. & ibi dicam aliquid, & ibi fit mentio de di-
cta regalia. Et ita, vt dixi, seruatur per totam Ca-
thaloniam, licet ipsi militares habitent infra iu-
risdictiones Baronum, & aliorum; excepto quod
17 de † consuetudine in diœcesi Gerundæ obserua-
tur, & forsan verius vsurpatur, quod Prælati, Ba-
rones milites, & alij in castris, villis, & locis iu-
risdictiones habentes vtuntur in ciuilibus tantũ
iurisdictione, quo ad bona militum, & domicello-
rum, & aliorum de paratico, intra easdem iurisdi-
ctiones existentia. pro quibus tamen facit infra
colla. 4. in curia Gerundæ cap. 24. Item statuimus, &
etiam ordinamus, quod milites cuiuslibet. &c. ibi *qui*
ipsos distringere consueuerunt. sed in contrarium
vide litteram reginalem emanatam datam Der-
tusæ 15. Iunij anno à Natiuitate Domini 1434.
pro qua semel pronunciaui in causa, quæ verte-
batur inter nobilem dominam sanctiam Ximẽ de
Capraria, dominam de Osorio, & venerab. P. de
Gallinarijs domicellum, cum essem iudex in cu-
18 ria Gerundæ. Et licet † ipsi milites citati dicto
modo per litteras Vicarij subeant forum Vica-
rij, & iudicis ordinarij Gerundę, etiam quo ad ci-
uilia: attamen pro executione, quoad dicta bo-
na, Vicarius non consueuit de facto intrare intra
terras, & iurisdictiones Baronum, & aliorum. Sed
in fatichiam iudicatur marcha sicut de alijs. Sed
vide litteram prædictam reginalem à curia Re-
gia olim emanari, quæ præcipiebat Vicario Ge-
rundæ, quatenus pro simili casu ciuili intraret
infra terminum castri de Monellis pro exequen-
do bona honor Ludo. de Pontonibus militis, &
pupillorum suorum, ad instantiam vxoris Ioan-
nis de Villa Noua, cuius eram aduocatus. in qua
littera erat sequens clausula. *Attento quod per-*
sonę, inter quas ducta extitit dicta causa, sunt ge-
nerosę, & de paratico, cognitio quarum in per-
sonis, & bonis solo domino Regi, & suis officia-
libus pertinet, & à iurisdictione alterius personę
totaliter sunt exemptę, exequamini. &c. Sed in-
terim composuerunt partes, & Vicarius cessauit
ab ingressu. & communiter omnes iurisperiti Ge-
rundæ hodierni tenent, quod Vicarius non de-
beat intrare, nisi forsan pro exequendo dominum
ipsius iurisdictionis; & fundant se ratione con-
suetudinis pro quibus esse videtur dictum *cap. Item*
si forsan. in fi. dum dicit, *pignorando, vt est fieri assue-*
tum. & melius in dicto *cap. 24.* curiæ Gerũdæ, ibi,
19 *qui ipsos distringere consueuerunt*. Sed † certe licet
forsan valeat consuetudo, quod Prælati, Barones,
& alij domini, vtantur iurisdictione in ciuilibus
quo ad bona militum existentia infra suas iuris-
dictiones: nihilominus tamen credo, quod do-
minus Rex, & sui Vicarij, & officiales possunt
sua iurisdictione vti, etiam in ciuilibus, & quoad
bona militum existentia, etiam in terris Baronũ,
& aliorum quorũcunq. & hanc opi. videtur te-
nere dominum *Iacob. de Calicio in vsatico placitum*
20 *mandetur. in 6. q.* vbi sic inquit 42. quia † pro de-
bitis, & contractibus milites solum sunt de foro
Vicarij. *vt in cap. si aliquis conquaratur. in dicta pri-*
21 *ma curia Barcino.* & hoc ex regalia. vnde † nõ va-
22 let consuetudo in contrarium: milites † enim
sunt exempti, & de foro, cui non possunt expres-
se renunciare; quia est priuilegium totius ordinis
militaris, & multominus tacite, vnde non valet
23 consuetudo in contrarium: quia talis † regalia
domini Regis non potest præscribi *vt in vsat. hoc*
24 *quod iuris est sanctorum*. & quia † iurisdictio non
potest dari ab vniuersitate, vel consuetudine in
Principis præiudicium, sed in præiudicium illo-
rum, in quibus est iurisdictio exercenda, remanẽ-
te tamen potestate Principis contra illos; quia
iurisdictio non est præscriptibilis contra Prin-
cipem. *vt in alleg. vsat. hoc quod iuris est sanctorũ.* &
ibi notatur per *Iacobũ de Monte Iudaico*. & adde
quæ dixi *supra ead. curia cap. & restituimus*. Nam
25 obedientia † est iurisdictioni *extra de offi. ordi.*
capi. conquarente. & tamen obedientia non potest
prę scribi. *vt extra de præscrip. cap. cum non liceat.*
facit ad hoc *C. de decurio. l. vacuatis. lib. 10. & ff. de*
pac. l. iuregentium. §. si paciscar. cum similibus. secund.
Henri. Boich, qui ita notat. *extra de præscrip. cap. si*
diligẽti. in vlt. di. in fi. facit quod notat *Do. Anto. de*
25 *Butrio. extra de arbi. cap. cũ tempore*. quia isti † mi-
lites

lites ex ordine & priuilegio militari sunt reseruati foro domini Regis, & suorum Vicariorum, & exempti à iurisdictione aliorum. facit etiam *cap. si dil. gent. de for. competen.* Non obstat quod in dicta constitutione dicitur *in fieri assuetum*, quia non dicit *consuetum*. Item dicit de præterito, & non constat, quod ista consuetudo esset tunc, nec valeret, cum esset irrationabilis, & non posset, saltem in præiudicium Principis, præscribi, vt est dictum. Item dictio *vt* tenetur forsan non causatiue. *q. d.* vt est fieri assuetum, idest, quia sic est fieri
27 assuetum. quia ista dictio † *si* quando ponitur super certis, exponitur pro *quia*; vt notat *Bal. in l. vniuersa. C. de rescriptis.* & notatur *extra de verb. sig. c. Abbate.* Facit *extra de appel. cap. nouit.* & multo fortius credo de ista dictione *vt*, quæ est coniunctio causalis, sicut & ista dictio *quatenus*, & huiusmodi, & quando est posita super incertis tunc stat conditionaliter. facit quod notatur *extra de consi. vti. vel inuti. c. venerabilis.* & curia domini Regis semper in veritate concluderet pro hac parte fauore regaliæ, quod patet in prædicta clausula littera
28 generalis, vel quod dicit † *assuetum* notat seruari debere. *cap. statuimus itaq. supra ead. & constitu. pacis notum sit cunctis.* prout ibi scripsi. Sed abusus propter potentiam Baronum, & quia ordinarij timore tabulæ non audent de facto, tenet contra-
29 rium. Et hodie † non est illusus qui seruat, quod tenet vsus. Sed si dñs Rex voluerit, poterit intrepide vti iure suo iuxta prædicta, & notatur supra *ead. cap. Item quod Vicarij nostri. in glos. super verbo vsu.* Et vide, & adde quæ notat dominus *Iacobus de Calicio in suo tractatu de prærogatiua militari. in q. quæro quid si ciuitas, villa, &c. ver. con-*
30 *trarium dico tamen sequentibus.* Sed quæro † an milites possint renunciare foro domini Regis, & suorum Vicariorum, & se submittere Baronibus vel Baiulis, & alijs officialibus, & curijs; credo, quod non, cum sint reseruati tantum iurisdictioni domini Regis, & Vicariorum suorum, & ab alijs exempti. iuxta notata *in fi. vltimi dubij domini Iacobi de Calicio compendij secca.*

De via publica. Cap. XXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio pacis, & treugæ totaliter ciuilis est. idem num. 3.*
2 *Viæ publicæ sunt in speciali protectione, & guidatico Principis.*
4 *Coniugati etiam clerici quo ad pacem, & treugam, totaliter tenentur ad obseruationem pacis, & treugæ.*
5 *Clerici coniugati in ciuilibus non gaudent priuilegio clericali.*
6 *Violatio pacis est crimen, & sic pro violatione agitur de crimine, licet ciuiliter.*
7 *Per concordiam Cardinalis conuenarum presbyteri, & clerici soluti eximuntur à foro domini Regis, & suorum Vicariorum in causis pacium, & treugarum.*
8 *Læsæ Maiestatis crimen est grauissimum, & ideo pœna debet esse proportionata.*
9 *Pax violatur, si iter agenti in corpore, vel in rebus molestia, vel iniuria inferatur.*
10 *Ex sola requisitione, vel affectu; licet non sequatur effectus, violatur pax: non tamen agetur ex officio, & per fiscum, nisi fuerit effectus sequutus.*
11 *Via quid sit, quid strata, & quid vicus. remissiue.*
12 *Viam publicam solus Princeps concedit, & claudi iubet.*
13 *Tex. iste hodie non est in vsu, nec seruatur in practica saltem in diœcesi Gerũdæ. Et pro eo adducitur* prouisio Regia.
14 *Carcer perpetuus quid remissiue.*
15 *Lex abrogata dicitur, quæ non fuit moribus vtentium approbata.*
16 *Punitio delicti commissi in itinere publico infra territorium Baroniæ ad Principem spectat ratione vsatici, licet Baroni pertineret via ordinaria, nisi fuisset præuentus cum processu soni emissi.*
17 *Processus regaliæ vsatici* camini *non tollit, quin Baro possit facere suum processum ordinarium; secus vero processus soni; quia per eum durante sono suspenditur iurisdictio Baronis.*
18 *Citatus in vim vsatici* camini, *comparens, & ponens se in posse domini Regis, potest per dominum Regem puniri criminaliter, vel absolui inuito Barone.*

ITem *cum in constitutiones pacis, & treugæ, in §. vias publicas. &c.* Ista constitutio vsq. ad §. *si vero homines monasteriorum. &c. hoc dicit.* Constitu-
1 tio † pacis, & treugæ totaliter est ciuilis, & ideo pœna læsæ Maiestatis, quæ violatores viarum imponebatur, ad pœnam vsatici *Camini, & stratæ.* per hanc constitutionem reducitur, & mutatur, *hoc dicit.* Et sic, *a*, reuolauit ad. *A. 30. dist. capit. ab exordio.* Sed mirum est, an pœna læsæ Maiestatis fuit sublata, cum debuisset potius aggrauari pœna propter securitatẽ viarum.
2 pro quo facit *infra cap. proximo.* quia cum † viæ publicæ sint in speciali protectione, & guidatico Principis; merito violatores viarum deberent potius aggrauari, & esse ipso facto à pace, & treuga eiecti. ad hoc facit *vsat. simili modo.* cum suis sy. maxime quia sæpius videmus viatores per vias occidi, & male tractari, ita quod exemplo opus
3 esset *l. aut facta. in fi. ff. de pœnis.* ¶ Nota † ergo hic, quod constitutio pacis, & treugæ Cathaloniæ totaliter est ciuilis, vt hic dicitur, & ad hoc communiter præsens *cap.* allegatur. Vnde nõ est mirum,
4 si coniugati † etiam clerici, quo ad pacem & treugam, totaliter teneantur ad obseruationem
5 ipsius constitutionis pacis, & treugæ: quia † ipsi clerici coniugati in ciuilibus non gaudent priuilegio clericali, vt *extra de cleri. cõiu. cap. vnico. lib. 6.*
6 Sed contra videtur, cum † violatio pacis sit crimen, & ita agitur de crimine, licet ciuiliter, & sic obstat dictum *cap.* vnicum. Dic, quod non obstat, quia ad obseruationem pacis, quę totaliter est ciuilis, agitur, licet accessorie etiam de emendatione pacis violatæ quæratur; & fauore pacis hoc fuit approbatum per concordiam Legati Apostolici quondã Cardinalis conuenarum, vbi solũ
7 modo presbyteri, † & clerici soluti eximuntur à foro

à foro domini Regis,& suorum Vicariorum, sci-
licet in causis pacium,& treugarum ; secus tamẽ
in alijs,quia quod non mutatur.&c. *l.præcipimus.*
8 *C.de appel.* ¶ Item nota † quod crimen læsæ ma-
iestatis est crimen grauissimum, & exceptum;&
ideo pœna ipsius non debet imponi pro minori
crimine:quia pœna debet proportionari delicto.
C.de pœnis.l.sancimus , & extra de ijs quæ fi. a præla.
sine consen.ca.quæsiuit. Vlterius not.hic,quod in cę-
9 teris confirmatur dictus §. *vias* . Vnde † si iter
agenti aliquid molestiæ , vel iniuriæ inferatur in
corpore,vel in rebus suis,dicetur pax violata ad
10 idem *vsat.camini.* vide quę ibi dixi,quia † ex so-
la requisitione facta iter agenti violatur pax , &
est in hoc casu speciale , quod pro pace violata
agi possit de iniuria non ducta ad effectum;regu-
lariter contra : non tamen agetur per fiscum ; vel
ex officio,nisi quando extraneo iter agenti ali-
quid molestiæ,vel iniuriæ inferatur,vt infra *ead.*
cap.proximo. de quo dicam ibi latius.¶ Et quid sit
11 via † publica, quid strata , & quid vicus , vide
quæ scripsi *in summa soni emissi q. 28. §. Item*
quæritur.de quo camino. ver. & dicuntur viæ publicæ.
12 Sed † solus Princeps potest concedere viam pu-
blicam,& iubere claudi, vt not. *in Margarita fisci.*
8.dubio.ver.79.§ Si vero homines monasteriorũ. &c.
13 Non † video quod iste §. & sibi similes hodie
sint in vsu , nec seruentur in practica, saltem in
diœcesi Gerundę;olim vero super huiusmodi de-
claratione emanauit prouisio sequens.¶ *Nouerint*
vniuersi , quod cum contentio esset inter Abbatem , &
Conuentum Populeti ex vna parte , & Vicarios Mon-
tisalbi,& Montanearum de Prades, Tarregæ , Ceruа-
riæ,& aliorum locorum ex altera , super eo videlicet,
quod quandoq. homines dicti Monasterij Populeti sibi
ad inuicem, aut alijs hominibus locorum religiosorum
damnatum dabant in corporibus aut rebus; Vicarij præ-
dicti compellebant eos ad firmandum inde directum in
posse ipsorum. Quod quidem Abbas , & Conuentus di-
cti Monasterij fieri asserebant contra tenorem chartæ
pacis,& treugarum fractarum. Et cum quædam clau-
sula sit in charta pacis quæ sic incipit . ¶ Si vero homi-
nes Monasteriorum,vel aliorum locorum religiosorum
damnum sibi dederunt in corporibus , vel in rebus , &
querimonia ista ad Vicarium domini Regis peruenerit,
remittat eum, vel eos ad proprios dominos ; & si infra
20.dies damnum,quod dederat,resarcire noluerit, tunc
accipiat pignora tenentia in proprijs personis , & causa
illa sine debito terminetur. Et super eo dubitaretur,ec-
ce quod dominus Rex hoc interpretatur dubium consti-
tutionis , quia tunc nondum erant factæ constitutiones
curiæ Gerundæ,vbi aliter est dispositum super interpre-
tatione harum constitutionum;Vtrum vulnera,& homi-
cidia,& alia damna intelligi debeant. Nos Iacobus Dei
gratia Rex Aragonum , Maioricarum , & Valentiæ,
Comes Barcino.& Vrgelli, & dominus Montispesula-
ni ita dictam clausulam duximus declarandam, quod
in eadem intelligantur vulnera,& homicidia,& omnia
alia damna; ita quod religiosi infra illos 20.dies possint
habere ab eis pœnam homicidij secundum vsaticũ Bar-
cino.vel attenuare eos fame, in perpetuo carcere deti-
14 *nendo.* Nota *de perpetuo* † *carcere* , de quo dic in
cap. quamuis carcer. extra de pœnis lib. 6. non po-
test tamen de eis iustitiam facere corporalem,vel
mutilationem membrorum:quia sunt presbyteri
& in sacris ordinibus constituti,& ideo non pos-
sunt exercere iudicium sanguinis propter metũ
irregularitatis. *Si vero infra 20. dies prædictos reli-*
giosi prædicti non fecerint; deinde vltra dictos 20. dies
Vicarij nostri procedant contra dictos homines secundũ
quod fuerit procedendum. Mandantes Vicarijs, Baiu-
lis,curijs,patiarijs,& alijs officialibus, & subditis præ-
sentibus , & futuris, quod in prædictis iuxta declara-
tionem nostram procedant,& non alias,si de nostri con-
fidunt gratia , & amore. datis Ilerdæ 12. Kalendas
Maij anno Domini 1272. Signum Iacobi Dei gratia
Regis.&c.Testes huius rei sunt B. Archi.de Anglasola
Raymundus de Monte Catheno.G.de Pinos.B.de Ma-
lo Leone.Signum Bartholomæi de Paca,qui de manda-
to Domini Regis hæc scribi feci , & clausi loco,die, &
anno præfixis. Sed,vt dixi,hæc non habẽtur in vsu,
nec vidi,nec audiui fore practicatum;licet casus,
proh dolor,quotidie occurrant in hac diœcesi Ge-
15 runden. Vnde † potest dici , quod lege cauetur,
sed consuetudine non habetur. *vt no. in l. rem non*
nouã.C.de iudi.& quia hoc non fuit moribus vtẽ-
tium approbatum: quare videtur penitus abro-
gatum. *vt di.4.§.leges.& no.glo.in cap.1.ex.de treu.*
16 *& pace.* Vlterius quæro † ad quem pertineat pu-
nire de crimine commisso in itinere publico in-
fra territorium Baroniæ?Respond.quod ad Prin-
cipem spectat ratione *vsat. camini.* Sed tamen
domino Baroniæ spectat punitio de iure commu-
ni via ordinaria,nisi fuerit præuentus cũ processu
soni emissi. de hoc etiam vide notata per Petrũ
17 Vilar in dicto *vsat. camini.* Et nota,quod † pro-
cessus regaliæ *dicti vsatici* non tollit, quin Baro
possit facere suum processum ordinarium, & cõ-
currere simul:secus est in processu soni, quo sus-
penditur iurisdictio Baronis,durãte sono,de quo
18 vide *in summa regalia soni.* Attamen † si citatus in
vim *vsat. camini.* cõparuerit,& se miserit in posse
domini Regis,tunc poterit per D.Regem crimi-
naliter puniri , vel absolui , vel componi,inuito
Barone.

De extraneo iter agente inuaso. Cap. XXXXVI.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopi ex officio suo inquirunt, & puniunt, si extra-*
neo iter agenti inferatur iniuria.
2 *Pœna excommunicationis punit Episcopus violantes*
itinera. idem num. 22.
3 *Pœna delicti aggrauatur propter violationem itineris.*
4 *Episcopus,& Vicarius de eodem facto,in casu violatio-*
nis itinerum,possunt inquirere , & punire. & ratio
traditur num. 5.
6 *Funiculus duplex difficilius rumpitur.*
7 *Vicarius & Episcopus simul procedere possunt in causa*
violatæ pacis, cum ambo in dicta causa sint ordina-
rij. quamuis melius sit,vt vterq. faciat suum proces-
sum. num. 9.

Causæ

8 *Causa aduenarum debent expediri velo leuato.*
10 *Pro pace, & treuga violatis procedi potest ex officio sine partis instantia.*
11 *Criminaliter proceditur pro causa pacis, & treugæ, licet dicta causa totaliter ciuilis sit.*
12 *Pro violata pace agitur etiam pro deshonore, & iniuria, quamuis non corporali.*
13 *Iniuria fit verbo & facto.*
14 *Iniuria generaliter dicitur omne illud, quod non iure fit.*
15 *Pro pace violata proceditur contra inuasorem iniuriantem, & molestatorem in via, secus si extra caminum.*
16 *Vicarius potest inquirere, & punire, & vti mero imperio infra terras Baronũ, & vbilibet absq. sono emisso; dum persequitur violatores itinerum, & fit iniuria extraneo iter agenti.*
17 *Per iniurias illatas in corpore, & in rebus rumpitur pax, & treuga.*
18 *Pax fracta dicitur, quando iter agenti fit pauor, damnum, iniuria, vel deshonor, illum requirendo, cadendo, vel vulnerando.*
19 *Dominus Rex auctoritate vsatici* camini & stratæ, *potest facere processum peculiarem, sine de camera.*
20 *Iniuriari quis dicatur, remissiue.*
21 *In casu vsat.* camini, & stratæ, *sub nomine iniuria venit conuitium, & deshonor.*
23 *Ad Episcopum spectat tuitio aduenarum, & viatorũ.*
24 *Vicarius potest citare, & bannire ex officio malefactores, & traditur* antiqua decisio Senatus.
25 *Vicarius recepta informatione de maleficio in itinere, & extraneo iter agenti commisso procedit ad publicandum malefactores pro eiectis à pace, & treuga, & contra eos cum exercitibus, & sono emisso insurgere.*
26 *Casus, in quibus proceditur per viam pacis, & treugæ sine citatione, traduntur. & num. 27. traditur casus, qui successit.*
28 *Quod dicitur, attenditur, non auctoritas dicentis.*
29 *Vbi ex officio procedi potest, nõ requiritur querelator.*
30 *Vbi factum in itinere est notorium, & constat per inquisitionem procedi potest sine querelatore.*
31 *Raymundus de Area fuit antiquus, & famosus Iurisperitus Minorissæ.*
32 *Reperto maleficio per inquisitionem Vicarius statim mandat violatori, vt satisfaciat iniuriam, & damna iter agenti. & ratio traditur num. 33.*
34 *Opinio inducẽs aliquid specialitatis est magis eligẽda.*
35 *Dominus Rex, quamuis remouerit specialitatem pœnæ læsæ Maiestatis, tamen induxit alias specialitates hic traditas in odium iniuriantis, & damnificantis iter agentes.*
36 *In diœcesi Gerundæ Episcopus cum Vicario insimul procedunt contra violatores pacium, & treugarum.*
37 *In quibus casibus præfigantur 15. dies ad monendum. in causis eiectionis pacis, & treugæ, remissiue.*
38 *Constito per informationem de iniuria illata iter agenti extraneo non est necessaria monitio.*
39 *Pœna quæ fit violatoris itineris, remissiue.*
40 *Extraneus idem est, quod peregrinus, qui ideo dicitur Peregrinus, quia est de extra ciuitatem.*
41 *Extraneus est, qui non est de ciuitate, vel villa.*
42 *Extraneus iter agens est, qui iter agit extra territoriũ suæ ciuitatis, villæ, vel diœcesis.*
43 *Extraneus etiam est, qui non est de villa, territorio, vel iurisdictione illius, in cuius iurisdictione malum accepit.*
44 *Extraneus dicitur ab extra, idest foras.*
45 *Extraneus dicitur, qui est nouus, & separatus ab alijs.*
46 *Extraneus est, qui non est de Vicaria, & diœcesi; licet sit de Cathalonia.*
47 *Extranei sunt non commorantes continue in Cathalonia, ex Calicio.*
48 *Calicius reprobatur.*
49 *Iura adaptari debent ad casus magis contingentes.*

1 ITem † quod Vicarij, & Episcopi possunt in-
quirere, & punire ex officio suo, si alicui ex-
traneo iter agenti aliquæ iniuriæ inferantur, vn-
de pax, & treuga fracta fuisse dicatur, quas omnes
seruare tenentur, & hoc casu Vicarij, & Episco-
pi facient redigi, & seruari, faciendo fieri emendã
2 extraneo læso, vel eius hæredi. Sed † qua pœna
puniet Episcopus tales violantes itinera? Respõ-
deo, per excommunicationem. vt 24. q. 3. c. *si quis*
Romipetas. cap. paternarum. & cap. illi qui peregrinos.
Adde de treug. & pace. cap. Innouamus. Et dic puni-
3 re, scilicet criminaliter, & aggrauatur † pœna de-
licti propter violationem itineris. *vt ff. de pœnis. l.*
capitalium. §. grassatores. Hanc vulgatam, & nota-
bilem constitutionem hic integram inserui, quia
breuis est, & nõ eget summa, seu apparatu aliquo
digna est. ¶ Ex qua no. primo hic multa specia-
4 lia. Vnum est † quod Vicarius. & Episcopus de
eodem facto possunt in hoc casu inquirere, & pu-
nire. & est simile *extra de hæreticis. ca. per hoc. li. 6.*
5 *& eod. tit. c. multorũ incle.* Et est vtrobiq. ratio † hu
ius specialitatis, immanitas criminis, & pro secu-
ritate viarum, & defensione extraneorum, quia
6 funiculus † duplex difficilius rumpitur, *Ecclesia-*
7 *stici. 4. cap. & extra de treug. & pac. ca. 1.* ¶ Sed † an
poterunt ambo, scilicet Vicarius, & Episco-
pus procedere simul, vel diuisim, sicuti faciunt In-
quisitor, & Episcopus in causa hæresis, iuxta di-
ctum *ca. per hoc.* Dico quod sic, cum sint ambo isti,
scilicet Vicarius, & Episcopus ordinarij. *iuxta*
no. in alleg. cap. per hoc. Item quia hæc constitutio
facta est ad faciliorem expeditionem in fauorem
8 aduenarum, quorum † causæ debent velo eleuato
expediri, iuxta. *vsat. Barcino. Itẽ inuiolabili obserua-*
tione. alias est. §. de vsat. quoniam ex conquestione. & si
haberent procedere semper insimul, causa retar-
daretur, & forsan propter discordiam iustitia de-
9 periret. Et imo credo † tutius, vt diuisim vterq.
10 faciat suum processum. Est etiam † hic secundũ
speciale, quod pro pace, & treuga violatis potest
procedi ex officio, & sine querelatore, & sic est
cõtra supra *ead. cap. 42. Declaramus tamẽ quod Vi-*
11 *cary. &c.* ¶ Tertium † speciale est, quod hic pro
causa pacis, & treugæ proceditur criminaliter,
quia dicit tex. *punire,* & regulariter causa pacis,
& treu-

& treugæ est totaliter ciuilis. vt supra *ead. ca. pro-*
12 *xi. in prin.* Quartum speciale est, quia hic agitur
pro deshonore, & iniuria, etiam non corporali, vt
in *vsatico camini.* & hoc probat tex. hic dum dicit
aliquid iniuriæ. quasi dicat, siue verbalis, siue corpo
13 ralis, siue alia quæcumq. quia † verbo, & facto
fit iniuria, vt notat *Archi. in cap. 1. de pœnis. li. 6. su-*
per verbo iniuriari. & habet *ff. de iniur. l. 1.* & gene-
14 raliter dicitur † iniuriari, quod nõ iure fit. *vt in-*
15 *sti. de iniu. §. generaliter.* & ita † si aliquis extra-
neus in corpore, vel in rebus suis inuadatur, iniu-
rietur, molestetur, decipiatur, & deceptorie dãni-
ficetur in via, puta per homines *del partir,* habebit
locum *ista constitutio & vsatici camini, & in constitu.*
diuinarum. §. vias. cum suis concor. secus est de iniu-
16 rijs extra caminum illatis. Est etiam hic † quin-
tum, & præcipuum speciale, quia Vicarius po-
test inquirere, & punire, & sic de mero imperio
vti, etiam infra terras Baronum, & vbilibet infra
suam Vicariam, absq. sono emisso prosequendo
violatores itinerum, quando datur iniuria extra-
neo iter agenti. & hoc simpliciter sonat *hec consti-*
tutio, quæ est in generali curia ab omnibus appro-
bata; & in hoc est casus singularissimus, & spe-
cialis contra constitutionem soni emisi. ¶ Item
17 quæro † quæ sint iniuriæ, ex quibus pax, & treu
ga dicatur frangi? Respondeo, quod iniuriç illatæ
in corpore, vel in rebus, *vt supra ca. proxi. §. Si ve-*
18 *ro homines.* Item † etiam in hoc casu, si iter agenti
aliquis pauorẽ, damnum, iniuriam, vel deshono-
rem fecerit, illum requirẽdo, cædendo, vel vulne
rando, dicitur pax fracta; vt in *vsatico camini, &*
19 *strata,* cuius auctoritate † dominus Rex potest
facere processum peculiarem siue de camera. ad
idem constitutio *diuinarum. §. vias publicas. &*
in alijs constitutionibus pacis, & treuga. in quibus ca-
uetur de securitate caminorum. ad idem *extra de*
treuga & pace. cap. innouamus. cum suis concor. Item
20 nota † quod multis modis dicitur quis iniuriari.
de quo vide in suo curiali dominũ Iac. de Calicio 8. du-
bio. ver. quæro quid si dns Rex debet mihi debitum. &c.
& adde quæ notãtur *insti. de iniur. in prin.* Et puta
21 iuxta dictum vsat. quod † conuitium, & desho-
nor, & omnis iniuria veniat in hoc casu propter
22 verbum *aliqua iniuria, &c.* ¶ In tex. † ibi *inqui-*
rere, supple, ex quo ad aures Episcopi, vel Vicarij
peruenerint, vel alterius tantum, possunt ambo,
vel alter simul, vel diuisim, ac prout eis placuerit
hunc processum inquisitionis facere, & proce-
dere iuxta hãc constitutionem ciuiliter, & crimi-
naliter: dum tamen Episcopus, qui est Ecclesia-
stica persona, nõ procedat ad pœnam mortis, vel
membri mutilationis, *vt extra de homicidio. ca. præ-*
latis. lib. 6. licet dominus *Iacob. de Calicio* aliter vi-
deatur intelligere *in suo directorio pacis, & treuga.*
in 3. dubio principali. vide ibi latius in. 8. *q.* Et cre-
do, quod Episcopus etiam poterit procedere per
censuram Ecclesiasticam, cum etiam de iure com-
muni ad Episcopum spectet causa pacis violatæ,
23 *extra de iudicijs. cap. nouit,* & tuitio aduenarum, &
viatorum ac romipetarum. *vt 24. q. 3. cap. si quis ro*
mipetas. & cap. paternarum. & alias cap. innouamus.
& in vsatico landames. & extra de treug. & pace. c. 1.
24 ¶ Item † credo, quod Vicarius poterit citare, &
bannire malefactores. & etiam ex officio; & for-
te sine monitione Hęc mea opinio fuit approba-
ta in Consilio Regis, vt patet in quadam littera
missa honorabili Ioan. Margarit Regenti Vica-
riam Gerundæ, cuius litteræ datum fuit Valẽtiæ
15. Setembris anno à Natiuitate Domini. 1440.
25 recepta † tamen in formatione de maleficio in
itinere, & extraneo iter agente commisso proce-
dere ad publicandum illos violatores, & malefa-
ctores pro eiectis à pace, & treuga, & alias cum
exercitibus, & sono emisso insurgere contra eos,
& eorum receptatores, sicut fit contra capientes,
& detinentes captos homines liberos nõ solidos
capiẽtium. iuxta *§. si quis contra tenorem pacis. &c.*
in constitutione pacis, & treugæ. quç incipit, *notum sit*
cunctis. &c. Data Dertusæ. Et etiam sicut fit con-
tra inuadẽtes illos, qui volunt firmare pro pace,
& treuga, *vt in constitutione domini Regis Ferdinandi,*
quæ incipit. Nos Ferdinandus. Et sicut etiam fit con-
tra minantes illis qui possessiones emerũt de ma
nu curiæ, & alios, de quibus in alia *constitutione ip-*
sius Ferdinandi incipiente. Com molts entenents à fer
mal. &c. Et in casu *nouello constitutionis domini Re-*
gis Alfonsi regnantis, quæ incipit. Item commemorans.
26 Vnde † nota casus, in quibus proceditur per
viam pacis, & treugæ sine monitione, & citatio-
27 ne. Item audiui † ab honorabili d. Ioan. de Cor-
baria Gubernatore Cathaloniæ, quod omnes iu-
risperiti Barcino. votauerunt, ꝙ quidã in carran-
ca, qui verberauit sagionem Vicarij Barcin. por-
tantẽ sibi litteras citationis pacis, & treugæ, fuit
ipso facto, & sine monitione alia eiectus à pace, &
treuga ratione dictæ verberationis, & ante publi
cationem fuit in baronia captus, & suspensus; li-
cet contra teneat *d. Iaco. de Calicio in 3. dubio dire-*
ctorij sui in 8. q. si auctoritatem dicentis attendas,
28 illum sequaris. Sed † non auctoritas dicentis, sed
quid dicitur, attendendum est; quia tanto quisq.
valet, quanto rationibus instãt. vt *22. di. §. 1. &*
per totam illam dist. Bene enim vides, quod textus
29 hic dicit, quod † ex officio procedi potest. Ergo
30 non requiritur querelator. Et si † factum in iti-
nere publico est notorium, & constabat per in-
quisitionem, satis potest dici fore procedendum,
etiam sine querelatore monendo malefactorem,
& malefactores, quatenus satisfaciant de damnis,
& iniuria dicto extraneo iter agenti, vel eius hæ
redi, & successori. Et etiam possunt illos punire
criminaliter, vt dicit littera huius capituli; & in
ijs magis credo sequendam opinionem domino-
rum *Iacobi de Monte Iudaico, Petri Despens, & an-*
tiquorũ Gerundæ, Bertrandi de Seua, & Raymundi de
Area, quos recitat idem *Iacobus de Calicio vbi su-*
prà. licet practica huius processus non fuerit vi-
sa; nisi in casu, quem ibi recitat secundum dictum
31 Raymundum de Area, qui † fuit antiquus, & fa-
mosus

32 mosus iurisperitus Minorissæ. & dixi, quod † facta inquisitione, si reperitur veritas maleficij, statim Vicarius mandat violatori pacis, & treugæ, quod satisfaciat præcise de damnis, & iniurijs illatis extraneo iter agenti. & ita se vidisse seruari in curia Minorissæ in quadã raubaria cõmissa in termino castri de Soria. alias † iniquũ esset,
33 si huiusmodi personæ extraneæ, quæ periculis viarum, & Fluminum fortunæ se, & sua frequenter exponunt, longiorem moram contra propriæ voluntatis arbitrium in aliquo loco facere viderentur, vt dicit tex. *in allega. vsat. Item inuiolabiliter*
34 *facit auth. habita C. ne filius pro patre.* Et istorũ † opinio, quæ aliquam specialitatẽ inducit, videtur magis eligenda, iuxta notata per *Matthæum de Marassalanis in tractatu de electione opinionum*. &
35 quia in *cap. supra proximo*, † dominus Rex remouit specialitatem pœnæ læsæ Maiestatis, quæ olim erat in hoc casu per hanc constitutione; tamẽ induxit alias specialitates, scilicet, quod procederetur ex officio, item, quod per Episcopum, &c. posset procedi, item quod sine citatione. item quia pro quacunq. iniuria, & non corporali. Nõ obstant rationes domini *Iac. Calic.* quamuis faciãt in contrarium *in suo 3. dubio principali directorij sui.* quia sub generalitate consti. loquentium de 15. diebus non comprehenditur hic casus singularis, de quo non est verisimile cõprehendi, alias quasi frustra esset facta de hoc casu ista singularis constitutio, si inde haberet seruari forma & solemnitas, quę regulariter habet seruari in alijs processibus pacis & treugæ. Tutius est tamen seruari opinionem domini Iacobi de Calicio, saltem in
36 diœcesi Gerundensi, in qua † Episcopus cũ Vicario insimul consueuerunt procedere contra violatores pacium & treugarum, iuxta conueniẽtiam dudum initam inter Dominum Regem &
37 Ecclesiam Gerundensem. vnde † in ijs pro cõcordia opinionum puto nõ absurde posse distingui; quia aut talis itineris violator est persona grauis, puta, vnus Comes, miles, vel alius de Vicaria diues in bonis immobilibus, & tunc seruetur quindecim dies iuxta opinionem domini *Iacobi Calicij*; aut ille violator est minus diues, tamen nõ est fugitiuus, & tunc fiat sibi præceptum iuxta opinionem dicti *Raymundi de Area*, aut est fugitiuus & vagabundus, & nescitur vbi sit, vel nõ potest haberi; & tunc seruetur communis opinio antiquorum, ita quod sine aliqua monitione fiat eiectio: sicuti mãdauit serenissima Domina Maria consors Domini Regis Alfonsi, cum sua littera data Valentiæ 15. Septembris anno à Natiuitate Dñi 1440. verius tamen credo de rigore in omni casu seruandum mãdatum Regale, propter periculũ moræ extranei, nisi ipse extraneus spõte patere vellet monitionẽ fieri, quæ non vitiaret processum iuxta notata in simili in *Cle. dispẽdio-*
38 *sa. de iudi. ijs.* Vel dic, † & forte melius, quod vbi per informationem constat de iniuria illata iter agenti extraneo, non sit necessaria monitio; aliãs si non constabit sufficienter, fiat monitio quindecim dierum, sicut seruatur communiter in alijs
39 processibus pacis & treugæ. Et de † pœna violatoris itineris dixi *in vsatico camini*.
40 In tex. ibi *extraneo*, † expone, id est *peregrino*. Et dicitur peregrinus, qui est de extra ciuitatem, vt notat *gl. f. in l. sed si hac. §. sed si. ff. de in ius vocãdo. & l. 1. ff. de heredi. insti. ad idem glos. in l. si per errorẽ. ff. de iure. omnium iudicũ.* Ad hoc optime facit cõstitutio pacis & treugæ, quæ incipit: *Notum sit cũctis*, quæ data fuit Dertusæ 6. kalendas Maij, anno 1225. in *§. Itẽ sub hac pace.* ibi dum dicit, *Omnes homines tam domestici, quam peregrini.* & in *§. Itẽ statuimus, quod nullus mercator extraneus, vel alius.* & ibi *nisi fuerit inuenta faticha in villa, vnde.* &c. & sic ex istis verbis, *villa vnde*, & iuncto verbo, *extraneus*, habes in *allega constitut. §. Item statuimus.*
41 quod ille dicitur † extraneus, qui non est de illa
42 ciuitate, vel villa. Et ita potest hic accipi † extraneus iter agens, qui extra territorium suæ ciuitatis, vel villæ, & diœcesis iter agit publicum, quo casu etiam habet locum *constitutio de sono in-*
43 *missi*. Extraneus † etiam est ille, qui non est de villa, territorio, & iurisdictione illius, in cuius iurisdictione malum accepit. Facit *§. extraneus. l. vnica. C. de rei vxo.* ac secundum dictum *Beg. de Montraua in suo Alphabeto, verb. extraneus est.* vbi refert fuisse glos. antiquam huius capituli. & est casus in *alleg. §. Item statuimus quod nullus mercator.* Hoc etiam tenet *Goffred. in summa tit. de cleri. peregrinis. circa princip.* facit *2. q. 6. cap. peregrina.* &
44 *6. q. 1. cap. 1. & 2.* Extraneus † enim dicitur ab *extra*, quod est *foras*, & dicit esse separationẽ, & à *neos* Græce, quod est nouũ Latine. vnde versus:

Dic neos esse nouum, Neapolisque probat.

45 Ergo dicitur † extraneus, qui est alius nouus, & separatus ab illis, de quibus agitur. Et ideo hic
46 debet accipi extraneus † omnis ille, qui non est de Vicaria & diœcesi, scilicet, qui non est aliquo modo de iurisdictione Vicarij, vel Episcopi, licet sit de Cathalonia quidquid dixerit dominus *Iacobus de Calicio* in hoc casu. Sed dictus dominus *Iac. de Calicio in dicto suo Directorio, in 3. dub. §. Sed*
47 *quæro quis appellabitur.* dicit, quod tãtum illi omnes, qui in Cathalonia non commorantur continue, dicentur extranei; vt sic in illis, qui nõ sunt de Cathalonia, tantũ possit habere locum dispositio huius capituli; quasi illi dicantur propriè extranei in Cathalonia; pro hoc allegat *glos. in l. 1. C. si seruus extero se mandauerit emi.* & melius *in tex. cuiusdam pragmaticæ Domini Regis Ioannis, quã edidit super extraneis ad beneficia huius Regni nõ admittendis*: quæ data fuit Valentiæ 15. die Decẽbris anno à Natiuitate Dñi 1392. in qua ponitur clausula sequens: *Ne autem super præmissis, qui sint naturales, vel extranei, disceptetur, eos & singulos cuiusuis nationis existant, quo ad obtinẽdũ beneficia Ecclesiastica in eisdẽ Regnis, & terris, qui nati nõ fuerint intra nostrum dominium, vel nõ sint veri nostri domestici, & continui cõmensales, capellæ nostræ continue seruien-*

tes, & qui personalem, & continuam residentiam duodecim annis continuis non fecerint, larem fouendo propriũ intra ditionem nostram, esse extraneos huius serie declaramus. Et idẽ *Iac. de Calic.* dicit, quod idem in hoc casu debemus intelligere, & procedere de similibus, & similia; cum aliter expresse cautum non
48 reperiamus. Sed † cum non sit par ratio de casu pragmaticæ ad casum huius capituli, & pragmatica sit odiosa, & hæc constitutio fauorabilis, & intellectus domini Iacobi nimiũ restringat hanc constitutionem, immo fere ad nihilum eã deducat, salua determinatione cuiuslibet melius sentientis, saluaq. reuerentia eiusdem domini Iacobi, credo bene constitutionẽ intelligi debere de peregrino & extraneo iter agenti, qui est de alia Vicaria & diœcesi; quam de illis, vbi forte factum fuerit: quia sicut in dicta pragmatica, quoad beneficia Regni computãtur extranei, qui nõ sunt de Regno; sic in casu huius cap. quoad forum & punitionem Episcopi & Vicarij, illi dicentur extranei, qui nõ sunt de diœcesi & Vicaria ipsorum, scilicet Episcopi & Vicarij, quia penes materiam inquirendi & intelligendi sunt sermones. Et iste intellectus magis mihi placet. Pro hoc facit *textus supra ead. cap. Item quod vica-*
49 *rij nostri. ibi priuatis vel extraneus*, &c. & quia † iura debent adaptari ad casus magis contingentes, vt *l. nam ad ea. ff. de legibus.* & eadẽ est ratio de homine Palatiensi, sicut de Fuxiẽsi, si forte iter agẽtes in hac diœcesi Gerundensi iniuriarentur. Ad prædicta faciunt *ff. de actio. & obligat. l. Arrianus.* & *ff. de libe. & post. l. cũ quidã.* & *extra de reg. iuris cap. odia. lib. 6.* & ex quo text. *dicta pragmatica* dicit *quo ad obtinendũ beneficia.* &c. ergo ad alia secus. Itẽ ipsa pragmatica est valde exorbitans, igitur. &c.

De adempriuijs lignorum, pascuarum, & aquarum. Cap. XXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Adempriuia lignorũ, pascuarũ, & aquarũ castrorũ, locorũ, vel terminorũ approbantur, pro vt antiquitus est fieri consuetum; & male vtentes sunt castigandi.*
2 *De pascuis remissiue traditur.*
3 *Pascua, torrentes, fontes, & aqua, quo ad tuitionem sunt domini Regis, & vicinorum quo ad vsum.*
4 *Vsus quo ad ista adempriuia quomodo, & per quos probetur.*
5 *Vsus antiquus quanto tempore dicatur.*
6 *Baiulus generalis cognoscit de quæstionibus adẽpriuiorũ.*
7 *Curia Regia Gerundæ consueuit cognoscere de istis adẽpriuijs.*

ITem statuimus, & volumus, ac etiam approbamus. &c. Hic approbantur adempriuia † lignorũ,
1 pascuarum, & aquarum castrorum, vel locorum, vel terminorũ eorũdem, prout antiquitus est assuetum, & male vtentes veniunt castigandi. *hoc dicit.* concordat *vsaticus strata via & publica.* &c. vide & adde, quæ ibi notantur per dñm *Iacobum de monte Iudaico.* & melius per *B. G. de Pinello, ac de Moreria. Iac. Marquilles, & alios Doctores mo-*
2 *dernos.* Et de † huiusmodi pascuis vide *C. de pas-*
3 *cuis publicis & priuat. l. 1. 2. & 3. lib. 11.* Sed † videtur, quod huiusmodi pascuæ, torrentes, fontes, & aquæ sint Domini Regis, vt in dicto *vsat. Strata.* quod est verum pro tuitione, non tamen pro alodio. Sed sunt ad empramentum cunctorũ vicinorum, vt ibi continetur. Quod etiam confirmatur, & approbatur hic, iuxta quod antiquitus fuerit assuetum. Sed † quis habet probare vsum. Respondeo, siquidem illi de termino illius castri dicant se habere adempriuium, quia eorum intẽtio est fundata in dicto *vsat. Strata*, incumbet onus probandi contrarium aduersario: si vero fuerit alius, qui non sit de alio termino, seu contrata, tunc si consuetudinem vel vsum prætẽdat, habet illud probare: qualiter autem hoc probetur, dic vt *supra ead. cap. 3. Idcirco nos Rex prædictus.* Sed
4
5 quæro, † quãto tempore dicetur vsus antiquus. Respondeo, siquidem prætendat titulum dantem causam præscriptioni, sufficient de iure cõmuni decem, vel viginti anni; sed de iure Cathaloniæ credo quod requirẽtur triginta anni, sicut in alijs præscriptionibus si vero nullum prætendat titulum, quia habet ius commune vsaticorũ prædictorum contra se, habebit probare vsum tanti temporis, de quo non sit memoria in contrariũ. *vt extra de præscript. cap. Episcopum. lib. 6.* & hæc vera puto, nisi prætendat consuetudinem loci, vel etiam vicinorum, quæ consuetudo probabitur, vt remittendo dixi in *alleg. cap. Idcirco. & c. sequenti.*
6 Sed † quis cognoscet de huiusmodi quæstionibus adempriuiorum. Videtur quod Baiulus generalis, qui est iudex patrimonij Regij; quia ista videntur esse de potestate, vt in dicto *vsat. Strata.* Et istud de facto nititur vsurpare hodie in Vicaria Gerundæ. Sed hoc videtur facere contra vsum
7 antiquum ipsius Vicariæ Gerund. quia curia Regia Gerundæ de his consueuit cognoscere. Hoc intendo dicere latius *in Curia Domina Maria infra collatione decima cap. contra constitutiones.*

De re militari. Cap. XXXXVIIII.

SVMMARIVM.

1 *Animalia militum, arnes sui corporis, & apparamenta domus reperta pro debito ciuili capi non possunt; pro crimine secus.*
2 *Reatus omnem honorem excludit.*
3 *In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset specialiter concessurus.*
4 *In donatione generali omnium bonorum facta per militem non veniunt animalia, nec arnes corporis, nec apparamenta domus.*
5 *Idem est in libris Aduocatorum, vt non veniant in generali donatione facta per ipsos Aduocatos.*
6 *In doctoribus idem est, vt in generali donatione, vel obligatione non veniant libri, vestes, & supellectilia.*
7 *Donatio omnium bonorum valida, cum testari potest de illis, quæ non veniunt in ea.*
8 *In subsidium, non repertis alijs bonis, possunt pignorari ista bona priuilegiata, de quibus hic; quod secus est in aratorijs. num. 9.*
10 *Bona priuilegiata militis, de quibus hic, etiam si sint speciali-*

specialiter obligata, non possunt pignorari, existentibus alijs bonis militis.
11 *Arma habere an liceat cuique. remissiue.*
12 *Bona priuilegiata (de quibus hic) militis renuntiantis suo priuilegio militari pignorari non possunt.*
13 *Licet bona priuilegiata (de quibus hic) vendi nequeat per curiam, vendi tamen possunt, si milites gratis, & sponte se pignorant.*
14 *In renuntiatione militum, ad excludendum priuilegiũ dicta constitutionis, facienda est expressa mentio de dicta constitutione.*
15 *Bona priuilegiata militum (de quibus hic) vendi non possunt pro debito censualium & violariorum: quia hac constitutio in debito isto non seruatur.*
16 *In censualibus & violarijs obligantur expresse bona priuilegiata.*

1 ITem quia † *animalia militum, & arnes sui corporis, & apparamenta domus reperta*, scilicet
militum, quod probant sequentia verba, quia dicit: *pro aliquo debito eorundem*, scilicet militum; &
dic debito, scilicet ciuili, *non possunt capi*. Sed
2 pro crimine secus: quia † reatus omnem excludit
honorem. *C. vbi se. vel cla. l.* 1. Item vide, quæ dicã
in constitutione censualium. cap. 1. *versic. statuis. infra collat.* 11. *non pignorentur pro aliquo debito eorundem.* Quia breuis est, & se summat, ideo totam
inserui, & nota eam, quia continet singulare pri-
3 uilegium militum. cuius ratio est, quia † in generali obligatione non veniunt ea, quæ quis nõ esset specialiter concessurus, & propter duram separationem. *iuxta ea quæ le. & nota. extra de regulis iuris. cap. in generali. lib. 6. & C. quæ res pig. oblig. pos.*
4 *l.* 1. Et ideo † si miles donauerit, vel obligauerit
generaliter omnia bona sua, in talibus donatione, vel obligatione non veniunt nec includuntur
animalia, & arnes corporis ipsius militis, nec ap-
5 paramenta domus, neque † libri Aduocatorum,
quia multæ res deducuntur, nisi fiat de eis specialis mentio, *vt l. obligatione generali. ff. de pig. cum l.*
6 *sequenti. & se.* Sicut † in Doctoribus se & sua obligantibus, vel donantibus omnia bona sua, non
venient in talibus donatione, vel obligatione libri, vestes, & supellectilia. adde quæ notantur infra *collatione quarta in prima curia Barcino. cap.* 39.
7 Et ideo † valet donatio omnium bonorum; quia
nihilominus poterit testari in ijs, quæ non veniũt
in generali donatione secundum *Matthæum de Matassalanis in* 144. *notabili.* vide ibi. Sed quid,
8 † si miles forsan non reperiatur habere alia bona
nisi ista priuilegia. Respõdeo, tũc in subsidiũ credo, quod poterunt pignorari *ar. C. de execu. rei iudi. l. stipendia. & extra de fideiussoribus. cap. constitutus.*
9 Quod † secus est in aratorijs *vt in constitutione pacis in Christi nomine. Data Barcino.* 12. *Kalendas Iunij, anno Christi* 1328. *in §. Item nullus homo animalia aratoria, &c. & infra colla.* 4. *in prima curia Barcino. ca.* 39. vide, & adde quæ ibi scripsi.
Sed poterunt vendi cũ gleba, vt in *vsat. sacramẽta*
10 *rustici*, vt ibi nota. Sed † quid si miles specialiter
obligauerit animalia, arnesia, & apparatus domus, adhuc credo non debere pignorari obsistente huiusmodi constitutione, quam officiales seruare tenentur, etiam si non opponatur, dummodo alia bona reperiantur, in quibus fieri possit executio, etiamsi huic constitutioni renuntiatum fuerit cum iuramento. Sed vbi alia non apparét, tunc credo quod pignorari possent, etiamsi forte non forent specialiter, sed tamen generaliter obligata. *arg. l. spem præmiorum. C. de execu. rei iudi.* & *l. comodis. ff. de re iudi.* & notatur per doc. *extra de fideiusso. cap. peruenit.* Et ad præmissa vide *Ioan. in summa. lib.* 2. *tit.* 7. *q.* 75. adde quæ notaui *in curia Domine Maria cap.* 18. *a la condicio femenil.* Sed
11 † an liceat cuique habere arma, vide *Doctores in*
12 *vsat. Princeps namq.* Sed miles, † qui bona sua
huiusmodi priuilegiata expresse obligauerit, renunciando huic iuri, seu priuilegio militari; non
poterit opponere, nec conqueri: quia consentiẽti non fit iniuria. vt *extra de regulis iuris. cap. scienti.*
13 *lib.* 6. Et quod dicit littera, *non † pignorentur*, scilicet per curiam; secus vero si ipsi milites gratis
& sponte impignorarent pro aliquo debito. *arg. C. de le. l. quod fauore.* & nota hoc *extra de treug. &*
14 *pace. cap. imponamus. per glos. & Doctores.* ¶ Sed † an
fuerit necesse in renunciatione fieri mentionẽ de
hac constitutione; forte sic, vt notat *glo. in authen.*
15 *hoc inter liberos. C. de testamentis.* Et forte † ista cõstitutio hodie non seruabitur in debito censualiũ
& violariorũ, in quibus debet seruari forma contractus. iuxta *nouellam Domini Alfonsi infra collat.* 11. *in constitutio. censualium. cap. primo. ibi in versic. statuim, & perpetualment ordenam.* &c. ibi. *Segons forma dels contractes haje, & sia tengut fer la dita exe-*
16 *cucio.* Et in omnibus † censualibus & violarijs
expresse obligantur etiam priuilegiata bona. &c.

De feudis. Cap. XXXXIX.

ITem quod terramtenentes, &c. de materia huius dixi supra eodem capitulo *Item quod Vicarij nostri. §. præterea quia de quæstis.* adde *infra collat. proxima. cap.* 13. *Item ordenamus, & statuimus quod terramtenentes.*

De feudis. Cap. L.

SVMMARIVM.

1 *Quando seruitium feudi petitur à vassallo, debet seruari vsaticus,* Si se senior fatigauerit.
2 *Si seruitium non est certum, debet declarari habita ratione, quid pro ipso feudo fieri debeat.*

ITem quod si aliquis Baro, vel miles, &c. Quando
1 seruitium † feudi exigitur à vassallo, debet seruari vsaticus Barcino. incipiens: *Si se senior fati-*
2 *gauerit.* Et † si huiusmodi seruitium non est certum, nec apparet; debet declarari ad æqualitatẽ,
quid pro ipso feudo fieri debeat. vt *infra capitulo proximo.* Et nota per *Doctores in præallegato vsatico, Si se senior.* vide *C. de agris. & censi. l. dns. lib.* 11. vide latius, & adde notata per *Ioannem Blanch. in eius Summula feudorum. lib.* 1. *tit. quibus modis feud. amit. §. quid si indistincte.* & melius *lib.* 2. *tit. quibus modis & quibus casibus feud. amit.* Sed quid si Dominus petat

De feudis. Cap. LI.

SVMMARIVM.

1 *Vbi ignoratur quid faciendū sit pro seruitio feudi, debet ipsum seruitium ad æqualitatē statui, & declarari.*

2 *Ex eo ipso, quod constat esse feudum, constat pro eo deberi seruitium domino.*

3 *Non constito quid pro seruitio feudi fieri debeat, recurritur ad consuetudinem vicinorum feudorum similium, & iudicatur secundum eam.*

4 *Stantibus diuersis consuetudinibus feudorum, statur illi, quæ magis consonat ad æqualitatem.*

5 *Si cognosci non potest, quæ ex consuetudinibus feudorum consonat magis ad æqualitatem, seruabitur illa, secundum quam minus datur.*

6 *Allodiale præsumitur prædium & liberum, nisi aliter probetur feudale. fallentia traditur num. 7.*

1 I*Te volumus, quod declaretur*, &c. Vbi quid † pro
feudi seruitio faciendū sit, ignoretur, debet ip-
sum seruitium ad æqualitatem statui, & declarari.
hoc dicit. vt dixi supra cap. proxi. vide Doct. in vsat.
2 *qui solidus est, super verbo conuentionem.* Nota † quod
ex quo constat esse feudum, constat deberi pro eo
3 seruitium domino. Sed † si non apparet quid pro
seruitio fieri debeat, tunc recurrendum est ad con
suetudinem vicinorum similium feudorum, & se-
cundum ipsam consuetudinem iudicandum, &
4 taxandum est. Et si sint † diuersæ consuetudines,
assumetur illa, quæ magis consonat ad æqualita-
tem, iuxta qualitatem, valorem, & conditionem
5 feudi. Quod si † non potest ita perpendi, serua-
bitur illa consuetudo, secundum quā minus da-
tur per regulam iuris, *in obscuris quod minimum, est
sequēdum.* dic vt notatur ibi. & in *cap. Inspicimus.
de regulis iuris. lib. 6. ar. ad prædicta. extra de con-
suetudine. cap. olim. in fi. & de censibus ex parte. & cap.
super eo.* vbi de hoc in *glos.* & quod notat *Ioannes
de Blanosco tit. quibus modis feud. amit. §. Sed nun-
quid potest facere quæstā. versic. & si dubitetur.* de quo
dic per *Iacobum de Monte Iudaico in vsat. omnes
homines.* super verbo *secundum eorum valorem.* &
vide *Ioannem Blanch. in tit. quibus modis feud. ad-
quiritur. §. quid si indistincte datum sit.* & fundatur
de iure feudorum in *tit. quibus modis feud. cap. 1. in
fine.* Pro & contra istam constitutionē facit quod
notatur *C. de agris & censib. l. domini, lib.* 11. Vlte-
6 rius † nota, quod quodlibet prædiū præsumitur
alodium & liberum, nisi feudale, vel de aliqua ser
uitute probetur. *ff. de seruitute rustic. prædior. l. Im-
peratores.* & *l. cum eo.* & *C. de serui. & aqua. l. altius.*
7 Fallit † in come. *p. al. c. si castellanus siue vassallus
dixerit. vers. omnia quæcumque castellanus. &c.*

De Iudæis & Sarracenis. Cap. LII.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi, & Sarraceni sunt domini Regis, etiam si morentur in terris castrorum, nisi aliter dispositum fuerit consuetudine, pacto, vel priuilegio.*

2 *Priuilegia, & pacta specialia super dominio Iudæorum, & eorum bona valida sunt.*

3 *Traditur limitatio ad vsaticum,* Hoc quod iuris est sanctorum.

4 *Iudæi sunt serui, licet non omnino, pro vt num. 7.*

5 *Iudæi, & Sarraceni habent possessiones proprias, & sunt sub pace, & trenga.*

6 *Iudæi possunt habere seruos.*

8 *Iudæi non possunt habitare nisi in locis Regijs, absq. licentia domini Regis, nisi vigeat consuetudo in contrarium.*

9 *Iudæi nequeunt de per se exercere officia publica, nec tenere locum Vicarij, nec Baiuli, nec esse Assessores.*

10 *Venditis iuribus regalibus, Iudæis Christianus est præficiendus, non suspectus, qui illa colligat.*

11 *Iudæi qui & vnde dicantur traditur ex beato Raymundo de Penaforti.*

12 *Iudæi prius dicebantur Hebræi.*

13 *Iudæi sunt sub protectione pacis, & trengæ, & sub fide, & custodia Principis Cathaloniæ.*

14 *Serui Iudæorum baptizati dantes duodecim solidos libertatem consequuntur.*

15 *Iudæi possunt testari, & contractare de immobilibus inter alios Iudæos, inter Christianos autem vel alios, non, nisi obtenta licentia Principis.*

16 *Sarraceni qui, & vnde dicantur, traditur ex beato Raymundo.*

17 *Inter Sarracenos computantur Samaritani.*

18 *Filij Iudæorum an possint auferri inuitis parentibus, vt baptizentur, idem traditur num. 19. & 20.*

21 *Iudæus promittens se baptizari, & postea recusans an compelli possit, & quomodo hoc intelligendum. n. 22. 23. 24. & 34.*

25 *In fide instructus, & promittens baptizari, Christianus, fidelis & Catholicus dicitur.*

26 *Contractus ab initio sunt voluntarij, ex post facto vero necessarij.*

27 *Votum quamuis à principio sit voluntarium, post emissionem tamen est necessarium.*

28 *Nullum votum est magis obseruandum, quam illud de fide suscipienda, & tenenda.*

29 *Summa est ratio, quæ pro religione facit.*

30 *Deceptus dici non potest, cuius conditio melioratur.*

31 *Deceptus non dicitur guidatus si capiatur, ne à suis inimicis offendatur, vel vt cogatur ad pacem.*

32 *Si promittens baptizari amens fuerit effectus, non mutata tamen voluntate, baptizari poterit. & ratio traditur. num. 33.*

1 I*Tem, quod Iudæis*, &c. Casus, † Iudæi, & Sarra-
ceni sunt domini Regis, etiam si morentur in
terris aliorum, nisi secus de cōsuetudine, pacto, &
priuilegio habeatur *hoc dicit*. Nota, quod hic sta-
tuitur, quod Iudæi & Sarraceni commorantes in
Castris, & villis, sunt illorū dominorum, qui eos
habere cōsueuerunt, eo modo quo antiquitus fuit
obseruatum, saluis priuilegijs, & pactis specialı-
2 bus cuicūq. notis, † priuilegia & pacta specialia
valere super dominio Iudæorū, vt hic, & ita for-
3 tius debet valere circa bona ipsorū. & per † hoc
ca. debet limitari *vsat. hoc q iuris est sanctorū*. Nota
3 hic † ergo, q Iudæi sunt serui. Ita dicit *S. Tho. &
Ioan. in summa confes. lib. 1. tit. 4. q. 9.* super hoc vide
quæ notata *d. Iac. de Cal. in sua Marg. fisci in 8. dub.
vers. 144. & in suo curiali in 7. dubio* 144. Nota ta-
men,

5 men, quod † Iudæi & Sarraceni habent possessiones proprias, & sunt sub pace, & treuga, vt in cōstitutione pacis, quæ incipit, *Notum sit cunctis*. §. *Item sub hac pace sunt Iudæi*, &c. & in cōstitutione pacis, *ab honore*. §. *Item sub hac pace sunt Iudæi*, &c.
6 Possunt † etiam habere seruos, *vt extra eod. tit. c.* 1.
7 *&* 2. *cum suis concor.* Vnde † non sunt vere serui omnino; quia testari possunt, & cōtrahere, ac pos-
8 sidere, & quo velint recedere: sed † non possunt habitare, nisi in locis Regijs, absq. licētia domini Regis, nisi sit consuetudo, vt hic dicitur; & ideo
9 non † possunt de perse in eorum personis exercere officia publica, videlicet iudicis, vel executoris; vt in *curia Regis Iacobi I. cap. Itē irrefragabili.* nec possunt tenere locū Vicarij, nec Baiuli, nec esse Assessores: vt in *curia Regis Alfonsi Montissoni. cap.* 24. Et idem est de iure communi *extra de Iudæis cap. cum sit nimis.* vbi præponentes Iudæū, vel Paganum publicis officijs, puniuntur: & *eod. tit.*
10 *cap. ex speciali.* vbi adijcitur, quod † si regalia iura Iudæis vendantur, debet præfici Christianus, qui
11 illa colligat, non suspectus. Quæro † hic, qui dicuntur Iudæi, vnde dicantur? Resp. secundū *Raymundum de Penaforti*, Iudæi dicuntur, qui legem Mosaycā ad litteram tenent, se circuncidendo, & alia legalia faciendo. Et dicuntur Iudęi à nomine dignioris Tribus, scilicet Iudę filij Iacob Patriar-
12 chæ. Prius † autem dicebantur Hebræi, ab Heber, cuius familia cultum tenuit vnius Dei, cæteris idololatria fœdatis, concordat *Hostien. in Summa eod. tit.* §. 1. 2. & *Ioā. in Summa Confes. lib. 1. tit. 4.*
13 *q.* 1. Nota, † q̄ Iudæi, & Sarraceni sunt sub protectione, pace, & sub fide, & custodia Principis Cathaloniæ, & debent morari in locis Regijs, & non in eis locis Baronum & aliorum, nisi ex priuilegio, vel consuetudine: *vt in hac constit.* vide latius, quæ notat *Iac. Cal. in Marga. fisci 8. dubio. vers.*
14 164. Itē nota, † q̄ serui Iudæorum si baptizentur, dando 12. solidos, consequuntur libertatem: *vt supra ead. c. 33. Item statuimus, quod Sarraceni Iudæo-*
15 *rum*, &c. vide quæ ibi scripsi: quoniam † Iudæi possunt testari, sed inter Iudæos tantum, & non possunt de immobilibus contractare, nisi inter Iudæos, nec alienare in Christianos, vel alios,
16 quā in Iudæos, sine licētia Principis. Quæro † etiam, qui dicantur Sarraceni? Resp. secundū Raymūdū, quod illi, qui nec nouū, nec vetus Testamētū recipiunt: qui non ab Agar ancilla Abrahæ (de qua eorum fuit origo) se volebant nominari; sed potius à Sarra vxore eius libera Sarracenos se appellauerūt; cum magis dici debeant Agareni.
17 Inter † Sarracenos vero sunt quidā, qui dicuntur Samaritani, à Samaria ciuitate, qui recipiūt quinq. libros Moysis, sed Prophetas respuunt *secundum Ioā. vbi supra q. 2.* ¶ Sed cū dictū sit, Iudæos & Sarracenos fore seruos Regū & dominorū tēporaliū,
18 quibus subsunt, quæro † vtrū possint eis auferri filij eorū, qui nondū sunt baptizati, vt baptizētur? Resp. secundū *Archi. in Rosar. dis. 45. c. qui sincera*, quod adulti nō debent, nisi cōsenserint spōte baptizari. Sed si veri nominis serui sunt Iudęi, sicut & sunt, sicut credo. *Genes. 9. Maledictus Canaā seruus sit fratrū suorū. 24. q. 4. §. sed qui. 23. q. 8. c. dispar. extra de Iudæis c. sicut.* Principes, quorum serui sunt ipsi Iudæi, possent eis auferre filios paruulos absq. omni iniuria, cū illi in filijs nō habeant potestatē tāquā serui, vt patet in eo q̄ legitur & notatur *32. q. 4. c. recurrat.* alias *32. q. 3. in summa, & in*
19 *c. pati ē gl. sponsa enim, & 30. q. 5. c.* 1. Et † sicut ijdē Principes possent eos paruulos tāquam mācipia sua alijs dare, vel reddere in seruitutem inuitis parentibus; ita possent eos auferre & baptizare: & in hoc mererentur, secūdū ipsum Archi. dūmodo hoc non faciāt propter cōpellēdos hoc modo parentes, sed propter saluādos pueros, propter fidei sacramētū; ad cuius perceptionē sufficit, quod nō inueniāt obicē contrariæ voluntatis. Alij dicunt contra per id quod notatur *28. q. 1. c. Iudæorū.* Nā
20 ad † fidem nullus cogitur. *45 dist. ca. quid autē, & ibi gl.* Sed illud intelligit Archi. cum determinatione eius quod prædixit, Sed S. Tho. in 2. 2. *art.* 12. dicit simpliciter, q̄ non licet paruulos infideliū inuitis parentibus baptizare. Sed qn̄ ad annos discretionis peruenerint, possunt fidem suscipere etiā inuitis parentibus: dicit enim idē Thomas, q̄ consuetudo Ecclesiæ maximā habet auctoritatē, quæ semper est in omnibus sequēda: hoc autē Ecclesiæ vsus nunquā habuit q̄ Iudęorū filij inuitis parētibus baptizarentur, quāuis aliquādo fuerint Principes potētissimi, quibus familiares fuerint sanctissimi Episcopi, vt Siluester Cōstantino, & Ambrosi⁹ Theodosio, qui nullo modo hoc prętermisissent ab eis impetrare, si hoc esset consonū rationi, & ideo periculosum videtur hanc assertionē de nouo inducere: vt Iudæorū paruuli inuitis parentibus baptizētur. Et est huiusmodi duplex ratio. Vna propter periculum fidei, quia baptizatus ante vsum rationis de facili ad persuasionem parentū subuerteretur. Secūda, quia filij ante annos discretionis secundū naturalē iustitiā debēt esse sub cura parentū. Et idem tenet ipse Thomas in quadā quæstione *de quodlibet*: cui cōcordat *Ioā. in Summa Confess. lib. 1. tit. 4. q. 4. vbi vide in quæstionibus ibi sequentibus* satis ad plenū circa materiā Iudęorum, & Sarracenorum, & de seruis eorum, de quibus dixi *supra ead. curia cap. 33. Item statuimus,*
21 *quod Sarraceni.* ¶ Sed pone, † quidam Iudæus, vel infidelis promisit se baptizaturum; postea renuit, nunquid poterit compelli baptizari inuitus? Ad
22 hoc vt melius videas, subijcio hic † bullam domini Martini bonæ memoriæ Papæ Quinti.

¶ Martinus Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuā rei memoriam. Veram Christianitatis fidem habere non creditur, qui ad Christianorū baptisma non spontaneus, sed inuitus cognoscitur peruenire. Consideratione itaque præmissorū inducti, necnon vniuersorū Iudæorum in Hispaniarū partibus cōmorantium precibus inclinati. [Nota quod Papa hic se inclinauit precibus Iudæorum, vt Iudæi per Christianos ad baptismum susci-

suscipiendũ inuiti compelli non possint, etiam si Iudæi ipsi cuiquã promissionem fecerint, nisi in actu baptismi constet de personæ baptizãdę libera voluntate, nec propterea aliquam pœnã incurrat.] Auctoritate Apostolica statuimus per præsentes, cõstitutionibus Apostolicis, ceterisq. cõtrarijs nõ obstantibus quibuscũque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã nostri statuti infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit; indignationem omnipotentis Dei, & beatorũ Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datũ Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem 12. kalẽdas Octob. Pontificatus nostri anno 4. ¶ Ex quo statuto Apostolico videtur correcta decretal. *extra de Iudæis c. sicut.* Sed pro cõcordia, & intellectu prę missorum, ex ipso statuto, tres elicio cõclusio-
23 nes: Prima † est, ꝙ nullus Iudæorũ inuitus debet cõpelli ad recipiẽdũ baptisma, & hoc etiã clarũ erat in iure, vt *extra de Iudæis, c. sicut*, & 45. *dist. c. qui sincera*, &c. *de Iudæis.* Et dicitur inuitus qui nũquam consensit, vt *extra de bap. cap. maiores, & l. inuitum. ff. de serui. vrba. predi.* & talis si de facto baptizetur, non recipit caracterem, vt in *alleg. cap. maiores*, & nota per *glos. & Doct. in iuribus prealleg. & extra aposta. c. quidã*, & in hoc nil noui statuitur per dñm Marti. hic & ita plane seruari debet. *ar.*
24 *extra de fide instru. c. pastoralis.* Secunda † cõclusio est, quod Iudæi inuiti ad baptismum cõpelli non possunt, etiam si inde promissionem fecerint. Et si intelligas, ꝙ promissionẽ inuiti fecerint, planum est per iura superius allegata: quia si non valeret baptismus inuiti; sic nec promissio valet extorta ab inuito, & ita intelligendo nullũ est contrariũ, & ita credo intelligendum, vt vitetur iurium correctio, quia expedit iura iuribus concordari. vt *extra de Eccle. cap. cum expediat. lib. 6. cum suis cõcor.* Non enim credendum est dñm Papam vnico verbo voluisse tollere iura antiqua, tot vigilijs, & maturitatibus à sanctis Patribus ob zelum fidei condita, vt *extra de elec. cap. Ecclesia vestra, & C. de inoffi. testam. l. si quãdo.* Si vero intelligeretur; quod si Iudæus sponte volens baptizari promiserit se facturum Christianum, & recepturum sacrum baptisma, sed postea contradicat, & renuat baptizari; ꝙ talis nullatenus possit cõpelli: dico quod si intelligatur de coactione absoluta, planum est; & credo ꝙ bene, quia in actu baptismi requiritur voluntas libera, saltem à coactione absoluta, vt si quando presbyter dicit: Vis baptizari, Iudæus dicit: Nequaquã, certe talis inuitus nõ debet baptizari, quia nec recipere caracterem, & ita etiã intelligendo nullum est contrarium; sed si velis intelligere ꝙ propter spontaneam promissionẽ, nullam exactionem, vel pœnam patietur, tunc videtur contradictum *cap. sicut extra de Iudæis*, vbi dicitur sub ijs verbis: *Si quis autẽ ad Christianos causa fidei confugerit, postquã voluntas eius fuerit patefacta, Christianus absq. calumnia efficiatur*, quod dicit; si talis catechumenus postea contempserit bapti-
25 zari, puniatur; quia ex † quo in fide instructus promisit, & voluit baptizari, Christianus dicitur, vt 28. q. 1. c. caue. & fidelis dicitur. vt notat *glos. in c. 1. 30. q. 1.* & Catholicus est, vt *de con. dist. 4. cap. catechumenum.* Si ergo postea contemnendo sacrum baptismum retrocedere voluerit, perfidus erit, & calumniosus; ideo debet cogi, taliter vt Christianus efficiatur, idest, cum effectu fiat, & perficiatur, hoc est perfecte fiat. Et dicit *Innoc.* super verbo *patefacta* subaudiri, quod apparet ex eo, quod vult baptizari. Et credo, quod satis confugit ad Christianos causa fidei, qui sponte alicui Christiano promiserit se facturum Christianum, & recepturum baptisma, & voluntas eius patefacta erit, si liquido talis promissio spõtanea probetur. Qui ergo talem spontaneam promissionem fecerit, debet effici Christianus *iuxta dictum cap. sicut, quod est decretum. Cle. 3.* Et nota, quod dixit, *absq. calumnia Christianus efficiatur*, quod dicit, quod ex quo semel, & sponte fieri voluerit Christianus, non poterit vlterius calumniari, vt calumniando promittere permittatur impune: quia ex quo spontaneus fidem promisit, & fidelis animi destinatione dicitur: quia eius voluntatem declarauit; tunc cogi poterit, vt denuo fiat volens. & sic conditionaliter factus volens, sicq. sponte, & voluntarie baptizatus recipit caracterem, quia conditionaliter volens satis recipit caracterem & non potest vlterius resilire, nec apostatare impune. Immo si fidem sic susceptam irritam fecerit, tanquam hereticus, & apostata punietur,
26 & compelletur iuris remedijs, sic enim in † contractibus, & obligationibus est, quod licet ab initio nullus cogatur contrahere, vel se obligari inuitus: tamen ex quo semel contraxerit, vel se obligauerit, cogetur, & non poterit resilire.
27 vt *C. de ac. & obl. l. sicut.* Sic † est etiam in voto, quod ab initio est voluntarium, sed post emissionem est necessarium, iuxta illud, *vouete, & reddite*, &c. vt extra *de voto, & voti redemp.*
28 *cap. magne. §. & quidem.* Et nullum † est votum, quod magis debeat obseruari, quam votum de fide suscipienda, & tenenda, per quam quis
29 habet saluari; & summa est † ratio, quæ pro religione facit. *ff. de relig. & super fu. l. sunt perso-*
30 *na*: & non † potest dici deceptus, cuius conditio melioratur. vt *extra, quod metus causa, c. cũ dilectus, & in c. dudũ, de cõuer. cõiu.* ꝙ facit pro gui-
31 daticis; quia † non dicitur deceptus simpliciter guidat*, si capiatur, ne à suis inimicis offendatur, vel ad pacẽ cogatur. Nã, & furioso non redditur gladius cõmodatus. vt 22. q. 2. c. *ne quis arbitretur.*
32 Præterea †, qui sponte se baptizari promiserit; & sic declarauerit animum suum se habere fidem, & velle baptizari; si postea non mutata voluntate dormiat, vel fiat amens, poterit baptizari, & recipiet caracterem. vt *alleg. cap. maioris §. queritur.* Immo; & si interim non habita opportunitate baptizandi moriretur, saluus fie-
33 ret in fide. Ita quod † in gratia Dei fuit ex quo

quo fidem habuit: quamdiu sacramentũ non contempsit. vt in *cap. non dubito. de con. di.* 4. vide quæ ibi notãtur per *glo.* & *Gui. in Rosario.* Si ergo postea Sacramentum Baptismi contempserit, hæreticus videtur, & apostata, sic resiliendo à fide taliter spõte promissa, & omni destinatione, ac declaratione suscepta, & per consequens videtur quod
3 4 poterit puniri. Quomodo † ergo dicitur in statuto Martini, *nec propterea aliquam pœnam incurrant?* Certe salua domini Papæ, & sanctæ Ecclesiæ determinatione, mihi videtur credendum, quod de tali sponte ab initio promittenti, non intellexerit: cum alias generaret absurdum intellectũ, quia iam peccata remanerent impunita: & via peccãdi, & crimina cõmittendi aperiretur, & daretur Iudæis, & perfidis materia, & occasio blasphemãdi, deridendi, & deludendi Fidem Christianam, quod non est ferendũ. Et per hæc videtur etiam soluta, seu declarata tertia conclusio, quæ habet, quod Iudæus propterea, quia non vult complere promissionem factam, pœnam nõ incurrit; quod intelligo de promissione coacta, seu ab inuito extorta, quia talis promissio nõ fuit obligatoria. Si vero de promissione sponte ab initio, & sine coactione per Iudæũ facta etiam intelligeretur, tunc esset contra dictũ cap. sicut & contra ius, & iustitiã videri meo: & ideo non credo, quod de spõtanea promissione rupta dictũ statutũ intelligatur, licet praui Iudæi, & eis fauẽtes, taliter statuta interpretantes, ipsum statutũ intelligere velint de quacumq. promissione etiam sponte facta. Sed si ad litteram statuti bene aduertatur, & ad proœmiũ statuti, semper intellexit Papa de inuito, ita quod inuitus non cogatur, etiam si inuitus promissionem fecerit, quia non dixit, *etiam si sponte promissionem fecerit*. Vnde ibi repete, *etiam si promissionem fecerint*, supple, & repete, *inuiti.* Quæ tamen, & omnia dicta nostra pariterq. scripta hic, & vbiq. etiã scribenda subijcio correctioni & determinationi sanctę matris Ecclesiæ Romanæ, & domini Papæ; ego Thomas, non ille sanctus de Aquino. Deo gratias. Hic cõmode potest inseri quoddam priuilegium domini Regis Alfonsi datũ Barcinonę 28. Iunij anno à Natiuitate Domini 1419. quod est registratum in curia Gerundæ 18. Iulij dicti anni. Et ibi habes qualiter Iudęi valeant de bonis suis disponere.

De prohibita emptione Regis. Cap. LIII.

SVMMARIVM.

1 *Rex non potest emere allodium intra terminum castri Baronis, vel alterius, sine consensu domini ipsius castri, in pignus tamen accipere sic nu. 2.*

3 *Rex non potest emere terras in litigio positas.*

ITem statuimus, concedimus, & etiã ordinamus, quod nos, vel successores nostri, &c. Dicitur hic † quod
1 dominus Rex non potest emere allodium infra terminos alicuius castri Baronis, vel alterius; quod intelligo, sine consensu domini ipsius ca-
2 stri, cuius interest. Non † idem forte est de pignore, per *l. in quorum finibus. ff. de pignoribus.* & ibi
3 notata per *Ang.* Eodem † modo dominus Rex non potest emere terras in litigio positas. vt infra *ead. curia. c. Item quod nos, vel filij.* adde notata in *l. penult. ff. de pac.* adde quæ notantur *collat. 6. curia Cervariæ. cap. ordinamus præterea.* Item adde quæ notat *Do. Iacob. de Cals. in Margarita Fisci. dubio 4. versic. 29.*

De iuribus castrorum. Cap. LIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vicariæ sunt distinctæ, & duo Vicarij esse non possunt infra terminos castri, & quomodo intelligatur. nu. 2.*

3 *Explicatur quare duo Vicarij esse non possint infra terminos, & quare non dicitur,* infra terminũ, *in numero singulari.*

1 *ITem † quod Vicariæ sint distinctæ, & duo Vicarij infra alicuius castri terminos non vtantur.* Breuis, & clara est hæc constitutio. adde quæ nota. *supra ead. Item quod Vicarij nostri.* vbi posui materiam castrorum. adde etiam quę nota. in *vsat. hoc quod iuris est sanctorum.* & adde infra *collat. 4. in prima curia Barcinonæ. cap. Item quod aliquis locus.* vide *in curia Gerundæ. cap. 3.* Et nota quod dicit *terminos* in plurali, quia hic accipiuntur pro finibus, & limitibus castri, & faciũt pro ijs quæ scripsi supra *ead. cap. 43.* super verbo *territorium,*
2 seu *terminum*, quia † hæc loquitur de castris, in quibus Vicarius Regius exercet iurisdictionem, & tamen non debet esse castrum de duobus Vi-
3 carijs. Et † notanter dicit, *infra terminos,* & non dicit, *infra territorium, vel terminum castri*: quia in territorio castri, in quo dominus castri habet iurisdictionem, non debet vti Vicarius, nisi pro regalijs tantum. Sed hic præsupponit indistincte, quod vnus tantum Vicarius vtatur infra terminos alicuius castri suę Vicariæ, quia vt dixi in *alleg. cap. 43.* omne castrum, sicut omne prędium habet suos fines, terminos, siue limites; sed non omne castrum habet territorium neq. terminum: nisi fuerit ab antiquo terminatum per mollonos, vel alia signa territorium denotantia fixuratum.

De foro militum. Cap. LV.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio hæc est valde notabilis tanquam cõtinens regaliam domini Regis, & priuilegium fori militaris in personis.*

2 *Miles vel persona generosa capiens militem, vel personam generosam, non debet eam abscondere, sed tenere publice, vt quicumq. declinans possit eam videre. & quomodo id procedat, traditur, nu. 13.*

3 *Homo ciuis vel burgensis nõ habet priuilegiũ quod possit capere militem.*

4 *Casus, in quibus liber homo possit capi, traduntur remissiue.*

5 *Miles seu persona generosa capta, per militem debet restitui domino Regi.*

6 *Citatio siue requisitio facta militi capienti militem, & illũ captũ detinẽti, fieri potest in loco domicilij illius.*

7 *Rex ex sua Regia regalia habet iurisdictionem vbilibet per totam Cathaloniam in omnibus de brachio militari, tã in ciuilibus quã in criminalib⁹. & traditur*

pro

pro eo littera emanata à curia Vicarij Gerũdæ. n.8.
9 *In regalijs non seruatur constitutio volens milites citari cum termino 26. dierum.*
10 *Regia prouisio pro veritate prædictorum traditur.*
11 *Homines de paratico in ciuilibus, & criminalibus sunt de foro domini Regis. idem nu.12.*
14 *Milites ex praua consuetudine possunt se guerrifacere, & damnificare impune, & exinde non tenentur de damnis sibi adinuicem datis.*
15 *An milites teneantur Reipublicæ, vel alijs de damnis in guerra, quam sibi adinuicem faciunt, remissiue.*
16 *Remissio in criminalibus qualiter, & quando facienda sit, traditur.*
17 *Dominus Rex potest petere, & recuperare milites captos ab alijs militibus.*
18 *In Cathalonia nullus potest punire milites, nisi dominus Rex, & sui Vicarij.*
19 *Consuetudo est optima legum interpres.*
20 *Regalia excepta censentur ab omnibus constitutionibus generaliter seu simpliciter loquentibus; dummodo non fiat de eis mentio specialis.*
21 *Ampliatio regulæ prædictæ traditur.*
22 *Comites, Prælati, & alij iurisdictionẽ habentes in diœcesi Gerundæ, quoad ciuilia, & quoad bona militum, & hominum de paratico, de facto sibi vsurpant iurisdictionem.*
23 *In diœcesi Gerundæ licet milites, & generosi homines degẽtes in terris Baronum trahantur ad forum Vicarij, & Iudicis ordinarij, Vicarius tamen de facto non consueuit intrare per se, & suos sagiones iurisdictiones Baronum ad effectum faciendi exequutiones, sed requirit Barones, vt exequutionem faciant in dictis bonis sub comminatione marchæ.*
24 *Dominus Rex, non obstante vsu contrario, potest vti sua regalia cõtra milites degentes in terris Baronũ.*
25 *Dominus Rex potest reuocare consuetudines, per quas Barones exercent iurisdictionem in bonis militũ, & hominum de paratico.*
26 *Vicarij iurisdictionem habent tam in ciuilibus, quã criminalibus contra Barones, milites, & alios iurisdictionem habentes, limitatio traditur nu.27.*
28 *Vicarius Comitatus non habet iurisdictionem in militem dominum castri iurisdictionem habentem in castro, nisi in causa feudi.*
29 *Non eris illusus, si seruas, quod tenet vsus.*
30 *Malus vsus non est seruandus.*

ITem quod nullus miles, vel filius militis, &c. Ista
1 constitutio † est valde notabilis, & vulgata, & continet regaliam domini Regis, & priuilegium fori militaris in personis: de qua dixi supra *ead. curia cap. Itẽ quod si aliquis conqueratur de aliquo Barone*, &c. vide quæ ibi dixi. & quæ sint priuilegia militum, vide *Iacob. de Calicio in vsat. placitũ mandetur in 4.q. & in 5.q.* Et limita hanc constitu. per vsat. per bonũ vsat. vt ibi scripsi. Et præsens constitutio potest diuidi in tres partes. In prima qua
2 rum dicitur, quod † nullus miles, vel filius militis, vel persona generosa debet abscondere militem, vel personam generosam, si eam ceperit; sed debet tenere publice. Quid est quod dicit, publice? Respondeo, secundum *Iacob. de Calicio in 7. q. prin. su Viridarij militiæ.* quod debet teneri in euidenti coram omnibus, ita quod quicumq. ibi declinans possit eum videre. *alleg. nota. in glos. cap. 1. de sepul. in cle. super verbo publice. & l. hæredes palam*
3 *ff. de testa. cum sy.* Item quærit † an homo ciuis, vel burgensis habeat hoc priuilegium, vt possit capere militem, & dicit quod non. *vide per eum*
4 *latius vbi supra.* Et ita † in hoc cap. est vnus casus in quo liber homo potest capi, alios vide supra *ead. cap. 28. & cap. 29. vide quæ in eis dixi.* In secunda parte, ibi, *& cum nos ipsam*, dicitur quod di
5 cta † persona militis, vel generosi, quæ capta tenebitur, debet restitui domino Regi secundum regaliam. In tertia parte ibi, *& suscipiat*, dicitur,
6 quod † citatio siue requisitio ratione dicti capti facta, potest fieri in loco domicilij captum detinentis. ¶ Nota, & signa litteram, ibi, *secundum regaliam nostram*, quia vt dixi in *cap. præalleg.* do
7 minus Rex † ex regalia habet iurisdictionem in omnibus de brachio militari vbique per totam Cathaloniam, tam in ciuilibus, quã in criminalibus. De quibus probatur hic ratione personæ, & ad hoc communiter allegatur, licet verba huius constitutionis videantur loqui, seu intelligi de captione quæ fit à priuatis militibus, forte ratione guerrç, quam inter se facere possunt de iure. & vsantia huius patriæ; super quo vide notata per dominũ *Iaco. de Calicio in Viridario militiæ in 7. q. principali in principio. & quasi per totã.* Et vide *vsat. de magnatibus*, alias *ex magnatibus, in §. Et si milites*. Sed vidi practicari etiam in facto criminali ratione captionis factæ per officialem Episcopi de quodam domicello infra iurisdictionẽ ipsius Episcopi Gerundę populato, pro cuius requisitione emanauit ã curia honorabilis Vicarij
8 Regij Gerundæ littera † sequens. ¶ Narcissus de sancto Dionysio, miles Vicarius Gerundæ, & Bisulduni, honorabili Francisco de Vlmis Baccalaureo in Decretis, Canonico, & Officiali Ecclesię Gerundeñ. & alijs quibuscunq. iurisdictionem exercentibus pro Reuerendo Episcopo Gerundeñ. in locis de Vltramorte, & de Ruppiano, & cuilibet ipsorum, Salutem pariter, & honorem clamore valido pro parte venerabilis Iauffridi de Assalit, alias de Finestris domicelli in dicto loco de Vltramorte domiciliati nostris auribus propulsato percepimus, quod licet ipse Iauffridus fuerit, & sit homo de paratico, & pro tali se gesserit, & nominauerit, fuerit, & sit habitus palam, & publice, & per consequens iuxta constitutiones Cathaloniæ, & vsaticos Barcinonæ ipse Iauffridus, & alij homines de paratico in criminalibus, & in personis immediate fuerint, & sint de foro domini Regis, & Vicariorum, in quorũ Vicaria degunt, licet populati in terra Baronum: Attamen vos dñs honorab. Officialis Ecclesiasticus, tãquam exercens iurisdictionẽ in dicto loco de Vltramorte nomine dicti Reuerẽdi Episcopi, ipsum Iauffridũ hominem de paratico de foro domini

domini Regis insolidum existentem, & infra limites Vicariæ Gerundæ domiciliatum violēter cepistis, & eundem captum personaliter manu armata à dicto loco de Vltramorte ad locum de Ruppiano adduxistis, & ibidem captum detinuistis, & detinetis scienter. Et licet fueritis, & sitis de præmisis notorijs certificati, & fueritis etiam requisiti, & interpellati, vt ipsum Iauffridum ad nos tanquam ipsius Iauffridi ordinarium remitteretis, ipsum tamen remittere recusatis. Et propterea die data huiusmodi venerabilis domina Costantia mater dicti Iauffridi, vt coniuncta persona, & tanquam procuratrix dicti filij sui, comparens coram nobis firmauit ius, & de iure in posse nostro tanquam iudice ordinario dicti sui filij pro 10. solidis, & augmento iuris facere complementū vobis dicto honorabili Francisco de Vlmis, officiali prædicto exercenti iurisdictionem in dictis locis de Vltramorte, & de Ruppiano, & alijs officialibus dicti domini Episcopi, qui vobiscū interfuerunt in captione dicti Iauffridi super omnibus actionibus, &c. Largo modo cum suis clausulis vniuersis, ad quam iuris firmā petijt, & requisiuit se nomine dicti sui filij, & dictum suum filium admitti, & rigurose cōtra vos, & alios, qui dictum Iauffridū captū teneant, procedi iuxta constitutiones Cathaloniæ, & vsaticos Barcinonę, vsum, practicam, & obseruātiam eorundem, & stylum in similibus obseruatū. Nos itaq. attendentes, & cōsiderantes, quod dictus venerabilis Iauffrid⁹ gaudere debet, & cōsueuit priuilegio militari, & iuxta priuilegium militare, & constitutiones Cathaloniæ generales, & vsaticos Barcinonæ, personæ gaudētes priuilegio militari, licet fuerint domiciliatæ in terra quorumcunq. Baronum, fuerint, & sint de foro, & iurisdictione domini Regis, seu illius Vicarij Regij, in cuius Vicaria, seu terminis ac limitibus, eiusdem, terra illius Baronis sit situata. Et si quis Baro, vel miles teneat personas generosas, captas, requisitus, & citatus pro parte domini Regis, ex regalia habet ipsas domino Regi restituere. Et cum loca de Vltramorte, & de Ruppiano, & tota siquidem terra dignitatis Episcopalis, etiā vltra & citra flumen Fluuiani fuerint, & sint infra limites Vicariæ Gerundæ situatæ, & per consequēs personæ quæcumq. de genere militari, & generosæ, & dicto priuilegio gaudentes in eisdem locis, & terra populatæ, & domiciliatæ fuerint, & sint solum, & insolidum de foro, & iurisdictione Vicarij Gerundæ, iure noto, & inconcusse obseruato, & nostro examini, & iudicio earum cognitio nomine domini Regis pertineat, & spectet iuxta dictas constitutiones Cathaloniæ, & vsaticos Barcinonæ; & Procurator Fiscalis curiæ nostræ pro obseruatione iurium, & regaliarū, ac iurisdictionis domini Regis se immiscuerit in prædictis, petieritq. & requisiuerit contra vos rigide procedi, prout cōstitutiones Cathalonię generales, & vsatici Barcinonæ mens, practica, & obseruantia eorundem exposcunt, taliter iura regaliæ, & iurisdictio domini Regis reintegrentur prout decet. Quapropter instantibus, & requirentibus dictis Procuratore Fiscali pro interesse domini Regis, & dicta venerabili domina Costantia matre dicti Iauffridi, nominibus prædictis dictam iuris firmā, & alia præmissa vobis tenore præsentiū intimantes; ex parte domini Regis, & auctoritate officij quo fungimur in hac parte de Cōsilio honorabilis Ioānis Raphaelis in Legibus Licētiati ordinarij nostræ curiæ vos requirimus, ex nostra deprecamur attente, quatenus visis præsentibus dictū venerabilē Iauffridū de Assallit, alias de Finestris, hominem de paratico nobis tanquam suo ordinario sub debita, & in similibus assueta custodia licite, & honeste remittatis, vna cum processibus per vos cōtra ipsum factis, si qui sint, seu illorum copiam fidem ferentem, quoniā nos parati sumus soluere missiones debitas pro prædictis, & de eo vobis reddere iustitiam congruentē, ipsumq. punire, si puniendus fuerit. Et si dictam requisitā remissionē nobis facere recusaueritis, quod nō credimus, attentis constitutionibus Cathaloniæ, & alijs prædictis, certificamus vos, quod pro defensione iurium regaliarū, & iurisdictionis domini Regis procedemus contra vos prout tenemur iuxta practicam hactenus in similibus obseruatā. Datum Gerundæ prima die Aprilis anno à Natiuitate Domini 1427.
9 Nota † quod in istis regalijs non seruatur cōstitutio, quæ vult milites citari cum spatio 26. dierum, vt in *cap. Item si conqueratur de milite. supra ead. c. 45.* vide infrà *coll. 4. infra in curia Barcino. c. Item si forsan, in fin.* Et vidi in audientiā domini Ioannis de Beaumont Locumtenētis domini Regis Castellæ, vbi votarūt multi milites, & ciues laici, quod pro causa contra capitaneum Comitem Pallariensem, quę erat causa guerræ, & de spoliatione, & viola. constitu. non habuerit hanc dilationem 26. dierū, sed alias arbitrio dicti Locumt. Ita quod regalia est excepta à generali constitutione, quæ loquatur sub generalitate verborū. vide *infra, hec enim est vna.* Huic Epistolæ fuit responsum, & tandē facto processu fuit dictus Iauffridus iuxta dictā requisitionē restitutus. Sed anno sequenti idem Iauffridus fuit captus per officiales villæ Castilionis Impuriarum, qui quia à dicto Vicario Gerundæ requisiti illū restituere recusabāt, ideo fuit ibidē emanata
10 quædā prouisio † Regia tenoris sequētis. ¶ Alfonsus Dei gratia Rex Aragonū, Siciliæ, Valētię, Maioricæ, Sardin. & Corsicæ, Comes Barcinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ: ac etiam Comes Rossilionis, & Ceritaniæ. Dilecto nostro Bernardo de Raseto militi Vicario Gerundæ, & Bisulduni, vel eius Locumten. Salutem, & dilect. onē. Litteris, & processu per vos nostræ Maiestati transmissis perpendimus: quod officiales, & Rectores villæ Castilionis Impuriarum nuper ceperunt, & captum, & incarceratum detinuerunt, & detinent fidelem nostrum Iauffridum de Fine-

Finestris hominem de paratico in Vicaria Gerũ-
dæ domiciliatum, quem licet debite requisiti, &
instati ad nos remittere noluerunt, veniendo, &
faciendo contra constitutiones Cathaloniæ ge-
nerales, & vsaticos Barcinonæ, quibus cauetur
11 quod homines † de paratico in criminalibus, &
etiam in ciuilibus, vt dixi latius supra *ead. ca.* 55.
Item quod si aliquis conqueratur, ex regalia nostra
immediate sunt foro, & iurisdictioni nostris sub-
missi; & ob id Subuicarius Gerundæ per suas lit-
teras procuratori, & alijs officialibus dictæ villæ
scripsit, eosdem requirendo, vt ipsum Iauffridum
de foro nostro existentem ad ipsum Subuica-
rium nomine nostro remitterent, quas litteras di-
ctis officialibus præsentandas per suos nuntios
destinauit, qui dum fuerunt in dicta villa propter
inobedientias, metus, & terrores per habitatores
dictæ villæ eis temerarie illatas, seu comminatas
ipsis officialibus præsentare minime potuerunt,
quæ in vilipendium, eneruationem, & præiudi-
cium iurisdictionis, & regaliarum nostrarum vi-
dentur proculdubio redundare: propterea vo-
lentes super præmissis debite prouidere, Vobis
dicimus, & mandamus de certa scientia, & ex-
presse sub incursu nostræ indignationis, & iræ,
quatenus visis præsentibus, per vestras litteras,
seu alias, vt vobis melius videatur, procurato-
rem, & cæteros officiales ac Rectores dictæ villæ,
nostri ex parte requiratis; quatenus iam dictum
Iauffridum de Finestris de foro nostro ex regalia,
vt præfertur, existentem, vobis (ergo non dabun-
tur hoc 26. dies, qui per constitutiones dantur in
causa ciuili, iuxta *vsat. placitum mandetur. & supra
ead. cap. Item quod si aliquis conqueratur*. quia illa iu
ra non habent locum in causa criminali, nec in
regalijs, & ita communiter tenetur,) indilate re-
mittant, prout dictæ constitutiones Cathaloniæ,
& vsatici Barcinonę exigunt atq. volunt; quod
si forsan facere distulerint, seu recusauerint, pro-
cedatis contra ipsos rigide, prout decet, quemad-
modum per dictas constitutiones Cathaloniæ ge-
nerales, & vsaticos Barcinonæ, ac vsum, & practi-
cam in similibus hactenus obseruatam procedi
est solitum atq. debet; taliter in his vos haben-
tes, quod iurisdictio, & regaliæ nostræ saluæ, &
illesæ remaneant, & propterea detrimentum non
patiantur; alias imputaretur merito culpæ ve-
stræ. Datum Turolij 16. die Martij anno à Na-
tiuitate Domini 1420. octauo Pelagij. Ex præin-
serta littera Regia clare liquet, quod homines de
paratico, & genere militari in criminalibus sunt
de iurisdictione domini Regis, ex regalia, Et
quia dixit *in criminalibus*, videtur secus in ciui-
12 libus; sed dic † idem in ciuilibus. Vnde supple
in littera dum dicit *in criminalibus*, supple *ma-
xime*. quod tamen, vt dixi supra *ead. cap. Item quod
si aliquis conqueratur*, & huius opinionis videtur
D. Iac. de Calicio in vsat. placitum mandetur. vbi sic
inquit, 18. quoniam criminaliter milites tantum
puniuntur per dominũ Regem, & non per aliũ ex
cõsuetudine generali Cathaloniæ, vt scripsit *Dal
matius de Põtonibus* Vicarius olim D. Reg. Iac. II.
super dicto *cap. si aliquis conqueratur*. hoc dicit *Iac.
de Calic. vbi supra*. Vnde redeo ad textum; huius
13 constitutionis, ibi, *ceperit*. supple quod † non li-
cet, nisi cũ antea acuidauerit per quinq. dies, alias
est traditor, *vt in constitutione pacis. In Christi no-
mine notum sit cunctis*. Data Tarracho. anno Do-
mini 1233. vbi est §. *sequens. Item statuimus, quod
nullus homo capiat per se, vel aliud, nec rauber, nec rau-
bari faciat aliquem hominem de genere laicum, vel cle-
ricum; nisi ipsum acuidauerit ante per quinq. dies*. Et
hoc intelligimus de illis, qui non sunt in guerra,
nec sunt valitores alicuius guerræ. Et qui cepe-
rit, vel interfecerit, statim sit proditor. ¶ Quod di-
cit de genere, idem generosum, siue de genere mi-
litari, siue de paratico? quia talis gaudet priuile-
14 gio militari: & potest † se guerre facere de pra-
ua consuetudine, & damnificare impune, sic quod
nõ tenetur de damnis datis sibi ad inuicẽ; iuxta
generales constitutiones; & vsaticos Barcinonæ.
adde quæ dixi infra *colla. 4. in 1. curia Barcin. c. 27.
Item quod aliquis miles*. & vide latius per *Iac. de Ca-
licio in suo Viridario militiæ*. vbi etiã declarat quæ-
stionem, quæ sequitur.
15 ¶ Sed an † teneantur Reipublicæ, vel alijs de
talibus damnis. Vide notata per *Bar. in l. verũ. ff.
de furtis. & de iniur. l.* 11. §. *vsq. adeo. & l. non solum.*
§. *iniuriarum actio. eod. titu.* Et vide *vsat. si quis Iu-
daeo: in glo. quæ incipit, quæro in fin. & notata per glo. in
l. vnde Neratius. §. fin. & per Bar. ff. de adult. l. si adul-
terium. §. liberto. & vide quæ notat Cyn. in l. si seruus.
§. fin. C. de ijs qui ad Eccle. confu.* vbi videtur aliter
16 dicere, & declarare. Si quæras † qualiter, &
quando in criminalibus sit facienda remissio;
scire debes, quod interdum iudex potest punire
malefactorem attenta sua persona, & non atten-
ta persona delinquentis, vt quia habet iudex me-
rum imperium, sed delinquens non habet ibi do-
micilium, & talis absque requisitione non de-
bet remitti ad locum delicti. *vt in authen. vt nulli
iudi. §. si vero. colla.* 10. vbi requisitus punitur, er-
go aliter non tenetur remittere: interdum non ha
bet potestatem attenta sua persona, nec criminosi,
& tunc debent remitti sine requisitione *in authen.
de defen. §. audient. 3. col. & ff. de offic. proconsul.
l. solent*: interdum habet potestatem puniendi at-
tenta sua persona, & criminosi, quia ibi fouebat
domicilium, sed alter iudex in exequendo, in cu-
ius iurisdictione deliquerat; & tunc si requira-
tur, debet fieri remissio ad locum delicti. *vt ff. de
re mili. l. desertorem in prin.* Nisi iudex domicilij
inquirendo præuenerit, *vt C. vbi de cri. agi. opor. l.* 1.
& de vetera. fin. lib. 11. Et hoc vbi erat graue de-
lictum, quia de leui crimine iudex domicilij in
distincte se poterit intromittere. *vt ff. de re mi-
li. l. desertorem in prin. in glos. & extra de rap. c.* 1. &
3. q. 8. c. 1. Et secundum hoc intelligitur *l. relegato
rum. ff. de interdic. & releg. iuncta l. capitalium. §. fa-
mosos. ff. de pœnis. & de nota. l. non solum*. Et quæ
dicantur

dicantur grauia, vel leuia crimina, vide *ff. de reg.*
iur.l.ad ea.&ibi nota,& adde quæ notat *Do.Ioã.de*
Imol.in cle. pastoralis. de re. iudi. super glos. in verbo
de more remissus. quæ reperiamus, ad hoc vt locũ
habeat remissio, vide infra *colla.* 10. *in 1.curia Bar-*
cino.c.volentes. ¶ *In tex.ibi secundum regaliã nostrã.*
17 Et nota sic, quod dominus † Rex potest petere,&
recuperare milites captos ab alijs militibus, &
per hũc *vsat. Ex magnatibus*. debent enim milites
defendere, & manutenere, si seniores velint eos
iniuste affligere. *vt in vsat. si quis in curia.* §. *fi.*& *in*
vsat.alium namq. ¶ Et ex hoc dicimus, quod in Ca-
18 thalonia nullus † potest milites punire, nec ha-
bet in eos imperium, nisi Rex, & sui Vicarij; &
probatur proxime inserta prouisione regia, cuius
vigore vidi, quod dictus Iaufridus fuit á curia Vi
carij Comitatus impuriarum liberatus, & hono-
rabili Vicario Gerundæ nomine domini Regis
restitutus: licet quidam non credant id procede-
re per *l.C.vbi sena.vel clari.l.* 1 *alias* 3.& *nota extra*
de priuile.c.ex tuarum.in glo. sic videtur,& *in authen.*
vt iudices sine quoquo suffragio. §. *hoc autem.* Et dicũt
dictos vsaticos non obstare, cum loquantur in ca-
sibus specialibus. Preterea ex illo *vsat. Ex magna-*
tibus. apparet, quod potestates habent imperium,
vt ibi cum dicit, *quia iustitiam facere,* &c. & non
est dubium, quod nedum Princeps dicitur pote-
stas, vt ibi, imo & Comites, *vt in vsat. Item statue-*
runt. cæteris vero minoribus, vt Vicecomitibus,
& alijs similiter est concessum imperium, quoad
possessionem supra *ead.curia.ca. Et restituimus.* Ad
hanc constitutionem respondent,& dicunt, quod
non obstat; quia loquitur, vbi ille capiens nullam
habet iurisdictionem, nec eum iuste affligit: nam
si imperium habet in loco, ad ipsum spectat puni-
tio,& non ad Regem, vt supra *ead.curia.c. Itẽ quod*
Vicarij nostri.versi. cum ea,quæ infra muros. pro hoc
in auth.de mã.prin. §. *quod si delinquentes.*& *extra de*
*priuileg.cap.volentes.lib.*6. Sed potest dici, quod cũ
tex. loquatur generaliter, intelligatur generali-
ter, scilicet quomodocumq. miles, vel persona ge-
nerosa, captus detineatur; quod dominus Rex
possit illum petere secundum suam regaliam; &
19 ita seruatur de consuetudine, quæ † est optima
interpres. *extra de consuetu. cap.cum dilectus*. & sic
minime sunt mutanda,&c. *ff. de legibus. l. minime.*
vt patet in clausula litteræ reginalis, quę est in-
fra *supra ead. cap.* 45. & ex scripto domini *Dal-*
matij de Pontonibus. tamen proceres Barcinonæ
sibi vsurparunt, quod iudicant in criminalibus
etiam milites non sine culpa ordinariorum, qui
non debent milites ad mortẽ condemnare inscio
Principe, iuxta notata per *Iacob. in Margarita*
fisci 8.*dubio. versi.* 136. *adde glos. in cap. cum apud.*
11.*q.*1. vide& adde quæ notat *Iacob.vbi supra ver*
*sic.*113.& quæ notat *Ioan.de Platea.in l.si grauius.*
*C.de digni. lib.*12.& *glos. in l.magisteria.C.de iuris.*
omnium iudi. adde etiam quæ notat *Iacob.de Calic.*
in tractatu de prorrogatiua militari. in §. *quæro, quod*
si ciuitas. Hæc enim est vna regalia Principis, cu-
ius est latum territorium per totum principa-
tum in regalijs, in quibus non habent locum
constitutiones, quæ loquuntur de causis Vicaria-
rum, & Baiuliarum infra eas terminandis. vt di-
xi supra *cap.* 15. *Item quod causæ Vicariæ tractẽn-*
tur,&c. Nec aliæ, quæ generaliter disponunt; quia
20 semper † in omnibus constitutionibus genera-
liter, siue simpliciter loquentibus, regaliæ intel-
liguntur exceptæ, nisi de eis, vel aliqua earum
fiat mentio specialis. *vt infra in nouella domini Al-*
fonsi regnãtis, quę incipit. *les causes de pubills, viudas,*
&*c.* Et ita est veritas de iure huius patrię, nedum
21 in † criminalibus, sed etiam in ciuilibus. Sed in
22 hac † diœcesi Gerundæ, quoad ciuilia, Comites,
Vicecomites, Prælati, & alij iurisdictionem ha-
bentes sibi de facto vsurpant iurisdictionem, quo
ad bona militum, & hominum de paratico exi-
stentia intra illorum iurisdictiones, infra quas ip-
si milites,& militares de paratico,& generosi de-
23 gunt. Nihilominus † tamen etiam in ciuilibus
ipsi milites, & generosi degentes in terris Baro-
num, per litteras Vicarij, & etiam iudicis ordi-
narij Gerundæ eis directas citantur, & trahuntur
ad iudicium ipsius Vicarij, & iudicis ordinarij
Gerundæ,& forum domini Regis; sed quoad exe
cutionem bonorum existentium in terris Baro-
num ipse Vicarius de facto non consueuit per
se,& suos sagiones intrare iurisdictiones Baronũ,
vt faciat realem executionem dictorum bonorũ,
sed requirit Barones, vt executionem faciant in
dictis bonis, alias proceditur per viam marchę, si-
cut quãdo petitur executio cõtra alios paganos,
hoc est non milites, nec militari priuilegio gau-
dentes. Tamen in contrarium vidi litteram Re-
giam emanari, vt dixi supra *ead.curia. cap. Item si*
aliquis conqueratur de aliquo Barone, &*c.* & dic vt
24 ibi dixi. Sed credo † quod dominus Rex in ta-
li regalia, si vellet, posset vti plene, vsu contrario
non obstante, per ea quæ dixi *in dicto. cap. Item si*
aliquis conqueratur.& *supra in cap. Vicarij, super ver-*
25 *bo vsu.* vide ibi. Sed nota, quod † dominus Rex
pro libito voluntatis suæ potest reuocare consue
tudinem, per quam Barones exercent iurisdictio-
nem in bonis militum, & hominum de paratico
iuxta notata per Innoc.& *Bal. super ead. in c. dilecto.*
26 *extra de officio Vicarij.* vide ibi latius. Sed † con-
tra ipsos Barones, milites, & alios iurisdictio-
nem habentes, habent, & exercent Vicarij Re-
gij plenam iurisdictionem tam in ciuilibus, quam
27 in criminalibus; nisi † in illis militibus qui iu-
risdictiones habent in Comitatibus, vel alijs Ba-
ronijs, in quibus ipsi Comites, & Barones ha-
bent aliquam iurisdictionem; quia tunc in ciui-
libus Comes prætendit in toto suo Comitatu
habere iurisdictionem ciuilem super militibus
infra suum Comitatum populatis: vt vidi de ho-
norabili P. de Vilagut domino, castri sancti
Mauritij, quod est infra Comitatum Impuria-
rum, & declinauit in ciuili causa forum Vicarij
Gerundæ, dicẽs se esse in ciuilibus de foro Vica-

rij dicti Comitatus. Sed causa huius, quę erat cum honorab. milite de Iassero remansit in decisa, sed
28 de veritate iuris crederē Vicarios † Comitatus non habere iurisdictionem in militem dominum castri iurisdictionem habentem in castro, licet sic intra Comitatum, nisi pro causa feudi sui quęstio verteretur: secus de alijs, quia & Comitatus est de Vicaria Gerundæ, & sicut Vicarius Gerundæ est ordinarius Comitis, sic & aliorum Baronum, & militum. Sed vt dixi, minime sunt mutanda,
29 &c. nec eris † illusus, si seruas quod tenet vsus.
30 Verumtamen † malus vsus non esset seruandus. 8. *d. cap. mala consuetudo. cum si.* Sed nostri officiales valde timent de tabula, & potentia nobilium, & militum, &c.

De vsuris Christianorum. Cap. LVI.

S V M M A R I V M.

1 *Dominus Rex nec sui officiales compellunt Christianū soluere vsuras manifestas Christiano.*
2 *Manifesta vsura dicitur, vbi adest superexcrescentia sortis denariorum, bladi, vel aliorum.*
3 *Barata non prohibetur, vt milites possint inuenire mutuantem.*
4 *Illicitum ex causa potest fieri licitum, dummodo non interueniat peccatum.*
5 *Ignosci non debet illi, qui ob paupertatem elegerit vitā turpissimam.*
6 *Quamuis non permittatur Iudæis inire contractus vsurarios cum Christianis, ipsi tamen facere non cessant clam.*

1 ITem † *quod nos, nec aliqui officiales nostri non compellamus Christianum vsuras soluere Christiano. &c.* Hæc constitutio partim est Catholica, partim dubia: Dicit enim, quod vsura manifesta per Christianum, Christiano non est soluenda. Et de-
2 clarat † illam esse manifestam vsuram, quę habet superexcrescentiam quātitatis denariorum, bladi, & aliorum. Et hoc est Catholicum, quia quodcumq. sorti accedit, vsura est; & quodcumq. nomen ei imponas, semper vsura est. vt 14. q. 3. *cap.*
3 *plerią. & cap. vsura.* ¶ Secundo dicitur † quod nō prohibetur barata; ideo vt Barones, & milites possint inuenire ad manuleuandum, seu etiam
4 mutuandum. *hoc dicit.* ¶ Ex quo † nota hic alias illicitum ex causa fieri licitum, quod intelligo verū, dum modo nō interueniat peccatum; alias potius debeamus omnia mala pati, quam malo
5 consentire 32. q. 5. *cap. ita ne.* Nec † enim ignoscēdum est ei, qui prætextu paupertatis turpissimā vitam elegerit *ff. de ritu nupti. l. palam. §. non est.* vide super hoc, quæ scripsi supra *colla. 1. ca. 1. & quæ notat. Bal. C. de summa Trin. l. 1. & adde extrauagātē Papæ Benedicti XIII,* quæ incipit *& si Doctores gētium. Et pragmaticam Regis Ferdinandi.* Sed de vsuris Iudæorum vide supra *in curia Regis Iacobi Primi. c. primo,* & quæ ibi notātur *& alijs ca. ibi sequen-*
6 *tibus.* ¶ Hodie † vero non permittuntur Iudæi facere contractus vsurarios cum Christianis, vt vidi in quadam prouisione domini Regis Alfonsi Dei gratia nunc regnantis. Sed tamē ipsi Iudæi non cessant clam, & implicite facere contractus vsurarios cum Christianis.

De ponte Lupricati. Cap. LVII.

S V M M A R I V M.

1 *Principis omnia sunt quoad iurisdictionem, non autem quoad proprietatem.*
2 *Princeps rem vnius sibi appropriare, vel alteri dare nō potest, nisi ex iusta causa, & propter publicam vtilitatem.*
3 *De iure Cathaloniæ non potest dominus Rex rem vnius alteri concedere, nisi per iustitiam causa prius legitime cognita.*
4 *Imperator de iure communi potest ex certa scientia sine iusta causa, & de sua potestatis plenitudine auferre alicui dominium.*
5 *Dominus Rex in Cathalonia semper concedit gratiam, vel priuilegium, sine præiuditio tertij, vt saltem debeat fieri ei emenda sua iniuriæ.*
6 *In Principe speciale est, vt possit rem alterius auferre.*

ITem volumus, & concedimus, quod pons fiat in Lupricatio à Rocha de Drochis, alias apud Rocham de Drochis; saluo quod si alicui fieret de hoc iniuria, determinādo hoc breuiter, emenda competens sibi fiat. ¶ Ecce textū huius constitutionis posui per extensum, quia clarus est, & breuis, nec eget commento aliquo: sed quia hic videtur, quod dominus Rex concedit rem alterius auferri, quæro an hoc de iure fieri possit. Et
1 videtur, q͂ sic, quia omnia † sunt Principis, vt *l. bene à Zenone. C. de quadriē. præscrip.* dic vt ibi notat. & *extra de re. Eccle. non alie. cap. 2. & extra de elec. cap. venerabilē.* Vel dic quod omnia sunt Principis quo ad iurisdictionem, & protectionē; quia dominus est omnium quo ad iurisdictionem, & vt faciat ius omnibus subditis suis, non autē quoad
2 proprietatem, vt possit † rem alterius dare tibi, vel sibi appropriare; nisi ex iusta causa, quia tunc posset, vt hic, puta propter publicā vtilitatem. *ar. C. de sacro sanctis Eccle. authen. Sed & permutare. & ff. de decurio. l. decurio. & in authen. de ap. §. si autem. & in authen. de colla. §. ad hæc.* Itē potest Princeps donare rem alienam, si partem habeat, vt *C. de ven. re ad fis. perti. l. 1. lib. 10.* Item potest donare rem alienam, vt suam, vt alias *l. bene à Zenone, & l. C. 2. d. quadri. præscrip.* Item Princeps procedit aliquando ius alterius tollendo, vt *l. quæris. ff. de natali. resti.* & rem meam potest alteri dare ex causa. vt *l. Item si verberatum. ff. de rei. ven.* & notat. *d. Iaco. in Margarita fisci. 8. dubio. ver. septimo, & vers. 210.* Vbi tamen dicit, quod semper debet soluere pretium, vt *l. 3. C. de adul. & ff. eod. l. si postulauerit. §. iubet lex.* vide cætera quæ notat *Iacob. in alleg. ver. 210.* Sed forte † attentis vsaticis, & constitu-
3 tionibus Cathaloniæ, quibus dominus Rex se astrinxit, non posset hodie dominus Rex vti tali regaliā, quæ est de plenitudine potestatis, vt rē auferret; nisi per iustitiā causa prius legitime cognita, vt supra *ead. colla. & curia. c. 27. Item quod nos, &c. & in vsat. alium namq. cū suo concor.* Et dic, quod
4 de iure † communi est speciale in imperatore, vt possit

posſit ex certa ſciētia,etiā ſine iuſta cauſa,de ple
nitudine poteſtatis auferre nobis dominiū. ſecū-
dū *Ange.* qui hoc lati⁹ notat in *l.ſi quis rē,* ſuper ver
bo *militib⁹ aſsignat⁹.ff.de rei.ven.* vt *ff. de reg. iur. l.*
id q̄ noſtrū, & per *Bal.in pace cōſtātia,* in verbo *ſuc-*
cedere vt ſi luatur,in fine. Et ita hic habes q̄ aliquis
cogitur res ſuas vēdere. De quo dic per *Bar.de Sa-*
li.in l.negotiatores.C.de Epiſcopali.audi. Et per *Bar.*
in l.1.§.cura carnis.ff.de offi.praefe. vrbis. Vide quæ
5 ſcripſi ſuper *vſat.poſſunt etiā Principes.* ¶ Itē † no-
ta hic,q̄ Rex cōcedēdo priuilegiū, videtur illud
cōcedere ſine iuris præiudicio alieni,quia ſaltem
debet illi fieri emēda ſuæ iniuriæ: vt hic. de hoc
vide *extra de reg.iur.c.decet priuilegiū li.6.& extra*
de decimis.c.ſig geſtū. Faciūt iura præalleg. per *Iac.*
in dicto verſ.210. vide notata per *Doct.in vſat. poſ-*
6 *ſunt in q.vlt.per Bar.in proœm.Digeſt.* ¶ Et nota,† q̄
ſpeciale eſt in Principe,quod poſsit rem alterius
auferre:ita notat *Bal.in de pace conſtantiæ,* in verbo,
ſi qua ex parte noſtra.

De p̄hibita emptione Regi,& filijs ſuis. Ca. LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Dominus Rex,nec eius filij poſſunt emere,nec emi face-*
re,neq. titulo aliquo acquirere, vel acquiri facere
Baronias,caſtra,villas,vel alia loca in cōtētione poſi
tas,nec actiones rei litigioſæ,nec allodiū intra caſtrū
alterius.& limitationes traduntur nu.2.3. & 4.
5 *Leges prohibentes ceſsiones fieri in potentiores procedūt*
in Cathalonia in perſonis Regū,& ſuorū officialiū.
6 *Villanus non debet laborare terras poſitas in contentio-*
ne,ſub pœnis vt hic.

ITem, q̄ nos,vel *filij,& ſucceſſores noſtri,* &c. Statui-
1 tur † hic,q̄ dñs Rex,& filij ſui nō poſsint eme
re,neq.emi facere,nec aliquo titulo adquirere,vel
adquiri facere Baronias,Caſtra,Villas,vel alia lo
ca in litigio poſita; neq. actiones rei litigioſæ.
Hoc dicit hic. Sed nec allodiū intra caſtrū alteri⁹
vt š.*ead.curia.c.Itē ſtatuimus & concedimus,*&c. Et
2 forte † prædicta vera,niſi ex ſucceſsione ex teſta-
mēto,vel inteſtato per obitū alicui⁹ ſicut videm⁹
3 de Comitatu Impuriarū. Et idē † ſi per iuſtā cō-
fiſcationē propter crimē Maieſtatis. Sicut vidim⁹
4 de Comitatu Vrgeli. Et idē † ſi propter annota-
tionē bonorū alicui⁹ bāniti p̄ delictis iuſtitia ex-
poſcente. ¶ Sic etiā p̄hibētur Principes Cathalo
5 niæ recipere ceſsiones,quia † leges & iura, quæ
prohibēt ceſsiones fieri in potētiorē,habēt hodie
locū in Cathalonia in perſonis Regū,& filiorū,ac
Theſaurarij,& aliorū officialiū regiorū: vt in cu-
6 *ria Mōtiſſoni Regis Petri III.c.leges Romanas.* Itē †
terras in cōtentione poſitas nullus villan⁹ audeat
laborare, poſtquā inde cōmonitus fuerit ab illo,
in quo iuſtitia placiti nō remāſit: vt in *coſtit. pacis*
diuinarū; niſi poſſeſſor parat⁹ ſit directū facere. &
cōplere. Si vero talis comonit⁹ eas laborauerit.&
p̄pterea dānū ceperit,nō requiratur pro pace fra
cta.vt in *conſtitu.In Chriſti nom ne.§.terras.*

De litigioſis. Cap. LIX.

SVMMARIVM.

1 *Litigioſi materia traditur.remiſsiue.*
2 *Res vel actio qn̄ litigioſa dicatur,remiſsiue adducitur.*
3 *Diſcrimen inter litem motam, conſtitutionē litis, motā*
diſcordiam,& litem pendentem,traditur remiſsiue.
4 *Vitiū litigioſi ſolū inducitur vbi petitur actione reali.*
5 *Vitiū litigioſi inducitur,vbi agitur pro iure incorporali.*
6 *Ceſsio actionis vbi non tenet, cedens nihilominus poteſt*
in iudicio actionem intentare. & quando fallit.
7 *Priuilegium lite impetratum an valeat remiſsiue.*
8 *Poſſeſsio pendente lite tranſlata in alium reuocatur.*
9 *Litis pēdētia finitur per ſentētiā trāſactā in iudicatū.*
10 *Ceſsio facta p̄ tertiū alicui litigātiū lite pēdēte valet.*
11 *Citatio per nūtiū in curia Romanā inducit litiſpēdētiā.*
12 *Impetratio vel adquiſitio noui iuris lite pēdente facta*
valet,dummodo aduerſarij non interſit.
13 *Sentētia Principis nō ſtatur, nec debet mādari execu-*
tioni,quouſq.de ea conſtet per litteras Principis.
14 *Litis pendentia in conſiſtorio Principis nō expirat niſi*
per ſententiam Principis.
15 *Res litigioſa nec alienari,nec obligari poteſt.*

SEd quia hic ſit mentio rei vel actionis litigio-
1 ſæ: poteris † videre *C.de litigioſis.* & in *auth. liti*
gioſa ibi poſita. & *glo.* & *Doc.extra.vt lite pēdēte.c.Ec-*
cleſiæ, & quæ ſcripſi ſuper *d.conſtit.c.leges Romanas.*
2 ¶ Sed † qn̄ res vel actio dicatur litigioſa, & qn̄
nō,dic latè per *Henr. Boich in d.c. Eccleſiæ in 2.di.*
& per *Inno.* & *Hoſt.in c.cū mar.extra de cōſtit.* Quæ
3 autē † ſit differētia inter litē motā,& cōſtitutionē
litis,& motā diſcordiam,& litem pendentē,vide
Henr.Boich extra de verb.ſig.cap.ex parte in 2. adde
quæ notat *gloſ.& Ioan.de Imol.in Cle.cum lite pen-*
4 *dente.* & nota,† quod materia litigioſi contractus
ſolū habet locum,vbi aliquis petit rem tanquam
ſuā,ſecus autem vbi dixit rem ſibi debitā. *C.de li-*
tigio.l.vlt.in prin. ſecundū *Inno.* & *Hoſt. extra de cō-*
5 *ſtitutio.c.cū mar.* Item nota, † quod vitiū litigioſi
habet locū, etiam ſi pro iure incorporali agatur,
vt notāt *Inno.* & *Bal.extra de reſti.in integrum c.2.*
ſuper verbo,*inhibentes,*& ſupra *de arbi.ca.ex parte*
in gloſ.Innoc. ſuper verbo, *inhibere.* Vbi etiā dicit,
quod etſi non haberet locū pœna litigioſi in in-
corporalibus,tamē haberet locū pœna tranſlatæ
actionis,vel iuris dubitati: de quo nota in *c.ex par*
6 *te excabinorū extra de alie.mu.inde cauſa facta.* Itē †
nota ſecundū *Innoc.* ibi,quod vbicūq.ceſsio actio-
nis nō tenet, ibi cedens eam in iudicio deducere
poteſt.fallit vbi ceſsio facta fuit potētiori,& vbi
actio fuit pro parte vendita,& pro parte donata,
quia his duobus caſibus nec cedens,nec ceſsiona-
narius agit,ſecundum *Bal.* dic latius vt infra *colla.*
7 *6.in curia Montiſſoni.cap.leges Romanas.* Sed † nun-
quid priuilegium lite pendēte impetratū valeat,
dic vt notat *Henricus in cap. dilectus extra. vt li-*
8 *te pendent.* ¶ Et nota, † quod reuocatur poſſeſſio
in aliū trāſlata lite pendēte.vt eſt *conclu. Rotæ* 366.
9 Item nota, † quod litis pendētia finitur per ſen-
tentiā,quæ trāſiuit in rem iudicatā. vt in *concl.*
10 *Rotæ* 461.& 483. ¶ Sed † ceſsio facta per tertiū
alicui litigāntiū lite pendente valet. vt in *conclu.*
Rotæ 141. dūmodo nō procedat à cōmuni domi-
11 no.vt in *conclu.Rota* 268. ¶ Itē † nota,q̄ in curia

Romana citatio per nuntium inducit litis pendētiā. vt est *conclus. Rota* 168. Vide *C. quando libellus principi oblatus lit. cont. faciat. l.* 1. & ibi *Bal.* & per
12 *Doc. in Cle. vt lite penden.* ¶ Item impetratio † vel adquisitio noui iuris lite pendente valet, dummodo aduersarij nō intersit. vt in *cōclus. Rota* 268.
13 Nota, quod † non statur sententię Principis, nisi de ea constet per litteras eius, & ita nō debet mādari executioni, nisi cū littera executoria ema-
14 nauerit. ¶ Itē † nota, quod litis pendentia in cōsistorio Principis nunquā expirat, nisi per sentētiam Principis, de qua constare debet per litteras eius. 8. *q.* 5. *c. vnico*, vt in *decisionibus Rota coclu.* 332.
15 ¶ Et scias, † quod sicut res litigiosa non potest alienari, ita non potest obligari. secundum *Bar. in l.* 1. §. *si inter. ff. de litigio.* & not. per *glo. in l.* 1. §. *fin. ff. communi diui.* adde quæ dicam infra *colla.* 6. *curia Montissoni. cap. leges Romanas.*

Vbi de causa feudali agi oporteat. Cap. LX.

SVMMARIVM.

1 *Rex regulariter est Iudex in causa sua propria. fallit in causa feudi num.* 2. *& quando se subijcit. nu.* 3.
4 *Feudi quæstio coram quibus sit agitanda traditur. remissiue.*
5 *Pares curiæ dicuntur vassalli eiusdem domini, qui præstiterunt iuramentum fidelitatis.*
6 *Materia feudalis traditur. remissiue.*
7 *Laicus cognoscere potest de feudo Ecclesiæ ob negligentiam Episcopi.*
8 *Iudex dare potest assessorem, & consultorem absque voluntate, & scientia partium. ne tamen postea recusentur, dabuntur de consensu partium. nu.* 9.
10 *Assessor remotus propter fraudem, vel imperitiam non debet habere salarium.*

ITem in omnibus causis feudalibus, &c. Tria in hac constitutione dicuntur. Primo, quod quæstio feudalis inter dominum Regem ex vna parte, & Barones vel milites Cathaloniæ parte ex altera, habet iudicari per pares curiæ. Secundo declarat, qui dicantur isti pares, scilicet Barones per Barones, milites vnius scuti per milites vnius scuti. Tertio dicit, quod huiusmodi pares possunt sibi assumere assessores neutri parti suspectos.
1 Hoc dicit. Nota † tamen, quod regulariter dominus Rex est iudex in causa sua propria, vt *l. & ita hoc Tiberius. ff. de heredi. insti.* & ibi *Bar.* & *l. proxim. ff. de his quæ in testamento delentur*; & ibi *Bar.* & *Ioan. de Imola*, & per *Cyn. in l.* 1. *C. ne quis in causa propria*: & notat *Iacob. de Calicio in Margarita*
2 *Fisci*, 8. *dubio. versic. octauo.* Fallit † in causa feudi,
3 vt hic. Item fallit † quando se subijcit, vt *l. est receptum. ff. de iurisdict. omnium iudi.* quod dic vt notat latius *D. Iacob. in dicto* 8. *dubio. vers.* 9. *Quibus habeant committi causa.* vide quæ scripsi infra *colla.* 6. *in curia Perpiniani. cap. cum non debeat.* Vide in Manna. *super vsat. omnes homines firmare debent.*
4 Si vis † scire coram quo, seu quibus quæstio feudi debeat agitari, distingue plene per *Henric. Boich extra de feu. cap. ex parte in* 2. *di.* & vide quæ notantur per *Innocen.* & *Doct. extra de iudi. cap. cæterum. & de foro compet. cap. verum.* & *cap. ex transmissa.* Item vide & adde quæ dicam infra *colla.* 4. *in* 1. *curia Barcinona cap.* 30. *Item quod aliquis homo non compellatur placitare*, &c. & adde quæ notan-
5 tur per *Doct. in vsat. placitum.* Et nota, † quod pares curiæ dicuntur alij vassalli eiusdem domini, qui præstiterunt iuramentum fidelitatis: alias non dicuntur pares curiæ, secundum *Bal.* qui ita notat *ff. de rerum diui. l.* 1. super verbo *Summa in*
6 34. *q.* De † materia feudorum plene dic per *Petrum Alberti in suis Commemorationibus, & de iure communi in lib. feu. collat.* 10. *& in speculo. titu. de feu.* & per *Hostien. in Summa eod. tit.* Et quando est incertum de seruitio quod pro feudo præstatur, vide supra *ead. cap. Item volumus quod declaretur.*
7 ¶ Nota † etiam quod de feudo Ecclesiæ potest cognoscere sęcularis, vel laicus, Episcopo negligente, vt in *alleg. cap. verum.* Item nota, quod iu-
8 dex † potest dare assessorem, & consultorem absque voluntate, & scientia partium, vt hic; & est ratio, quia iudicium redditur in inuitum, & nota per *Innocen. & Bal. extra de offic. dele. cap. super*
9 *quæstion. in glos. ex quo semel in fin.* Sed † tamen debet dari assessor de consensu partium, si voluerint consentire, vt ibi dicitur, ne amodo valeat recusari tanquam suspectus, vt innuitur, dum dicitur, *non suspectos.* & vide quæ notantur per *gl. f. Archi. & Doct. modernos. extra de rescriptis. cap. sta-*
10 *tutum*, super verbo, *assessorem. lib.* 6. Et si † talis assessor propter fraudem, vel imperitiam remouetur, non debet habere salarium vt notat *Din. in l. mœnia. ff. de an. le.* alias si peritus existat, potest vendere iustum consiliū suū, vt 11. *q.* 3. *cap. no licet.* vbi de hoc, & notatur *extra de vita & honest. cleri. cap. cum ab omni.* De officio assessorum habes speciales rubricas *C. & ff.* vbi plene materiam poteris inuenire. Sed prædicta hic satis est dixisse pro præsenti, dicam tamen infra *colla.* 4. *curia Gerunda. cap.* 28. vide ibi de materia assessorum. Et adde infra *collat.* 4. *curia* 3. *Barcinona cap.* 19. *Item ordinamus de consilio, approbatione, & consensu*, &c. & infra *collat.* 6. *curia Ceruaria. cap. Item ne super laudimio*; in quibus tractatur de materia feudali.

De confirmatione curiarum. Cap. LXI.

SVMMARIVM.

1 *Pœna non seruantium constitutiones, quæ sit, traditur. remissiue.*

PRadictas siquidem constitutiones & restitutiones, statuta, & declarationes, &c. Dic dominus Rex sub epilogo, præcedentes constitutiones, & alias in hac curia factas, firmat, & vult perpetuo obseruari inuiolabiliter, & mandat per Vicarios, & alios officiales suos fideliter obseruari. Sed hic
1 quæro, quæ sit pœna † officialiū, vel aliorū violātiū, & non obseruantiū has cōstitutiones. Dic vt notatur per *glos. & Cyn. in l.* 1. *C. ad l. Iul. Maiestat.* & in *l.* 1. §. *sed si iudex. ff. ad l. cōcor. de fal.* & vide latius infra *colla.* 6. *curia Perpiniani. c. cū secundū constitutiones.* & ibi dicam Deo duce.

De firma primogeniti Cap. LXII.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus,qui est futurus successor in Regno,laudat constitutiones,& alia per dominū Regem facta;vt cū successerit in Regno,teneatur ad obseruantiam.*

2 *Rex de iure non potest pracipere,nec legē imponere successori,quod declaratur.vt nu.3.& 4.*

1 AD hac nos Infans Alfonsus predicti domini Regis primogenitus,&c. Hic primogenit⁹, † qui est futurus,& indubitatus successor in Regno,laudat,cócedit,& approbat prædictas cōstitutiones, & alia per dictū Regem firmata.Et hoc fit ad cautelā,vt cū morte patris successerit in Regno, vigore huius firmæ teneatur astrictus seruare prędicta:licet etiā sit consuetudo,quod antequā regnare incipiat,seu fidelitas sibi prestetur, ipse iurare habet constitutiones & priuilegia patriæ, & bouaticū,siue venditionem bouatici,vt habes latius infra *colla.4.in 2.curia Barc.c.29.Itē quod nostri suc-*
2 *cessores:*vide quæ ibi dixi.Rex † tamē de iure suo successori non potest pręcipere,nec legem imponere:quia par in parem non habet imperium. *ff. de arbi.l.nam magistratus.& ff. ad Trebell.l.ille á quo. §.tempestiuum* : & ideo Papa prudenter loquitur *extra de rescriptis.c.vlt.li.6.* licet videatur cōtra in *vsatico Barcino.quoniam per iniquum*,&c.Sed ibi expone,*mandamus*,idest,*hortamur*.vt ibi notatur per *Iacob.de Monte Iudaico*.adde quæ notantur in *cap. non liceat Papa.12.q.2. & in cap. nos si.in competentur.2.q.7.innotuit extra de elec.in Cle.*vel dic,quod
3 dominus † Rex non potest legem imponere suo successori. Verū est,nisi cum generali curia, quia generalis coadimātia, & pactum iuramentū prædecessoris astringit successorē,ad obseruātiā,licet nō quoad periuriū,vt *extra de iure iuran. c. verita-*
4 *tis*,& maxime,quia † nouus Rex in principio sui regiminis iurat seruare istas cōstitutiones, & bouaticum.vt hic & infra *colla.4.curia 2.Barcin.cap. 29.Item quod nostri successores*; tunc etiam quando iurauerit, etiam astringitur suo proprio iuramēto. Et expliciunt 62.capitula constitutionū huius curiæ generalis Regis Petri II.

SEQVITVR COLLATIO TERTIA, QVÆ CONTINET generalem curiam in Montesono celebratam per Illustrissimum bonæ memoriæ Alfonsum II.Regem Aragonum,celebratam die Lune,quæ erat 4.Idus Nouembris. Anno Domini 1289.Et continet triginta quinque capitula,siue Constitutiones.

¶ Istæ Constitutiones huius curiæ sunt in priuilegium concessæ ciuitati Barcinonæ per Regem Petrum III.Dat.Ilerdæ 4.Idus Iunj.Anno Domini 1336.

Capitulum Primum.

SVMMARIVM.

1 *Officia triennalia vendi non debent,nec concedi pro mutuo,nec aliter pro pecunia,ob pœnam amissionis officij.limitatio traditur nu.2.*

3 *Iurisdictio vendi non potest; & emptor nedum perdit eam,verum etiam & pretium.*

4 *Pax & veritas sunt diligenda.*

5 *De significatione verbi* ordinamus,*traditur remissiue.*

6 *Vicaria hodie conferri non potest homini de eadem.*

NOuerint vniuersi, quod nos Alfonsus Dei gratia Rex Aragonū, Maioricarū,& Valentiæ, ac Comes Barcinonæ, intendentes ad pacē,& iustitiā, & bonū statū dictorum Regnorū, & dicti Comitatus nostri Barcino. & totius terræ Cathaloniæ*,&c.Hoc primū cap.vsq.ibi: *Itē ordinamus, & statuimus, quod aliquis officialis*,&c.
1 breuiter hoc intēdit.Casus.Officia † triēnalia nō vendantur,nec concedantur pro mutuo,nec alias pro pecunia;& si cōtra fiat, amittatur officiū incontinēti.Hoc dicit.De hoc vide quæ dixi latius supra *colla.1.in curia Barci.Regis Iacobi I.c.14.* incipit:*Itē statuimus & cōcedimus, &c.* & infra *colla.*
2 *proxi.c.4.* Fallit † tamen in sagionijs Villæ Frāchæ & Fontis Rubei,vt infra *colla.5.c.20.* vbi ratio de illis redditur.vide etiam infra *colla.10.c.Cō*
3 *segons cōstitutions.* vide nota,quod iurisdictio † nō potest vendi;imo emptor perdit pretium, & iurisdictionem.de quo per *Bal.in feu.de pace iuramēto fir.* nec potest quouis modo iurisdictio alienari de iure, licet de facto secus fiat secundum *Bal. in feu.de feu.marchia & duca.cap.1.*& *d.l.Conradi.c.2.* ¶ Item nota,quod hic dominus Rex intēdit circa
4 pacē,& iustitiā:quia † *Pacē & veritatē diligite*,ait Dominus omnipotēs.quia Rex pacificus pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos,pacificos, & modestos. vt in *proœmio Gregorij IX.* &
5 de significatione huius verbi, *ordinamus* † dic vt notatur per *Hostien. & Ioan. An. extra de praben. cap. significatum. & cap. nisi essent,in prin.* ¶ In tex. ibi,*neq. mutuum*,subaudi, quia hoc esset vsurariū: cum vltra mutuum haberet pro lucro officium. de quo dic vt notat *Ioan.in Sum. Conf.s.lib.2.tit.5. q.41.*¶ In tex.ibi, *cōmendemus ea alicui de ipsa Vicaria.*sic supra *colla.1.c.7.* quod incipit: *Item gene-*
6 *rali curia*,sed illud fuit temporale,& hodie † Vicaria non potest conferri homini de ipsa Vicaria.vt infra *colla.5.in curia Montisalbi.cap.Item statuimus,vt omnis suspicionis*, &c. ¶ In tex. ibi, *quod iuret*,vide supra *colla.2.in forma iuris Vicarij.§.sexto iurat.& octauo iurat.*

Vt Officiales à muneribus se abstineant. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Officiales Regij non debent accipere aliquid, nisi solum cibum, & de eo parum; alias officio amisso imputabitur illis ad furtum, quod declaratur num. 2. & secus disponitur in officialibus Baronum nu. 3.*

4 *Officialis, nedum ordinarius, verum etiam & delegatus comprehenditur sub dispositione* huius cap.

5 *Officialis Regius non prohibetur recipere iustum salarium taxatum, nec iustam laborum remunerationem.*

6 *Officialis non prohibetur recipere ab amico, licet secus sit à subdito litigante, attentis qualitate personæ, & valore doni.*

7 *Beatus est, qui manus excutit ab omni munere.*

8 *Munera excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum.*

9 *Prohibito cibo prohibetur etiam potus.*

10 *In odiosis fit extensio, vbi est omnino eadem ratio, & ne sequatur absurdum.*

11 *Alimentorum & cibariorum nomine quid veniat, remissiue.*

12 *Amittere incontinenti est amittere ipso facto.*

13 *Probatio vbi fit per testes contra officialem, est ipse vocandus.*

14 *Donum datum officiali non transit in suum dominiũ, vnde nec illud præscribere, nec de eo eleemosynam facere potest.*

I*Tem ordinamus & statuimus, quod aliquis officialis*

1 *noster*, &c. Dicitur † hic, quod officiales non accipiant aliquid ab aliquo, nisi solum de cibo, & de eo parum, alias amisso officio, imputabitur sibi ad furtum. Hoc dicit. Item ista breuis, & salubris constitutio de hoc etiam le. & nota. *ff. de off. proconsul. l. solent. §. vltimo.* vide ibi *Guil. de Cugno.* Et adde quæ dixi supra *colla. 1. cap. Item nihilominus præcipimus*, &c. *& in forma iuris Vicarij. §.*

2 *6. iurat*, & *§. 8. iurat.* Et nota † quod tex. hic dicit *aliquis*, subaudi salariatus sufficienter, alias os bouis triturantis alligari non debet: *extra de præben. cap. extirpandæ.* sed tamen hæc littera videtur loqui nimis indistinctè. Item nota, quod tex. dicit,

3 *noster*, ergo secus † de alijs officialibus Baronũ, sic supra *ead. cap. 6.* Item nota, quod tex. hic † di-

4 cit, *officialis*, & ita videtur loqui de ordinario, sed idem est in delegato. vt *extra de rescriptis. cap. statutum. §. assessorem. lib. 6.* ¶ Item in eo quod tex. di-

5 cit, *seruitium*, nota, quod non prohibet † iustum salarium taxatum, *vt in constitutionibus Regis Ferdinandi, cap. los salaris*, & dixi in *alleg. cap. Item nihilominus*. Nec credo prohiberi recipi iustam laborum remunerationem, quia os bouis, &c. *13. q. 1. §. 1. concor. infra eod. cap. 10.* ¶ Item in eo quod tex. dicit, *ab aliquo*, subaudi coram eo litigante,

6 vel dic, † idest subdito dante, scilicet causa subornationis, secus forte si ab amico, considerata tamen conditione personæ, & quantitate doni. *iuxta cap. & si quæstiones extra de simo.* alias nimis videretur dura ista constitutio. Sed tutius esset ser-

7 uari ad litteram, quia beatus † qui manus excutit ab omni munere: vt in *alleg. cap. & si quæstiones* & habetur *Isaiæ cap. 33.* & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. *Iob. 15. cap. Iterum Exodi 23. cap.* non accipies

8 munera † quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt verba iustorum. ad idem facit *11. q. 3. ca. qui recte iudicat*, & *cap. non licet.* vide ibi per *glo. & Gui.* & adde quæ dicam infra *eod. cap. 6.* sed sufficit hic ita scriptum esse. *vt l. prospexit. ff. qui & à quibus ma.* ¶ Item in eo quod tex. dicit, *de cibo*, vi-

9 detur secus de potu; sed † credo contra, vt *ff. de ali. le. l. legatis.* & *ff. de auro & argen. le. l. & si nõ sunt. §. sicut estarium. ar. dicti §. assessorem. cap. statutum. extra de rescriptis. lib. 6.* In cõtrarium videtur, quia constitutiones debent Hebraice intelligi, & ad litteram obseruari, ad hoc *l. prospexit præalleg. & ar. extra de decimis. cap. ad audientiam*, sed consuetudo approbat quod prædixi, alias sequeretur ab-

10 surdum, & etiam † in odiosis fit extensio vbi est omnino eadem ratio, & ibi sequeretur absurdum, & hoc est ex mente, quę potius dicitur cõprehensiua, quam extensiua, vt notatur per *Ioan. de Imola extra de sepul. cap. 1. in Cle. super glo. in verbo sepeliri.* Et forte poterit recipi de ijs, quæ veniunt nomine alimentorum, siue cibariorum, dummodo de

11 eo parũ recipiat, vt hic dicitur. Et quæ † veniant nomine alimentorum, & cibariorum, vide *ff. de ali. & ciba. le. l. legatis.* & ibi notata, & ego dica latius infra *colla. 6. curiæ Perpiniani, in hac nostra*, super verbo, *vita necessarijs.* quid enim si socius vult recipere gratis sociũ per mensem, vel quiuis alius velit gratis cõcedere alicui officiali habitationẽ, & huiusmodi, cogita & vide in *l. Aquilius. ff. de dona.* ¶ Itẽ in eo quod dicit tex. *amittat incontinenti*,

12 intelligo ipso facto, propter verbũ † *incontinenti*; ita quod probato ꝙ aliquid contra prohibitionẽ huius capituli recepit, poterit, & debebit officiũ alteri cõferri. super quo vide quæ legũtur, & notãtur *extra de prabẽ. c. de multa. & de praben. c. cũ nostris, & de elec. c. licet cano. lib. 6.* sed si † ꝓbatio ha-

13 beret fieri per testes, credo ꝙ esset vocad⁹ officialis, ne postea obijciatur, &c. *extra de testamẽtis. c. In nomine dni*, & quia cõtra partẽ inauditã, &c. *extra de causa po. & proprie. c. 1. in fi.* & ibi nota, & melius per *glo. & G. de Mõtelugde. extra de cẽsibus. c. præsenti super vers. constituit in cle.* ¶ In fine tex. dũ dicit,

14 *Imputetur sibi ad furtũ*, videtur † ꝙ non transeat dominiũ in officialẽ contra huiusmodi prohibitionẽ aliquid recipientẽ, & ideo præscribere non potest, nec inde eleemosynas facere, saltẽ ad sui cõmodũ. iuxta notata in simili *extra de cleri. nõ resi. c. vnico. li. 6.* & adde quę notãtur per *Inn. & d. An. de Butr. in c. plerique. extra de emmu. eccl.* & per *Ioan. in Sũma Conf. lib. 2. tit. 5. q. 137. & q. 139. & q. 43.*

De iuramento officialium. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Officiales in Cathalonia, quando intrant officium, iurare debent tria hic contenta.*

2 *Quinq. hic cõteta sunt, quæ peruertũt iudiciũ humanũ.*

3 *Iram Dei prouocat super se, qui magis timet hominem quam Deum.*

Regis

4 *Regis indignatio nuntius est mortis.*
5 *Metus excommunicationis excusat.*
6 *Iudex vel assessor debet esse Iurisperitus, iuxta constitutiones Cathaloniæ.*
7 *Officialis, Iudex, vel Assessor pro declaratione dubij potest nedum conuocare sapientes suæ iurisdictionis, verum etiam compellere ad consulendum.*
8 *Iurisperiti pro consilijs, & votis dandis in causis priuatorum recipiunt salaria.*
9 *Iurisperiti de consuetudine Gerundæ dant consilia absque pecunia pro criminalibus, & alijs negotijs fiscalibus.*
10 *Iudex pro declaratione dubij non solum sæculares suæ iurisdictionis conuocare potest, sed etiam religiosos; dummodo non agatur de facto sui Monasterij, nec de criminalibus ad mortem, vel sanguinis effusionem.*
11 *Vicarij, & officiales sine consilio Assessoris exequuntur sententias arbitrales.*
12 *Proclama debet præmitti pro iuramento officialium.*

Item ordinamus & statuimus, quod officialis, quando
1 *intrabit officium*, &c. Hic ponuntur † tria, quæ iurant officiales in Cathalonia, quando intrant officium eis commissum. vide quæ dixi supra in iuramento Vicarij. Vnde diuiditur præsens cap. in tres partes: secundum quod sunt tria, quæ iurantur. ¶ In prima dicitur, quod iurant facere iustitiam æqualiter omnibus, non habita acceptione personarum, & timore hominum postposito: quia apud Deum non est acceptio personarũ, *ad Colossenses 3. cap. & extra de iudi nouit.* ¶ In secunda ibi: *Item quod non audeat*, &c. dicitur, quod iurant officiales non iudicare, nec procedere in aliqua causa, sine cognitione iudicis, vel assessoris. ¶ Tertia ibi: *Item quod non frangat.* dicitur, quod iurant non frangere consuetudines, & libertates per dominos Reges cuicumq. concessas. Item ibi:
2 *non inspecto amore*, &c. dic ꝙ † quatuor, vel quinq. sunt, quæ peruertunt iudicium humanum; quæ ijs versibus continentur:

Quatuor humana reddunt iudicia vana,
Zelus, formido, discordia, vana cupido.
Quintus addetur cum iudex pauperi nõ miseretur.

Adde etiam hos versus:

Si lis inciderit te iudice, dirige libram
Iudicij, nec flectat amor, nec munera palpent.

De hoc not. in *Summa Goff. tit. de offi. ordi. §. officiũ Prælati.* vide ibi latius de hoc notata 11. q. 3. *cap. quatuor, & 23. q. 4. cap. est iniusta. & cap. ne amisso.* Et
3 nota in tex. ibi, *timore nostro.* quia † talis irã Dei super se prouocat, quia magis timet hominem, quã Deum: vt *in cap. quisquis cuiuslibet.* 11. q. quãdoq. tamen metus Regis excusat: vt *extra quod me*
4 *tus causa, cap. ad audientiam*; quia indignatio Regis nuntius est mortis. *Prouerb.* 16. adde quæ notãtur per *Ioan. de Imol. in Cle. 1. de hæreti. in glo.* super ver
5 bo *obtenta*, alias sub verbo *iurabunt.* Item † metus excõmunicationis excusat, secundũ *Host.* & *Gui.* qui hoc latius *in Rosario. di. 7. c. fuerint.* vide *in curia Regis Martini cap. 3. Item senyor quels canc.* ¶ In tex. dum dicit, *sine cognitione iudicis*, subaudi, qui
6 iudex † vel assessor habet esse iurisperitus, iuxta generales cõstitutiones Cathaloniæ: vt infra *ead. colla. c. 18. cũ suis concor.* ad hoc facit, & adde quæ legũtur, & notantur infra *colla. proxima in 2. curia Barci. c. Itẽ quod aliquis homo non possit*, &c. *Itẽ quod aliquis homo nõ condemnetur, cũ suis concor.* Sed quid
7 si † officialis, vel iudex, vel assessor habuerit dubitationẽ iuris in aliquo negotio, nunquid poterit conuocare sapientes suæ iurisdictionis? Dicũt doctores, quod sic per *l. custodias. ff. de publi. iudi. ar.* pro hoc *C. de nauiculis. l. 4. li. 11. de le. l. fi. lib. 10. & ff. de vsufru. l. legatũ.* Et non solum conuocare, sed etiã compellere ad consulendum. & ita nota. in *l. 2. C. de proxi. sacrosanct. lib. 12. & in auth. de man. prin. §. festinabis.* Verũtamen de consuetudine ho-
8 die Gerundæ, & fere vbiq. consueuerunt iurisperiti pro consilijs, & votis dandis in collationibus petere, & recipere pro negotijs priuatorum salaria, siue pecunias, quod credo licere, vt 11. q. 3. *nõ*
9 *licet iudici.* Sed pro † criminalibus, & alijs negotijs fiscalibus dant ipsi iurisperiti consilia absq. pecunia de cõsuetudine prædicta, quæ est iuri, & rationi valde cõsona: adde quæ scripsi infra *colla. 5. cap. 24. Item confirmantes.* Item vide, & adde quæ dixi infra *colla. 6. curiæ Montissoni. c. insuper ordina-*
10 *mus.* Et non † solum sæculares conuocare poterit iudex, sed etiã religiosos, dũmodo non agatur de facto Monasterij sui. *arg. C. de decurio. l. 3. §. fin.* nec de criminalibus ad mortẽ, vel sanguinis effusionẽ, vt *extra ne cleri. vel mo. c. sententiã.* Adde quæ notãtur *in spe. tit. de salarijs. §. sequitur. & tit. de re-*
11 *qui. cõsily. vers. sed nunquid potest.* ¶ Sed † nunquid Vicarij, & alij officiales, sine consilio iudicis, & assessoris poterũt exequi sentẽtias arbitrales? Videtur quod sic, vt infra *ead. curia c. 14. §. Item quod*
12 *teneantur, cũ suis concor.* Et ad videndũ † iurare officiales, debet præmitti proclama, vt infra *colla. 4. in 1. curia Barcino. cap. 40. Item quod quotiens.*

De sagionibus. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Sagiones debent esse idonei & pauci, dummodo sufficiãt ad officium.*
2 *Sagiones dicuntur nuntij vel apparitores.*
3 *Sagiones ponuntur per dominum Regem, Gubernatorẽ, Vicarium, vel alios officiales.*
4 *Subbaiulus non potest creare sagiones.*
5 *Creatio sagionum in curijs Regijs fit per ordinarios officiales principales, & non substitutos.*
6 *Subuicarius non creat sagiones nisi propter absentiam Vicarij.*
7 *Vicarij & Baiuli eligunt sagiones in suis curijs, sicuti Iudex constituit nuntium.*
8 *Infamis potest constitui nuntius seu sagio ex vsu; quod secus est* ex isto cap. *& de iure Cathalonia, & cõmuni.*
9 *Infamis potest esse procurator & arbiter.*
10 *Sagio licet sit infamis leui vel saltem non notoria infamia, satis idoneus dicitur ad officium.*
11 *Sagiones iurant fideliter gerere officiũ, licet* Bart. *contra teneat.*

12 *Sagiones eliguntur periculo Iudicis eligentis.*
13 *Electio nuntij, licet aliter non probetur, sufficit quod detur ei commissio de citando, ex quo ex ipsa cōmissione electus censetur. fallit.nu.14.*
15 *Nuntius non potest citare aliquem, nisi fiat sibi commissio.*
16 *Ex relatione nuntij reperta in actis non probatur eius commissio.*
17 *Citatus qui est de Prouincia, credere debet citantem esse nuntium; licet, si citatus extra Prouinciam fuisset, non deberet credere.*
18 *Nuntij in multis partibus habent, & portant insignia, vt cognoscantur.*
19 *Nuntio Iudicum delegatorum nō creditur sine litteris.*
20 *Arbiter vel Iudex inferior potest vti nūtijs superioris.*
21 *Nuntio alicuius priuati cum, vel sine litteris venienti an credatur, & cuius sit periculū, si infideliter agat, remissiue.*
22 *Nuntio quamuis singulari creditur. declaratur n.23.*
24 *Nuntijs creditur in ijs, quæ sibi committuntur, & pendent ex eorum officio.*
25 *Officiali creditur in ijs, quæ sunt sui officij.*

I*Tem ordinamus & statuimus, quod sagiones*, &c.
1 Breue est, & dicit, quod † sagiones debent es-
se idonei & pauci, dummodo ad officiū sufficiāt:
& adde quæ dixi supra *colla. 1. c. Item iubemus fir-*
2 *miter*, &c. Et dicuntur † sagiones, nuntij, vel ap-
paritores. vt supra *colla. 2. in curia Regis Petri Barc. cap. statuimus itaq. & c. seq.* & infra *colla. 4. primæ curia Barcin. cap. 19. Item quod aliquis sagio*, & *C. de Epis. & Cleri. l. omnes. §. executoribus. vers. verū si apparitor.* Sed quia hic textus non aperit, per quē isti
sagiones eligantur, creentur, seu ponantur; quæ-
3 ro, † quis poterit ipsos sagiones ponere? Et dico,
quod per dictum Regem, & Gubernatorem, &
Vicarium, & alios officiales: vt infra *colla. 5. curiæ Montisalbi. c. 19. Item volentes capitulum.* Sed nun-
4 quid † Subbaiulus poterit creare sagionem? Dic
quod non, quia cum ipse sit à Baiulo substitutus,
non poterit alium substituere. *arg. l. à Iudice. C. de*
5 *iudi. cum similibus.* Vnde † creatio sagionum in cu
rijs Regijs consueuit fieri per ordinarios officia-
les principales, & non per alios substitutos: sic
6 quod forte Subuicarius † non creabit sagionem,
nisi propter absentiā Vicarij: & ita seruatur Ge-
rundæ. & ideo minime sunt mutanda. *l. minime. ff.*
7 *de legi.* Sed consuetum est, † quod Vicarij, & Ba-
iuli sibimet eligant, & constituāt sagiones in suis
curijs, sicut quilibet Iudex sibimet constituit nū-
tium: vt *C. de spor. l. 2.* & ibi nota. *& in auth. de iudicibus. § necessitatis. colla. 6. secundum Bar. in Extrauagante ad reprimendum*, super verbo, *per nuntium.*
8 ¶ Vbi etiam quærit *Bartho.* an talis † nuntius, si-
ue sagio possit constitui etiam infamis: & putat
quod sic; quia licet sit officium publicum, tamen
vilissimis personis congruit, secundū mores; er-
go ab hoc infamia non repellit: vt *C. de infa. l. 1. li. 11.* pro hoc. *C. de decurio. l. nec infames. li. 10.* Sed
cōtra videtur in hac cōstitutione, quæ vult quod
sagiones ponātur idonei, & clarius in *præalleg. ca. Item iubemus firmiter*, &c. vbi prohibētur poni ser
uictes latrones, vel homines culpabiles, vel infa-
mati: & idē secūdū leges, quia debēt eligi diuites
& probatę personæ: vt in *auth. de iudi. § ijs autem. colla. 6.* Sed opinio *Bart.* obtinet saltem de facto in
9 practica. pro quo facit, quia procurator † potest
esse infamis, *insti. de excep. § si quod dic.* vt ibi nota-
tur per *Ioannem Fabri.* Item arbiter potest esse in-
famis: vt *ff. de arbi. l. pedius. & tutor. ff. de post. l. 1. §. sed est æquissimum.* non obstant que pro cōtra alle-
10 gata, quia hic idoneitas † sagionis satis est, quod
nō sit criminosus, nec infamis maiori infamia, li-
cet possit esse infamis leui, vel saltem non noto-
ria infamia. Nec reperirētur homines diuites, &
probatæ famæ, qui tale officium sagionis vellent
assumere; quia si reperirētur, deberēt præferri cæ-
11 teris. Sufficit enim † quod fideliter gerāt officiū
suum, & hoc iurant, & cauent cum fideiussoribus
de tenendo tabulam, sicut officiales triennales: iu-
rare enim debet talis sagio, fideliter se facturū of-
ficium. *arg. C. de fideiusso. l. impares alias comparationes, & de secundis nup. l. hac edi. § ijs illud, & arg. in authen. ius iuran. quod præ. ab ijs. Bartolus*, tamen vbi
supra putat, quod etiam si non iurent isti nuntij,
siue sagiones, possint exercere officiū suum. *arg.*
12 *C. de arbi. auth. decernimus.* quia † eliguntur peri-
culo iudicis eligentis: vt in *dicta authen. de iudi. § hac autem.* Et ideo † secūdum eum videtur, quod
13 si non apparet, quod aliquis sit electus nuntius, si-
ue sagio, non est curandum; cū statim quod fit sibi
commissio de citando, ipsa cōmissione eligitur.
14 Sed † si ex lege municipali deberet electio nun-
tiorum fieri à consilio, non à iudicibus; tunc de ea
deberet constare. vel sufficeret quod esset in pos-
sessione exercēdi illud officiū: vt *l. Barbarius. ff. de offi. præsidis, alias prætoris. C. de sen. l. 2.* Et consueue-
runt isti sagiones citare, emparas facere, & huius-
modi ex generali cōmissione; nisi in querela pa-
cis, & treugæ, & maioribus, in quib⁹ cōsueuit exi
gi speciale mandatum. Sed vt dicit *Bart.* nuntius
15 non † potest aliquem citare, nisi fiat sibi cōmis-
16 sio: vt *C. de exi. reis. l. neminem.* Sed si † in actis ap-
pareat relatio nuntij citantis, & nō appareat eius
cōmissio, an sufficiat; *Tancredus de Corneto in quæstionibus suis tit. de quæstionibus circa procurator. q. 10.* videtur tenere, quod non sufficiat, quia rela-
tio non est commissio. secundum *Innoc. contra extra de proba. cap. quoniam in arduis*: sicut in processu
pacis & treugæ, & simili seruatur opinio Tancre-
di, quę tutior est: in leuius, & min⁹ arduis tenetur
17 communiter opinio *Inno.* ¶ Vnde † quærit *Bar. in alleg. extraua. vbi supra.* An citatus debeat crede-
re ipsum esse nuntiū? Respond. dicitur in *auth. de collatoribus. § eos. colla. 9.* quod exactores, qui mittū
tur in prouincijs, antequā inchoent, debent suas
litteras insinuare in iudicio prouincię: ex quo col
ligitur, ꝙ ex quo in curia ipsius iudicis apparet,
ꝙ talis est nūtius, possunt citari oēs sui subditi in
eius territorio in eadem prouincia, nec aliter de
eis fieri fides: & sic debent credere. Licet in mul-

tis

18 tis partibus obseruetur, quod tales † nuncij ha-
bent quædam signa, ad quæ cognoscuntur. in quo
consuetudo loci est seruanda *secundum Bar.* pro
quo est *supra proxima curia Barcino. Regis Petri II.*
cap. incipiente: *Item ordinamus*, &c. vbi dicit, quod
portent brustiam. Et est in brustia signum regale,
quod consueuerunt in brachio portare cursores,
siue troterij, nuncij, & sagiones; & adhuc sagio-
nes in aliquo baculo: vel alicubi portant signum
Regiū, vt cognoscantur sagiones, sicut portarij
ferunt massam, & virgarij virgam. Sed si prædicti
nuncij citarent extra Prouinciam, non esset cre-
dendum eis sine litteris, vt dicto *§. eos facit. C. de*
man. prin. l. vna. & extra de offi. dele. cap. cum iniur.
Et prædicta vera in iudicibus ordinarijs. Nuncio
19 vero † delegatorum non videtur credendum si-
ne litteris, vt *extra de offi. dele. cap. prudentiam.* Fa-
cit quod notatur in *spe. tit. de citatione. §. 1.* Sed an
20 arbiter, † vel iudex inferior poterit vti nuncijs
superioris? Respondeo sic, vt *in authen. de defen. ci-*
ui. §. Deinde eos, ibi, *ex Prouinciali officio*, &c. An &
21 quando † sit credendum nuncio alicuius priua-
ti, cum, vel sine litteris venienti, & cuius sit peri-
culum si infideliter agat; vide notata per *Ange-*
lum in l. si vt certo. §. inspectori. ff. commodati. ¶ Sed
22 an † eidem nuncio referenti debeat iudex crede-
re, cum sit vnus. Quidam dicunt quod non, vt *C.*
de Testamentis. l. iure iurandi. Bart. vero dicit con-
trarium esse verum per dictam extrauagantem,
quæ dicit, *per nuncium*, in singulari. facit *C. de Epi.*
& cleri. l. omnes. §. si vero apparitor. & ita vtimur se-
23 cundū eum, quod † est verum in ijs, quæ non sunt
maximi pōderis, alias forte secus, si contra dice-
retur: de quo vide *extra de app. cum parati* per *Hen-*
ricum, & per *Tancredū vbi supra.* & secundū *Bart.*
24 ipsis † nūcijs creditur in ijs, quæ eis commissa
sunt, & ex eorum facto dependent, vt se citasse, &
similia. facit *C. de Fal. l. si quis decurio.* simile, quia
etiam seruus de facto suo proprio interrogatur. vt
l. interrogari de quæstio. multo magis infamis. Si ve-
ro ei comitteretur, vt referret, quod alium fecisse
vidisset, tunc in modicis crederetur sibi, vt *ff. de re-*
bus eorum, l. magis puto. §. ne tamen: in magnis vero
creditur sibi cæcius, vt iudex ex hoc possit pro-
cedere; vt *C. de accu. l. ea quæ ē.* facit *ff. de custo. re. l.*
diuus. & quod dictum est per *Bart.* in eadem ex-
trauagante, super verbo *denunciationes.* Creditur
25 enim † officiali in ijs quæ sunt officij sui: vt *C.*
de exac. tribu. l. apparitores lib. 10. Saluo eo quod ha-
bes *extra de proba. quoniam contra falsam.* Et nota,
quod officiales plura mala scire præsumuntur,
quam alij; & peiores esse præsumuntur. *C. de iure*
fisci. l. facultas. lib. 10. in glo.

De tabula officialium. Cap. V.

S V M M A R I V M.

1 *Officiales licet olim tenerent tabulam per 30. dies quo-*
libet anno, hodie tamen tenent dictā tabulam de triē-
nio in triennium, iuxta formam constitutionum.
2 *Officiales intrantes officium assecurant cum fideiusso-*
ribus facere ius querentibus.
3 *Cautio danda per officiales debet esse ad cognitionem*
proborum hominum loci, vbi præstatur securitas.
4 *Officiales exercentes officium non præstita prius per*
eos cautione puniuntur, vti priuati punirentur si ta-
li officio vterentur.
5 *Proceribus nolentibus contentari de cautione officialis,*
recurritur ad ordinarium tanquam bonum virum.
6 *Officiales in fine triennij remouentur, nisi sint Baiuli,*
vel alij officiales naturales, qui tantum suspendun-
tur tempore tabulæ, quo ad eos, qui dederunt quere-
las.
7 *Præconitzatio fieri debet antequam officialis admitta-*
tur ad iurandum, quod secus est ex consuetudine in
Baiulo Sancti Felicis Guixolensis.

ITem ordinamus, & constituimus, quod officiales, sci-
1 *licet, &c.* Hoc c. tria dicit. Primo † enim dicit,
quod quilibet officialis teneat tabulam per tri-
ginta dies quolibet anno. & istud hodie est immu
tatum, ita videlicet vt de triennio in triennium
teneant tabulam, iuxta formam constitutionis
curiæ Montissoni. infra colla. 5. cap. iudices tabula, vbi
dicam, & vide quæ dixi *supra in curia Barcino. col-*
la. 2. cap. 22. quod incipit: *Item concedimus & ordi-*
namus, &c. Et vt ibi dixi, illa fuit prima consti-
tutio inquirendi contra officiales, ex qua fuit
sumpta occasio tabulæ tenendæ, quæ postea fuit
inuenta per hanc constitutionem, quæ dispone-
bat tabulam quolibet anno teneri per triginta
dies. adde quæ notātur *infra coll. 4. in curia 3. Bar-*
2 *cino. cap. Item ordinamus de consilio.* Secundo † dici-
tur hic, quod officiales, quando intrant officium,
debent assecurare, quod facient ius querentibus.
Et dic assecurare, scilicet cum simplici repromis-
sione, vel cum fideiussoribus; quia olim solum ca-
uebant cum iuramento: vt *supra ead. cap. 3.* & ibi
dixi, & in forma iuramenti Vicarij: sed per istam
exigitur cautio, siue assecuratio, quæ forte fiebat
ex simplici cautione, cum hic dicat simpliciter;
assecuret. Sed postea *infra colla. proxi. curia prima*
Barcino. cap. 4. dicitur, quod *assecuret sufficienter*;
& ideo erant necessaria pignora, vel fideiussores.
Sed ista securitas exigitur hodie cum fideiussori-
bus de iudicio sisti, & iudicatum solui. Et habet
3 dari † sufficiens ista cautio fideiussorum, ad noti-
tiam proborum hominum loci, vbi talis securi-
tas præstatur: vt *infra colla. 4. in 2. curia Barcino. ca.*
4 *primo.* Et si † officiales, qui tenere tabulam sunt
astricti, de facto vsi fuerint officijs sibi commissis,
non facta assecuratione, huiusmodi debent puni-
ri, sicut priuati, qui tali officio vterentur: vt *infra*
colla. 4. in tertia curia Barcino. Regis Iacobi II. ca. 16.
quod incipit: *Item ordinamus super capitulis curia-*
5 *rum*, &c. Sed † pone quod proceres nolunt con-
tentari de fideiussoribus; quia dicunt non esse
idoneos; quis de hac idoneitate cognoscet? Credo
recurrendum fore ad ordinarium tanquam bonū
virum, vt *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. sig.* adde
quæ dicam *infra colla. proxi. in curia 1. Barcino. cap.*
primo quod. omnis. Tertio dicitur hic, quod officia-
lis, eo tabulam tenente, ab officio sit suspensus; sic
in

6 in dicto *cap. Item concedimus, & in alijs*. Sed † hodie in fine triennij remouentur omnino, nisi sint Baiuli, vel alij officiales naturales, qui solummodo tempore tabulæ suspenduntur, quo ad eos qui dederunt querelas contra ipsos officiales, vt in sequentibus capitulis de tabula loquentibus per
7 suas curias dicetur latius Deo duce. Sed † antequam aliquis officialis admittatur ad iurandum & assecurandum, debet præmitti præconitzatio per ciuitatem, vel villam, iuxta *cap. 40. Item quicunq; infra colla. 4.* vide ibi. Sed de consuetudine Baiulus Sancti Fœlicis Guixollen. assecurat Gerundæ in posse Vicarij, non facta præconitzatione, & non requisitis iuratis villæ Sancti Fœlicis prædicti, vt patet in registr.s curiæ Regiæ Gerundæ.

Vt officiales à muneribus se abstineant. Cap. V I.

S V M M A R I V M.

1 *Officialis Regius, siue sit maior, siue minor, siue temporalis, siue perpetuus, siue salariatus, siue non, seruitia recipere non potest.*
2 *De iure communi, & in officialibus Baronum an idem sit, remissiue traditur.*
3 *Officiales non possunt tenere redditum alicuius, quamdiu durat officium. limitatur num. 4.*
5 Seruitia, *verbum exponitur.*
6 *Officiales prohibentur recipere seruitia personalia.*
7 *Dona excæcant iudicum oculos.*
8 *Officiales prohibentur facere acaptas.*

1 ITem † ordinamus & statuimus, quod aliquis officialis noster, non audeat recipere seruitia, &c. Nota quod dicit, *aliquis*, ergo indistincte loquitur, tam de maioribus, quam de minoribus; & tam de temporalibus, quam de perpetuis, & tam de salariatis, quam de alijs quibuscumq; quia ex quo constitutio ista non distinguit, &c. *arg. l. de pretio. ff.*
2 *de Publiciana*. Sed † de iure communi aliter distinguitur iuxta notata per *G. de Cug. in l. solent. §. fi. ff. de offi. Proconsul.* Nota quia dicit *noster*, videtur secus de alijs officialibus nō Regijs. Sed dic quod in illis non Regijs seruabuntur iura communia: quia est casus omissus. vnde circa prædicta vide quæ notat latius *G. de Cug. in l. solent. §. fi. ff. de offi. Proconsul.* Et miror cur prohibitio huius constitutionis, & similium non fuit generalis, etiam quo ad officiales Baronum, & aliorū, certe in hoc valde claudicat iustitia huius patriæ. Præsens cap. prohibet primo recipi seruitia, de quo vidisti *supra ead. cap. 2.* dic vt ibi. Item prohibet, quod officiales non audeant se iuuare, neq; agabellare. de hoc etiam vidisti *supra colla. 1. in forma iuris Vicarij. §. 8. iurat.* adde quæ notatur per *Ioan. de Platea. C. de curiosis l. agentes in 2. lib. 12.* Item prohibentur hic officiales fieri de domo nobilium. Item
3 quod † non audeant tenere redditum alicuius, nisi domini Regis, quamdiu officium tenebunt. Et qui contrafecerit, pœnā annalis exilij sustinebit.
4 Non † tamen prohibentur tenere redditus & beneficia, quæ prius quā officium habuissent. Hoc
5 dicit breuiter. ¶ Nota quod hic † littera dicit, *seruitia*, & *supra cap. 2.* dixi *seruitium*. Vnde expone hic *seruitia, inseruientes*: sic exponitur per *gl. f. in cap. placuit 33. q. 5.* quasi dicat hic quod prohi-
6 bentur † officiales recipere seruientes, siue seruitia personalia, sicut multi exigunt traginas podadas, batudes, cauades, & alia huiusmodi opera, siue seruitia: & ita non superfluit hoc cap. quia *supra ead. cap. 2.* dixi *seruitium*, idest, munus à manu: sicut sunt encenia. quæ etiam ibi prohibentur, nisi
7 parum de cibo. Encenia † enim, & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum, vt dicitur *Ecclesiastici. cap. 20. circa fi.* adde quæ dixi *supra ead. cap. 2.* super verbo, *ab aliquo.* Item adde quod *Prouerbio. 16. cap.* dicitur; Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam; qui autem odit munera, viuet. & *in Psalmo* Iudica me Domine, quoniā ego in innocētia, *&c. in vers.* In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus: & ij dicuntur impij, de quibus in *eodē Psalm.* præmisit in *vers.* Ne perdas cum impijs Deus animam meam, &c. Et licet hæc sint salubriter statuta, tamen de facto adhuc officiales abutuntur, quia non puniuntur; sed etiam deberent puniri dantes, & præstantes talia contra prohibitionem iuris. Ita vt causam amitterēt, & alias extra ordinem punirētur, vt sic vna vel alia via huiusmodi constitutiones seruarentur: quia oderunt peccare mali formidine pœnæ,
8 &c. vt notatur *ff. de insti. & iur. l. 1.* Item † prohibentur officiales facere acaptas. vt *infra ead. colla. cap. 31.* dic vt ibi. quid sit census, vide *Doct. in vsat. in Baiulia guarda*, super verbo, *census*.

Dominus Rex non debet facere adempriuium.
Capitulum V I I.

S V M M A R I V M.

1 *Dominus Rex, ex quo est iudex omnium, non debet tenere partem cū aliquo ex vassallis in valentia vnius contra alium.*
2 *Rex est communis persona in iustitia omnibus gentibus suis. limitatur, num. 3.*
3 Empriuimentum, *verbum declaratur.*

1 ITem ordinamus, & statuimus, quod si nos fecimus aliquod adempriuium, &c. Cum dominus † Rex sit dominus, & iudex omnium, & cōmunalis persona, ideo non debet tenere partem cum aliquo. Ideo reuocat omne adempriuium, quod fecisset, & fieri de cætero prohibet, hoc dicit. quod si forte contra præsumpserit, non præscribit *arg. 10. q. 4. cap.* quia *cognouimus.* vbi notat *Gui.* quod Episcopus non præscribit in ijs quæ contra ius cōmune
2 vsurpauit. ¶ Nota quod dominus Rex † est cōmunis persona in iustitia omnibus gētibus suis: vt *hic & in ca. Si allodiarius fuerit in aliquo castro, &c. in Cōmemorationibus Petri Alberti.* & ponit *Iaco. Cali. in suo Viridario militiæ in 6. dubio prin. q. 10. vers. 2. proba-*
3 *tur*, &c. Fallit † in causa feudali. *supra curia prox. cap. Itē in omnibus.* vide ibi. alias quilibet potest valere de guerra cui vult, vt *infra colla. proxima, in 2. curia Barcinon. cap. 16.* vide quæ ibi dicam. Et
4 dic † empriuimētum, scilicet, de valētia alicuius contra

contra alium vassallum in guerra. Secus contra extraneos Regni.

Capitulum VIII.

SVMMARIVM.

1 *Charta contra chartam à curia domini Regis exire non potest.*
2 *Facta contra legem sunt pro infectis habenda.*
3 *Generalis constitutio potius est seruanda quā rescriptū.*
4 *Rescripta inutilia non sunt seruanda per iudicem.*
5 *Princeps an possit rescribere contra ius diuinū,naturale,& gentium,traditur remissiue.*
6 *Princeps non potest tollere pœnam applicandam parti.*
7 *Rescriptum conditum contra legem,nulla expressa causa,est iuri contrarium.*
8 *Vitia rescriptorum duplicia, visibilia & inuisibilia. & quid vnumquodq. ex illis sit.*
9 *Vitia visibilia vitiant rescriptum ipso iure, inuisibilia vero ope exceptionis.*
10 *Iudex recedere non debet à iustitia ob rescriptum.*
11 *Rescriptum contra ius auferendum est à manibus tenentis.*

ITem ordinamus,& statuimus, quod aliqua charta nō
1 possit exire,&c. Statuitur † hic,quod à curia domini Regis non possit exire charta,priuilegium, vel rescriptum contra aliam chartam prius iuste factam,& iuste concessam;nec illa prius concessa possit reuocari.hoc primo.

¶ Item nota,quod nulla charta, nullum priuilegium, nullum rescriptum valet emanari contra priuilegia in hac generali curia facta:& confirmatur presens *cap.infra colla.4.in curia Gerunda ca.4.* incipit: *Item statuimus capitulum factum in dicta curia Montissoni*,&c.vbi declaratur,& additur,quod si charta deinceps emanauerit à curia domini Regis,vel primogeniti contra formā præsentis cap. non valeat. Præterea dominus Rex Secūdus in 3. *curia Barcino.* ordinauit, & promisit omnibus & singulis,ac etiam generali Cathaloniæ, non facere priuilegium, nec concessionem contra ordinationes huius curiæ,& illius ac aliarum præteritarum,vt habetur in *cap.* 18. *dicta tres curia Barcino. colla.* 4. Adde *infra eod.cap.*17.*& in constitutionibus pacis.In nomine sancta & indiuidua,§. Item litteras*
2 *priuilegia*,&c. Vnde † imperiali constitutione statutum est à parte,vt ea quæ contra leges fiunt, non solum inutilia,sed etiam pro infectis habenda sint: vt 25.*q.*2.*cap.imperiali.* nec valent rescripta contra ius,electa vt *C.de preci.Impera.offe.l.nec damnosa,& l. rescripta, quæ sunt canonizata* 25.*q.* 2. vide ibi. Item quia huiusmodi constitutiones sunt leges iuratæ, vt dixi *infra colla.* 4. *in* 2. *curia Barcino.cap.4.in fi.* super verbo, *non valeat.* Vnde
3 nota † quod generalis constitutio est seruanda potius quam rescriptum:vt *C.si contra ius, vel vti publi.l.omnes cuiuscumq.* vbi etiam notat Bal.quod
4 talia † rescripta inutilia non sunt per iudicem admittenda, nec debet pati, quod redigantur in actis,facit *l.rescripta præallega.*facit quod notat *Bal. in dicta l.omnes*,adde quæ notātur *infra coll.*5.*curia Mōtisalbi cap.*25.*Item quod iudices,& aduocati*,&c.

5 ¶ Sed † an Princeps possit rescribere contra ius naturale, vel contra ius diuinum, vel contra ius gentium,vide *Bal.in alleg.l.rescripta* vbi etiam dicit,secundum *Inno.* quod licet Imperator siue Princeps possit tollere actionem, tamen etiam sine actione quis poterit consequi instantiam,misericorditer implorādo officium siue beneficium superiorum,*extra de constitutionibus c.quæ in Ecclesiarum*,potest dici secundum eundem *Bal.* quod si huiusmodi actio innitatur naturali æquitati, & non possit tolli per rescriptum in impetrante,& etiam in concedente,inducit peccatum, & sic est contra ius diuinum.Si autem actio non innitatur æquitati,sed rigori,vt chirographo post bienniū, & in re iudicata contra veritatem, tantum tunc possit rescribere cum clausula non obstante, & ibi
6 etiam nota † an possit tollere pœnam applicandam parti,& dicit quod nō:vt *l. venia. C.de in ius. vocan.& ibi glo.*
7 ¶ Item nota,† quod illud rescriptum est iuri contrarium,in quo nulla causa reperitur ad concedendum contra legem,& talis lex prohibet impetrari,vt notat *Bal.in l.nec damnosa. C. de preci. Impera.*
8 *offe.* ¶ Et nota,† quod vitia rescriptorum quædam sunt visibilia,quædam inuisibilia,sed intelligibilia. Visibilia sunt, quæ argumento, ingenio, & perspicaci oculo possunt cerni,de quibus ponuntur exempla *extra de crimi.fal. cap. licet inuisibilia*; sed intelligibilia sunt, vt suggestio veritatis, & expressio falsitatis, de quibus dicitur *extra de*
9 *rescriptis cap. super litteris*. priora vitia † efficiunt rescriptum ipso iure,posteriora non nisi ex ipsis vitijs excipiātur,secundum *Goff. & Guid.* qui ita notat in *Ref.* 19.*dist. cap. in memoriam.* & adde notata per *Goff. extra de rescriptis.c. olim.* ¶ Item no-
10 ta,quod † ratione rescripti iudex non debet recedere à iustitia. *cap. eam te. extra de æta. & quali.*
11 Vnde † si rescriptum est penitus contra ius,auferendum est de manibus tenentis. *C.de sacris.pagis.l.sicut.vide glos.in dicta l.rescripta,& extra de rescriptis.cap.*2.

Capitulum IX.

SVMMARIVM.

1 *Camini sunt securi omnibus tam per terram quam mare,& nauis nō cogatur applicare nisi in locis,vbi persoluitur leuda.*

ITem ordinamus, quod camini per terram,&c. Hic
1 statuitur,† quod camini sint securi omnibus tā per terram quam per aquam, ita quod vexellum, siue nauis non cogatur applicare,nisi in locis, quibus debet leuda persolui,hoc dicit. & de materia huius statuti vide *supra colla.* 2. *in curia Barcino.cap.* 28. incipit: *Statuimus etiam,quod quilibet possit ire & redire*,&c. & adde infra *colla.*8.*ca.iustitia per constitutions*,&c.

Capitulum X.

SVMMARIVM.

1 *Scriptor non potest recipere seruitium sub pœna amissionis officij.*

¶ *Item ordinamus, & statuimus, quod charta scribaniæ nostra,*

nostra,&c. Hic confirmatur taxa chartarum curiæ domini Regis Petri II. *colla.2.cap.Item quod charta simplicis iustitiæ*. Et additur hic, quod † scriptor
1 vel aliquis non audeat amplius recipere, etiam seruitium; qui contrafecerit, amittit officium, & punitur etiam forte extra ordinem, vel imputabitur ad furtum, *supra hac colla. cap.2.* vide quæ ibi dixi.

Capitulum XI.

SVMMARIVM.

1 *Salaria scriptorum Vicariarum, Baiuliarum, & aliarū scribaniarum forsitan taxanda sunt per probos homines de voluntate Vicarij, vel Baiuli, vel eorum locumtenentis. ampliatur num. 2.*

3 *An ista taxatio hodie fieri debeat, traditur quod sic.*

4 *An probi homines, qui Romanorum iure dicūtur decuriones, possint ponere banna, & facere statuta. traditur remissiue.*

5 *Superioris decretum requiritur in creatione syndici per vniuersitatē, secus est quādo creatur per decuriones.*

6 *Decuriones ex lege possunt habere syndicum.*

Item ordinamus, & statuimus, quod probi homines, &c. Quia supra cap. proximo fuit habitum de taxatione chartarum & litterarum curiæ Princi-
1 pis, & eius cancellariæ, statuitur hic, quod † salaria scriptorum Vicariarum, & Baiularum, & aliarum scribaniarū forsades possint taxari, poni & ordinari ad pretium idoneum per probos homines cuiusq. ciuitatis, villæ, & loci de voluntate Vicarij seu Baiuli, & illius loci, seu illorū loca
2 tenētis. Hoc dicit. Hoc † idem extēditur ad quoscunq. notarios & scriptores Cathaloniæ, etiam si scribaniam forsitan non regant, vt *infra colla.4. in curia Ceruariæ cap. denique confirmantes cap. editum in curia Montissoni*, quam taxationem facere tenerentur, infra annum continuum, sub pœna priuationis honoris, seu officij ipso facto, & illi reddantur inhabiles perpetuo, vt *in curia Regis Petri III. edita in Montesono, cap. cum notarij salaria exigunt*, vide ibi.
3 ¶ Sed † nunquid hodie poterunt taxare iuxta istam constitutionem? Credo quod sic, nisi forsan in illis locis vbi fuit taxatum per dictum *cap. cum notarij*, quod videtur contra. si illud non venit ad correctionem; sed ad executionem huius cap. an,
4 & qualiter † isti probi homines, qui dicūtur in iure Romano decuriones, possint ponere banna & facere statuta, vide notata per *Doct. C. de decuri.*
5 *lib. 10.* Item ibi sub rubrica nota An, † & quando in creatione syndici requiratur decretum superioris, & breuiter requiritur quando per vniuersitatem creatur, secus quando per solos decu-
6 riones, quia per legem conceditur, quod † decuriones habeant syndicum, *l. nulli. §. quod cuiq. vniuersitas.*

Capitulum XII.

SVMMARIVM.

1 *Non valent obligationes facta in fauorem officialium tempore eorum officij, cum præsumantur facta per metum. ampliatur num. 3.*

2 *Contra præsumptionem iuris, & de iure municipali non admittitur probatio incontrarium.*

4 *De materia validitatis, vel inualiditatis contractuum officialium remissiue.*

5 *Officiales tempore administrationis prohibentur matrimonia contrahere cum subditis.*

6 *Officialis non potest emere redditus illius loci, vbi est officialis.*

Item ordinamus, & statuimus, quod si aliquod mo-
1 nasterium, vel Ecclesia, &c. Hæc † constitutio breuiter hoc intendit, obligationes, & acquisitiones censualium, violariorum, & aliarum donationum factæ officialibus tempore officij per quacunq. personas, monasterium, vel Ecclesiam, ipso iure non tenent, quia præsumuntur factę per metum. Hoc dicit. Et est huiusmodi presumptio iuris, & de nostro per hanc constitutionem, contra
2 quam † præsumptionem non admittitur probatio
3 incontrarium, & prędicta † vera, etiam si interpositio alterius personæ interuenerit in frau-
4 dem huius constitutionis, & de hac † materia vide *C. de contractibus iudicum, vel eorum quæ sunt circa eos l. vnica & C. si cer. pe. l. eos qui officia*. Item pro-
5 hibentur † matrimonia contrahere cum subditis tempore administrationis *ff. de ritu nup. l. si quis*
6 *officium*. Item † officialis non potest emere redditus illius loci vbi est officialis, vt infra *colla. 4. in 2. curia Barcino. cap. 13. & in curia Ilerdeū. cap. 8.*

Capitulum XIII.

SVMMARIVM.

1 *Terras tenentes infra terminos castri debent contribuere cum alijs in questijs, & alijs communibus exactionibus pro rata possessionum; nisi priuilegio, vel consuetudine præscripta se defendi possint.*

2 *Consuetudo præscripta debet esse 30. annorum.*

3 *Consuetudo, adhoc vt præscripta dici possit, debet esse cum bona fide.*

4 *Peccans ex peccato non debet consequi præmium.*

5 *Clericus non tenetur ad solutionem questia.*

6 *Non est talliandus emphyteota pro re quam tenet infra castrum alterius domini.*

7 *Præscriptio 30. annorum non soluendi questiam incipit currere à die contradictionis.*

8 *Priuilegio concesso vni de vniuersitate an vniuersitati diminuatur portio contingens illi priuilegiato. remissiue.*

Item ordinamus & statuimus, quod terram tenentes, &c. Hanc constitutionem deduxi supra *colla. proxima in curia Barcino. cap. 44. Item quod Vicarij nostri*, &c. vbi late dixi de materia castrorum. No-
1 ta, † quod terram tenentes infra terminos castri debent cum alijs contribuere in quæstijs, & alijs communibus exactionibus pro rata possessionum, nisi priuilegio, vel consuetudine præscripta possint defēdi. Hoc dicit in prima parte, & quod
2 dicit *præscripta*, † intellige legitime, scilicet longissimo tempore, ad minus triginta annorū: quia minor præscriptio non habet locum in Cathalonia regulariter, vt notatur infra *colla. proxima in curia prima Barcino. cap. 42. Itē quod aliqua quarta*, &c. Item

3 Item † requiritur quod fuerit præscripta cum bona fide, alias malæ fidei possessor vllo tempore non præscribit in *cap. possessor de regulis iuris lib. 6.* & est ratio huius regulæ, quia possessor malæ fidei retinendo rem alienam, peccat mortaliter: vt
4 *extra de vsuris c. cum in.* & qui peccat, † nō debet ex peccato consequi præmium, sed pœnam, *extra de translati. cap. 2. §. sed neq.* & tanto sunt grauiora peccata, quanto diutius infælicem animam detinent alligatam: *extra de consue. cap. vltimo, & de fide. cap. non satis.* distingue tamen per *Henri. Boich extra de præscriptis cap. vigilanti, & cap. si diligenti,* & quod dicitur hic de tallijs, siue quæstijs, intellige
5 in rebus immobilibus laicorum, quia † clerici ad quæstiam non tenentur: vt in *constitutione pacis, In nomine sanctæ. §. statuimus, quod clericus ratione rei immobilis ad aliquam quæstiā non teneatur,* &c. ¶ Se-
6 cundo nota, quod dominus † loci domicilij non debet talliare emphiteotam pro re, quā tenet infra castrum alterius domini, quia esset iniquum, quod pro vna re contribueret in duobus locis, quod intelligo verum, etiam si habet domicilium priuilegium, vel consuetudinem non soluendi; alias malum offerrent commodum: de quo vide per *Bart. C. de ijs qui spon. mu. sub. l. 1. lib. 10. & in l. assumpto. ff. ad munici.*
7 ¶ Et quod dictum est, † præscriptionem triginta annorum currere, intellige, scilicet à tempore contradictionis; tunc enim incipit possidere, vel quasi, ad hoc *ff. de serui. vrba. prædio. l. hoc autem iur.* & nota per *Cyn. C. quæ sint lon. consue. l. 2.* alias non procederet præscriptio, nisi forte tanti temporis,
8 cuius contrarij non esset memoria. Pone † quod vni de vniuersitate conceditur priuilegium immunitatis ne teneatur contribuere, quæro an vniuersitati diminuatur portio contingens illi priuilegiato, vide notata per *d. Ioan. de Imol. in cle. præsenti de censibus in fi. & per Guil. in spe.*

Capitulum XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij, & Baiuli tenentur exequi sententias iudicum delegatorum.*
2 *Vicarij, & Baiuli tenentur exequi lauda, & pœnas appositas in compromissis. idem num. 8.*
3 *Executionē (de qua hic) possunt facere Vicarij, vel Baiuli; sine consilio iudicis ordinarij, vel Assessoris. & ratio traditur.*
4 *Par in parem non habet imperium.*
5 *Delegatus à Principe maior est ordinario.*
6 *Delegatus Principis suam sententiam exequitur, delegatus vero ab alio nequaquam.*
7 *Vicarius merus executor sententiarum iudicum delegatorum cognoscit de exceptionibus oppositis in executione, dummodo non impugnent dictas sententias.*

I*Tem ordinamus, & statuimus, quod Vicarius & Baiulus teneantur sequi, & complere,* &c. Primo di-
1 cit hæc constitutio, quod Vicarij & Baiuli teneantur sequi complere mandata, & iudicata iudicū
2 delegatorum. Secundo † dicit, quod tenētur reddere ius de compromissis & pœnis in eis appositis, non obstantibus statutis, vel vsibus contrarijs. Hoc dicit.

¶ Primo ergo nota hic, quod Vicarij, & Baiuli sunt executores ordinarij, & tenentur exequi, & complere iudicata per iudices delegatos cuiuscunq. fuerint delegati, & ita siue fuerint delegati à Principe, siue ab eisdem Vicarijs, & Baiulis, & alijs quibuscunq. & forsan siue ab Ecclesiasticis fuerint delegati; quia textus dicit, *iudicum per quamcunq. personam delegatorum:* & quod hic dicit *delegatorum*, intelligo, idest, deputatorum: quasi dicat. siue sint ordinarij iudices, siue delegati, & nedum à Principe, sed à quacunq. persona; & nimirum si debent exequi sententias, & iudicata iudicum, quia imo etiam arbitrorum; & hoc statim
3 subijcitur. Et † quia in hoc casu per hanc constitutionem isti Vicarij, & Baiuli sunt executores delegatorum, poterunt procedere ad istam executionem sine consilio iudicis ordinarij, vel assessoris. Nec obstat supra *eadem colla. cap. 4. §. Item quod non audeant*, quia ibi loquitur quando causa nondum erat cognita, nec iudicata: quod patet, quia ibi dicit, *sine cognitione iudicis, vel assessoris,* quia sufficit hoc ita esse concessum per hanc cōstitutionem, quæ alias superflueret, sufficit enim semel à iure concessum fore. Vnde non est necesse vlterius adire Prætorem. *ff. de condi. insti. l. quæ sub conditione §. fi.* & sic isti Vicarij & Baiuli per se, vel per eorum sagiones, & ministros habent facere executiones etiam sine præsentia iudicum. ad hoc infra *colla. 4. in prima curia Barcino. cap. 14. Item quod aliquis iudex,* &c. Ibi, *ire personaliter.* vide quæ ibi dixi.

¶ Et quod dicit hic littera, *mandata*, intellige, scilicet inter partes; puta, quia fuit factū præceptū iudiciale de soluendo, vel aliud; non autem credo, quod delegati mandent Vicarijs, & Baiulijs,
4 quia par † in parem non habet imperium, nisi
5 forte esset delegatus † à Principe, qui maior est in ordinario: *extra de officio delegati cap. sane.* Vel expone hic, *mandata*, idest, consulta. Et ita patet
6 hic, quod iudex † delegatus etiam à Principe non poterit exequi suam sentētiam. Sed de iure communi delegatus Principis suam sententiam exequitur infra annum, *extra de offi. dele. cap. querenti;* sed delegatus ab alio nequaquam. *ff. de re iudi. l. à diuo Pio. & extra de fo. compe. cap. si quis contra.*

¶ Sed vt vitetur iurium correctio, non posset dici, quod delegatus à Principe non prohibetur suam sententiam exequi; sed dicitur hic, quod Vicarij, & Baiuli tenentur sequi, & complere. Verumtamē in practica seruatur, quia in hac patria aliquis delegatus, vel commissarius non poterit exequi, forte per constitutionem, quæ tollit & prohibet commissarios: infra *colla. 9. cap. Item per tolre vexation.* adde quę notaui infra *colla. 5. curia Montisalbi cap. 10. Item quod in executionibus.*
7 ¶ Sed † quid si super executionem faciat oppositionē, iuxta ea quæ leg. & not. in dicta *l. à diuo Pio. §. super rebus, super quibus est necessaria aliqua cognitio:*

cognitio. dic quod Vicarius, & Baiulus tunc de cōsilio vel cognitione sui iudicis ordinarij, vel assessoris de huiusmodi oppositionibus, & alijs, quę sententiam non eneruant, cognoscet: vt in dicto *§. si super rebus, in l. a diuo Pio*: & ita etiam potest loqui *cap. 4. §. quod non audeat supra eod.* pro hoc facit infra *curia Gerundæ cap. 26. &c. Constitutio censualium & violariorum infra colla.* 10. vide quæ
8 ibi dicam. ¶ Secundo † nota hic, quod Vicarij, & Baiuli similiter tenentur exequi sententias arbitrorum, & reddere ius de compromisis & pœnis appositis in ipsis; de quo vide quę dicam latius infra *colla. proxima in 3. curia Barcino. Regis Iacobi II. cap. 15. Item ordinamus, quod capitulum factum fuit per dominum Regem Alfonsum*, &c. & vt ibi dicitur, videtur quod hic debuerit esse initium capituli, vbi ego habeo §. *Item quod teneantur reddere ius de compromisis*, &c. Adde quæ dixi infra *colla. 5. c. 9.* & ita videtur hic, quod Vicarij, & Baiuli sunt executores, & tenentur exequi sententias, & iudicata, & consulta iudicum, nedū ordinariorum, sed etiam delegatorum; vt supra dixi.

Capitulum XV.

SVMMARIVM.

1 *Parti prius est facienda satisfactio debiti, & iniuriarum, quam curia recipiat ius suum sub pœnis hic contentis, ampliatur etiam si pars non requireret. num. 3.*
2 *Maleficia restitui debent per malefactores.*
4 *Iura reuocanda non sunt per subauditiones, & glossulas, maximè, quando dicta iura dant certam formam.*

I*Tem ordinamus, & statuimus, quod maleficia inuenta per inquisitiones, vel per alium modum*, &c. Ista est vna de melioribus quæstionibus, & vulgatissima, licet quandoq. & sępisime (proch dolor)
1 male seruata. & breuiter hoc intendit. Prius † est facienda debiti, & iniuriarum parti satisfactio, quam curia aliquid recipiat inde pro iure suo. Hoc dicit. Concor. infra *coll. proxima in curia prima Barcino. Regis Iacobi II. cap. 11. Item quod nos, vel officiales nostri.* vbi de hoc latius. quod etiam confirmatur in curia Perpiniani *cap. volumus, & concedimus*, & infra *colla. 5. in curia Montissoni. cap. nos, & primogenitus.* & infra *colla. 6. cap. confirmants la constitutio feta en la cor de Monsso*, vbi per Regem Ferdinandum dicitur, quod vltra pœnas aliarum constitutionum, qui contrafecerit, teneatur parti, quā per hoc læsit, vel damnificauit, aut grauauit, de bonis suis proprijs emendare damna, interesse, expensas, pro quibus poterit etiam durante officio conueniri coram illo, coram quo alias cessante officio, siue pro alio debito ante tempus tabulę posset conueniri, iuxta constitutiones Cathaloniæ. vide quæ ibi dicam. Ad prædicta facit *extra de sententia excommunicationis cap. parrochianos*: vbi dicitur, quod excommunicati, donec læsis satisfecerint, &c. ad idem *cap. ad ea noscitur. eod. tit.* adde quæ notantur *C. de pœ. fisca. l. rem suam lib. 10.*
2 *& C. ad l. Iul. de vi. l. si quis.* Et nota, quod † maleficia debent restitui per malefactores, vt infra *colla proxima in prima curia Barcino. cap. 32. Item quod*
3 *omne maleficium.* vide ibi. ¶ Item in tex. ibi † super verbo *antequam*, quidam glossarunt hic, scilicet, hoc verum si prius id requisierit ante compositionem, alias etiam non vocato iudice valet compositio, & ita debent seruari Gerundæ secundum Petrum Sarra, & Guillel. de Menge antiquos practicos peritos Gerundæ, quę glos. videtur Au-
4 relianeñ. quia destruit textus, & per † subauditiones. & glossulas iura reuocanda non sunt. vt notat *glos. in cap. cupientes de elec. lib. 6.* maxime in ijs constitutionibus, super quarum interpretatione est data certa forma: vt infra *ead. c. proximo, & ibi nota.* Vnde credo quod glos. prędictorū Petri & Guillelmi multos misit in infernum, quia constitutio ista (& sibi similes) simpliciter loquitur, siue pars id requisierit, siue non: quid enim si mortuus est læsus, vel alias impeditus petere; & tamen constitutiones istæ Hebraicè ad litterā sunt seruādæ: & quid si forte aliquis inops socium raubauerit, & captus fuerit; recipiet ne curia compositionem, quam solueret de furto, & abijt latro; vnde habebit postea læsus rei furtatæ satisfactionem. certe absurdum videtur sentire, quod dixit *glos.* prædicta, maxime quia post hanc plures confirmatoriæ emanarunt, quæ talem distinctionem nullatenus conferunt. quare dic melius vt dicam in dicto *cap. Item quod nos, vel officiales.* Item adde quæ notaui infra *colla. 4. curia Gerundæ cap. 13. in fi.*

Capitulum XVI.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio contra constitutiones fieri non debet.*
2 *Princeps interpretatur sua priuilegia, nō tamē cōtractū.*
3 *Glossari non prohibetur ad elucidationem recti sensus.*
4 *De priuilegijs non iudicat nisi concedens.*
5 *De constitutionibus non est iudicandum, sed tantum secundum eas.*
6 *Minor pars capituli contradicens sine iusta causa habetur pro consentiente.*

I*Tem ordinamus, & statuimus, quod priuilegia, &*
1 *constitutiones*, &c. Hic † priuilegia, & constitutiones generaliter, vel specialiter per dominos Reges concessæ confirmantur; ita quod aliquis non audeat intentare, nec super ipsis sententiam petere. Hoc dicit breuiter. Cōcor. supra in *curia proxi. c. idcirco nos, & ex. & c. permittimus*, &c. ¶ Itē
2 nota, quod solus Princeps † interpretatur sua priuilegia & beneficia, vt *l. veracius ff. de regul. iur.* & *l. in conuentionalibus de verb. sig.* & *l. ex facto ff. de vul. & pu. s.* non tamen interpretatur suum cōtractum, vt vbi dicit *glo. & Iod. de Imo. post Bart.* vt dicit *Iac. de Cal. in Marg. Fis. 8. dubio. vers. 147.* ¶ Et nota, quod dicit, quod aliquis non audeat interpretari, quia non prohibeat interpretationē Regiā, iuxta notata in *cap. certum de reg. iuris. li. 6.* & facit cōtra *glos. Aurelian.* de qua dixi supra *cap. proximo*, non enim prohibetur glossari ad elucidationem recti sensus secūdum vitia, quæ debent quatenus fieri valeat cōcordari, vt *extra de elec. c. cū expediat. li. 6.* quia

quia non in cortice Scripturarum, sed in radice consistit Euangelium. 1.q.1.c.*Marcion*.quia littera occidit, sed spiritus viuificat, vt *extra de renun. cap.nisi cum pridem*. §. *pro defectu quoq*. & faciendi plures libros nullus est finis *Ecclesi. cap. vltimo in fin*. ¶ Item nota, quod littera dicit, *neq. super ip-*
4 *sis sententiam petere*, quia † de priuilegijs nullus iudicat, nisi qui illa concessit, *extra de iudicijs, c.cum*
5 *venissent*, ibi de hoc. Item, quod † nulli licet iudicare de constitutionibus, & legibus, sed secundũ eas: vt *di.4.c.in istis temporalibus*. sed si forsan fuerit necessaria interpretatio alicuius constitutionis Cathaloniæ, tunc debet seruari quod dixi in *alleg.cap.idcirco nos Rex*. & habetur infra *colla.proxima curia 2.Barcin.cap.32.Item quod si in aliquo*, & in
6 *curia Gerundæ c.10*. ¶ Vltimo nota, † quod minor pars capituli, vel conuentus sine iusta causa cõtra dicens habetur pro cõsentiente, iuxta notata 18. *di.cap.Episcoporum*, per *Guid. super glo. non est*, &c. quod facit pro negotijs curiarum, & vniuersitatum, quia valet quod fit à maiori parte, vbi minor non habet iustam causam contradicẽdi, iuxta notata *de ijs quæ fi. à maio.parte.capi.c.1*.

Capitulum XVII.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum contra priuilegia & consuetudines approbatas per constitutiones non est recipiendum. limitatio traditur num.2.*
3 *Postulari licet non damnosa fisco, nec iuri contraria.*
4 *Rescriptum impetratum contra priuilegia & consuetudines est surreptitium, & ratio adducitur nu.5.*
6 *Rescriptum contra consuetudines approbatas obtentum non est recipiendum, etiam si contineat clausulam,* non obstantibus consuetudinibus in contrariũ.
7 *Rescripta contra ius constitutionis, vel vtilitatem publicam seruanda non sunt.*
8 *Cognitio an rescripta sint contra constitutiones, Principis est, nisi in notorijs, cum tunc quilibet iudex poterit id cognoscere.*
9 *Rescripta iusta seruari debent, & non auferri sine causæ cognitione.*
10 *Beneficium Principis latissime est interpretandum. limitatur num.11.*
12 *Priuilegium stricte interpretatur.*

Item ordinamus & statuimus, quod aliqua nostra lit-
1 *tera*, &c. ¶ Casus. Rescriptũ † contra priuilegia & consuetudines impetratum nõ debet recipi. Hoc dicit. Imo debet refutari quod dicit lex, quod rescripta contra ius elicita ab omnibus iu-
2 dicibus præcipimus refutari, nisi † forte aliquid est quod non lædat alium, & prosit petẽtibus, vel crimẽ supplicãtibus indulgeat: vt *C.de preci. Impera.offe*.quę est canonizata, 25.q.1.c.*rescripta*, vbi notat *Guido in Ros*.quando rescriptum, quod cõtra ius impetratum est, valeat, & quando nõ; quia
3 nec † damnosa fisco, nec iuri contraria postulari oportet: vt *l.nec damnosa.C.eod*.& vide ibi *Bal.in l.omnis cuiusq.C.si contrarius vel vti. publi*. adde quæ notantur supra *ead. c.8*. ¶ Et nota, quod tale re-
4 scriptũ † cõtra priuilegia & cõsuetudines impe-
5 tratũ est surreptitiũ, quia † Princeps de illis habet ignorantiã, cum sint facti, vt *extra de cõsti.c.li-*
6 *cet Romanus.lib.6*. & si dicat, † *non obstantibus illis, & priuilegijs, & consuetudinibus*: adhuc expectanda est secũda iussio, vt in *auth.vt nulli*. vide §. *& hoc vero iubemus colla.9*. Imo cũ hęc cõstitutio expresse dicat, quod talia rescripta contra priuilegia, & consuetudines emanata non recipiãtur, non videtur expectãda secũda iussio in hoc casu, sed refutato rescripto, tanquã inualido, debẽt seruari priuilegia & consuetudines à constitutionibus approbata, quæ sunt leges pactionatę, quas dñs Rex nequit reuocare de cõsensu curiæ generalis, *extra de reg.iur.c.omnis res*, & *ff.eod.tit. l.nil tam naturale*. adde infra *colla.proxi.c.17. Itẽ quod nos*, &c. vbi di-
7 citur, quod rescripta † contra ius constitutionis, vel contra vtilitatẽ publicam, non sunt seruãda,
8 quia nullius sunt momenti. Sed quis † iudex de hoc cognoscet? Videtur quod solus Princeps, qui cõcessit, debet de hoc iudicare, vt *extra de iudicijs. c.cũ venissent*. vbi de hoc per *Inno*. & *Henr*. Sed forte vbi est notoriũ, priuilegiũ fore contra constitutiones Cathaloniæ, quilibet iudex, qui iurauit obseruare, poterit dicere, quod talẽ priuilegiũ est contra constitutiones, & ideo nõ obseruandũ. Verumtamen videtur fore tutius, non facta mẽtione de tali priuilegio procedere, seruãdo constitutio-
9 nes huiusmodi. ¶ Itẽ nota, quod † regulariter rescripta iusta valẽt, & tenẽt, & debẽt teneri, & seruari, & sine causæ cognitione non debẽt auferri: vt in *constit.In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. §.Itẽ litteræ, priuilegia, & instrumẽta à nobis impetrata irreuocabiliter obseruẽtur, & absq. cognitione in præiudiciũ alterius minime reuocẽtur*, &c. de hoc latius notatur per *D.Iac.in sua Margarita Fisci.7. dubio, vers.quod rescripta contra constitutiones*, &c. vbi etiã nota, quod annullatio actus proprie nõ est pœna.
10 ¶ Itẽ nota, quod beneficiũ † Principis largissime est interpretandũ: *extra de dona.c.cũ dilectus*. & *de verb. sig.c.olim*. & *de priuil.in ijs*, & *ff. de constitu.*
11 *Princi.l.vlt*. nisi † sit in pręiudiciũ alterius, & saluis verbis priuilegij, salua etiã intẽtione concedẽtis. adde quæ notat *Host.extra de rescrip. c.causam quæ*. & *Ioan. An. de reg.iur.c.decet. lib.6*. Hoc ta-
12 men nota, quod ex quo † priuilegiũ aliquid cõmodi priuilegiato afferat, debet stricte interpretari, vt *ff.ne quis in lo.pub.l.2.§.si quis à Principe*. & *§.nunnio*. super quo vide quod notat *Guid.25.q.2. cap.seruatur*, &c.

Capitulum. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iurisperitus nec iudicare, nec vti inquisitionibus potest in curia, si examinatus non fuerit per probos homines cum alijs sapientibus in iure.*
2 *Iurisperitus approbatus, antequã vtatur officio, debet iurare de bene & fideliter se habẽdo in posse ordinarij.*
3 Fideliter *verbũ quomodo declaretur. remissiue.*
4 *Doctoribus debent aperiri ianua & consistoria Principum, & omnium aliorum iudicum.*
5 *Doctores sunt recipiendi cum reuerentia & salutandi.*

6 *Iurisperiti in ciuitatibus & locis insignibus non possunt aduocare, nisi habeāt libros vel Iuris Ciuilis, vel Iuris Canonici, & audiuerint per quinq. annos in studio generali.*
7 *Examinatio iurisperitorum quomodo faciēda, traditur.*
8 *Iurisperitus antequā vtatur officio, debet habere libros vsaticorum & constitutionum Cathaloniæ.*
9 *Iurisperiti debent iurare pro vt supra num. 2. non obstāte consuetudine in contrarium.*
10 *Approbatus Doctor nō debet iterum approbari; ex causa tamen nedum posset iterum approbari, verum & reprobari, idem num. 16.*
11 *Aduocati dici non possunt illitterati.*
12 *Aduocat⁹ dicitur qui operatur studio in agēdis causis.*
13 *Salarium integrum debetur Aduocato nō implenti aduocationem per casum fortuitum.*
14 *Iudex dicitur ex quo ius dicit.*
15 *Ordinarius iudex quis sit. remissiue traditur.*
17 *Milites de iure communi peritiam causarum habentes possunt esse iudices.*
18 *Iurisperiti examinandi sunt, etiam si noti sint per populum.*
19 *Requisita nouem pro Doctoratu requiruntur.*

ITem ordinamus & statuimus, quod aliquis iurisperitus, &c. Istud cap. duo dicit. Primo, quod † ali
1 quis iurisperitus non audeat in aliqua curia vti inquisitionibus, & iudicare, donec fuerit examinatus per probos homines, cum alijs sapientibus
2 in iure Secundo † dicit, quod illi, qui sic examinati electi fuerint, habent iurare quod fideliter se habebūt in aduocationibus, & alijs rebus in posse Vicarij, vel Baiuli, & proborū hominū ipsius loci, scilicet vbi voluerunt habitare, & officio iu
3 risperiti vti. Hoc dicit. De significatione † verbi *fideliter*, quod in littera ponitur, dic vt legitur, & notatur in *libro feudorum de noua fidelis for. cap.* 1.
4 ¶ Nota, † quod Doctoribus debent ianuæ, & cōsistoria Principum, & omnium aliorum iudicum
5 aperiri. Itē † debent ipsi Doctores cū magna reuerentia recipi & salutari, & in sede subliniori sedere: vt *C. de offi. diuer. iudi. l. singuli quoq.* & *l. sciāt Principes*. ¶ Pręsens capitulum siue constitutio confirmatur infra *colla. 6. in curia Cernariæ. cap. con-*
6 *firmantes insuper*, &c. Vbi additur, quod † aliquis iurisperitus in ciuitatibus & alijs locis insignibus nequeat aduocare, nec officiū iudicis vel assessoris assūmere, nisi omnes quinq. libros habeat ordinarios Iuris Ciuilis, vel saltē libros ordinarios Iuris Canonici, & quod adminus per quinq. annos audierit in studio generali, de quo fidē habet facere per proprium iuramentū, quod *c. confirmantes*, approbatur in *curia Montissoni Regis Petri III. c. in ciuitatibus*: vbi additur, quod dictū iuramentum habet præstari publice in curia, in ciuitatibus, & villis Perpiniani. Ceruariæ, Podijceritani, & Villæ Franchæ Penitent. in quibus est peritorum copia, additur & ibidem, quod di-
7 cta examinatio † fiat per duos peritos, vel saltem per vnum ipsarum ciuitatum, vel villarū, in præsentia officialis, quorum examinantium super his conscientia oneratur; & nihilominus ipse iurisperitus examinatus debet facere fidem corā examinatoribus, quod penes se habeat omnes libros ordinarios illius Iuris, quod audierit, & quod sint sui proprij: & iurisperito cōtrafacienti, vel prædicta non complenti imminet pœna priuationis officij per biennium ipso iure, & nihilominus pœnam quinquaginta morabatinorum incurrit.
8 ¶ Nouissime † vero emanauit *constitutio dominæ Mariæ* infra *colla. 9. cap. assats es cosa ridiculosa*, &c. per quam statuitur & præcipitur, quod quilibet iurisperitus, antequam vtatur officijs iudicandi, vel aduocandi in Principatu Cathaloniæ, habeat sine fraude vsaticos Barcinonę, constitutiones, & capitula curiarum Cathaloniæ, secundum quos, quas, & quæ præ cæteris iuribus habet iudicari in Principatu Cathalonię: qui vero contrafecerit, pœnā quinquaginta librarum incurrit, mediatim fisco & accusatori acquirendam: prout in dicto *cap. assats*, &c. latius continetur. ¶ Huiusmodi constitutiones salubriter emanarunt pro maxima vtilitate totius Reipublicæ Cathaloniæ; sed male seruantur propter negligentiam rectorum ciuitatum, & aliorum officialium, ad quos spectat executio pœnarum, & aliorum prædictorum: quia parum est iura concedere, &c. *extra de elec. cap. vbi maius. §. præterea. lib. 6.* sed ordinarijs potest fieri delegatio, vt in *cap. cum non debeat.* infra *colla. 6. curiæ Perpiniani.* vide quæ ibi dixi. ¶ Nota
9 ꝙ † dixi in summario & signāter de iuramēto, ꝙ debēt oēs præstare, scilicet tā approbati, quā nō approbati qui officio aduocādi, iudicādi, vel assidendi vtantur: vt *C. de iudicijs. l. rem non nouam*, & non obstante contraria consuetudine. *arg. extra de iuris calum. cap. cæterum.* & quæ ibi notat *Hostiens.*
10 ¶ In tex. ibi, *iurisperitus*, subaudi, scilicet qui † nō possit esse Doctor, vel aliter approbatus, puta licentiatus, vt in *cap. in ciuitatibus. supra alleg.* quia qui semel approbatus est, non debet iterum examinari; ex causa tamen posset examinari, & etiā reprobari. *ff. de mu. & hono. l. vt gradatim. §. reprobari.* de quo *extra de praben. cap. cum secundū.* ¶ Quæ-
11 ro, † vtrum illiterati possint dici aduocati? Tex. huius constitutionis cum *concor.* facit quod nō, & idem determinat *glos.* & *Bar. ff. de varijs, & extraordi. cog. l. præses. §. aduocatos.* & dicitur aduocatus,
12 qui † quocunq. studio operatur in causis agēdis, & oportet quod studeat per quinquēniū, & quod Doctor iuret cum iurisperitu, vt *C. de aduo. diuer. iudi. l. neminem.* & hoc de iure communi; sed de iure Cathaloniæ etiam requiruntur ea, quæ dixi supra, & continentur in ista constitutione. & *concor.*
13 & alijs prænarratis. ¶ Et nota, † quod licet aduocatus non possit implere aduocationem per casum fortuitum in eius persona contingentem, tamen totum salarium debet habere. Hoc dicit. dicta *l. præses.* & *l. diuus Seuerus.* Quis autem dicatur iudex, vide *extra de verb. sign. cap. forus. vers.*
14 *iudex* † *dicitur hic, quasi ius dicens*, &c. quis vero
15 dicatur iudex † ordinarius, & à quo iurisdictio ordina-

ordinaria conficiatur, vide *in Summa Goff. tit. de offi. iudi. ordi.* ¶ In tex. ibi, *examinatus*, subaudi, & approbatus, siue electus, vel licentiatus, vt in *cap. in ciuitatibus*, & quod statim subijcit ibi, illi qui
16 electi fuerint, & tales † approbati poterunt ex causa post huiusmodi approbationem seu licentiam concessam reprobari: vt in *alleg. §. reprobari*, & *C. de professorum. l. grāmaticos. lib.* 10. & nota per *glo. in l. Pōponius in prin. ff. de nego. gest.* & illi qui debent approbari, bene docere possunt, vt 24. *q.* 3. *cap. vltimo*. vbi vide per *Guid. in Ros.* & puto, quod adminus debeant habere mediocrem scientiā, vt
17 *extra. de elec. c. cum olim nobis*. Tamen de iure † cōmuni etiam milites peritiam causarum habentes possunt fieri iudices: vt *C. de iudi. l. certi*. de hoc notat *glo. in decreto* 20. *di. §.* super verbo, *an forsisciē*
18 *tia*; sed etiam videtur, quod † noti, qui habēt testimonium populi, non sunt examinandi, *ar. cap. nullus* 24. *di.* vide ibi *glos*. quia euidentia scientię examinationē excludit, in *Cle. Romana. §. nos itaq. de iure iuran.* Contrarium tamen seruatur, & tenet *Iac. de Are. in l. nec. ff. de tu. & cura da. ab ys.* Et nota latius per *Ioan. de Imo. in Cle. cum sit tit. de mag.*
19 *super glo.* in verbo *honorē*. vbi ponit nouē, quę † requiruntur in doctorando. adde quæ ibi notantur per eum.

Capitulum XIX.

SVMMARIVM.

1 *Medici antequam vtantur officio, debent facere fidem se habere libros ordinarios artis medicæ, & iurare quod audiuerint ad minus per tres annos in generali studio & reliqua facere pro vt hic.*
2 *Medici non approbati non debent practicare.*
3 *Medici experimentare volentes à simili morbo in alios reprehenduntur à Beato Bernardo.*
4 *Medici plures habent parabolas antequam respondeant interrogatis.*
5 *Medici non sunt maioris valoris & auctoritatis quam obstetrices.*
6 *Obligatio facta per infirmum medico inferenti aduersa medicamenta nulla est.*
7 *Vulneratus mortuus ne sit ex vulnere, vel non, statur dicto medicorum.*
8 *Medicus pro labore suo recipit salarium.*
9 *Medicus pro eodem salario an teneatur recidiuum curare, remissiue.*
10 *Medicus potest repetere impensas factas in curatione infirmi diuitis, quando coacte curatur. limitationes traduntur num.* 11.
12 *Medico quando soluendum sit.*
13 *Physici an promoueri possint ad sacros ordines. remissiue.*
14 *Physici an teneantur in foro conscientiæ de imperitia in cura.*

Item ordinamus & statuimus, quod illud idē faciat in medicis & chirurgicis, &c. Ecce habes totum tex. quia breuis est, & quod dicit illud idem, scilicet de examinatione & prętatione iuramēti. Sed per *cap. in ciuitatibus. §. & idem sub dicta pœna, &c. infra colla.* 4. *curia Montissoni*, sub pœna quinquaginta
1 morabatinorum statuitur, quod medici physici † debent etiam facere fidē, quod habeant libros ordinarios suæ artis physicæ medicinæ; & iurare, quod adminus audiuerint ipsos libros per tres annos in generali studio medicinę, & si fuerint Christiani; si autem fuerint Iudæi, vel Sarraceni, habent examinari adhibito vno, vel duobus medicis Christianis: & qui reperti fuerint sufficientes, antequā ad practicam admittantur, debēt iurare publice, quod bene & legaliter practicabūt. sed hodie Iudæi & Sarraceni non admittuntur in officio medicinæ, secundū *decretal. olim Benedicti Papæ XIII.* *secundū pragmaticā domini Regis Ferdinandi*. quibus concordant antiqua iura cōmunia, vt 28. *q.* 1. *cap.*
2 *nullus*. Ex prædictis nota, quod medici, † nisi sint electi & approbati, nō debent practicare, vt *l. medicos. ff. de decre. ab ordi. fa.* & melius est medicum pauperem honeste viuere, quam turpiter diuitias acquirere, & eis vti. *C. de profes. & medi. l. archiatri.* & nota. *ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. sicuti medico*. sed moderni medici habent regulā in vulgari, *quant lo pacient crida ha, ha, diga lo metge da, da*, & ita vt primo quādoq. velint habere florenū, quā dignentur videre infirmū, parū curātes de anima: cōtra quos est dicere, *cum omnis infirmitas, extra de pœni. & re-*
3 *mis.* sed & quandoq. † volunt in eo experimētare qualiter à simili morbo valeant alios curare: contra quos *Beatus Bernardus in Epistola ad Raymundū militem sancti Gregorij. c.* 18. ait: *Fuge medicū ebriū, & caue tibi à medico volente experiri in te qualiter de simili morbo alios curabit*. hæc ille. Medicorū vero suffragio indigent infirmi; vnde non habent opus sani medico, sed male habentes, vt curēt vulnera ipsorum. *de pœni. di.* 1. *c. etiā Christi*: sed tales in lege parabolani vocantur; vt *C. de Epis. & cleri. l. pa-*
4 *rabolani*, quia † multas habent parabolas, & plura verba dicunt, dū quæritur ab eis quā infirmitatē habeant infirmi, antequā veniant ad responsionē: vt notatur per *glo.* & *Io. de Ra. ff. de excu. tu. l. si duos. §.* 1. & etiam dicuntur circuitores, quia circueūt ciuitatē more follonū, vt ibi legitur & notatur. Et vt dicit *Ambros. super Psal.* 130. præcepta medicinæ sunt contraria legi diuinæ, à ieiunio reuocant, lugubria non sunt, & ab omni intētione meditationis abducūt, ita quod qui se medicinis dederit, se ipsum sibi abnegat. *de cōse. di.* 5. *c. cōtraria.*
5 *Ioan.* tamen dicit, quod medici † nō sunt maioris valoris seu auctoritatis, quā obstetrices, & hoc dicit per *l. fi. C. cōmunia. de lega.* Et nota per eū in *canon sane.* 14. *q.* 5. sed pro medicis facit, quod dicit lex *ff. de varijs. & ex ordi. cog. l.* 1. *in prin.* vbi dicitur, quod medicorū eadem causa est quę professorum, cum ij salutē hominum agant, ad quod *C. de*
6 *profes. & medi. in rubro & nigro. lib.* 10. Sed † aliqui sunt, de malis tamen loquendo, qui quandoq. aduersa medicamenta inferunt, vt sibi obligent seu compellant ad aliquod certū eis dandum, & talis obligatio nullius est momenti, vt *l. medicus. ff. de varijs. & extraor. cog.* Super quo vide *Roff. in libello iuris ciuilis tit. de offi. iudi. quo. reno. res data medi-*

co prestiti nulla medicamento.concor. supra ead. *c*. 12.
7 ¶ Sed pone, † quod aliquis fuit vulneratus, habuit medicos, & forte lapsis decem diebus mortuus est: probatur contra vulneratorem per decē,
vel viginti testes, quod ille mortuus fuerit ex illo vulnere. Sed vulnerator inducit dictos medicos, qui deponunt non esse mortuum ex illo vulnere quæritur cui potius credendū erit. Quidam dixerūt per *l*. 1. *ff*. *de veter a in prin*. ibi, *quis amplius quam nos cognoscit*, &c. quod medicis potius sit credendum, quia melius præsumūtur scire quā alij, quia nullus præsumitur melius scire aliquā artē, quā doctor eius artis: ad idē in *l*. *septimo mēse*. *ff*. *de stat*. *ho*. ibi enim tacta est lex ad dictum medici, scilicet Hippocratis; & prædicta forte vera quando illi medici sunt legitime approbati, & carēt omni suspicione, & fuerunt per iudicem adhibiti ad iudicandum de infirmitate ante mortem, & quod deposuerunt non subornati. *arg*. *l*. *testium fide*. 1. §. *qui magis scire potest*. *ff*. *de test*. iudex enim debet esse circumspectus, & cūcta rimari. quod enim vulnus est magnum in capite, & medici dicant non fore mortale, cum tamen infra annum iuxta dicta medicorū de tali vulnere nequeat disputari; credo quod hæc & alia sint diligēter pēsanda: idest, nonne vulnerator fuit in dolo, vel culpa; certe si fuit in dolo, casus mortis debet sibi imputari; si forsan fuit in culpa tantum, tunc secus: tu vero cogita melius secundum occurrentiam casus, de quo dic vt latius notat *Tācredus de Corneto in quæstionibus suis circa extraordinaria*. *q*. 9. ¶ Sed nun-
8 quid † medicus poterit recipere salariū, *gloss*. quæ sunt de hoc 1. *q*. 1. *cap*. *qui studet*, & videtur quod non per dictum *cap*. *qui studet*, per id quod dicitur ibi Naman: sed dic quod imo potest recipere pro labore suo. & ibi nota, & melius. 83. *di*. §. 1. inci-
9 pit, *prouidendum*. ¶ Sed an † teneatur medicus de cetero pro eodem salario curare, dic, vt notatur
10 *de pæ*. *di*. 3. *cap*. *adhuc instant artes*. ¶ Sed † quid si æger diues, qui nummos habet, sed non habet se ipsum nisi nil vult dare medico, nunquid gratis tenebitur eum curare, cum nemo de suo cogatur beneficium facere. 5. *q*. 2. *c*. *precaria*. & medicus licite possit mercedem recipere, vt 14. *q*. 5. *cap*. *non sane*. dicas secundū *glo*. *Hu*. & *Gui*. *in alleg*. §. 1. 83. *di*. medicus tenetur eum curare suis impensis, & cum conualuerit, repetat impensas, quia vtiliter gessit eius negotium. *ff*. *de nego*. *gest*. *l*. *Pomponius*; & etiam si moriatur æger, potest repetere impensas, quia sufficit, quod vtiliter cœperit gerere. *ff*. *eod*. sed an vltro nec potest ei obijci quod causa pie-
11 tatis fecerit illos sumptus, nisi esset † propinquus infirmo; vt *C*. *de nego*. *gest*. *l*. *alimenta*; quia si esset coniuncta persona, videretur donasse, nisi pateretur; secus si est extraneus infirmus. eodē modo distinguitur *ff*. *de relig*. & *sump*. *fu*. *l*. *si quis*. §. *interdum*. Item secus est de his quæ dantur captiuis. *C*. *de cap*. *postli*. *reuer*. *l*. *vlt*. 4. 1. *q*. 2. *c*. *sacrorum*, secundū *Lau*. & *Gui*. qui ita notant in *alleg*. §. 1. 83. *di*. tamē quidā, vt *Lau*. dicebāt, quod medicus nullā habet actionem, vt *ff*. *de nego*. *gest*. *l*. *vlt*. sed melius dicebat dandam vtilē. Nam datur vtili, & qui animo depræcandi accessit ad negotia mea, in quantum locupletior factus est. *ff*. *de nego*. *gest*. *l*. *si pupillus*. §. *sed*. dic etiam quod eum inuitum potest curare, *ar*. *ad hoc*. *ff*. *de alt*. *lega*. *l*. *non inuitum*. *ff*. *de relig*. & *sump*. *fu*. *l*. *ac si quis*. §. *idē Labeo*, sicut inuitū possum extrahere de domo ruitura. 23. *q*. 3. *c*. *ipsa pietas*; inuito enim potest beneficium conferri. 45. *c*. & *qui emēdat*. Imo præsumo eum furiosum, qui curari noluerit, cum illa verba dixerit in ægritudine. *ff*. *de conde*. *insti*. *l*. *quidam*. facit quod simpliciter guidatus possit cogi ad pacē, nec per hoc violatur guidaticum: & ita seruatur Barcino. licet multos ex iurisperitis Gerundæ audiui tenere contrarium.
12 ¶ Quando † autem sit medico soluendū, dic vt notatur per *Innoc*. *extra de loca*. *c*. *propter sterilitatē*,
13 & per *Guid*. *in alleg*. *c*. *qui studet*. Sed an † physici possint promoueri ad sacros ordines; & an in fo-
14 ro conscientiæ teneātur † de imperitia in cura, si mors infirmi sequatur, vide quæ notantur *extra de homi*. *c*. *tu nos*. & *in Summa Confess*. *lib*. 2. *tit*. 1. *q*. 36. *cum seq*. *eod*. *lib*. 2. *tit*. 5. *q*. *cap*. 37.

Capitulum XX.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenta quæ præstare debet notarius in creatione ipsius traduntur hic.*
2 *Regentes scribanias Curiarū, Vicariarū, & Baiuliarū tenentur assecurare pro tabula per vos tenenda.*
3 *Notarij, scriptores & eorum iuuenes substituti pro vna die, vnum tantum recipiunt salarium, licet in multis locis fuerint.*
4 *Notarius creari non potest, nisi sit sufficiens moribus & ætate, quæ ætas est 24. annorum.*
5 *Infames tabelliones esse non possunt.*
6 *Seruus tabellio esse non potest.*
7 *Creare notarios quis possit remissiue.*
8 *Tabellio tenetur scire iura.*
9 *Aduocatus exercere non potest officium tabellionatus.*
10 *Referuntur instrumenta, quæ recipere prohibentur tabelliones.*
11 *Clericus non potest esse notarius, nisi caueat de non portando tonsuram.*

I*Tem ordinamus, quod illud idem fiat in notarijs publicis*. Ecce tex. integrum; quia breuis, non indiget summa; sed dic illud idem, scilicet de examinatione facienda, & iuramento præstando, sicut dictum est supra capitulis proximis de iurisperi-
1 tis & medicis. ¶ Vide † & nota, quod notarius, siue tabellio in creatione sua debet iurare hęc quę sequuntur. Primum enim, quod iurat, videlicet, quod de ijs, quæ videbit & audiet, à quocumque, cuius intersit, requisitus, publicum conficiet instrumentū, sine diminutione veritatis, & adiunctione falsitatis: vt 3. *q*. 9. *cap*. *pura*, secūdum quod secreta sibi iniuncta non reuelet. *C*. *qui testa*. *fa*. *pos*. *l*. *hac consultissima*, quia species proditionis est reuelare secreta, & *qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana*; 5. *q*. 5. *c*. *qui ambulat*, & habetur *Prouerb*. 11. *cap*. Tertium, quod in contractu vsurarum non facie

faciet instrumentū,& hoc fit in odiū vſurarū,quę
reprobatæ ſunt tā in Veteri Teſtamēto,quam in
Nouo.*extra de vſuris.c.quamquā.*& *c. ſuper eo.* Sal-
uo tamen quod legitur & notatur ſupra *colla.1.in*
curia Regis Iacobi I.c.1.& in conſti.2.eiuſdē Iacobi I.
c.1.2.3.& 4.& latius *in c.5.*quod incipit: *Itē ſta-*
tuimus,vt tabelliones. vide quæ ibi ſcripſi. Quartū,
quod de omnibus inſtrumentis retineat proto-
colla,*extra de fi.inſtru.c.cum. P. tabellio.* Quintum,
quod odio,timore,& fauore remotis,in omnibus,
& per omnia in inſtrumētis cōficiendis ſit fide-
lis.*ar.C.de teſta.l.quotiens.& hic.* Saluo tamē,quod
in Cathalonia nō audeat recipere inſtrumēta *con-*
*tra lo general,*vt infra *colla.4.in curia 2.Barci.c. 19.*
Item,quod quilibet notarius,&c.vide quæ ibi di-
2 cam. ¶ Et nota, † quod Vicarij regentes ſcriba-
nias Curiarū,Vicariarū, & Baiuliarum regiarum
tenentur aſſecurare pro tabula per eos tenenda,
prout & quando alij officiales tenētur iuxta cō-
ſtitutiones & capitula curiæ Cathaloniæ; vt in-
fra *colla.5.curiæ Montiſſoni,c.8.Itē ſtatuimus, & or-*
3 *dinamus,quod notarij regentes,*&c.Item † notarij &
ſcriptores,& eorū iuuenes ſubſtituti pro vna die,
non debent recipere niſi vnū ſalariū,licet in mul
tis locis fuerint,vt in eadem *curia Montiſalbi. ca.*
4 *Itē approbātes.*¶ Nota † etiam,quod nullus debet
creari notarius,niſi fuerit ſufficiens ſcientia,mo-
ribus,& ætate, quæ exigitur maior viginti qua-
tuor annorū,vt in eadem *curia Montiſalbi. c. Item*
quod nullus notarius. & ibidem aliqua dicā de no-
tarijs;& ideo patet, de quibus debet fieri iſta no-
tariorū examinatio.de qua in præſenti cap. dici-
tur,ſcilicet de ſcientia,moribus,& ætate } requi-
ritur enim,quod ſcit ſciens, & habeat aliquā iu-
ris periti am,& artis notarię practicam;requiritur
etiam,quod ſit morigeratus, & bonæ famæ; quia
5 infames, † tabelliones eſſe non poſſunt, licet ta-
bellio dicatur ſeruus publicus. *l. non alias. ff. de*
a... & notat *glo.in l.libertas.ff.de ſta.ho.*ſed ſeruus,
6 qui † non eſt liber,non poteſt eſſe tabellio. vt *C.*
7 *de ... iarum.l.generali.*¶ Quis poſsit creare nota-
rios,& quæ in eorum creatione, & examinatione
requirantur;& de hac materia tabellionū,vide in
ſpe.tit.de inſtru.edi.§.reſtat videre. verſ. ſi quis poteſt
facere.& *verſ. ſe.*& adde quod notat *D. An.de Bu-*
8 *trio extra qui fi.ſint legi.c.per venerabilē.*¶ Sed † nū-
quid notari⁹ tenetur ſcire iura? Videtur quod ſic,
ne illicitos contractus celebrans puniatur; vt ſu-
pra *colla.2.conſti.2.c.Itē ſtatuimus,vt tabelliones.*vide
in *ſpe.eod.tit.§.reſtat videre.verſ. ſed nunquid tabel-*
9 *lio.*¶ Item nota,quod † aduocatus nō poteſt exer
cere officium tabellionatus, *gloſ. eſt ſingularis in l.*
vniuerſas.C.de decuri.lib. 10.ſecūdū *Bal.* ¶Et ſcias,
10 quod † notarij huius Prouinciæ prohibētur re-
cipere inſtrumēta facta in prę iudicium hæredita-
menti,vel donationis factæ cauſa nuptiarū,vt in-
fra *colla.6.in curia Perpiniani.c.ad excludendū frau-*
des.¶ Item prohibentur recipere inſtrumenta
in præiudiciū generalis Cathaloniæ, quod dic vt
dicetur in *præalleg.c.2.quod quilibet notarius,&c.* ¶ Il-
lud etiā non obmittendū, quod iſti dicti notarij
valde conſueuerunt exigere ſalaria immoderata:
vt infra *colla.6.in curia Montiſſoni. c.cum notarij*: nā
in ijs metas rationis excedunt, vt dicit dominus
Papa de reſcriptis.*c.ſtatutum.§.notariū.li.6.*¶ Vl-
11 terius nota,quod † clericus nō poteſt eſſe tabel-
lio,iuxta pragmaticam Regiā, niſi caueat de non
portando tonſurā, & adde quod dixi ſupra *colla.*
proxima in curia Barcino. ca.& ſpecialiter reſtituimus
plene,&c. & contra dicam infra in *curia Dertuſen.*
cap.præterea.

Capitulum XXI.

SVMMARIVM.

1 *Iudices delegati poſſunt eligere ſcriptores publicos in*
cauſis ſibi commiſſis.limitatio traditur nu.3.

2 *Iudices tabulæ eligunt notarium pro negotijs tabulæ.*

I*Tem ordinamus & ſtatuimus,quod omnes iudices de-*
1 *legati,*&c.Dicitur hic, † quod delegati iudices
poſſunt ſibi eligere ſcriptores publicos in cauſis
2 ſibi commiſſis.Hoc dicit: ſicut iudices † tabulæ
eligunt ſibi notariū pro negotijs tabulæ, vt infra
colla.5.c.Item cū iuxta.& *colla.9.c.lo ſcriua de la tau*
3 *la.*Et prædicta † vera,vbi ſunt notarij vel ſcripto-
res in loco, & cōſuetudo vel priuilegiū nō fuerit
in contrarium ab antiquo. ad hoc ſupra *cap. 17.*
& quæ ibi notantur.

Capitulum XXII.

SVMMARIVM.

1 *Officiales domini Regis debent reſtituere damnum ſine*
cauſæ cognitione illatum.

2 *Facta ſine cognitione iuris ſunt reſtituenda.*

3 *Officiales nō debent procedere ſine conſilio Iudicis;quod*
fallit num.4.

5 *Traditur vſaticus antiquus, quo ingrediens violenter*
poſſeſsionem alterius,perdit cauſam,vel tantū quan-
tum inuaſit debet reddere expulſo.

I*Tem ordinamus & ſtatuimus,quod maleficium,* &c.
1 Hæc cōſtitutio,† quod ſi per officiales vel per
homines domini Regis ſine cognitione iuris in-
feratur maleficiū alteri,quod id reſtituatur. Hoc
dicit,ſcilicet per inferentes damna, vt infra *colla.*
*proxi.in 1.curia Barcino.c.32.*Item,quod omne ma
2 leficiū,vide ibi,& æquum cōtinet,quia facta † ſi-
ne iuris cognitione debēt reſtitui:vt ſupra *collat.*
proxi.c.27. vbi agitur *de reſti. ſpoliatorum.*& vide,
3 quæ ibi notātur:officiales † enim non debēt pro-
cedere ſine cognitione iudicis;vt ſupra *cap.3.* ni-
4 ſi † quando proceditur ad captionem fragran-
te crimine,ſono emiſſo; tunc etiam debet reſtitui
damnum & maleficiū datū,niſi in caſu reſiſtentiæ,
vel denegati ſcrutinij.de hoc dixi latius in Sum-
mula ſoni emiſſi, & ibi videre poteris.¶ Et nota
5 vſaticū † antiquū,qui talis eſt: Nullus preſumat
alicuius poſſeſsiones adire ſine fatigamēto,& cla-
more à poſſeſſore vel ſeniore ſuo facto; quod ſi
fecerit,inſtituto poſſeſſore in ſua tene,donec fa-
ciat directum querelatori. Eſt etiam vſaticus an-
tiquus tenoris ſequentis: *Quicumq. violenter expu-*
lit poſſidentem, priuſquam pro ipſo ſententia proferatur,
perdit cauſam, de qua agebatur; ſi ad ipſum res perti-
nebat;

nebat: si vero illud inuasit, quod per iudicium, & aliud tantum quantum inuasit reddat expulso. Adde etiam quod notatur per *Ioan. Fab. inst. de pœ. temeliti.* & per *Innoc. extra de elec. querelam.*

Capitulum XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Treugas habens cum alio, illius inimicos sequi non debet, nec reliqua facere pro vt hic., alias tenetur de treugis fractis & damno.*

2 *Vbi insidia sunt, ibi delictum.*

1 ITem *ordinamus & statuimus, quod aliquis homo, qui cum alio treugas habeat,* &c. Casus. Qui † cũ alio treugas habet, nõ debet sequi illius inimicos, neq. stare insidijs, neq. palam inferre damnum; quod si fecerit, de treugis fractis tenebitur, & omni damno. Hoc dicit: & inde poterit reputari, iuxta notata supra *colla. proxi. cap. cum inter nostros milites.* hoc verum, si treugæ huiusmodi factæ fuerint inter milites, alias secus; vt ibi: sed poterit cõqueri pro treugis & pacibus violatis iuxta constitutiones pacium & treugarũ. vide quæ dixi in *alleg. c. cũ inter.* adde quæ notãtur infra in *curia Gerũda. c. 1.* & latius in *c. 25.* & vide *Iac. de Calic. in suo Viridario militia in 6. q. principali, in vltima & penult. q.*

2 Item † nota hic, ꝙ vbi insidiæ sunt, ibi delictum, vt *l. vt vim. ff. de insti. & iur.* ibi, *hominem homini insidiari nephas est,* &c.

Capitulum XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudai nec Vicarij, nec Baiuli, nec Assessores esse possunt.*

1 ITem *ordinamus & statuimus, quod aliquis videns,* &c. Casus. Prohibentur hic † Iudæi gerere officium Vicarij, Baiuli, & Assessoris, quia magnũ damnum inde sequeretur. Hoc dicit. Vide & adde quæ notantur supra *colla. 1. curia Barcino. Regis Iacobi I. c. Item irrefragabiliter, supra colla. proxima. c. 53.* Itẽ dicit canon Cõcilij Toletani: *Nulla officia publica iniungãtur, per quæ eis occasio tribuatur pœnam Christianis inferre.* vt 54. *di. c. nulla,* &c.

Capitulum XXV.

SVMMARIVM.

1 *Homines capi non possunt nisi pro commanda.*

2 *Liber homo pro debito capi non potest, fallit in quatuor casibus remissiue.*

3 *Mulier capi non potest pro commanda.*

4 *Mulier pro crimine debet in Monasterio apud mulieres honestas custodiri, intellige vt nu. 6.*

5 *Emens rem, de qua habebat instrumentum commandæ, potest agere pro dicta commanda contra debitorem.*

1 ITem *ordinamus & statuimus, quod aliqui homines nõ possint capi,* &c. Hic † prohibetur hominis captio, nisi pro cõmanda. adde quæ dixi supra *colla.*

2 *proxi. in curia Barcino.* Item de iure communi † cauetur, quod liber homo pro debito nõ potest capi vel detineri, nisi in quatuor casibus notatis per *P. Bone.* & alios *Doct. extra de feu. ca. ex præsentium.*

3 ¶ Quæro † hic, vtrũ mulier obligata pro cõmanda possit capi in persona? Quidã dicũt, quod mulieres non intelliguntur quoad captionẽ personæ, licet quoad executionẽ sint obligatæ; alias est pœna *C. de offi. diuer. iudi. l. 1. & in auth. ibi posita,* pro quibus facit hodie *constitutio noua domina Regina Maria colla. 9. A la condicio feminil.* &c. Olim ante ipsam cõstitutionẽ seruabatur contrariũ. adde quæ dixi infra *colla. 3. in curia 3. Barcino. ca. 21.* vbi tractaui de cessione bonorum: nulla vero mu-

4 lier † debet pro aliquo crimine carcerari, vel viris custodienda cõmitti, sed debet in Monasterio apud honestas mulieres custodiri. vt *C. de custo. reo. auth. nouo iure,* alias incipit *hodie.* nec debet mulier personaliter de domo extrahi, nec etiam pro debitis fiscalibus incarcerari; sed debet per alium mulier in iudicio respondere. vt in *alleg. l. 1. C. de offi. diuer. iudi.* & *extra de iudi. c. mulieres. li. 6.* Adde quæ de captione notãtur infra *colla. proxi. in 2. curia Barcino. c. 6. Item quod quilibet campsor.* Sed po-

5 ne, † quod Titius emit titulo emptionis aliquam rem, de qua habet instrumentũ cõmandæ, nũquid emptor poterit agere vigore constitutionis, quæ loquitur de cõmanda contra debitorem? Quidam dicunt quod sic, cum omnia iura venditorũ transierunt in emptorẽ. Alij cõtra, cum sit pura vẽditio, & iam facta venditione recessit à cõtractu puræ cõmandæ, & transiuit in contractu emptionis, & venditionis. Sed non est verum secundum *Gui.*

6 *Richar.* ¶ Dicta † vero de mulieribus intellige de honestis & bonæ conditionis, secus enim est de meretricibus. Nam vilitas vitæ, &c. *C. l. ad Iul. de adulteris. l. adulterium.* Adde quæ dicam latius in *cap. A la condicio feminil. præalleg.*

Capitulum XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Sagiones pro leuca sex denariorum salarium tantũ habent. intellige vt num. 2.*

3 *Impune resisti potest sagionibus accipientibus pignora pro suo salario vltra debitum.*

4 *Officiali quando resisti possit, remissiue.*

5 *Inquisitores tabula temperant numerum sagionum, & delinquentes in officio punire.*

6 *Vicarius vel Baiulus non potest augere numerum sagionum per Inquisitores tabula ordinatum.*

7 *Sagionia vendi non possunt, & limitatio traditur ibidem.*

8 *Sagio pro suo salario executionem facere & pignora capere potest. & distinctio huius dicti traditur nu. 9.*

1 ITem *ordinamus & statuimus, quod aliquis sagio,* &c. Taxatur † hic salarium sagionis ad rationem sex denariorum pro leuca, sed infra *colla.*

2 *4. in prima curia Barcino. cap. 19.* dicitur, quod † dicti sex denarij sint Barcino. alias Iacẽ. non habent nisi quatuor denarios; & contrafacientes priuantur officio, & de iure communi debent etiam capi, & incarcerari, & soluere pœnam quadrupli eius ꝙ debito plus exegerint, & simplum restituitur exacto, & triplum acquiritur fisco: & officialis, qui neglexerit tales sagiones ex tali super exactione, puniri debet similiter, & pœna qua-

3 drupli mulctari, & ipsis † sagionibus accipiẽtibus pignora pro suo salario plusquam debeãt impune resisti, vt in *auth. vt legitimis iuris. §. & hoc quoq.*

praci-

4 *præcipimus colla. 9.* & quando † possit,& debeat officiali resisti, dicetur in *constitutionibus de cimi s. inhabi.infra colla.9.c.per tolre vexacio*, & adde quæ dixi de sagionibus supra *colla.1.c. Itẽ iubemus fir-*
5 *miter*,& *supra ead.colla.4.* ¶Et nota,† ꝙ numerum sagionũ possunt tẽperare iudices, & inquisitores Vicarij tabulæ in qualibet Vicaria,& Baiulia,& delinquẽtes punire,si deliquerint in eorũ officio, vel tenendo officiũ.infra *colla.proxi.in 3.curia Bar*
6 *cino.c.11.*& Vicarius,†& Baiulus non potest augmentare nnmerũ per inquisitores ordinatũ,vt in
7 *curia Montisalbi c.*18. ¶Nota † etiam,ꝙ sagionię non possunt vendi in Villafranca Peniteñ. & Fontis Rubei,vbi sagiones recipiunt aliqua iura, quæ in vsu & exercitio iurisdictionis consistunt,
8 vt dicam in *curia Montisalbi c.* 19. Sed an † sagio possit facere executionẽ,& capere pignora ꝓ suo salario:videtur quod non, quia nemo est idoneus iudex in causa propria:vt *C.vt nullus in causa propria. in rubro & nigro.* ¶ In contrarium videtur in dicta *authen.*quia ibi permittitur accipere vsq. ad summam taxatam,si tamen plus exigat,possit resisti.*ar.á contrario sensu.vt ff.de offi.eius cui mã.est*
9 *iur.l.1.§.huius rei*, dic † quod sagio possit hoc facere de mandato iudicis, aut auctoritate superioris,sed secus auctoritate propria. Præterea aut fit executio instante parte priuata,& tũc debet solui ab ipsa parte instante, vt in *constitutionibus censu.c.fi.*. Aut pro fisco, & tunc poterit capi pignus per sagionem ; sed non debet vendere pignus nisi causa per iudicem , vel saltem de voluntate partis;sed de bonis offensi nil debet sagio accipere, licet sæpe contra seruetur ; & male, quia afflicto non est danda afflictio, vt *extra de clericis coniuga. cap.cum permissio.*

Capitulum XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Forum sortitur ratione criminis quis in terra vbi crimen cõmisit.& idẽ n.2.& traditur limitatio.n.3.*
4 *Extranei delinquentes in ciuitate Gerundæ sunt de foro Baiuli dictæ ciuitatis.limitatio traditur num. 5.*
6 *In ciuitate Gerundæ de facto seruatur, quod respectu extraneorum delinquentium iurisdictio sit ex Baiulo,vel Vicario illius,qui præuentus fuerit.*
7 *Extrahens cultellum in loco iurisdictionis Baronis incidit in bannum,dummodo sciat tale esse bannum.*
8 *De consuetudine Cathaloniæ pro extractione cultelli, vel ensis soluitur bannum 60.solidorum, nisi aliter per præconizationes fuerit ordinatum.*
9 *Explicatur* V*sat.Si quis Iudæo,vel Sarraceno.*
10 *Iniuria in casu huius* cap. *debet esse corporalis, vel facti,non vero verbalis.*
11 *Homines Regij delinquentes sortiuntur forum, vbi delinquunt,salua tamen constitutione soni emissi, & aliarum regaliarum domini Regis.*
12 *Vicarius,vel alius officialis Regius non potest imponere pœnam militibus,& Religiosis, excepta pœna pacis,& treugæ.*
13 *Vicarius,vel alius officialis Regius non potest imponere bannum in hominibus,vel honoribus territorij castrorum Prælatorum,& militum;in quibus ipsi Prælati, vel milites habent iurisdictionem. traditur num.14.*
15 *Bannum impositum de facto debet de facto reuocari.*
16 *Consensus militis non præsumitur interuenisse in sententia pœnali,sed debet de eo constare.*
17 *Pœna hic sumitur pro mulcta , siue pœna pecuniaria.*
18 *Inquiritur sine partis instantia de crimine commisso contra personas militum,licet requiratur dicta partis instantia quoties inquireretur contra militem.*

1 *ITem ordinamus, & statuimus, quod si aliquis homo noster sit in aliquo militis,*&c. Casus. † Ratione criminis sortitur quis forum in terra illius domini iurisdictionem habentis vbi illa commiserit. Hoc dicit.Concor.supra *colla.proxi. cap. 18. Item quod nulli homines*,&c. vide ibi quæ dixi, & infra *colla. 4. in curia prima Barcino. Item quod si homines nostri,vel alterius*,&c. Nota, quod dixi in summa-
2 rio. ¶Item nota,† quod si aliquis homo Regni, vel alterius delinquat,vel crimen committat, aut forum faciat infra loca militum,Religiosorum, ciuium,vel hominis,villæ,quæ iurisdictionem in ipsis locis habeant, tenetur ibidem subire iudi-
3 cium, vt hic & *alleg. cap. Item,* † *quod nulli.* Et hoc credo verum,si ibi præueniatur;quia si in loco domicilij fuerit præuentus, amodo non poterit in loco delicti conueniri, quia pro eodem delicto non debet in duobus locis conueniri,& hoc legitur, & notatur per *glos.* & *Doct. C. vbi de cri. agi.opor.l.1 & .2.*& *extra de foro.compen. cap. vlt.* & *in spe.de compe. vide adhi.§.1.*& forte dicetur facta præuentio in hoc casu per litis contestationẽ, vt *in spe.eod.tit.§.effectus autem,vers.sed Ican.contra intelligit.* ¶ Et in hac constitutione videtur casus
4 pro Baiulo Gerundæ, vt extranei † in ciuitatẽ delinquentes sint de foro ipsius Baiuli , quia territorium,& iurisdictio ipsius ciuitatis est Baiuli,
5 & non Vicarij, exceptis † militibus,& populatis in Vicaria , & causis pacis, & treugæ , & soni emissi, quæ ex regalia pertinent specialiter foro
6 ipsius Vicarij; tamen de facto † consueuit de extraneis seruari inter Vicarium , & Baiulum, vt sit locus præuentioni , vel ex pacto diuidunt inter se emolumenta , quæ inde proueniunt : vnde credo cõsuetudinem fore seruandam. ¶In textu, ibi, *extrahat cultellum* : nota hic dicto verbo *ban-*
7 *num* , quod † extrahens cultellum in loco iurisdictionis Baronis , incidit in bannum ; quod est verum,si sciret ibi esse bannum , alias forte secus, vt infra *colla.proxi.in alleg. cap. Item, quod nulli homines.*ibi,*ex quo sciret*,&c. alias ignorans non incidit in bannum,*extra de constitutionibus.cap.cognoscentes.*de hoc nota *extra de consti.cap.vt animarum. lib.6.*& per *Guid.in Rosar.* 17. *di. c.quod dicitis.* ibi *glo.*Adde quæ dicã infra *colla.proxi.in 1.curia Barcino.c.35.Itẽ quod si homines nostri*,&c.super.verbo,
8 *ex quo sciret.* ¶ Et nota,† quod de consuetudine huius patrię pro extractione cutelli,vel ensis soluitur bannum 60.solidis,nisi forsan plus,vel minus fuerit per ordinationes pręconitzatas apposi tum,

9 tum. ¶ Sed per † vsaticum Barcino. incipientem: *Si quis Iudaeo, vel Sarraceno*, &c. vbi aliquis intra mœnia Regia, vel burgos traxerit gladiũ contra alium, vel appellauerit eum pugno, propter bannum debet emendare ad Principẽ viginti vncias auri Valentiæ, quem vsum quædam glos. antiqua intellexit habere locum in ciuitate Barcino. propter excellentiam tantæ ciuitatis, quæ enumeratur inter alias ciuitates, quæ iure Italico sua libertate vtuntur: vt *ff. de censi. l. in Licitana*; & ita sit vsus casus specialis in dicta ciuitate, & intra bur-
10 gos suos, *arg. l. præsens ff. de procura.* ¶ In tex. † ibi, *vel faciant aliquam iniuriam*, supple, corporalem, vel facti, secus si verbalem, quia tex. dicit, *faciant*, & non dicit, *dicant*. Item dicit, *damnum factum*, &c. Item quia pro verbali non competit actio realis, siue ciuilis, sed prætoria. Item quia competit remedium vsatici: *Et si aliquis, aliquam criminalem fo-
11 liam dixerit*, &c. vbi vide *glo.* & *Iac.* ¶ Nota † vltimo ibi in textu, *sint homines militum*, &c. quod æquitas est seruanda, quod sicut homines militum in locis Regijs delinquentes sortiuntur forum, & banna committunt ibi, sic econuerso de hominibus Regijs alibi delinquentibus, & ita vtrobiq. seruanda est æqualitas, salua tamen constitutione soni emisi, & aliarũ regaliarum, quæ competunt domino Regi in locis Baronum, & militũ, & aliorum; sed non econuerso, adde quæ notãtur supra *colla. proxi. c. Item, quod Vicarij nostri, & infra coll. 4. c. 36. Item, quod si homines.* ¶ *Item ordinamus, & statuimus, quod aliquis Vicarius, vel officialis noster non
12 possit ponere pœnam*, &c. Casus. Militibus, † & Religiosis non potest imponi pœna sine illorum consensu, excepta pœna apposita in charta pacis & treugæ, & in vsatico Barcino. Hoc dicit. Et est hic vnum priuilegium militare, aliud habuistis *colla. proxi. cap. Item quod nullus miles, vel filius militis*, &c. & *cap. Item si aliquis conqueratur de aliquo Barone, vel milite*, &c. multas alias prærogatiuas militares quære per d. *Iaco. de Calic. in suo tractatello prærogatiuæ militaris*, incipienti: *Ne abscondas sa-
13 pientiam tuam*, &c. ¶ Item † Vicarius, vel alius officialis Regius non potest imponere bannum in hominibus, vel honoribus territorij castrorũ, prælatorum, richorum hominum, militum, ciuiũ, vel hominum villarum. vt iuxta *colla. proxi. in prima curia Barcino. c. 23. incipit: Item, quod aliquis Vi-
14 carius*, &c. quod intellige de castris, † in quibus habent iurisdictionem, quod denotat verbum, *in territorio*, hic positum, iuxta notata supra *coll. pro-
15 xim. c. 44. Item quod Vicarij nostri*, &c. & si † tale bannum de facto imponeretur; non valeret: sed deberet de facto reuocari: vt in *curia Gerunda. c. 7.
16 Item quod cap. factum, & c.* ¶ Sed † quæro hic. Pone, quod in sententia reperitur pœna imposita militi, vel homini de ordine; sed non apparet ibi de consensu, an præsumatur consensus militis, vel hominis de ordine interuenisse; videtur, ꝙ sic, quia præsumitur pro officiali, & pro sententia, quod rite processerit, & solemniter, *extra de renunc. c. in* *præsentia, & de re iudi. c. sicut. & c. cum inter vos, & ff. de re iudi. l. res iudicata.* dic contrarium, quia præsumetur pœnã fuisse appositã inuito, & ideo caute faciet officialis pœnã militi imponẽs, si de cõsensu militis in sentẽtia faciat apparere: sicut notatur in simili de teste priuilegiato, ne cogatur testificare inuitus, quia præsumitur inuitus, nisi probetur volẽs, secundũ *Bart. in authẽ. presbyteros. C. de
17 Epi. & cle.* Et † ꝙ dicitur hic de pœna, intelligo, idest, mulcta, siue pœna pecuniaria, de qua nota in *l. aliud est fraus, ff. de verb. sig.* secus vero est de pœna corporali, quæ imponeretur causa cognita pro
18 debito, licet † milites Cathaloniæ habeãt hodie priuilegium, ne possit fieri contra eos inquisitio ad fisci instantiã, vel ex officio, sine instantia partis priuatæ, & cum sit tale priuilegium contra ius commune impetratum ad eorum postulationem; & est iniquum; videtur, quod contra eos deberet fieri retorquitio, vt non posset inquiri contra paganos sine partis priuatæ instantia, de criminibus, & delictis commissis in personis militum, & hominum de genere militari, & gaudentium tali iniquo priuilegio, iuxta ea quæ leguntur, & notãtur *ff. quod quis iuris in alium sta. & c. in rubro, & nigro per totum*; sed de facto magis puniuntur pro delicto commisso in personam militum, quam aliorum.

Capitulum XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Deserens mansum, vel bordam amittit bona cedentia; & tenetur se redimere, si fuerit de loco, vbi est consuetudo redimendi.*

ITem ordinamus, & statuimus, quod si aliquis rusti-
1 *cus, vel bordonerius*, &c. Casus † Qui mãsum, vel bordam deseruerit, vel à dominio exierit, cedentia bona amittit, & tenetur se redimere, si fuerit de loco vbi est consuetudo redimendi. Hoc dicit. Cetera dic vt dixi supra *colla. proxima, cap. Item in terris*, & infra *colla.* 10. *cap. Item commemorantes, in f.* adde sic infra *colla. 4. cap. Item, quod quilibet richus*, &c. *in 2. curia Barcino. ver. Exceptis pagensibus.*

Capitulum XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Maledicens Deum, & beatam Mariam punitur pœnis vt hic.*
2 *Constitutio imponens pœnam maledicenti publicari debet per octo dies ante Natale Domini per officiales loci sub pœna priuationis.*
3 *Maledicens non blasphemando, sed tantum illicite iurãdo punitur pœna pecuniaria.*
4 *Testes falsi, & periurantes qualiter puniantur remissiue.*
5 *Iurans sæpius de Deo, punitur ex consuetudine vltimo supplicio; si tamen semel, vel bis, punietur iudicis arbitrio.*
6 *Maledictio duplex est, & qualibet traditur.*
7 *Blasphemia quid sit, & vtrum sit peccatum. remissiue.*
8 *Blasphemantes quotuplices sint, & qualiter puniantur. remissiue.*
9 *Maledictio vtrum sit peccatum, traditur. remissiue.*
10 *Maledictionis peccatum prouenit ex nimia iratione de Deo.*

11 *Male-*

11 *Maledicere creaturæ irrationali an licitum, remissiue adducitur.*

12 *Duplex pœna an possit imponi pro eodem delicto, remissiue.*

13 *Vinculum, quo homines obligantur, consistit in duodecim speciebus, & traduntur. num. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. & 24.*

25 *Maledicens, si verba sapiunt hæresim, punitur per inquisitores hæreticæ prauitatis.*

26 *Hæreticorum pœna remissiue, quæ sit.*

27 *Differentia inter blasphemare, & maledicere traditur remissiue. item, an blasphemia sit verbum iniuriosum*

ITem ordinamus, & statuimus, quod aliquis homo non dicat malum de Deo, vel de nostra Domina, &c. Callus. Qui † de Deo & eius Genitrice, & Sanctis 1 malum dixerit, si miles, filius militis, ciuis, vel homo villæ fuerit, soluat viginti solidos, si alius homo, soluat decem solidos, vel decem assotos in platea pœnis pecuniarijs huiusmodi fisco loci delicti penitus acquirendis. Hoc dicit. Hodie vero, qui verba nephandissima Deum omnipotentem, ac beatam Virginem Mariam, & eius virginitatem tangentia, ac Sanctos, & Sanctas Dei ex proposito dixerit, sine venia moriatur. Si verò in ludo, rixa, ira, vel casu ea protulerit, portando virgam ferream per medium linguæ fustigabitur, vt infra 2 *colla. 6. in curia Montissoni c. 10.* Et huiusmodi † constitutiones confirmantur, & publicari iubentur per octo dies ante festum Natiuitatis Domini, quolibet anno per officiales locorum; qui de ijs debent præstare in initio sui regiminis iuratoriã cautionem, qui si negligentes fuerint, pœnam priuationis officiorum incurrunt: vt in *curia domini Regis Ferdinandi, cap. entens la honor y reuerentia de nostre Senyor Deu, &c.* Vt vitetur iurium correctio, 3 forte poterit dici, quod constitutiones, † quæ pœnas pecuniarias imponunt, non sint reuocatæ, sed habent locum in ijs qui male dicunt de Deo, & beata Maria, & alijs Sanctis; non tamen blasphemando, nec hæreticando, sed alias illicite iurando, ad quod dicta constitutio domini Regis Ferdinandi dum dicit, *Foragitants los illicits y detestables iuraments;* & quia ibi ambas istas duas constitutiones expresse dominus Ferdinandus commemorat 4 & confirmat, vide ibi; & qualiter † puniantur falsi testes, & alij periurantes, vide *Iacobum de Monte Iudaico in vsatico: Item statuimus.* & ibi dicit, quod 5 qui † iurat de Deo ex consuetudine, punitur vltimo supplicio: vt in *authen. vt non lux. contra natur. colla. 6.* sed si tantum semel, vel bis iurent, tunc puniantur arbitrio, vel secundum bannum appositum vide ipsum *Iac. vbi supra,* late. Sed quando dicunt verba nephandissima, puta blasphemando, & hæreticando, vt qui dicit contra omnipotentiam Dei, vel virginitatẽ gloriosæ Virginis, vel contra sanctitatem Sanctorum aliorum, vel huiusmodi, tunc habeat locum *constitutio, quæ verba nephandissima curiæ Regis Petri III. edita in Montesono,* quia valde expedit iura iuribus concordari, *extra de elec. cum expediat.*

¶ Ad prædicta facit, quia hic dicit littera simpliciter, *si dicat malum de Deo,* &c. Sed in *cap. qui verba,* adijcitur, *nephandissima,* & addit etiam, *virginitatem tangentia,* ad idem facit *extra de maledicis. cap. Statuimus,* vbi de Deo maledicens, si diues est, debet soluere sexaginta solidos vsualis monetæ, vel triginta, vel viginti; si pauper sit, soluat quinque solidos. Et hoc sine venia; & si nil habeat, pœna poterit per Episcopum commutari in corporalem, & debet publice pœnitere, si est laicus, de hoc etiam nota *C. si quis impera. male dixe. l. vnica,* & *in authẽ., vt non lux. contra nat. colla. 6.*

6 ¶ Et nota, quod † maledictio est duplex; aut est bona zelo iustitiæ, aut mala liuore vindictæ, de quo dic vt in *decretis 24. q. 3. cap. cum sanctis viri.*

7 ¶ Quid † sit blasphemia, vide *Ioan. in Summa Confes. lib. 3. tit. 34. q. 207.* sequitur videre vtrum blasphemia sit peccatum, vide *eod. lib. & tit. q. 207.*

8 ¶ Quot † sint genera maledictorum, & blasphemantium, & qualiter quodlibet genus puniatur, vide latissime per *Henri. Boich extra de maledicis,*

9 *in alleg. cap. statuimus in prima & s.* Sed † vtrum maledicere sit peccatum; responde, quod sic ex genere suo, cum caritati contrarietur, & repugnet, qua diligimus Deum & proximum: vt ait *Apostolus 1. ad Corinthi. 6. & 25. di. cap. possidebunt,* & est peccatum tanto grauius, quanto plus cui maledicimus, amare, & reuereri tenemur. Vnde *Leuitici 20. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur:* contingit tamen vnum maledictionis peccatum prolatum, esse peccatum veniale, vel propter mali paruitatem, quo quid alteri imprecatur, vel propter affectum proferentis maledictionis verba, dum ex leui motu, vel ludo, vel subreptione aliqua talia profert; quia peccata verbi maxime ex affectu pensantur: idem notat *Ioan. in Summa Confes. li. 3. tit. 34. q. 245.* & *Augustinus in homilia de purgatorio* ponit inter alia peccata venialia, facile, vel temere maledicere, si tamen deducatur in consuetudinem, ponit esse peccatum mortale, propter præceptum, secundum *Thomam,* & *Alex.* & *Asten.* Adde quæ not. *25. dis. §.*

10 *alleg. & cap. qualis.* ¶ Et nota, † quod ex nimia iuratione de Deo prouenit hoc peccatũ, vt in *Eccle siast. c. 23.* dicitur. *Iurationi nõ assuescat os tuũ; multi enim casus in illa.* & sequitur ibidẽ: *Vir multũ iurãs replebitur iniquitate, & nõ discedet à domo illius plaga.* & habetur *extra de iure iurãd. c. & si Christus,* facit

11 in *auct. & nõ lux. cõtra nat. coll. 6.* ¶ Itẽ † vtrũ maledicere creaturę irrationali sit licitũ; vide latius p *S. Tho. in 2. 2. q. 76. art. 2.* & ponitur per *Ioã. in Sũ*

12 *ma Cõf. li. 3. ti. 34. q. 243.* ¶ Sed † vtrũ pro eodẽ delicto possit quis duplici, vel multiplici pœna puniri, dic late per *Henri. in alle. cap. statuimus dis. vlt.* Sed quia dictum est huiusmodi peccatũ maledicti tanto grauius esse quanto alteri obligatur, debes

13 scire, q multiplex est † vinculum, quo homines

14 obligatur: primũ † pietas inter patrẽ & filiũ spiritualẽ, *2. q. 6. c. ad Romanã. de exceptio. c. pia. li. 6.* Et idem inter filium, & patrẽ carnalem. *C. de nego. gest. l. 1.*

l.1.ff.ad l.Iul.nec in ea circa fin.6.q.5.cap.nō obstatur,& econuerso.ff. de cura fur.l.curiosæ. C. de pactis po. l. si
15 *filio.* Secundum † est amor seu dilectio singulorum inter eos. *C.de cura furio. l. vlti. ff. quod metus causa.l.isti quidem,& dicto c.non obsculatur.* Tertium
16 est † officium inter hominem,& hominem. *ff.de ser.ex.por.l.seruus.qui C.de nego. gest. l. offi. extra de*
17 *testa.c.cum in officijs.* Quartū † est obsequiū inter libertum & patronū. *C.quæ pe.tuto.l.patroni.* Quin-
18 tum † est pietas inter sanguineos coniunctos. *C.*
19 *de suspec.tu.l.pietas.* Sextum † est reuerentia inter superiorē & inferiorē. *C.de offi.rec.priui.l.potiorū. C.de offi.diuerso.* vide *l.sciant Principes extra de offi.*
20 *dele.c.2.l.6.* Septimū † est illa eadē reuerētia inter seniorē& iuniorē. *ff.de iuris immu.l.semper.25.q.1.*
21 *c.cōtra statuta.92.di.c.à subdiacono.* Octauum † est obedientia inter subditū & prælatū. *3.q.6.c.qui.se scit extra de maio.& obe.c.2.& c.omnes.* Nonū est fidelitas inter vassallū, & dnm in *li.feu.de for.fidel. & per quos fi.inuesti.circa.22.q.5. c.de forma.* Deci-
22 mū † est disciplina seu correctio inter discipulū & magistrū. *ff.ad.l. Aquil.l.sed si quacunq. §.vlt.ex-*
23 *tra de sen.excō.c.cū voluntate §.fi.* Vndecimū † est beneficiū inter homines. *ff.cōmode.l.in cōmodato.§.*
24 *sicut extra.eod.ti.c.vnico.* Duodecimū † est religio inter Deū & hominem. *ff.de iusti.& iur.l.veluti.* & de ijs vide per *Zenzelm. extra de regu. iuris.c.nō est obligatorū.lib.6.* ¶ Itē in tex.ibi *dño loci*, scilicet in quo habet iurisdictionem, vt supra *.cap.27.* hoc est fisco regio si est in loco regio, alias fisco dñi
25 illius iurisdictionis loci delicti, & hoc † verū, si delinquēs fuerit laicus;alias Episcopo debebitur, si fuerit clericus,& punietur per Episcopū, vt in *alleg.c.statuimus*, vel etiā per inquisitorē hæreticæ prauitatis,si talia verba sapiāt hæresim, vt *extra de haretic.c.ad abolēdā.& in cle.multorū eod.ti.* Quid
26 sit † pœna hæreticorū,dicā infra *colla.proxi.in curia Montisalbi c.30.Itē statuimus & ordinamus,quod*
27 *inquisitores*,&c. ¶ Quæ † autē sit differentia inter maledicere,& blasphemare ; & an blasphemia sit verbum iniuriosum,dic per *Bart.ff.iniurijs.l.Item apud Labeonem.§.ait prætor.*

De acapta siue quæstu prohibito. Cap.XXX.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius non potest facere acaptam,alias tenetur ad pœnam dupli.*
2 *Acapta secundum vulgare Cathaloniæ, idem est quod quæstus,siue quæstia.*
3 *Acapta non sumitur hic pro contractu emphiteotico.& ratio traditur ibidem.*
4 *Munus dicitur donum cum causa , & est species tunc doni, quod si munus est sine causa , erit ipsum donum vt est genus.*
5 *Donum dicitur quando munus exiguum est.*
6 *Dona frequentia dicuntur munus.*

1 ITem *ordinamus & statuimus,quod † aliquis Vicarius, sagio,vel alius officialis non possit facere acaptas, & si fecerit,quod soluat duplum.* Ecce totum tex. posui, quia breuis est; & de materia huius dixi supra in *forma iuramētis Vicarij.§.6.iurat,&§.8.iurat.supra*
2 *colla.1.& supra ead.colla.c.3.*& sumitur hic acapta secūdū vulgare Cathaloniæ,quod dicitur quæstus siue quæstia,sic dñs Rex & filij sui nō debent exigere acaptas,vt supra *colla.proxi.c.13.Statuimus in*
3 *quātum nos*,&c. Non † autē assumitur pro cōtractu emphiteotico. pro eo quia hic dicit quod *soluat duplū*, Vel si velis dicere, quod etiam prohibeātur acaptæ, prout dicūtur cōtract⁹ emphiteosis,forte est intelligendū de acquisitione vtilis dñi tantū,secus si officialis allodiū suū det in emphiteosim: sed tunc facit emphiotecam,sibi censualē,quod est prohibitū fieri durante officio,vt in *alleg.§.8. iurat, & supra ead.colla.c.6.Item ordinamus, & statuimus, quod aliquis officialis noster nō audeat*,&c. ¶ Et est præsens cōstitutio cōtra officiales Geruñ. qui circa finē trienij faciunt acaptas per parochias, vt faciant generales remissiones, cōtra *constitutionē dñæ Reginæ Mariæ infra colla.9.c. Ab aquest edict e perpetual.* ¶ Cōtra duces,& iudices,ac officiales dicit Propheta Micheas,& habetur *1.q.1.c.iudices*,alias incipit,*duces inquā*, scilicet,Propheta,*muneribus iudicabant, sacerdotes eius mercede respondebant*,& reliqua. Et no-
4 ta,† quod munus dicitur cum causa donū,quādo sine causa est genus:vt *ff.de verb.sig.l.inter donū*:vel
5 donum † dicitur quando exiguum est. *Eccles.20. Exigua dabit,& multa improperabit.* munus est,quādo est pretiosum,de quo *1.Regū 8. Accipiunt munera, & peruertunt iudicium.* & *Isaia 5. Væ qui iustificasti impium,pro muneribus*:& adde quæ dixi supra *ead.*
6 *colla.c.3.c.6.& in alle.§.8.iurat.* si tamē dona † frequentia sunt,ad munus transire possent. *arg.extra de dona c.ad Apostolica.* Vnde dicit lex,quod encenia producenda non sunt ad numerū& quātitatē. *ff.de offi.proconsul.solent in fine.* vnde dicitur *Ecclesiastici 20.Dona excæcant oculos iudicū , quasi mutoore auertunt correctiones eorū*,secundū *Guid.in R.s.in alleg.c. duces,& Hostieñ.extra de simo.c.& si quæstiones.* adde quæ ibi notant moderni,*Isaia 33.c.* vbi sic habetur:*Qui ambulat in rusticis, & loquitur veritatē; qui proijcit auaritiā ex calūnia , & excutit manus suas ab omni munere:qui obturat aures suas ne audiat sāguinē, & claudit oculos suos ne videat malum;iste in excelsis habitabit.*

De immunitate Ecclesiarum. Cap.XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Rex non debet frangere Ecclesias.*
2 *Actus tyrannidis qui sint.remissiue.*
3 *Nullus debet violare valuas Ecclesiarum , nisi habeat iurisdictionem in eis.fallentia traduntur num.4.*
5 *Regalia excepta censentur a dispositione.*
6 *Violans priuilegia Ecclesiæ punitur pœna quinq. Librarum auri.*
7 *Ecclesia est veneranda.& ratio traditur ibi.*
8 *Licitū est resistere officiali cōmittēti violentiā in Cathalonia cōtra constitutionē,* item per tolre vexatio.
9 *Fiscus ex causa tributorū extrahit debitorē de Ecclesia.*
10 *Curia vel officiali quando resisti possit.remissiue.*
11 *Interuenientes in resistentia facta officiali frangenti Ecclesiam,quamuis in ea aliqui occidantur,laici non ideo puniuntur,nec Ecclesiastici fiunt irregulares.*

Item

ITem ordinamus, & statuimus, de cetero nos non frangamus, &c. Casus. Dominus Rex, & sui officiales non debent frangere Ecclesiam Cathedralē, neq. aliam Ecclesiam, neq. domum Ordinis, vel Religionis, vel Monasterij, nec ab inde aliquid violenter extrahere: data facultate resistēdi impune per consilia ciuitatum, & villarum cuicumq. talem
1 violentiam facienti. Hoc dicit. Ergo Rex † non debet frangere Ecclesias, quia iam non Rex, sed
2 tyrannus dici posset: & qui † sint actus tyrānidis, dic latius per *Bart.* in tractatu, quem composuit de tyrannide, vbi ponit multa, quæ multum expedit scire, vt vitentur mala, & scandala, quę in-
3 feruntur tyrannidibus. ¶ Et nota † hic priuilegiū immunitatis Ecclesiasticę: & adde supra *coll. proxima. cap.* 11. quia nullus debet violare valuas Ecclesiarum, nisi habeant iurisdictionem in eis: vt *de resti. spo. c. olim.* causam notat *Ioan. de Imo. de cēsibus. c. ad nostrū in cle. in glo.* super verbo *frāguntur.* vide per eum ibi latius, & ꝙ in hac constitutione
4 dicitur, quod non fiat violētia in prædictis, † fallit in casu soni emissi, vbi denegaretur scrutiniū,
5 quia † semper intelligitur excepta regalia soni emissi, quia regaliæ sunt exceptæ, vt supra *colla. proxi. c.* 11. *promittimus etiam.* & ibi dixi. & adde quę notat *glo.* & *Ioā. de Imo. in cle. ad nostrū extra de censibus.* Et vide in concordia Cardinalis cōuenarum. *cap.* 1. *& supra in forma iuris Vicarij. §.* 2. *iurat.*
6 Vlterius † nota, ꝙ quādo cuiusq. Ecclesiæ priuilegia alicui' temeritatis causa fuerint violata, vel dissimulatione neglecta, cōmittēs quinq. librarū auri cōdēnatione plecti debet: vt *l. si Ecclesia. C. de*
7 *Epis. & cle.* Et nota, † ꝙ Ecclesia venerāda est, quia plus orationibus Ecclesię, quāauxilio militari cōsistit imperiū, 23. q. 8. c. *quāuis.* Et ꝙ dicit tex. *habeāt potestatē*, scilicet auctoritate huius cōstitutionis.
8 Itē nota hic casum, in quo est † licitū resistere officiali violentiā inferēti, sic etiā comissarijs vtentibus in Cathalonia cōtra cōstitutionē, quæ est infra *coll.* 9. *c. Itē per tolre vexacio,* &c. potest impune resisti. possunt ergo libertates patrię, & cōmoditates populi defendere, & eripere à malis iniustitiā patiētes: vt in *authen. de defen. ciui. in prin.* de hoc nota latius in *Curiali dñi Iaco. Calic.* 7. *dubio, vers. quæro Rex imponit seruitutem,* &c. Item fiscus suo
9 priuilegio † extrahit de Ecclesia debitorem ex causa tributorum, de quo dic latius in *Margarita fisci,* 3. *dubio. vers.* 52. nec forte tali casu obstabit hæc constitutio, quia sub generali constitutione non cōprehenduntur regaliæ, nisi dicatur expres-
10 se. ¶ Sed an † & quando valeat curiæ, vel officiali impune resisti, vide *Henricum Boich extra de homicidio. cap. significasti in* 2. & *C. de iure fisci l. prohibitum,* & dicam in alleg *cap. Item per tolre.* ¶ Sed
11 pone, † in tali resistentia interueniunt tam laici, quam clerici opponentes se violenter illi officiali frangenti Ecclesiam, & in tali violentia aliqui occiduntur, dic quod nullatenus tenebuntur, nec incurrent irregularitatem, vt notat *Ioan. de Imo. in Clementina quia contingit, de Eccles. domi.*

De vnione Regni & insularum Maioricarum, & sibi adiacentium. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Insula Maioricarum, & Minoricarum prohibentur alienari, & separari à Regno Aragonum, & Principatu Cathaloniæ. quod procedit etiam in Insulis Iuissæ. num.* 2.
3 *Prouincias vnire, vel diuidere ad Principem spectat.*
4 *Regi an licita sit Regni diminutio. remissiue.*
5 *Communicatio priuilegiorum & libertatum Regnorum vnitorum fiat ne per vnionem. remissiue.*
6 *Alienatio de facto facta per dominum Regem de Regno non valet.*
7 *Alienatio prohibita per testatorem cum causa, vel fauore alterius non valet.*
8 *Prohibita alienatione per priuatum, valet nihilominus alienatio, alienans tamen tenetur ad interesse.*
9 *De vnione ciuitatis Dertusæ. remissiue.*

ITem ordinamus, quod vllo tempore regnum, & insulæ Maioricarum, & Minoricarum non diuidantur,
1 *nec possint diuidi,* &c. Casus. Regnum † & insulæ, Maioricarū, & Minoricarū hic prohibentur alienari, & separari à Regno Aragonū, & Principatu
2 Cathaloniæ. Hoc dicit, & idē † de insulis Iuissæ quæ subiacent dicto Regno Maioricarū, & latius de ijs omnibus cauetur infra *colla. proxi. in curia* 1. *Barcin. c.* 42. incipit: *Itē ordinamus, & statuimus, quod*
3 *aliquo tēpore,* &c. Et † nota quod ad solū Principē spectat vnire & diuidere Prouincias, vt *l. si ead. Prouincia. ff. de assessoribus.* & nota per d. *Iac. Cal. in suo curiali* 7. *dubio vers. vlt.* & *Henr. extra de exce. prela.*
4 *cap. sicut vnire.* Sed an liceat † Regi diminuere de Regno, vide per *glo.* & *Doct. in c. licet vniuersis extra de voto & voti. re.* & *in cap. grandi de suppl. negli.*
5 *prela. lib.* 6. Et an † per vnionem fiat communicatio Priuilegiorum, & libertatum Regnorum, vel locorum vnitorum, tetigi infra *colla.* 7. *curia Der-*
6 *tusæ cap. postremo.* ¶ Sed † quid si dominus Rex de facto prædicta, vel aliquod prædictorū alienaret, nunquid valeret alienatio? videtur, quod sic: vt *l. nemo patiendo. ff. de pactis.* & *ff. de distract. pig. l. si creditor. §. vlti.* secundum vnam lecturam, quæ reprobatur ibi per *Bart.* Sed dic contra, quia hic nō solum est factum pactum, sed etiā lex pactionata, & prohibitiua: & sic quod fieret in contrarium, non teneret: vt *C. de legibus, l. non dubium.* & ad hoc quæ notātur supra *ead. ista colla. ca.* 8. & *c.* 17. facit, quia contractus Principis habet vim legis: vt *l. penult. C. de dona.* & *l. Cæsar. ff. de publicanis.* adde quæ notātur in *Margari. fisci.* 8. *dubio. vers.* 72. ¶ Et maxime, quia huiusmodi constitutiones sunt iuramento firmatæ, & dominus Rex iurat in creatione sua non alienare, nec diminuere iura Regni, quod iuramentum est licitum, & ideo seruandum, non obstante iuramento contrario postea facto: vt *extra de iure iurand. cap. intellecto cum sy.*
7 & ibi nota de hoc. Nam † & si testator prohibeat alienari cum causa, vel fauore, alterius, non valebit alienatio, si contra fiat. vt *ff. de leg.* 1. *l. filius §. diuus* 2. & *ff. de le.* 2. *l. peto. §. fratre cum sy.*
Sed

8 Sed quid † si priuatus promittat non alienare, & postea nihilominus alienet, nunquid valebit alienatio? Dic quod sic: tamen alienans tenebitur ad interesse. De hoc dic latius, vt notat *Guid. de Suzaria in alleg. l. non dubium.* & melius per *Bart. in alleg. l. nemo.* & *l. si creditor. §. vlt.* & *Doct.* & *Bal. in l. eā. C. de cōdi. inde. alias ob causā.* adde infra *ead. c.* 35. *Item cum nos,* & adde infra *colla. prox. 2. curiæ Barcino. cap.* 30. *Item quod nos, vel successores;* &c. adde
9 etiam † de vnione ciuitatis Dertusę infra *colla.* 8. *in curia Dertusēn. cap. postremo.* & vide quę ibi dicam Deo duce.

De confirmatione constitutionum. Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Princeps concedendo constitutionem posteriorem, censetur reuocare priorem, etiam si de ea mentionem non faciat.*

2 *Quæ per posteriorem constitutionem non mutantur, stare permittuntur.*

3 *Iura concordari expedit.*

ITem ordinamus, volumus, & statuimus, quod totum id, &c. dominus Rex Alfonsus II. in hac curia confirmat curiam generalem Barcino. celebratam per dominum Regem Petrum II. patrem suum. Saluo hoc, quod in ista curia continetur: quasi
1 dicat, † quod Princeps constitutionem condendo posteriorem, priorem contrariam censetur reuocasse, etiam si de illa priori mentionem non faciat: vt *extra de consti. cap. licet Romanus lib. 6.* vbi
2 de hoc. Sed ea † quę per posteriorem non mutantur, stare non prohibentur: vt *l. præcipimus de appel.* & *l. scimus. C. de testa.* ratio est, quia † expedit
3 iura concordari, vt extra de *elec. cap. cum expediat,* & non est verisimile, quod Princeps vnico verbo intendat reuocare iura antiqua. *C. de inoffi. testa. l. si quando.*

De reuocandis alienationibus illicitis.

Cap. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Alienata per dominum Regem in iuuentute reuocantur, iusto pretio restituto.*

2 *Princeps potest legem, vel conditionem imponere rei cōcessæ priuato etiam post interuallum, ob cuius defectum reuocātur dicta concessio. idem num. 22.*

3 *Conditiones imponi non possunt ex interuallo in donatione factā Ecclesiæ.*

4 *Dominus Rex an possit reuocare infeudationem sui prædecessoris. remissiue.*

5 *Dominus Rex de consuetudinē potest alienare modica, & illa luere imposterum, nec censetur sublatum ius luendi.*

6 *Adolescentia seu iuuentus durat ā pubertate vsq. ad 25. annos.*

7 *Rex minor 25. annis, quamuis ad reuocationem alienatorum sit in integrum restituendus, seruatur tamen illæsus ipso iure; ex quo nō tenent alienationes Regni.*

8 *Coarctare calores iuueniles cōgruit. & ratio traditur hic.*

9 *Trufandum non est cum iuuenibus.*

10 *Ætates hominis sunt sex, & traditur quæ sint.*

11 *Ætates mundi sunt sex, & traduntur remissiue.*

12 *Constitutio hæc, cum sit facta de consensu prælatorum, comprehendit alienationes factas in fauorē Ecclesiæ.*

13 *Ecclesia non debet locupletari cum iactura dñi Regis.*

14 *Similis similem quærit.*

15 *Dominus Rex Alfonsus cū esset minor incepit regnare cum consiliarijs iuuenibus; & ideo multas fecit iuuentutes.*

16 *Consilium iuuenum vitandum est. & ratio multiplex huius dicti traditur.*

17 *Dominus Rex an & quando teneatur pro contractu sui prædecessoris; item an & quando teneatur probare versum, vel non versum pretium alienationis in vtilitatem ipsius, nec non quando habeat Regni administrationem in solidum. traditur remissiue.*

18 *Princeps in sua curia seu audientia tractat causas sui patrimonij.*

19 *Rex nequit alienare de patrimonio suo, casu quo alienatum redundaret in magnam diminutionem Regiæ iurisdictionis, vel patrimonij.*

20 *In venditione ciuitatis quæ requirantur. remissiue.*

21 *Licentia per Principem data de alienando valet.*

23 *Contractus licite initus cum Principe habet vim legis.*

24 *Emens ā Principe, vel eius fisco, tutus est.*

25 *Contra Principem, in rebus suis non præscribitur.*

26 *Reuocatio alienationis facta per Principem causatur ā iuramento per eum præstito in limine suæ creationis.*

27 *Regnum diuidi non potest, nec ex eo detrahitur legitima. idem num. 30. & 33.*

28 *Rex quando possit rem auferre ā suo subdito traditur. remissiue.*

29 *Imperator non potest præiudicare successoribus.*

31 *Filij Regum Infantes, licet non primogeniti, debent habere honestam sustentationem; dummodo tamen remaneat primogenito tantum, quod possit honorem tenere, sicut Princeps eius prædecessor.*

32 *Princeps vbi propter delictum suum perdit Regnum, tunc deuenit Regnum ad sequentem legitimum.*

ITem cum nos recipimus in iuuentute nostra Regnum,
1 &c. Reuocātur hic quęcūq. † per dominū Regem alienata in iuuentute sua, iusto tamen pretio restituto. Hoc dicit breuiter. ¶ Diuide hanc constitutionem in tres partes. In prima dominus Rex reuocat ab eo in iuuentute sua alienata, & quod restituantur domino Regi soluenti, & restituenti pretia, quæ in veritate probabuntur soluta, & res ex cambio receptas, ac seruitia iuste facta. In secunda parte confirmat alienationes de consilio Aragonensium, & Cathalanorum factas, dummodo ipsum consilium legitime, & breuiter probetur; vt in littera dicitur. In tertia parte approbat alienationes per dominū Regē Petrum patrem, & per dñm Regem Iacobū I. auum suum factas. Nota tamē vnum singularissimū, &
2 valde vtile Regiæ Coronæ: quia † facta cōcessione ab Imperatore, vel Rege alicui priuato, de re etiam translato dominio rei concessæ, potest per ipsum Principem quandocunq. conditio apponi, vel lex, in cuius defectum præfata concessio reuocatur. vt *l. qui fundos. C. de omni agro deserto lib. 11.* & ibi hoc dicit ad litteram *An. de Barulo*

in

in lectura sua, quam sequitur *Bald. in l. qui se patris. C. vnde liberi.* vide notata per *Gl. Bald.* & *Cyn. in l. perfectum. C. de dona.* adde notata per *Cyn. in l. vnic.*
3 *C. de rei vxo. ac.* Sed † ille, qui donat Ecclesiã, non potest postea ex interuallo conditiones apponere, secundum *Io. An. in nouella. c. generali. de elec. li. 6.* & ponit *Iac. de Calic. in sua Margarita Fisci. 3*
4 *dub. vers. 33.* An dñs Rex possit reuocare infeudationem prædecessoris sui, vide *Bald. in titul. qui*
5 *feud. dare possunt.* † Tamen dñs Rex de consuetudine potest aliqua modica alienare, tamen potest nihilominus ea luere, nec potest tolli ius luendi. vide *Bald. qualiter feud. alie. potest.* Vide literam in tex. ibi, *in iuuentute*; forte capitur hic iuuẽtus pro
6 adolescentia, † quæ durat à pubertate vsque ad
7 ætatem viginti quinque annorum: & quæris † iste Rex, cũ esset minor viginti quinque annorũ, iuste potuerit restitutionem in integrũ postulare, dic quod imo seruatur illæsus ipso iure, quia alienationes Regni non tenuerunt, vt dixi supra *c. 33.*
8 Sed etiam dicit lex: melius † enim est coarctare iuueniles calores, ne cupidini diditi tristẽ exitũ consentiant, qui eos post dispersum expectat patrimonium, vt *C. de bonis quæ liberis. l. fi. §. filij autem.*
9 Et † cum illis iuuenibus non est truffandum, vti notatur in Procemio *ff. §. fi.* Et quia hic fit mentio
10 de iuuẽtute, nota quod † ætates hominũ sunt sex. Prima infantia, quæ durat vsque ad septẽ annos. Secunda est pueritia, quæ durat vsque ad duodecim annos in muliere, & quatuordecim annos in masculo. Tertia est adolescentia, quę durat vsq. ad viginti quinque annos. Quarta est iuuẽtus, vel virilis ætas, quæ durat vsque ad quinquaginta annos. Quinta est senectus, quæ durat vsque ad septuaginta annos. Sexta abinde, quæ dicitur terminus ętatum. Vnde versus:

Infans, inde puer, adolescens, post iuuenis, vir;
Inde senectus erit, postea decrepitus.

11 Similiter sunt † sex ætates mundi: de quo vide notata per *Ioan. Anf. per procemio. 6. lib. §. 2.* super
12 verbo *perfectus.* Quidã tamen scripserunt hic, ꝙ hæc reuocatio, aut aliqua in hoc statuto cõtenta non præiudicant Ecclesiæ super rebus ei adquisitis per venditionẽ, vel donationẽ ipsius Regis: quia licet Imperator in tẽporalibus possit legẽ facere: vt *l. 2. & fi. C. de leg.* non tamen in spiritualibus & Ecclesiasticis, quia non subsunt ei. *auth. quomodo oportet Episcopos. in prin. colla. 1. 96. di. cap. duo sunt.* & *c. si Imperator.* tamen Ecclesia legibus suis vtitur in adiutorium, quando non offendunt Ecclesiã. *10. di. c. 1.* & *c. si in adiutorium extra de no. o. nun. c. 1. extra de consti. c. Ecclesia S. Mariæ.* de quo per *Host. ext. de re. Eccle. nõ alie. c. cũ laicus.* Sed hic forte est secus, quia hęc cõstitutio facta est de cõsensu Prælatorum, &c. vt infra *c. proxi. in §. hæc ante omnia*, &c. ibi, *de consilio, & assensu, & voluntate Episcoporum, & magistri*, &c. facit *d. cap. Ecclesia S. Mariæ.* & *96. di. bene quidem.* Itẽ ista reuocatio facta fuit cũ causæ cognitione, & propter circumuentionem Regis; & Rex cũ tota curia de patri-
13 monio suo bene potuit disponere: nec † Ecclesia debet locupletari cũ iactura dñi Regis. *ext. de reg. c. locupletari.* ¶ In tex. ibi *iuuenes*, subaudi, sed forte potius habuit deceptores: sic *extra de iureiuran. c. quanto.* vbi de hoc per *Hostien.* forte habebat iste
14 Rex iuuenes consiliarios: quia † similis similem
15 sibi quærit: sicut † etiam fecit dñs Rex Alfonsus Dei gratia nunc regnans, qui in ætate sexdecim, vel octodecim annorum cœpit regnare cũ consiliarijs iuuenibus: & ideo multas fecit iuuẽtutes.
16 Et † consilium iuuenum vitandum est, vel saltẽ suspectum est: quia non habent iuuenes maturum sensum, & iuuenilia diligunt, & eis valde inhærent: non enim potest in eis silentium diu teneri, qui nimis celeriter maturitatem sunt adepti: qua-
1 re Salomon ait: *Væ terra, cuius Rex puer est, & prin-*
17 *cipes mane comedunt. Ecclesiast. 10.* Sed † an & quãdo dñs Rex tenetur pro contractu sui prædecessoris, itẽ, an, & qñ habeat probare versum, vel nõ versum pretiũ alienationis in vtilitatem, vel nõ; & qualiter habeat administrationem Regni in-
1 solidum, vide quæ notantur latius per *Iacob. de Calicio in suo Curiali. 7. dub. in illa q. Quarto quid de as-*
18 *signationibus factis*, &c. Itẽ nota, quod † Princeps in sua curia & audientia tractat causas sui patrimonij: de quo vide in *Marg. Fisci. dub. 8. v. 172.* & adde in *curia dñæ Mariæ c. per repos.* Vlterius no-
19 tandum, quod † Rex non potest alienare de suo patrimonio, vt hic. *ext. de iureiuran. c. intellecto.* estque verum, si faceret magnam diminutionẽ iurisdictionis regalis, vel patrimonij regij: secus si aliqua alienaret, quæ non ita diminueret suã iurisdictionẽ, tunc valeret donatio, & præiudicaret successori suo in Regno. Casum notat *Bart. in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam.* & ibi vide quæ re-
20 quirantur in † venditione rerum ciuitatis. ac melius in *l. fi. C. de vend. re. ciui. lib. 11.* Vnde nota
21 quod † valet licentia per Principẽ data de alienando aliquid, puta domum olim Callis Iudaici, quam emi pretio 405. florenorũ pro franco alodio cũ litera licentiæ, & concessionis reginalis.
22 Vlterius nota, † quod post factam per Principẽ alienationem rei sui patrimonij, & post translatum dominium potest ipse Rex etiam ex interuallo apponere conditionem, vel legem, in cuius defectu concessio reuocetur; vt *l. qui fundis. C. de omni agro deserto. lib. 11.* de quo vide *Iacobum de Calicio in sua Margarita Fisci. dubio 3. in vers. 31.* & vide *Doct. in vsat. Possunt*, vt dixi sup. post principium. ¶ Et quia, prout in littera hic dicitur, iste Rex Alfonsus Secundus partem Regni dederat quibusdam per violentiam, quibusdam per fraudem & dolum, & etiam per iuuentutem propriam, dignum fuit ea reuocari, & cassa fieri; alias
23 autem contractus † licitus initus cum Principe, habet vim legis, vt *l. Cæsar. ff. de publicanis.* & *l. donationis in 2. C. de donation. inter virum & vxorem.* prout ibi notatur per *Bald.* & vide quæ notantur latius per dñm *Iac. de Calicio in suo Curiali in 7. dubio, in vltima q. vers. aut quæris, si Prin-*

ceps dedit,&c. Item adde quæ notat idem *Iacob. in*
24 *sua Margarita Fisci,8.dub.vers.*194. Itẽ illud no-
ta,quod † qui à Principe, vel eius Fisco aliquid
emerit,vel alio titulo adquisierit, saluus erit; vt
C de quadrienny præscript. l. omnes. & *l. bene à Ze-*
25 *none*.vide ibi.Nota † tamen, quod præscribitur
contra Principem in rebus suis:vt in vsatico *hoc
quod iuris est sanctorum*.& *C.ne rei Dominicæ.l.ipso-
rum*.& adde quæ notantur infra *collat. proxima in
§.curia Barcino. cap.9. vers.Item quæro,quanto tem-
pore*.De hoc etiam notat *Ioannes Fab.insti. de vsu-
ca.§.res fisci nostri*. & *Iac. in Margarita Fisci 3.dub.*
26 *vers.*46. Est etiã ratio † reuocandi alienata per
istum Regem, quia potest contrauenire ratione
primi liciti iuramenti, quod præstitit in sua crea
tione: vt notatur supra *cap.33*. & notat *Hostiensi*
27 *extra de voto.cap.licet*.Regnum † enim nõ potest
diuidi,neç habet locum in eo legitima portio:vt
28 notatur *extra de testa.c.si hæres.glos.2*.quando † au-
tem Rex possit auferre rem suo subdito,vide *Ia-
cobum in suo Curiali 7.dub. vers.210*. ¶ Item nota
in *authen.de non alie.& permu.§.ad hoc*. in verb.*par-*
29 *ticipans.collat.2*. quod Imperator nõ potest præ-
iudicare Imperatoribus:de quo per *Cyn. in l.dig-
na vox.C.de legi*.& per *Bald.in c.Imperialis clemen-
tiæ.de pace constantiæ in fen*.Et quod Regnum † sit
indiuiduum,notat ipse *Bald. in l.si plures. C.de cõ-
di.insertis*.& per *glos.in prealleg.c.licet*.& per *Ioan.
And.in c.grandi de supellect.negli prælat.lib.6*. ¶ Fi-
31 lij tamen † Regum Infantes,qui non habent pri-
mogenituram,debent habere honestam sustenta-
tionem,dum tamen maiori hæredi remaneat tan-
tum,quod possit honorem tenere, sicut Princeps
eius prædecessor.& ibi notatur per *Host*. ¶ Item
32 notat *Inno.in d.c.licet*.ꝙ vbi primogenitus prop-
ter delictum suum amittit Regnum, tũc deuenit
33 illud ad sequentem legitimum;& quod † Regnũ
non patitur sectionem, adde infra cap.proximo.
Item adde quæ notat dominus *Iacobus in Marga-
rita Fisci 4.dub.6.vers.30*.

Capitulum XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Dominus Rex an,& quando possit priuilegia reuocare.*

ITem *ordinamus & statuimus, quod omnia priuile-
gia*, &c. Hic etiam reuocantur priuilegia in iu
uentute istius Alfonsi II. concessa in diminutio-
nem Regni & redditũ suorum; quibusdam ex-
ceptis. vide litteram;& adde quæ dixi supra cap.
1 proximo. Item, † an, & quando dominus Rex
valeat priuilegia reuocare, & quando non, vide
d.*Iac.in Margar.Fisci.8.dub. vers.36*. Et hæc suf-
ficiant super hac secunda collatione, quæ conti-
net curiam dicti Alfonsi II.editam in Monteso-
no.Deo gratias.

HIC INCIPIT QVARTA COLLATIO, QVÆ continet sex curias generales domini Regis Iacobi Secundi filij domini Regis Petri Primi,fratrisque domini Alfonsi Secundi, videlicet, tres Barcinonæ, vna Ilerdæ,& vna Montisalbi,& alia Gerundæ. Sequitur ergo hic prima curia Barcinonæ celebrata per dominum Regem Iacobum Secundum in domo fratrum Minorum.10.kalendas Aprilis anno Domini 1291.quæ continet quadraginta Constitutiones,siue capitula, quorum primum incipit.

Capitulum I.

SVMMARIVM.

1 *Principes intendere debent ad pacem, iustitiam,defen-
sionem,& bonum statum Regnorum.*
2 *Omnes qui dicit,nihil excludit.*
3 *Charta vltima in aliquo contraria præcedentibus, re-
uocat eas.*
4 *Constitutio eyciens à pace & trenga excommunicatos,
& perseuerantes per annum in excommunicatione,
confirmatur.*

IN *nomine Domini nostri Iesu Christi.
Nouerint vniuersi, quod nos Iacobus Dei
gratia Rex Aragonum, Siciliæ, Maiori-
carum, & Valentiæ, ac Comes Barcinonæ.*
1 *Intendentes ad † pacem,& ad iustitiam,& ad defensio-
nem,& ad bonum statum Regnorum, & terrarum no-
strarum*.Ecce ad quæ debent boni Reges & Prin-
cipes intendere.Et in hoc primo cap. cõfirman-
tur expresse curiæ & constitutiones Regis Petri
patris,& Alfonsi fratris istius Regis Iacobi:quas
vidisti in duabus collationibus supra proximis;
& etiam confirmauit chartas pacis & treugæ. Et
nota,quod expresse hic dicit,*omnes chartas pacis
& treugæ*;& ita qui † *omnes* dicit,nullam exclu-
2 dit;dici tamẽ sicut in ipsis continetur:quia † si in
3 aliquo contrarientur,vltima earũ reuocaret præ-
cedentes contrarias. Sed licet aliqua ipsarũ esset
tẽporalis,forsan per hãc confirmationẽ erit per-
petua:quia dicit hic littera : *Laudamus, approba-
mus,& confirmamus*;& sic est laudatio & approba
tio facta ex certa scientia:vide tamẽ quę scripse-
rit dñs *Iacobus de Calicio in suo Directorio pacis &
treugæ*,vbi ponit de omnibus huiusmodi consti-
tutionibus pacis & treugæ.Et ita patet hic,quod
4 constitutio † Regis facta apud Terraco.quæ inter
alia statuit de excõmunicatis per annũ in excõ-
munio-

munione perseuerantibus, vt sint à pace & treuga eiecti, sic hic expresse, & de certa sciētia confirmata, & sic possit practiqari, & debeat obseruari, licet non appareat modus vtentium approbata, quia non apparet de contrario vsu.

Quod officiales in Cathalonia sint Cathalani. Capitulum II.

S V M M A R I V M.

1 *Officiales Regij habentes iurisdictionem in Cathalonia & Regnis Maioricarum & Insularum ei adiacentium debent esse Cathalani.*

2 *Domicilium non habentes in Cathalonia, licet Cathalani, nedum iudices esse possunt nec aliter se intromittere de causis Cathaloniæ quouis modo; pœna contrafacientis traditur num. 3.*

4 *Cancellarius & Vicecancellarius excipiuntur ab ista dispositione.*

5 *Scriptores curiarum Regis & Gubernatorum, nec non secretarij debent esse Cathalani, seu domiciliati in Cathalonia.*

6 *Acta dimitti debent scriptoribus Cathalanis sequentibus curiam.*

7 *Capitanias & Castellanias in Cathalonia obtinere debēt Cathalani & non alij, & ratio traditur ibidem.*

8 *Domicilium vt quis dicatur habere, non sufficit possidere domum; sed ibi debet habitare.*

9 *Ciuis vel incola quis dicatur, remissiue traditur.*

ITem ad supplicationem dictæ curiæ concedimus, &c.
1 Dicitur hic, quod † omnes officiales Regij Cathaloniæ, & Regni Maioricarum, & insularum ei subiacentium sint Cathalani. Quod est verū de officialibus, qui habēt ius reddere de vno in aliud,
2 vt hic dicit: ita quod † nullus etiam Cathalanus, qui domicilium non habeat in Cathalonia, nedū non possit esse iudex ordinarius, vel delegatus, vel etiam officialis, qui iurisdictione vtatur: sed nec potest in personam Regis cognoscere, vel sententiam ferre, nec processum recognoscere, nec relationem facere in curia Regis, vel alibi, etiam vt iudex curiæ, nec alias se intromittere de causis Cathaloniæ quouis modo, vt infra *collatio. 5. in curia Montisalbi cap. 21.* vbi dicam latius. & *collat. 6. in*
3 *curia Ceruariæ cap. 10.* Et † qui contrafecerit, oppositoque, vel requisito per aliquam partiū ilico, non destiterit, ipso facto efficitur infamis, & pœnam centum florenorum incurrit, cuius medietas adquiritur ipsi parti opponenti, & impetrans carere debet impetratis, vt in curia Ferdinandi cap. 11. Talesque processus & sentētia carent viribus, & effectu, vt in dicta *curia Montisalbi cap. 20. Item*
4 *ad supplicationem.* Excipiuntur tamen † Cancellarius & Vicecancellarius. vt in dicta *curia Ceruariæ ca. Vlterius.* adde in *curia dnā Maria edita Bar. c. primerament.* Et †
5 scriptores etiā curiarum Regis, Gubernatorū, & Secretarij debent esse Cathalani, vel in Cathalonia domiciliati: alioquin actitata per eos nullius sunt momēti. vt in *curia Fer-*
6 *dinandi c. 10.* & in *curia Maria c. 12.* Et † ipsis scriptoribus de curia recedentibus, vel impeditis debēt ipsi acta dimittere alijs scriptoribus Cathalanis curiam sequentibus, alias pro qualibet vice, exercicio sui officij per annū, atque quitatione eius, ac gratia illius anni sunt priuati, vt in *cu-*
7 *ria Mariæ cap. 12. & 13.* Capitaniæ † vero, & Castellaniæ in Cathalonia non debēt committi alijs quam Cathalanis origine, vel domicilio: vt in *curia Mariæ cap. vltimo.* Et præmissorum ratio potest esse, quia Cathalani melius sciunt consuetudines, & obseruantias Cathaloniæ, vt infra cap. proxi.
8 Et nota, † quod ad hoc, quod quis dicatur habere domicilium in loco, non sufficit ibi possidere domum: vt *l. libertus. §. fi. la. ff. ad municipales.* verumtamen bene potest quis habere domicilium in pluribus locis, dummodo vtrobique se æqualiter videatur collocasse. *ff. ad municipa. l. Labeo.* & *l. assumptio. §. iuris prudentibus.* & *extra de foro compe. cap. ex parte. b.* vbi de hoc in *glos.* & melius *extra de rescriptis. c. dilectus filius. infra Sarracenus in glos.* ex hoc vide, & adde quæ notantur *extra de sepulturis. cap. cum quis. lib. 6.* & vide *Archi. in cap. statutum. de*
9 *rescriptis. lib. 6. in glos. ad huiusmodi decla.* Et † quis dicatur ciuis, vel incola, vide in *l. ciues. C. de incolis. lib. 10.* adde quæ notantur infra *colla. 5. c. 21. Item ad supplicationem omnium prædictorum, &c.*

De eodem. Cap. III.

S V M M A R I V M.

1 *Primogeniti debent habere Consiliarios & Iudices Cathalanos in negotijs Cathaloniæ, & Regni Maioricarum, Insularumve ei adiecentium.*

2 *Infans Domini Regis olim dicebatur nobilis, hodie non sufficit magnificus.*

3 *Princeps vnus est & dominus in apibus.*

ITem, quod nobilis Infans Petrus, dum fuerit procurator, &c. Primogeniti † debent habere consi-
1 liarios, & iudices Cathalanos in negotijs Cathaloniæ, & Regni Maioricarum, & insularum ei adiacentium, pro eo quod Cathalani melius sciūt, & scire præsumunt consuetudines Cathaloniæ, dictarumque insularum: vt supra cap. proximo. vi-
2 de ibi. ¶ Nota hic, quod olim Infans Regis dicebatur Nobilis: hodie non sufficit Magnificus, nimirum, quia etiam rustici hodie volunt vocari
3 domini: & tamen in apibus † princeps vnus est & dominus. 7. q. 1. *cap. in apibus.* vide quæ notat *Iac. de Calueio in vsit. Baiulus. in illa quæst. Quæro an Baiulus domini Regis. in vers. quandoque potestas.*

De tabula officialium, & prohibita officiorum venditione. Cap. IIII.

S V M M A R I V M.

1 *Officia vendi prohibentur.*

2 *Officia concedi nequeunt ad imperpetuum, nec ad violarium, nec ad tempus vltra triennium.*

3 *Officia nec concedi, nec obtineri debent pro pecunijs, & ratio traditur hic.*

4 *Officia & honores an possint peti cum pecunia; remissiue adducitur.*

5 *Reddere pecunias datas pro officio quamuis gratiosum esset olim, hodie esset illicitum.*

6 *Officiales causa inquirendi debent assecurare domino Regi & conquerentibus sufficienter de stando iuri.*

7 *Cautio data per officiales pro assecurando tabulã, debet esse fideiussoria hodie.*
8 *Officiales dantes pecuniam pro officijs, amittunt ea.*
9 *Officialis obtinens ex pecunia officium, est priuatus illo, inhabilisque redditur ad dictum officiũ obtinẽdũ.*
10 *Recipientes pecunias pro officio, eas cũ duplo restituere tenentur.*
11 *Officiales in introitu officij assecurãt ius querelantibus, & tenere tabulam in fine officij per triginta dies.*
12 *Cauere sufficienter, est cum fideiussoribus, vel cum pignoribus cauere: licet hodie cum fideiussoribus dicatur cautio sufficiens.*

ITem, quod Vicarij, & Baiuli, & Curiales, &c. In hac
1 constitutione dicitur, quod † officia non possunt vendi: & est longa, habens plura dicta, & non potest sub breuiloquio comprehendi: quare legã
2 eam per partes: nec talia † officia possunt concedi ad in perpetuum, nec ad violarium, nec ad tempus vltra triennium: vt in *curia proxima cap. 4. Itẽ quod aliquod officium prædictorum*, &c. Et pro euidentia debes scire, quod dominus Rex Iacobus Primus statuerat, quod pro instituendo Vicarium non reciperetur mutuum: vt supra *collat. 1. c. Item statuimus & concedimus.* & ibi aliquãtulum dixi de hoc.
3 Patet ergo, quod † officia non debẽt concedi, nec obtineri pro pecunijs: & est ratio, ne postmodum vendant iustitiam, quod est prohibitum, vt dicta *collat. 1. cap. Item nihilominus præcipimus. & extra. ne prælat. vices suas. cap. penult.* Vnde hic in prima partẽ dominus Rex statuit, vt officiales, qui pro pecunia ante ordinationes curiæ Montissoni, supra collat. proxima, data officia haberent, exirent, &
4 remouerentur. Et hoc erat iustum. Et vtrũ † officia & honores possint peti cum pecunia, distinguit *Guil. de Cugno ff. de officio præto. l. Barbarius.* Secũdo
5 dicit, † quod pecuniæ illis redderentur, & hoc fuit gratiosum: hodie esset illicitum, quia dantes pecuniam pro officijs vltra decem solidos, puniũtur in amissione pecuniarum, & alias, prout statim dicetur. Tertio, saluantur inquisitiones, quæ olim fiebant, iuxta *cap. 22. Item concedimus & ordinamus, quod inquiramus contra Vicarios, &c. supra col-*
6 *lat. 2.* vbi de hoc. Quarto † dicitur hic, quod officiales inquirendi causa deberent sufficienter assecurare de stando iuri domino Regi, & conquerentibus. de quo vide latius infra eadem collatione in *curia proxima, cap. 1. quod omnis Vicarius*, &c. Et ista fuit prima constitutio, quę officiales astrinxit ad cauendum cum securitate pro tabula: non tamen hic dicebatur expresse de fideiussoribus: &
7 ideo poterat caueri cum pignoribus: hodie vero est necesse dare fideiussores, vt in allegato cap. dicitur. vide ibi. Quinto dicitur hic, quod officiales qui post dictas ordinationes curiæ Montissoni
8 pecunias † dedissent pro officijs obtinendis, illa amitterent: & hoc erat iustum. Sexto dicitur, ꝙ dñs Rex posset illos sic remotos tornare in officijs, & hoc erat tunc gratiosum, sed hodie esset illicitum, vt statim dicetur. Septimo, dñs Rex prouidit, quod de cætero aliquis non posset habere officiũ pro denarijs, nec pro assignatione ad partẽ, nec pro obligatione, nec pro alia fraude: quod si secus fieret, officiũ cũ pecunijs perderetur, vt sup.
9 *colla. proxi. c. 1.* & ibi dixi. Hodie † vero officialis officiũ obtinens contra prædicta, ipso facto priuatus est officio, & est perpetuo inhabilis ad ipsũ officium obtinendũ. & quidquid vt officialis egerit, irritũ erit. vt infra *colla. 6. cap. Addendo. in curia Montissoni.* imo etiã efficitur infamis, & per decẽniũ inhabilis ad obtinendum aliquod officiũ Regiæ iurisdictionis in Cathalonia. Et recipientes
10 tales † pecunias, vltra decẽ solidos, tenentur eas cũ duplo restituere, scilicet, medietatem dño Regi, & aliam medietatẽ Generali Cathaloniæ: vt infra *collat. 9. c. Com segons constitutions de Cathalunya*, &c. & est dñæ Mariæ. Et non possunt concedi perpetuo, nec ad vitã: vt infra *collat. 8. curia Regis Ferdinandi. c. Prohibim.* cũ suis concor. vide quę ibi dicã.
11 Octauo, & vltimo dicitur, quod officiales in introitu officiorum teneantur assecurare facere ius querelantibus: & quod in fine, cũ exierint ex officijs, teneant tabulam per triginta dies. Hoc dicit. Hoc idẽ erat statutum supra collat. proxi. c. 5. & ibi dixi. Et ista est tertia constitutio, quę loquitur de tabula. & inquisitione officialiũ. Quarta est infra ead collat. in curia Barcino. facta. ca. 1. & ibi latius de tabula dicetur. & adde in *curia 3. Barcin.*
12 *c. Item ordinamus de consilio.* Et quod † littera dicit hic, *sufficienter*, intellige, scilicet, idonee cum fideiussoribus, vel pignoribus: iuxta notata in *c. Quartdus. extra de solu.* Hodie vero requiruntur fideiussores, vt supra dixi.

De censibus. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Assessor vel scriptor se censuales facere non debent Vicario, Baiulo, aut alteri officiali.*
2 *Officiales quod facere debent ratione officij, illud faciãt suis expensis, nisi de iure contrarium sit statutum.*
3 *Officiales in Cathalonia nõ possunt exigere salaria, quæ præfinita non sint per iura patria, vel consuetudinẽ.*

1 ITem, quod aliquis † scriptor, vel assessor non audeat se acensare Vicario, Baiulo, vel alteri officiali. Ecce totã litterã, quæ clara est: satis prouisum erat, quod officiales nõ audeãt sibi aliquẽ facere censualẽ: vt sup. *collat. proxi. c. 6. & in forma iuramenti Vicarij §. octauo iurat.* cũ suis concor. Hic etiã prouidetur, ꝙ scriptor, vel assessor, qui forte magis in hoc peccabant, non audeant se acensare officialibus. Si secus fiat, contractus est nullus. & punientur extraordinarie pro violatione constitut. vide quę dixi *collat. 2. c. 41.* incipit: *Prædictas siquidem*, &c. & melius *colla. 6. curia Perpiniani. c. cũ secundũ.* Illud autẽ
2 nota, ꝙ † officiales, qui aliquid facere tenẽtur ex debito officij, suis expensis illud facere debẽt, nisi vbi inuenitur à iure expressum, iuxta *Gui.* qui ita notat in *Rosa. 10. q. 3. c. cauendum in glos.* & notata per *Vinc.* Et sic videtur, nõ posse officiales Regios
3 Cathaloniæ † exigere salaria, nisi exprimatur per constit. & iura patriæ, quia non debent aliquid recipere, nisi de cibo. de quo sup. *collat. proxi. cap. 3.*

De

De Assessoribus. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in sæcularibus Assessores esse non debent, nisi assecurauerint idonee in posse curiæ sæcularis de stando iuri.*

2 *Clerici fideiussores dari nõ possunt in assecuramẽto laici.*

3 *Princeps solus concedit licentiam Præsidi, vt Assessor ipsius posit interponere decretum in alienationibus minorum, & transactionibus alimentorum.*

ITem, quod aliquis clericus non possit esse Assessor,
1 &c. Dicitur † hic, quod clerici non possunt esse Assessores in sæcularibus, nisi assecurauerint idonee per homines laicos de stando iuri in posse curiæ sæcularis. Et forte loquitur hoc capitulum de Assessore ordinario triennali, secus in delegato. vide *pragmaticam Regis Petri datam Perpiniani. 6. Nonas May anno Domini* 1345. Adde quæ dixi infra *cap.* 23. & latius in *curia Gerundæ cap.* 27. & infra *ead. colla. in curia* 2. *Barcino. cap.* 15. *Itẽ ꝙ aliquis clericus.* & adde quæ notat *Gui. in spe. tit. de Assessore.* §. *debet. vers. Sed nunquid clericus.* Et
2 nota † hic, quod in assecuramento officialiũ non debent assumi fideiussores clerici, sed mere laici: de quo dicam latius infra *proxi. cap.* 15. vide hic
3 & adde quæ ibi scripsi. Item † nota, quod solus Princeps potest dare licentiam Præsidi Prouinciæ, quod Assessor ipsius Prę̨sidis super alienationibus rerum minorum, & super transactionibus alimentorum se subscribat, & decretum interponat, vt *l.* 2. *C. de Assess.* & not. *Iac. de Calic. in Margarita Fisci dubio* 7. *vers.* 217.

De sigillis Regijs. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Iura Regiorũ sigillorũ vendi, seu obligari non possunt.*

2 *Sigilla Ecclesiæ concedi & obligari non possunt.*

ITem quod nos, vel successores nostri de cætero non
1 vendamus, vel obligemus sigilla nostra, &c.* Hic † prohibẽtur sigilla, hoc est iura sigillorum Regiorum, vendi, vel obligari, & eorum taxia confirmatur, prout extitit facta per dominum Regem Petrum II. supra *collat.* 2. *cap. Item quod de charta*
2 *simplicis iustitia,* &c. quod cap. inferitur hic. Sic † etiã sigilla Ecclesiæ prohibentur concedi & obligari, vt *extra de solut. ca. si quorundam.* vide quæ ibi notantur: cætera quæ prohibentur pignorari, dic vt scripsi infra *cap.* 39.

Capitulum VIII.

ITem quod de charta simplicis iustitia executionis, &c. vide supra *colla.* 2. *ca.* 19. & adde supra *colla.* 4. *cap.* 10.

De emendis maleficiorum & damnorum. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Reus liberandus non est, donec satisfecerit damnũ passo. idem num.* 3.

2 *Dominus Rex, nec eius officiales quidquam à malefactore recipere queunt pro cõpositione, vel alias, nec à carcere illum extrahere, nisi parte satisfacta.*

4 *Satisfactio pro maleficijs & dãnis faciẽda est ex bonis malefactoris, quatenus ipse fuerit corporaliter punitus.*

5 *Officialis non emendans parti læsæ, de suo debet resarcire, vltra pœnam soluendam domino Regi. idẽ nu.* 7. *& traditur Regia pragmatica. n.* 13.

6 *Officialis non resarciens damnum parti potest conueniri ante syndicatum coram illo, coram quo poterat conueniri pro quocumq. debito.*

8 *Officialis an ante tempus tabulæ conueniendus, remissiue traditur.*

9 *Liberans captum tenetur damnum passo in omnibus, in quibus captus tenebatur.*

10 *Scriptor custodire debet processum Inquisitionis fideliter; vt inueniatur quoties officialis tenebit tabulam, sub pœna priuationis officij.*

11 *Notarius est custos processus finita lite.*

12 *Notarius tenetur pœna falsi recusans tradere, cui interfit instrumentum, & acta.*

14 *Paciscens de crimine habetur pro confesso. limitationes traduntur nu.* 15. *&* 17.

16 *Remissus pecunia data infamis remanet, vbi crimen infamiam irrogaret. quod secus esset si precibus tantum fuisset remissus.*

18 *Dominus Rex an possit reuocare remissionem, traditur remissiue.*

19 *Forma remissionis facienda per officiales ordinarios traditur.*

20 *Firma iuris absq. fideiussoribus nõ sufficit, vbi damna sunt liquida, & constat de quantitate eorum.*

21 *Idonee cauetur cum fideiussoribus vel pignoribus.*

22 *Cautio iuratoria sufficit, quoties nõ sunt pignora, vel nõ reperiuntur fideiussores.*

23 *Homagiũ præstatur cũ obligatio descendit ex crimine.*

24 *Non habens in ære luit in corpore.*

25 *De damno præterito cauendum est. limitatur nu.* 26.

27 *Excõmunicatus pro contumacia vel offensa dubia absoluitur præstita cautione. secus vero si offensa fuerit notoria & clara, cum tunc requiratur prius satisfactio partis.*

28 *Liquere de offensa, vel notoriam esse, relinquitur arbitrio Iudicis.*

ITem quod nos, vel officiales nostri nõ recipiamus, &c.
1 Casus breuis. Nõ † est liberãdus reus, donec satisfecerit damnũ passo. Hoc dicit, & est notabilis: de materia huius habes supra *colla. proxi. c.* 15. incipit: *Itẽ ordinamus & statuimus, ꝙ maleficia inuẽta,* &c. vide quæ ibi scripsi, & infra *ead. curia c.* 32. *Itẽ ꝙ omne malefactũ ꝙ sit factũ,* &c. Hanc, quia longa est, & multa cõtinet, expediã per partes & cõclu
2 siones, siue notabilia. In prima parte nota, ꝙ † dominus Rex, vel eius officiales, nõ debent aliquid recipere, vel habere pro compositione, vel alias à malefactore, nec liberare à captione, donec ipse malefactor restituerit malefactum, & satisdederit ad iudicis cognitionem satisfacere damna illata per ipsum, & id ꝙ per Inquisitionẽ repertũ fuerit. Hoc dicit: vsq. ibi, *nec etiã habemus,* &c. *à captione,* scilicet etiã dãdo ad manuleutã si capt⁹ est ad instãtiã partis; alias põt dari ad manuleutã, si crimẽ nõ exigat pœnã mortis, vel mutilationis mẽbri: adde infra *colla.* 6. *curiæ Montissoni. c. Nos & primogenitus.* & quæ ibi dixi. ¶ In † secũda parte nota,
3 ꝙ dñs Rex, & sui officiales nõ debẽt recipere, nec

habere pœnam,vel pecuniam aliquam à debitore,donec creditori & damnum passo fuerit satisfactum.Hoc dicit:in §.*nec etiam habeamus*.idē infra *in curia proxi.c.2.§.& pendente*,vsq.ibi:*Et si de*
4 *malefactore*.¶ Ibi est tertia pars,ex qua nota, † ꝙ si de malefactore fiat iustitia corporalis, de bonis eius est similiter,antequā curia aliquid recipiat, facienda satisfactio pro malefactis & damnis datis.Hoc dicit. Patet hic, quod facta emēda parti, nihilominus potest delatus puniri criminaliter, & sic facit per *Iac. de Calicio*, qui hanc quæstionē latius prosequitur in *vsat. Rusticus interfectus, in vers.quærunt autem hic glo. Iac. de Monteiud.* Item adde quæ notat idem *Iac.in sua Margarita Fisci.in 4.dubio.vers.27*.vsq. ibi; *Et si Vicarius*, &c. ¶ Ibi
5 est quarta pars, ex qua nota, quod † officialis faciens contra prædicta, debet satisfacere & soluere totum parti læsæ vel creditrici,de proprio ipsius Vicarij vel officialis.Et etiam debet soluere totidem domino Regi pro pœna, hoc dicit *vsat.*
6 ibi:*Et caueat sibi scriptor*,&c.Et † nihilominus poterit ante tempus tabulæ conueniri coram illo, coram quo pro alio debito posset conueniri, & tempore tabulę etiam arbitrarie punietur: vt infra *colla.9. curia domini Ferdinandi.cap.confirmants la constitucio feta*. vide & repete hic quæ ibi dixi.¶ Sed quæro hic, an ista clausula, *Et si Vicarius*,&c. comprehendat omnia præcedētia in hoc capitulo contenta.¶ Et breuiter credo quod sic, per dictum. *cap. confirmants. infra collat. 7. in curia Ferdinandi*.vbi pœna & executio etiam additur. &ibi ista declaratur,cōfirmatur,& additur,quod
7 talis † officialis contrafaciens vltra pœnam huius cap.teneatur & puniatur parti læsæ & grauatę ad omnes expensas, & interesse, pro quibus possit conueniri, tenendo etiam officium coram illis,coram quibus pro aliquo debito poterat ante tempus tabulæ conueniri licite, iuxta constitutiones Cathaloniæ.Et nihilominus per Inquisitores tabulę erit arbitrarie puniendus. vt habes
8 in *alleg.cap.confirmants*. ¶ Et qualiter possint officiales ante tempus tabulę conueniri, habetur infra *colla.6. in curia Montissoni. cap. officiales nostri ordinarij. §. & quilibet Vicarius noster*. ¶ Et nota,
9 quod etiam de iure communi,liberans † captum tenetur damna passo in omnibus, in quibus ille captus tenebatur ei,pro quo, seu cuius maleficio captus fuerat:vt *C.de exacto.tribu.l.quotiens.lib.10.* vbi vide *Bar.& Doct.*¶ *Et caueat scriptor*, &c. di-
10 citur hic,quod † scriptor Inquisitionis,debet illam diligenter & fideliter custodire, taliter quod inueniri possit, quando officialis tabulam tenebit, sub pœna priuationis scribaniæ & officij in
11 perpetuum. Hoc dicit. Hic ergo habes, quod † notarius est custos processuum: quod est verum negotio finito; alias quamdiu causa ventilatur, debet processus esse apud iudicē. vt *extra de pro-*
12 *ba.cum bene. & cap. quoniam contra*. Et forte † notarius,qui non vult tradere nec exhibere instrumentum,& acta eis,quorum interest, tenetur crimine falsi:de quo vide per *Albertū de Cremone in suo tract.Maleficiorū.rubr.de falsarijs. in q.* quæ incipit:*quæstio talis est;quidam not.fecit mihi instrumētum*,&c.Ex præmissis igitur habemus,quod probato crimine in modum Inquisitionis imponitur pœna corporalis & honoris,& damna læsis resercientur,quod est nota dignum,& notatur per *Inno.extra de accu.c.cum oporteat.* ad idē in *authen. vt nulli iudicum.§.& hoc peruenit*.& in *auth.vt iudi. sine quoquo suffragio.§.si quis autem*.vide quæ notantur per *Io.Iac.in libello de furtis in q.ponamus sit probatum*.Et si forsan fieret aliter compositio, seu remissio criminis, non satisfacto prius parti vt decet, iuxta prædicta, statim ille remissus habetur pro conuicto & confesso: & debebit cōpelli per captionē personę, & alias ad satisfaciēdū sine dilatione,vt in quadā pragmatica Regia tenoris se-
13 quentis. ¶ Nos † Petrus Dei gratia Rex Aragonum,&c. Exposito nobis per vniuersitates ciuitatū & villarum Cathaloniæ per grauamen inter cætera,quod per nos seu procuratorē nostrum generalem, aut eius vicesgerētē aut alios officiales nostros aliquotiens fiunt diffinitiones siue remissiones aliquibus criminosis,interuenientibus precibus,seu pe.unia.[quo casu debentur auerię. vt infra *colla.6.curia Ceruariæ.ca.Item etiam statuimus,nō facta satisfactione iniuriatis,vel damna passis.*] nec præstita satisdatione decenti super satisfactione huiusmodi facienda:propter quod supplicatum fuit nobis,vt cum præmissa contra cōstitutiones generaliū Cathaloniæ curiarū fieri videantur,dignaremur super his de cōgruo remedio prouidere.Nos itaq. supplicatione ipsa benigne suscepta,cōcedimꝰ, atq. statuimus,quod in casu,[scilicet ꝙ fierent non facta satisfactione, nec præstita satisdatione decēti in alijs secus à cōtrario sensu,super quo cogita]quo tales diffinitiones, siue remissiones fie. et per nos,vel procuratorē nostrū generalē,aut alios officiales quoscunq.ꝙ crimen, de quo remissio ipsa facta fuerit, sit habitum pro confesso,quantū adhoc ꝙ incontinēti sine alia dilatione criminosus compellatur per captionem personæ ad satisfaciendum damnificatis siue iniuriatis. Mandantes procuratori nostro generali,eiusq.vicesgerenti,siue dictum officium gerentibus,cæterisque officialibus nostris præsentibus & futuris, quod concessionem nostram huiusmodi teneant, & obseruent, & non contraueniant aliqua ratione. In cuius rei testimonium præsentem fieri iussimus nostro sigillo munitam. Dat. Barcinonæ 4. Kalendas Augusti. Anno Domini 1447. ¶ Ecce per istam pragmaticā habe-
14 mus, ꝙ † qui paciscitur de crimine, habetur pro confesso.ad idē *ff.de his qui nota.infa.l.quoniā.* quā-
15 doq.† tamē potest probari contrariū,& probata innocentia recuperabit ꝙ dederit accusatori, vt desistat,secundum *Io. An.in addi.spe.tit.de posi.§.9.*
16 *vers.verūtamē.* Et † si data pecunia fiat remissio, talis remissus erit infamis,si de tali crimine composuerit, quod infamiam irrogaret; secus si precibus

cibus impetrauerit, ne secum agatur: vt *ff. eod. ti. l.*
17 *furti. §. pactus.* ¶ Item † qui iussu prætoris dato pretio inde paciscitur, nõ notatur, vt *ff. eo. tit. l. qui iussu*, & hoc est, quod hic dicit quantũ ad hoc, &c. quia non semper patiens, siue obtinens remissionem criminis habetur in omnibus pro confesso, de hoc etiam habetur in alia pragmatica eiusdem Regis Petri iussu edita, per quam dñs Rex declarat, quod per tales remissiones non vult, nec intendit remittere salaria, vel auerias, nec expensas commissarijs, scriptoribus, vel alijs, quibus spectent, debita: immo vult eas persolui prout fuerint taxatę per Cancellarium, Vicecãcellarium, seu Regentem Cancellariam, & illam pragmaticam vide infra *colla. 6. in curia Ceruariæ. cap. Item etiam statuimus*, &c. Et adde quæ notantur per *glo.* & *Doct. in l. transigere. C. de transac.* & *l. in omnibus. ff. de præuaricatoribus.* Item nota, quod per dictam pragmaticam moderatur dicta constitutio huiusmodi, quia datur modus alius, qui saltem seruatur in curijs Principis, & Gubernatoris de stylo notorio: quia solum in remissione adijciũt, quod fiat conquerentibus de remisso ciuiliter iustitiæ complementum: & sic, nondum facta satisfactione, nec data alia satisdatione, liberant, & faciunt à carceribus eijci criminosos, quibus gratiam remissionis huiusmodi criminum indulserint: & hoc ita saltem de facto seruari videmus in practica, quæ non est bona pro animabus, & iustitia cõ-
18 muni, sed valde prodest bursæ fiscali. Sed † an dominus Rex possit talem indulgentiam reuocare, dic per *Iacobum in suo Curiali 7. dubio. §. quæro Princeps fecit gratiam, puta remissionem criminis*, &c.
19 ¶ De † forma vero, & modo faciendi remissiones huiusmodi per officiales inferiores ordinarios, dic vt habetur in pragmatica Regis Petri III. data Barcino. 4. Nonas Decembris, anno Domini 1339. In tex. constitutionis, ibi, *& assecurauerit*, quidam hic exponunt & pro *vel*. Et dicunt, quod si damna passus, antequam delatus composuerit, requirat iustitiam de malefactore, tunc debet ãnte compositionem satisfacere, & restituere damna, alias sufficit idonee cauere de restituẽdo;
20 & quod † non sufficit iuris firma, quando constat de quantitate damnorum; alias firmabit de iure cum fideiussoribus pro damnis per iudicem de-
21 clarandis. Et † dicetur idonee cautum cum fideiussoribus, vel pignoribus, vt notatur in *cap. Odardus extra de solu.* adde quæ notantur infra *ead.*
22 *colla. in curia proxi. cap. 1. quod omnis.* vel forte † si non habet pignora, nec reperit fideiussores, sufficiet, quod præstet iuratoriam: vt *authen. generali-*
23 *ter. C. de Episcopis, & cle.* & erit tutũ præstari † homagium in hoc casu, cum obligatio descendat ex crimine; vel saltem obligetur in persona in omni
24 casu; quia † si non habet in ære, luet in corpore: vt *C. de seruis fugi. l. quicunq. cum sy.* de quo dic per *Inno. Henric.* & *Ant. de But. in alleg. cap. Odardus.*
25 Ergo habes hic in hac constitutione, quod † de damno præterito est cauendum: idem in *l. Celsus. §. sed si rat. ff. ad exhi.* & notatur per *Albericum de Rosat. ff. de verb. ob. l. stipulationum. §. satis acceptio.*
26 Et hoc † verum, quando non liquet de damno; sed si liqueret, tunc non est cauendum, sed soluendum. *ff. de colla. bo. l. 1. §. sed cum possint.* & *ff. de solut. matrim. l. si constante. §. quotiens.* Et ita potest intelligi hęc constitutio, videlicet, quod per curiam non recipiatur aliquid, donec satisfecerit parti, nec eijciatur â captione, scilicet quando offensa est notoria, donec satisfacerit; si vero est dubia, sufficit caueri idonee de satisfaciendo: vt *ff. ad exhibendum. l. Celsus. §. si ratis, & de colla. bo. l. 1.* vel potest etiam intelligi, scilicet, quod captus non liberetur, donec satisfecerit, scilicet, vbi de damnis liquet, vel assecurauerit: quando, scilicet, non liqueat, nec de facili liquere potest. Et iste intellectus satis videtur consonãs iuri, rationi, & ęqui-
27 tati. Nam † in simili excommunicatus pro contumacia, vel offensa dubia absoluitur, præstita cautione; sed si fuerit manifesta offensa, non absoluitur, nisi prius satisfecerit: vt extra de *verb. signi. cap. ex parte in Christo.* vide quæ ibi notantur. facit *ff. de euic. l. minor. in prin. in glo.* & notat *Bal. in spe. tit. de cõtumacia. ver. Sed nunquid excommunicatus.* Et ita communiter practicatur per eos, qui recte ambulant; & sic minime sunt mutanda, &c. *ff. de le. l. minime.* adde quæ notantur infra *colla. 6. curia Perpiniani, cap. insuper. ver. vlterius nota.* licet quandoq. huiusmodi constitutiones per officiales auaros male seruentur, vt dixi in *alleg. cap. 15.* Et quando dicetur de facili liquere? Forte infra duos menses, iuxta notata in *cap. bona fide extra de*
28 *deposito.* melius videtur hoc relinqui † iudicis arbitrio *ar. cap. de causis extra de offi. dele. cum sy.*

De moneta. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Moneta de terno est tertia pars argenti, moneta de quaterno est quarta pars argenti, & moneta de duplo est quinta pars argenti.*
2 *Falsans seu fabricans falsam monetam de iure communi comburitur, & de iure vsaticorum venit in persona, & auere in manu Principis ad faciendam suam voluntatem. declaratur num. 3.*
4 *Pœna capitalis est etiam deportatio.*
5 *Moneta tam auri quam argenti non debet cresci in ære, nec diminui in auro, nec argento.*
6 *Moneta Barcinonæ debet esse incommutabilis in liga, siue lege, & signo.*
7 *Iacobus Calicius laudatur, eo quod fecerit tractatum seccæ, & monetariorum.*
8 *Monetarum de materia qui tractent remissiue.*
9 *Valoris monetarum declaratio remissiue.*
10 *Contra falsatorem monetæ inquiritur etiam post mortem, infra tamen triennium.*
11 *Ferdinandus Rex in curia Barcinonæ prohibuit monetam Franciæ.*
12 *Falsans monetã Barcinonensem, vel Iaccensem punitur pœna falsi. reliqua vide in tex.*
13 *Periculum cuius sit moneta reprobata, vel deteriorata. remissiue.*

Ius

14 *Ius fabricandi, vel cudendi monetam ad quem spectet. remissiue.*

ITem confirmamus, & concedimus in perpetuum, monetam Barcino. de terno, secundum formam priuilegij ipsius monetæ. Totum tenorem huius cap. inserui, quia non posset breuius summari. Et nota, quod
1 in ista moneta † de terno est tertia pars argenti, & incepit currere anno Domini 1260. olim ante fuerat in hac patria quædam moneta Barcino. de quaterno, in qua erat quarta pars argenti, & incepit currere anno Domini 1212. postea fuit alia moneta, quæ vocabatur de duplo, in qua erat quinta pars argenti, & incepit currere anno Domini 1221. & de ista moneta de duplo loquuntur constitutiones pacium, & treugarum in pœ-
2 nis contumacium. ¶ Nota etiam, quod † falsans, & fabricans falsam monetam Principis, debet in persona, & auere venire ad manum Principis, ad faciendum suam voluntatē, vt in *vsat. simili mo lo.* Sed de iure communi est pœna combustionis: vt
3 *C. de fal. mon. l. penult.* quidam † tamen distinguunt, vt in aureis locum habeat pœna ignis, sed in argenteis patiatur capitalem pœnam. vt *C. ead. l.* 1.
4 *§. asfore.* & erit † pœna capitalis, idest deportatio: vt ibi notatur. vide *Azo. in Summa eod. tit.* &
5 *Doct. in dicto vsat. Simili modo.* Itē nota, quod † moneta tam auri, quàm argenti debet esse diligenter custodita, vt non crescat in ære, nec diminuatur in auro, vel argento: vt in dicto *vsat. Simili modo.*
6 Item nota, quod moneta † Barcino. tam minutorum, quàm argenteorum debet esse prompta, & stabilis, & incōmutabilis in liga, siue lege, & signo, prout in priuilegijs inde concessis continetur; vt in quadam curia Dertusæ celebrata per Reginam Eleonorem, *cap. 6. infra colla.* 7. super hoc tamen vide quæ leguntur, & notantur extra de *iureiuran. cap. quanto.* ad materiam huius cap.
7 facit tractatus secce † & monetariorum editus ab egregio milite, & iurisperito domino *Iaco. de Calic.* Et de materia † monetarum tractatur per d.
8 *Ant. de Butrio*, & alios *Doct. in cap. quanto extra de iureiuran.* & per *Ioan. de Imo. in cle. si beneficiorum de cuden. pecun.* & vide quæ scripsi super *cap. molts inexperts. curia d. Reginæ Mariæ. colla.* 10. Declara-
9 tionē † verò valoris monetarū, de quibus in vsat. Barcino. fit mentio, habemus infra *colla. 6. in curia Perpiniani cap. 36.* incipit: *Cum de valore.* vide ibi.
10 ¶ Itē nota, quod † contra falsatorem monetæ potest inquiri post mortem eius infra triennium. vt infra *colla. 5. cap. 29.* Et debet prosequi, & puniri per dominum Regem, prout iustum fuerit: vt in *curia*
11 *Illerdeñ. cap. 6.* ¶ Insuper † Rex Ferdinandus in curia Barcino. prohibuit monetam Franciæ: vt infra *colla. 7. cap. experientia nos ha mostrat.* ¶ Item
12 si quis † monetam Barcino. vel Iaceñ. falsauerit, vel ad fundendum alicubi portauerit, vel aliquam botznalam de Cathalonia extraxerit; tanquam falsarius monetæ punietur. Et si quis eum apprehenderit, de ijs, quę penes eum inuenerit, habebit tertiam partem, & personam cum omnibus adducat Vicario Regio: vt in *constitu. pacis, & treugæ. Notum sit cunctis.* & in *consti. Cardi. cap. Item*
13 *statuimus, si quis monetam.* Cuius † sit periculum, quando moneta reprobatur, vel deterioratur: distingue per *Henri. in alleg. ca. quanto in* 1. *di.* & adde notata per *Ioan. de Platea in l. pro diminutione. C. de*
14 *ve. nu. po. li.* 11. Et ad † quem spectet ius fabricandi, vel cudendi monetam, dic per ipsum *Henricum eod. cap. quanto in* 2. *di.* Adde quæ dicam infra in *curia Dertuseñ. cap. Sane licet*, &c. vbi confirmatur moneta ista Barcino. de terno.

De vsuris, & de baratis Iudæorum. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Baratæ, & permutationes Iudæis prohibentur nisi forma hic tradita.*
2 *Iudæi prohibentur fieri Sarraceni, & è conuerso, sub pœna mortis.*

ITem quod aliquis Iudæus non possit mutuare, &c.
1 Casus. Prohibentur † Iudæi facere baratas, vel permutationes, & alias contrahere de rebus mobilibus, nisi de pecunijs; in quibus etiam prohibentur exercere vsuras in aliquo contractu, vltra quatuor dinarios pro libra quolibet mense: & si contrafecerint, contractus est nullus: & potest fieri inquisitio cōtra eos, de eo quod amplius receperint. Hoc dicit. De hoc dixi supra *colla.* 1. & *cap.* 1. *cap. Iaco.* cum sequentibus, & signanter in *cap. Item statuimus, quod non pecunia numerata*, &c. & *cap. Item statuimus, vt tabelliones*, &c. vide ibi. Et de præscriptione chartarum vsurariarum Iudæorū, vide infra *cap.* 13. *Item, quod aliqua charta Iudæorū*, &c. & in concordantijs ibi positis. Item nota,
2 quod Iudæi † prohibentur fieri Sarraceni, & ecōuerso, sub pœna mortis; vt in *constit. Regis Iacobi primi* data Terraconæ. 8. idus Februarij. 1235. quæ incipit: *In nomine sanctæ.* in *§. Item statuimus, quod Sarracenus*, vide, & adde *vsat. Iudæi casi. vsat. Iudæi iurent. vsat. si quis Iudæo. vsat. Christiani non vendant.* & *vsat. statuerunt supradicti*, qui omnes loquuntur de Iudæis.

De officiali in tabula condemnato. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Officialis condemnatus pro officio non potest obtinere officium Regium. declaratur num.* 2.
3 *Culpa magna lata, vel leuis quæ dicatur. remissiue.*
4 *Officialis non est syndicatus pro leui errore.*
5 *Cessio fit officiali condemnato propter culpam, secus si propter dolum.*
6 *Plures culpabiles tenentur in solidum, sed solutio vnius liberat alios.*

1 ITem, quod † aliquis officialis, qui fuerit condemnatus in aliquo, ratione offici), quod tenuerit, quod aliquo tempore non teneat officium nostrum. Clara est, &
2 breuis, ideo totum textū inserui; sed † intellige hanc constitutionem in eo, qui est condemnatus propter fraudem, corruptionem, vel propter magnam culpam; alias punitur arbitrarie secundum criminis qualitatem: vt infra *ead. colla. in curia Illerdeñ. cap. in primis, super primo. §. ordinamus etiā.*
3 vide ibi. Et quę sit † magna culpa, lata, vel leuis, vide

4 vide per *Bart.in l.quod Nerua.ff.depositi.* Sed † non pro quolibet leui errore debet syndicari officiales,vt *l.quamuis.ff.de condi.& de.* & ibi notat *Bald.* quē vide ibi.& in *l.obseruare.§. proficisci.ff.de offic.*
5 *proconsul.* Nota tamen,ꝙ officiali condēnato propter culpam fit cessio, secus si propter dolum,secundum *Angelum.ff. de condi.sine causa. l.si Fullo.*
6 Et si † fuerint plures culpabiles,omnes tenentur insolidum,sed vnius solutio liberat alium,secundum *Angelum ff.commo. l.in commodato.§. rem commodatam in fi. alleg. l. praeceptione. ff.de iis qui deiecerunt,vel effuderunt.*

De præscriptionibus. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Præscribuntur chartæ vsuraria Iudæorum spatio sex annorum.limitatur nu.2. & declaratur n.7. & 12.*
3 *Præscriptio statutaria non currit pupillo.idem nu. 16.*
4 *Præscriptio minor 30. annorum procedit odio vsurarū.*
5 *Leges seu statuta permittentia præscriptiones cum mala fide non valent,& ratio traditur hic.*
6 *Charta debiti Iudæorum præsumitur vsuraria.*
8 *De debito Iudæorum semper excipi potest.*
9 Chartæ *nomine venit omnis scriptura, obligatio, seu confessio iudicialis.*
10 *Iudæus non potest emere res furatas, nec mutuare super illis.*
11 *Non præscribitur contra iuramentum.*
12 *Petere in curia est lite contestata.*
13 Petere *verbum intelligitur cum effectu.*
14 *Absens videtur qui ex iusta causa non audet accedere locum pro petendo debito.*
15 *Sex anni ad inducendam præscriptionem debiti Iudæorum à die termini, quo debitum peti potuit.*
17 *Præscriptio in quibus casibus non currat, imo dormiat. remissiue.*

ITem quod aliqua charta Iudæorū,quæ sit vsura,&c.
1 Casus.Chartis † vsurariis Iudæorum scribitur
2 spatio sex annorum,nisi † interim creditor in curia petierit ipsum debitum: nisi esset absens, vel pupillus.Hoc dicit.& cōfirmatur infra *coll.4. in tertia curia Barcino.cap.23.* Et nota hic,quod præ-
3 scriptio † statutaria non currit pupillo.ita tenet *Inno. per cap.constitutus extra de resti.in integrum.* & *Ioan.de Imola in Cle.ante eod.in glo.*super verbo *quadriennio.* licet *Bart.* aliter dicat in *l. fi. C. in quibus causis rest.non est necessaria.* De vsuris Iudæorum vide supra *cap.11.*& in remissionibus, quas ibi de-
4 di.Et nota † hic casum, in quo procedit prescriptio minor triginta annorum,& est speciale odio vsurarū,alias regulariter contra,vt in *vsatico,Hoc quod iuris est Sanctorum, & in vsantia diac. de præscriptionibus,& in Gotica,quæ de præscriptionibus obseruatur*, vt in priuilegio Barcino. *del recognouerunt proceres. cap. Item quod omnis actio.* Nota ta-
5 men, quod omnes † leges, & omnia statuta, quæ permittunt præscriptiones cum mala fide contra Reales,vel personales, vel mixtas actiones, non valent ipso iure, quia sunt contra ius commune, & nutriunt peccatum;vt in *cap.vigilanti.* & *c.fi.de præscrip.*& in *cap.possessor.de regu.iuris lib.6.*peccat enim,qui sciens se teneri ad C. cū causa depositi mutui,vel venditi,recusat soluere,sicut possidēs & cum aliena sciens; & hoc sentit *Bart.in l. omnes populi ff.de iusti.& iur.*licet tenuerit contra in pluribus locis.Sed hæc vltima opinio potest saluari; quando debitor non peccaret recusando soluere, vt quando est obligatus ad meram pœnam,secundum d. *Ang.in alleg.c.fi.* & ponit latius *Mattheus de Mata.in 24.not.* vide tex.ibi, *quæ sint vsu-*
6 *ræ*;supple manifestę,vel apertæ, cū alias † omnis charta debiti Iudæorum præsumatur vsuraria,licet de vsura mentionem non faciat,vt supra *colla. 1.cap.Item solemni.* & *cap.in præteritis vero negotiis,*
7 & ibi dixi.Et † ita huiusmodi prę scriptio, cum sit odiosa, locum habeat vbi est manifesta vsura tantum. Sed credo, quod in omni debito Iudæi, quod sit vere præsumptiue vsurarium,locum habeat ista constitutio, quia magis peccat qui vsuram clanculo implicat,& ideo magis deberet puniri:vnde alias de dolo reportaret commodum,ꝙ non est faciendum. Item huiusmodi præscriptio est fauorabilis,cum sit odio vsurarum;& vtrobiq. est eadem ratio; immo maior est ratio in debito cum vsura implicato, & cumulato: hodie vero idem est de charta nō vsuraria,quę sit Iudæorum,
8 vt in *cap. approbantes.* infra alleg. Sed † an possit excipi perpetuo, videtur, quod sic, per regulam, *quæ temporalia sunt ad agendum*,&c.quam intelligo iuxta notata per *Henric. Boich extra de resti. in in-*
9 *tegrum cap.sustituta in 2.di.*Et nota,quod † nomine chartæ hic intelligitur omnis scriptura, & obligatio,seu confessio iudicialis: vt infra *colla. 6. in curia Perpiniani cap.approbantes.*vide ibi. Item ali-
10 quis † Iudæus non audeat emere,vel mutuare super rebus furatis: vt supra *cap. 15.* In tex. *non habeat valorem*,subaudi,ergo per talem chartam sic præscriptam non probabitur iuramentum,si forte in ea contineatur: vnde cautum erit,quod alias per testes probetur iuramentum interuenisse, vt possit agi ratione iuris,saltem per viam denunciationis in foro Ecclesiæ, vt *extra de iureiurand.*
11 *cap.debitores,& cap.ad nostram*,quia † contra iuramentum non præscribitur, quia iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ,vt notat *Bart. ff. de leg.3.l.si quis in prin.*& *Bal. in cap.vassallus, si de-*
12 *feu.contra fuerit.*In tex. † *& Iudæus*, videtur secus,si interim esset factus Christianus; saltem in charta non vsuraria,argu.eorum quæ leguntur,& notantur infra *ead.colla.in 3.curia Barcino. cap. no-*
13 *uerint.* Et quod † hic in littera dicit, *petierit in curia*, est forte per litem contestatam,quia ante litem contestatam quis non dicitur petere, sed petere velle. *ff.rem.ra.ha.l.amplius hoc.*quia petere
14 intelligi † debet cū effectu, vt notat *Gui.extra de elec.cap.quam sit*,in verbo *petere lib.6.*ita quod non videtur hic sufficere executoris conuentio; vel dic vt dixi supra *colla. 1. Rubric. de vsuris cap.4. nihilominus volumus obseruari*,&c. Item in tex.ibi, dum dicit,*nisi esset absens*,dicunt quidam idem,si ex iusta causa non audet ire ad locum pro petendo debitum,

debitum,secundum d. *Andr. Agullana*.pro quo faciunt *extra de app. cap.ex parte*. & *extra vt lite non contest.cap.accedens in 2. & de app. cap. si iustus me-*
15 *tus,cum sy*.Et computabuntur † dicti sex anni,a die termini.quo potuit debitū peti,arg. *l.vt perfectius.C.de annali exceptione*.Item quod dicit, *vel*
16 *pupillus*,supple, quia pupillo † non currit præscriptio,imo ipso iure seruatur illæsus,vt *C.in quibus casibus in integrum resti. non est nece. l. vlt.* adde quæ notantur in *Summa Conf.lib.2.tit.5.q.128*. in
17 quibus † casibus non currit præscriptio,nec interrumpitur,sed quiescit,siue dormit. vide,ibi latius,adde quæ notantur de *resti.in integrum cap. constitus, & per gl.ex.eod.tit.in cle. Ne à delatis aut eodem nationem aliquid exigatur*.

De salarijs Iudicum, & inquisitorum in criminalibus. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Salarium in criminalibus ab impetito Iudex recipere, nequit. fallit vt hic.*
2 *Tabellio in criminalibus salarium non recipit pro inquirendo,ab inquisito, nec ab alijs pro eo.*
3 *Iudex ab accusatore nequit recipere pecuniam.*
4 *Sententia criminalis nulla, & venalis est, si iudex pro ea ferenda receperit salarium.idem num.5.*
6 *Sententia in ciuilibus dicitur venalis,si plus recipiatur, quam liceat,pro salario.*
7 *Oportet verbum est necessitatis.*
8 *Testes in criminalibus debent recipi, & examinari per iudicem; & talis examinatio alteri committenda non est.*
9 *Sagiones pignora recipere non debent de bonis delatorū.*
10 *Iudex non tenetur ire extra locum domicilij pro actibus,in quibus non necessitatur eius præsentia.*

1 ITem,quod aliquis iudex noster, vel nostri officiales, vel inquisitor,&c. Casus. Ab eo,† qui inquiritur de crimine,nihil exigi potest,nisi pro defensionibus testes dederit, pro quibus examinandis iudicem,vel inquisitorem extra locū proficisci oportent: tunc enim poterit pro labore aliquid recipi moderate. Hoc dicit. Fallit in casu infra *colla. 6, curiæ Montissoni cap. licet Vicarius*: vide quæ ibi scripsi. ¶ Nota, quod pro criminalibus non datur salarium iudici,vel inquisitori ab eo qui impetitur,vt hic,& infra *colla.5 curiæ Montissoni cap.insuper ordinamus*,& *in cap. curiæ Regis Petri edita anno Domini 1378*. & incipit. *Item com los fanis*,ibi apponitur pœna contrafacientibus. Nam †. & de iu-
2 re communi tabellioni non debet satisfieri ab ijs, contra quos inquiritur, nam inquisitiones debent fieri sine incommodo reorum, in *authen.vt nulli iu di. §.illis insuper*, & facit quod notatur *extra de hæreti.cap. vt officium. §.verum,& de rescriptis,ca. statutū. §.2*. nec ab alio pro eo,ne quod vna via pro-
3 hibetur,&c. sed nec ab † accusatore debet iudex pecuniam recipere:de quo vide supra *colla.3.c.2.* adde quæ notantur infra *colla.6.curiæ Ceruariæ,c. Item etiam statuimus*,&c. Et ideo si pro sententia in
4 causa † criminali ferenda recipiatur pecunia, vt (proh dolor) sæpe fit;talis sententia erit venalis, & ipso iure nulla: vt *C. quando prouo. non est nece. l.venales*. vbi nota qualiter puniatur talis iudex,
5 & corruptor: dicitur enim † esse venalis sententia,quando recipitur pro ea pecunia in casu, quo non licet recipi: vt notatur per *Bart.& Doct.in dicta l.venales*. & idem † forte si plus, quā liceat,
6 recipiatur,vt infra *colla.6.curiæ Montissoni.ca.quæ in sententijs in fi.* & ibi dicam super verbo *irrita*. De salarijs in causis ciuilibus dixi supra *colla. 2. cap.21. ordinamus*. & infra *colla. 4. curiæ Gerundæ. cap.15*. & *curiæ 3. Barcino.cap.23*. & dicam latius in *curia Ferdinandi cap. los salaris*. Item adde quæ leguntur & notantur *C.de pœna iudi.qui male iudi. & eius qui iudi.vel aduersarium corrupit.per totū*: & per *Azo.in Summa.eod.tit.* ¶ In tex.ibi,*iudicem,vel inquisitorē ire personaliter*. Ex ijs iuncto verbo *oportet*,quod est supra & est verbum necessitatis; no-
7 ta,† quod in causa criminali nedum pro fisco,sed
8 & pro delato, debet iudex † personaliter testes producendos per se recipere; & examinare, & quod non debeat talem examinationem cōmittere, vt hic innuitur,& dicitur *C.de testibus. Authen. apud eloquentissimum*: & est ratio,quæ ibi redditur, vt cum res exigit,tormentis subijciantur: vt *l.nullum.C.de testib.* cum notatis per *gl.f. in Clem. vnica de officio delegati*.super verbo,*ciuili*. sed contrariū tū de facto practicatur, & male, & quia cōmittitur notarijs, & scriptoribus,& multotiens iuuenibus,& imperitis,quod iam est peius,& periculosius: experientia edocente; quia tu magis scire potes, &c. *ff. de testi. l.3. §.tu magis*. vide in dicta *glo.Cle.* & vide de hoc etiam per *Doct.in.§.at testes*,
9 super verbo, *inquirenda*. Et est ista † constitutio, contra sagiones, qui recipiunt pignora de bonis delatorum, quādo faciunt inuentaria; & quod peius est,quandoq. recipiunt de bonis interfecti,vel vulnerati: & tamen afflicto non est danda afflictio. *de clericis ergo cap.* infra. Est hic arg.à contrario sen-
10 su, quod iudex † non tenetur ire personaliter extra locum domicilij pro actibus, quos potest alteri demandare,& pro quibus non est eius præsentia necessaria, vt in executione, de quo dixi supra *colla.3. cap.14*.

De furtis. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi emere res furatas, & mutuare super eis non possunt.*

1 ITem,quod aliquis Iudæus,&c. prohibentur † Iudæi emere,vel mutuare super reb⁹ furatis;alias illas tenentur libere restituere,priuilegio contrario non obstante. adde quæ dixi supra *cap. 13. de pœna furti*: vide. *C. de seruis fugi. Authen.Sed nouo iure.*

De marchis & repræsalijs. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij,& alij officiales monent dominum & Baiulū loci debitoris, quatenus compellant illum soluere,alias poterit procedi marchando.*
2 *Tot homines de pede de vna dominatione moneri poterunt eadem littera,quot voluerint. Secus est in mili-*

litibus. idem num. 6.

3 *Sagio non consequitur nisi vnum salarium, licet multi moneantur.*

4 *Solutio quo in loco fieri debeat traditur.*

5 *Marcha in Cathalonia habet locum propter fatichaм Baiuli, licet posset haberi recursus ad superiorem.*

7 *Barones, & domini locorum non sunt domini militum existentium infra iurisdictionem.*

8 *Marcha non est declaranda nisi elapsis 20. diebus, in quibus non computatur dies præsentationis litterarũ.*

9 *Debitor negans debitum tenetur firmare ius in posse domini.*

10 *Curia requisita quando reperta dicatur in faticha iustitia, vt contra eam posset adiudicari marcha. traditur.*

11 *Vicarij, & etiam alij officiales Regij possunt declarare marchas.*

ITem ad requisitionem, & supplicationem omniũ prædictorum, in emendam, & declarationem cuiusdam capituli, &c. Hic emendatur, & declaratur *capitulum: Item quod si de homine,* &c. quod habes supra *colla. 2. cap. 44.* repete hic quæ ibi dixi, vide & adde, quæ latius scripsi *vsat. Si quis aliquod malum acceperit,* & quæ notantur *C. præpositi,* super verbo *Marcha.* adde infra *cap. 29.* Sed ista cõstitutio præ-
1 sens breuiter dicit, ꝙ † Vicarij, & alij officiales ad instantiã creditorum possunt per suas litteras monere dominum alicuius loci, vel eius locumtenentem, aut Baiulum loci vnde debitor fuerit, quatenus infra viginti dies soluat, vel componat cum creditore, alias elapsis dictis viginti diebus, poterit procedi marchãdo, vt est assuetum. Dicit
2 etiam, † quod in vna eadẽ littera poterunt moneri tot homines de pede vnius dominationis, quot voluerit. Secus est de militibus, vt in *cap. 1. proxi.*
3 Item dicitur, † ꝙ sagio non poterit habere nisi vnicum salarium, licet multi simul moneantur in
4 littera. adde infra *ead. cap. 19.* Sed † quæro hic, in quo loco sit facienda solutio. Resp. vbi conuenit: vt *l. fi. in fi. ff. de triticaria,* & *l. vinum. ff. si cer petatur.* Si vero non conuenit, & tunc aut sunt actor & reus eiusdẽ loci & fori, & reus vadit ad creditorem vt purget moram, vt notat *glo. in l. Item illa. ff. de constitu. pe.* Aut morantur in diuersis locis, & reus vult aliquid consequi vltra liberationẽ, & vadit ad creditorem. vt *l. Iul. infra offerri. ff. de ac.*
5 *empti.* Et nota, † quod dicit hic tex. procedi sine alia citatione, quam facere non haberet domino, vel homini; quoniam in hoc est contra ius commune: quod licet posset haberi recursus ad superiorem, tamen propter fatichaм Baiuli proceditur ad marchãdum, & hoc est per hanc constitutionem, quæ est lex pactionata huius patriæ: & ita in Cathalonia habet locũ marcha, licet posset haberi recursus ad superiorem, quod secus est de iure communi: vt dixi supra *colla. 2. in 2. curia Bar*
6 *cino. cap. 44. Item si de homine,* &c. ¶ Et † quod hæc constitutio facit differentiam inter homines de pede, & milites; faciũt pro ijs quę dixi supra *colla. proxi. cap. 45. Item quod si aliquis conqueratur.* quia dicit hic, *tot homines de pede,* &c. dũ sint vnius do-
7 minationis, quia domini locorũ † non sunt domini militum, licet existant domiciliati infra territorium, & iurisdictionem ipsorum dominorum. Faciunt notata *9. q. 3. cap. conquestus.* & per *Henri. in cap. si diligenti extra de præscrip.* vt latius dixi in dicto 55. *cap.* Insuper notandum est, quod mar-
8 cha † non debet adiudicari, nisi tunc demum lapsis dictis viginti diebus, in quibus non debet computari dies pręsentationis litterarum, vt extra de *excep. cap. pia. lib. 6.* & nota per *glo. eod. li. in cap. Frequens de resti. spo.* vide ibi. Facit *ca. Item quod si de*
9 *homine præall.* ibi; *ex tunc,* &c. Et nota † hic, quod debitor, si neget debitum, debet firmare ius in
10 posse domini sui. Item nota, quod curia † requisita dicitur esse in faticha reperta, si infra viginti dies non facit debitorem soluere, vel cum creditore conuenire, vel saltem de iure firmare, & de ijs certificare iudicem, requirendo, se offerens facere iustitiæ complementum, de quo latius scripsi in commento super *vsat. Barci. ca. Si quis ali-*
11 *quod malum acceperit.* ¶ Item † nota hic, quod nedum Vicarij, sed etiã alij officiales Regij possunt facere hunc processum marcharum, vt dixi in *ca. 44. supra alleg.* adde infra *colla. 5. cap. 34. Item statuimus, quod si Vicarij.* facit quod notatur per d. *Iaco. de Calic. in suo Viridario Militiæ in 2. dubio prin. q. 4. vers. non obstat etiam vsat. si quis,* &c.

De re militari. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Miles monitus, vt satisfaciat suo creditori, distringendus est per Vicarium, vel aliũ officialem, vt soluat. fallit in criminalibus num. 3.*

2 *Scriptor non potest exigere pro littera nisi duos denarios, sed hoc non seruatur, num. 10.*

4 *Homo de paratico similiter monendus est à Vicario antequam distringatur, vt soluat.*

5 *Consuetudo dat iurisdictionem.*

6 *Vicarius in sua Vicaria ordinarius est Baronum, nobilium, militum, & hominum de paratico in criminalibus, & ciuilibus.*

7 *Persona illustres delinquẽtes solum puniũtur seu incarcerantur per Principẽ, vel de eius speciali mandato.*

8 *Baiuli Regij de consuetudine iurisdictionem habent in ciuilibus super milites populatos in locis Baiuliarum Regiarum, in quibus non sunt Vicarij.*

9 *Militibus pro citatione dantur 26. dies.*

11 *Scriptores in exigendis salarijs excedunt metas rationis.*

12 *Forma monitionis militum facienda per Vicarium, traditur.*

ITem, si forsan conquereretur de milite, &c. Casus.
1 Vicarius, † vel alius officialis Regius potest monere militem, vt infra viginti sex dies satisfaciat suo creditori, alias poterit distringere, vt
2 est consuetum. Et scriptor † non potest exigere nisi duos denarios pro qualibet littera. Hoc di-
3 cit. Nota † tamen, quod in criminali causa non seruatur hoc priuilegium militibus; quod latius prosequere per *Iac. de Cal. in vsat. placitũ mãdetur.*

Et

Et vide ibi latius de priuilegijs militaribus, & an, & quibus gaudeant milites nostri temporis. Et hic repete quæ scripsi supra *colla.2.ca.45. Item si aliquis conqueratur de aliquo barone, vel milite*, &c.
4 Sed cum hic † expresse caueatur de milite; nunquid erit idem de domicello, aut alio homine de paratico, seu genere militari? Credo; quod sic; cum similiter gaudeant priuilegio militari, vt supra *colla.2.cap.28. Item quod nullus miles*, & ita seruatur consuetudo, quæ multum valet in ijs, vt in litera, dum dicit, *sicut est fieri consuetum*, quia
5 consuetudo † dat iurisdictionem *9.q.4.conquestus. & extra. de foro compe. cap. cum contingat. cum sy.* Item cum hic solum dicatur de milite; nunquid erit idem de nobili, & Barone? Resp. quod sic: & ita seruatur de consuetudine, quæ videtur valere
6 in ijs, vt patet hic inferius. Et ita † Vicarius Regius est in sua Vicaria ordinarius superior Baronum, nobilium, militum, & hominum de paratico, tam in criminali, quam in ciuili: Sed si illu-
7 stres † personę delinquant, solum puniuntur per Principem, vel de eius speciali mandato. Et idem de incarceratione, vt notat d. *Iaco. de Calic. in sub Curiali.7.dubio. versi. 114. & in Margarita fisci. 8. dubio. versi.114.* Sed de consilio peritorum quędam de illustri prosapia fuit posita in securitate de se repræsentando Vicario Gerundæ. ¶ Item nota hic, quod dicit tex. vel *officialis noster*: ex quo pa-
8 tet, † quod Baiuli Regij habeant iurisdictionem, saltem in ciuilibus, super milites; quod est verum quando sunt populati in locis Baiuliarum Regiarum; in quibus non sunt Vicarij. Sicut sunt Baiuliæ Figuriarum, & de Palamosio, & ita videmus seruari, & practicari de consuetudine, & sic minime sunt mutanda, &c. *l. minimè. ff. de le.* & quod dicit, *noster*, videtur quod alij officiales non Regij nullam habeant iurisdictionem in militibus, & hominibus de paratico, & rebus eorum: de quo dic, vt scripsi supra *colla. 2. cap. 45. Item si aliquis*
9 *conqueratur*. ¶ Item etiam † nota hic; quod militibus dantur viginti sex dies: vel in vna peremptoria citatione, vel si per interualla citetur, dantur pro prima decem dies, postea de octo in octo dies, sic in *vsatico, placitare*, & supra *colla. 2. cap. Item cum in constitutione. §. Si vero*: & ibi dixi. Sed,
10 quid † si miles in contractu renunciauerit istis dilationibus, nunquid poterit citari non datis istis terminis? Forte non, quia Vicarius, & alij officiales iurant seruare huiusmodi constitutiones. ¶ Nota vltimo, quod scriptor pro qualibet littera citatoria, vel monitoria non debet habere nisi duos denarios, quod forsan seruabatur olim: sed hodie de facto vix contentaretur de duobus
11 solidis: quia † quotidie excedunt metas rationis in ijs, vt dixi supra *colla. proxi. cap. 20.* & infra *colla.6. curia Montissoni. cap. cum notarij*. ¶ In tex. ibi, vt est *fieri consuetum*, expone, idest, *quia ita est fieri consuetum*; vel intellige, vt dixi supra *colla.2.c.45.*
12 & dic, *sicut est fieri assuetum*: scilicet intrando † ad domum Baronis, vel militis, & etiam suos districtuales in terra Regia repertos, marchando iuxta constitutiones, & ea quæ scripsi supra in *alleg. ca. Item si aliquis cōqueratur de aliquo Barone*, & in cap. ibi præcedenti: repete hic; quę in eis dixi, pro hoc facit infra *ead. curia. cap. 29. Item, quod nostra curia*, vide quæ ibi dixi. facit etiam *const. pacis*, quæ incipit: *In Christi nomine, data Barcino. 12. Kalēdas Ianuarij, anno Domini 1228. §. Item, quod nullus homo aratoria*, &c. cum suis concor: vel dic, *assuetum*, scilicet, *iuxta const. pac. Notum sit cunctis. §. Item statuimus, quod nullus mercator*, &c.

De calonijs, & mulctis. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Tertium retro decimum, vel alia pœna institiæ non soluitur, nisi firmato de iure, vel quando quis se subscripsisset soluere sub certa pœna.*
2 *Pœna iustitiæ, est decima litis.*
3 *Firmans ius incurrit pœnam, quando succumbit in causa.*
4 *Nullus incurrit pœnam iustitiæ, nisi ad illam expresse se obligauerit, seu præcesserit querela. licet olim secus esset. limitatio traditur num. 6.*
5 *Constitutiones generales Cathaloniæ omnes comprehendunt in foro sæculari.*
7 *Iustitia accipitur pro pecuniaria pœna, aliquando pro corporali.*
8 *Iustitia accipitur pluribus alijs modis, de quibus hic.*
9 *Iustitia summum bonum est.*
10 *Pœna pecuniaria cui applicanda, traditur.*
11 *Pœnæ in dubio sunt fiscales.*
12 *Domini castrorum tantum habent iurisdictionem in eis, in quantum eam habere consueuerunt.*

Item de gratia per nos, & omnes nostros, &c. Casus.
1 Tertium † retro decimum, vel aliqua pœna iustitiæ, hodie in curijs Regijs non soluitur, nisi quando firmatur de iure, vel vbi se quis subscripserit debitū soluere sub certa pœna. Hoc dicit. De materia huius dixi satis supra in *forma iuramenti Vicarij. §. septimo iuras. colla. 1.* & tetigi supra *colla.2. cap. 20. Item, quod si contingat in litem*, &c. hęc
2 pœna † iustitiæ forte est illa decima litis, de qua loquitur in *authen. generaliter. C. de Episcopis, & clericis.* ¶ Nota, † quod dicitur hic, *nisi firmarent*
3 *ius*, non tamen intelligas, quod propter firmam iuris quis pœnam ilico incurrat, nisi causa cognita postea succumbat. Sed † quia olim exposita
4 querela, si reus esset contumax, statim fiebat executio, & incidebat reus in pœnam tertij quantitatis querelatæ, quod adhuc seruatur in Comitatu Empuriarum, & in Vicecomitatu Rupis Bertini, & forte in alijs locis. Sed quidquid fuerit olim, hodie tamen ex priuilegio Gerundæ nullus pro debito incurrit pœnam iustitię, vel aliam fisco, nisi ad illam se expresse obligauerit, & querela, & retroquerela præcesserit: sed in dicto Vicecomitatu, in quo fui iudex per annum, de pœna iustitiæ seruatur, quod debitor de debito confessus habet spacium decem dierum, infra quod si voluerit componat cum creditore sine pœna iustitiæ: sed post decem dies si creditor secundo querimo-

querimoniam faciat curiæ, quod vulgariter vocatur *reclam*, tunc curia habet à debitore duos solidos pro libra tantum pro iustitia, quæ tamen locum habent in Villa Petrælatæ. Sed forenses soluunt iustitiam ibi post querimoniam, non expectata secunda querela; quod intelligo verum, si fuerint in mora, alias secus: vt dixi supra in *forma iuramenti Vicarij*. & notat *Ioan. Fab. insti. de actio. §. appellamus super glo.* in verbo, *denunciare*, quæ glo. incipit, *dicunt quidam*. Sed si facta iuris firma, & data petitione fuerit litigatum, tunc expectatur sententia, per quam victus, siue fuerit actor, siue reus, soluit pœnam iustitiæ illius quantitatis, in qua fuerit condemnatus, vel succubuerit. Et ita sæpe fit, vt qui iustitiam habet, vincatur, & pœnam soluat, quam non meretur; cuius metu vidi plures à litigijs abstinere, & iura sua quandoq. deserere; & aliquando recurrere ad arbitros; licet, & de compositione post iuris firmam facta aliquando pœna iustitię exigatur, quæ salua debita reuerentia, quorum interfit, magis posset dici pœna iniustitiæ, & ita habet locum illud vulgare, *sobre cuernos cinco sueldos*: quod peius est, ibi iudices non tenent tabulam, & etiam exigunt salaria sua ad rationem duorum solidorum pro libra, dedignantes in ijs seruare constitutiones Cathalo-
5 niæ † generales, quę omnes de Cathalonia in foro sæcularium astringunt, & comprehendunt: vt infra *ead. colla. in curia Illerden. cap.* 18. & infra *colla. 6. curia Perpinian. cap. cum secundum*. Et prædi-
6 cta † intellige, n si quando expressè fuerit à curia imposita pœna aliquibus, vt satisfaciant, vel rationes proponant, & huiusmodi: quia si fuerint contumaces, talem pœnam incurrunt; non debet tantum incipi à pœna, quia in prima citatione, vel iussu, non consueuit imponi pœna, & si imposita fuerit, non tenet de stylo curiæ Gerundæ. Et
7 sic nota hic, ꝙ iustitia † accipitur pro pecuniaria pœna, quandoq. accipitur vulgariter pro pœna corporali: vnde dicit præco: *qui vol veure la*
8 *iusticia de aquest lladre*, &c. Item † accipitur pluribus alijs modis, quos notat *Guid. in Rosario.* 24. q. 1. c. vbi sana. super verbo, *iustitia*. Nã iustitia est ęquitas tollerandi inopiam, & temperantiam habere in abundantia. 41. *di. can. quod dicit.* Item iustitia est, patriam, & socios defendere. 23. *q.* 4. *cap. fortitudo*, quia vera iustitia compassionem habet. 46. *di. cap. vera iustitia.* Item iustitia non ex odio, sed ex bono zelo exercenda est. 23. *q.* 3. *c.* 6. Iustitia enim ex bono opere nõ cõsummatur, nisi voluntas affuerit. 22. *q.* 5. sic enim ipsa iustitia perdit suum cultum, quando silentia iudicij obstrepentium turba contundit. 6. *q.* 4. *can. in loco.* Nam ipsa iustitia cito violatur auro, & nummis. 11. *q.* 3. *cap. pauper.* & *cap. qui recte.* infra *q.* 3.
9 *cap. vendentes.* hæc *Guid.* vbi supra. Est † enim summum bonum iustitia. 12. *q.* 2. *cap. cum deuo-*
10 *tissimum.* Vlterius restat videre, cui sit † pœna applicanda. Et videtur, quod fisco: vt *ff. de sepulcro vio. l.* 3. *§. fin.* & *de termino moto l. lege.* & *C. de modo mulc. l. seuera.* Et contra videtur, quod parti. *ff. ad Sille. l. lege Cornelia*, & in allega. *l.* 3. *§.* 1. Item videtur, quod debeat diuidi. *C. de assessoribus. l.* 3. *§.* 1. *Iacob.* & *Petrus* tenent, quod applicetur parti, & idẽ tenuit *glo. in l. si quis id ꝙ dicit. ff. de iurisd. omnium iudi.* pro quo facit *l. si cui. ff. de verb. sig.* vbi censetur creditor, qui agit actione populari, saltem post litem contestatam; & ita supponitur, quod ei debetur. Plus dicit Petrus, quod quando agitur criminaliter per viam denunciationis, tunc si imponatur pœna pecuniaria, illa applicatur fisco; sed quando agitur ciuiliter, tunc parti: quod verum est regulariter, secundum *Ioan. Fab. insti. de actio. §. pœnales quoq. in vers. iuxta hanc materiam.* Sed *Bald.* dicit, quod in
11 dubio omnes † pœnæ sunt fiscales: vt *l. mulctarum. C. de modo mul.* de hac materia vide per eum, in *l. fi. Ecclesiæ. C. de Episcopis & cler.* & per *Bart.* in *l. agraria. ff. de termino moto.* vide etiam *Ioan. Fab. institut. si quadru. pau. fecisse di. §. hæc autem super glo. sed est, in corpore*, & ibi dicit opinionem Doctorum fauorabiliorem, sed per *glos.* facit *l. consiliarios. C. de assessor.* ¶ Intelligatur tamen, quod iurisdictio,
12 &c. Ex isto §. nota, quod domini castrorum non habent iurisdictionem in eis, nisi illi qui ipsam habere consueuerunt; quod facit valde pro ijs, quæ dixi supra *colla.* 2. *cap. Item, quod Vicarij nostri non possunt aliquid petere*, &c. vide ibi latius; & in iuramento Vicarij, *§. septimo iurat.* vide quę scripsi infra *ead. colla. in curia Gerunda, cap.* 26. super verbo *plenam*, & in vsatico, *Hoc quod iuris est sanctorum*.

De salarijs sagionum. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Sagio pro salario tantum recipit sex denarios pro leuca sub pœna priuationis officij exigendo plus. sed hodie non seruatur num.* 5.
2 *De materia sagionum remissiue.*
3 *Taxatio non auget salarium in locis, in quibus minus recipi consueuit.*
4 *Quod venit ad moderationem non operatur augmentũ.*
6 *Reformatio salariorum in qualibet curia propter abusus fieri oportet.*
7 *Verberans, vel iniurians sagionem qua plectatur pœna.*
8 *Sagio vices domini gerit.*
9 *Delegati funguntur vice delegantis.*

Item, *quod aliquis sagio non habeat*, &c. Taxatur hic
1 salarium † sagionum, vt non habeant nisi sex denarios Barcino. vel quatuor Iacen. pro leuca, sub pœna priuationis officij. Hoc dicit, & adde quæ dixi late supra *colla.* 3. *cap.* 4. *Item ordinamus,*
2 *& statuimus, quod sagiones*, &c. ¶ De † materia sagionũ habes supra *colla.* 1. *c. Itẽ firmiter iubemus.* & supra *colla.* 2. *cap. statuimus itaq.* & *cap. se.* & supra *colla.* 3. *cap.* 26. dic vt ibi dixi: adde quæ notantur per *Albert. de Gand. tit. de citatione facienda*, & per *Cyn. in l. neminem. C. de exig. re.* & in *l. ea quidem C. de accusa. pe. q.* Item nota hic, quod † ista taxatio
3 non auget salarium in locis vbi minus recipi consueuit, vt hic dicitur in littera, ibi: *Saluo, quod ibi,*

k &c

4 &c. & ita, quod venit † ad moderandum, non operatur augmentum: sic extra de *verb. sig. c. transmissa*, & ibi notatur. ¶ Scias † tamen, quod hodie
5 sagiones non contentarentur tam modico salario, quia modo consueuerunt equitando perambulare terram, & volunt habere octodecim dinarios pro leuca, quando portant litteras monitorias, & requisitorias marchę, de quibus supra *ead. colla. c.* 16. & infra Vicariam consueuerunt exigere duodecim dinarios pro leuca, & vtinā non exigerent
6 plus, nec alios facerent abusus. Esset † necessariū, quod in qualibet curia esset taxatio salariorū rationabilis; præsertim in curia Regia Gerūdę, quæ quo ad hæc est valde instillata. Sed nuntij curiæ Episcopi non habent nisi quatuor dinarios pro leuca: sed possunt plures litteras portare, & de qualibet exigunt portū, & forte non bene. Vtrobiq. esset necessaria reformatio videri meo: adde quæ dixi supra *ead. curia c.* 16. Vlterius sciendū,
7 quod † qui sagionem verberauerit, vel iniuriauerit, decem libris auri punitur, vt *C. de decurionibus. l. militaribus. li.* 10. Immo videtur, quod sit illa pœna puniendus, qua puniretur si verberasset domi-
8 num sagionis, † quia vices illius gerit, vt notatur *extra de sententia excom. c. cum voluntate in glo. quæ si*
9 *negotiorum in fi.* Item † delegati funguntur vice delegātis; idem in sagione, quia vtitur vice domini. *ff. de offi. eius cui man. est iur. l.* 3. & extra de *offi. dele. c. fine.* dic vt notatur per *Gui. de offi. dele. c. si super gratia lib. 6.* & per *Cyn. in l. si non conuiti. vers. quod si fiat iniuria. C. de iniurijs.* In contrarium facit quæ notat *Inno. extra rescriptis eam te in magna glo. circa medium. vers. Nos autem hoc fatemur.*

De hoste, & caualcata. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Dominus Rex, & sui officiales ducere non debent homines Baronum inuitos ad exercitum, nec ponere eos in fronterijs, seu stablides. fallit in duobus casibus, vt ibi.*
2 *Consuetudo ducendi ad exercitum homines Baronum inuitos per quem sit probanda, traditur.*
3 *Omnes de Cathalonia antiquitus consueuerunt duci ad exercitum soni emissi.*
4 *Constitutio de sono emisso edita per dominum Regem Iacobum quæ incipit:* Item si malefeta. *corrigitur.*
5 *Exercitus est collatio totius militiæ.*
6 *Exercitus vnde dicatur. remissiue.*

ITem, quod nos, vel nostri officiales, non compellamus,
1 &c. Casus. Dominus † Rex & sui officiales non debent homines aliorum inuitos ad exercitum ducere, nec ponere in fronterijs, vel stablides; nisi in casu vsatici, *Princeps namq. & pro pace, & treuga.* Saluis, & exceptis etiam hominibus populatis in terminis villarum, & locorum Regiorum, ac saluis alijs omnibus hominibus, quos dominus Rex, & sui prædecessores consueuerunt ducere antiquitus. Hoc dicit. De hoc vide notatā in *vsati. alium namq. in q. quæro nunquid dominus Rex hodie, in recollectis à dño Iac. Marquilles.* vide
2 quæ dixi in *vsat. Princeps namq.* Sed quæro † quis habebit probare hanc consuetudinem. Respondeo, qui eam allegat, probet. Sed videtur, quod dominus Rex habeat suam intentionem fundatam de iure communi, vide, & adde quæ scripsi super *constitutionem Regis Alfonsi IIII. cap. confirmants, loants*, & in *vsat. qui fallerit hostes.* ¶ Sed qui
3 sunt † illi, quos consueuerunt ducere antiquitus? Dic quod omnes de Cathalonia antiquitus consueuerūt duci ad exercitum soni emissi, vt in *prima constitutione soni emissi:* vt notat dominus *Iacob. de Calicio in tractatu suo de sono emisso* in 8. *dubio.* & dixi latius in summa regaliæ soni emissi, quam hoc anno per Dei gratiam composui: vide ibi in *q.* 19. §. *quæro vlterius quid si Vicarius cum exercitu sua Vicaria non est sufficiens*, &c. Et ista
4 constitutio, † & cap. sequens de sono emisso, & aliud cap. quod sequitur, *de sacramentali loquentes*, veniunt ad restringendum illam antiquam constitutionem de sono emisso, quam ediderat dominus Rex Iacobus I. quæ incipit: *Item si malefeta es feyta a nul lloch de Cathalunya*, &c. quam posuit dictus dominus Iacobus in dicto suo tractatu in primo suo dubio principali, quam etiam posui in dicta Sūma, *q.* 1. Et quia materiam soni emissi satis plene in ipsa Summa posui. ideo non curo hic aliter prosequi hanc, & duas sequentes constitutiones, vide eas à parte. Vlterius scias,
5 quod † exercitus est collatio totius militiæ, secundum *glos. in l. 2. ff. de his qui no. infa.* vide *Bart. in §. exercitum. l. 1. ff. ne quid in lo. pu.* quia exercitus
6 non est proprie, nisi vbi sit saltem legio: † & vnde dicatur, vide *l. 1. §. miles. ff. de milit. testa.* Et facit hæc constitutio in arg. quod cuilibet sit licitum habere arma in domibus, & ea portare extra ciuitates, & villas: quod dic latius per *Doct. in vsatic. Princeps namq.* super verbo *succurrant.* & vide quæ scripsi super Sacramentali Gerundæ. *c.* 10. & infra *colla.* 11. *cap. vltimo.*

De sono emisso. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Sine citatione procedi non potest.*

ITem, *quod officiales nostri, vel homines ciuitatum, vel villarum nostrarum*, &c. In tex. ibi, *sine citatione*, nota hic, quod regulariter non debet pro-
1 cedi † sine citatione, & vide 5. *q.* 2. *cap. si primants*, & *cap. vocatio*, & 24. *q.* 3. *de illicita catera*, & adde infra *colla.* 11. *cap. confirmants, loants*, vide in Summa soni emissi.

De Sacramentali. Cap. XXII.

1 *Materia Sacramentalis, remissiue traditur.*
2 *Dominorum appellatione veniunt domini iurisdictionem habentes.*
3 *Verba intelligenda sunt secūdum subiectam materiam.*
4 *Dominorum appellatione domini iurisdictionum intelliguntur, vbi loquitur de actu ipsius iurisdictionis.*

ITem, *quod omne Sacramentale*, &c. Materiam Sa-
1 cramētalis † plene per tractaui in glossis, quas diuina dante gratia feci super priuilegium Sacramentalis Gerundæ, recurre ibi, si materiam scire
2 volueris: ideo nō prosequor amplius hic. Et quod hic dicit, *dominorum suorum*, intelligo de dominis iu-

iurisdictionem habentibus non de dominis naturalibus populatis in iurisdictione Regia, quia
3 penes † materiam intelligendi sunt sermones, &
4 ita hic loquitur † de actu iurisdictionis; ideo intelligi debet de dominis iurisdictionum.

De iudice, & assessore. Cap. XXIII.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex, vel assessor poni non debet in loco non consueto. idem num. 3.*
2 *Iudex, vel assessor in loco perpetuo esse non debet. fallit num. 4.*
5 *Dominus Rex potest dare assessorem in aliquibus causis, sicuti potest eas delegare.*
6 *Iudicis officium differt ab assessore.*
7 *Iudex non potest vendere iudicium.*
8 *Iudex in corrigendo beneuolus esse debet.*
9 *Iudex ordinarius quis sit, remissiue.*
10 *Iudex sumitur pro eo, qui habet officium iudicandi, qui iurisperitus esse debet.*
11 *Assessor qui fuerit, non potest sub nomine consiliarij in eodem loco assumi, donec tabulam tenuerit.*
12 *Officiales triennales tenent tabulam in fine triennij.*
13 *Assessor, vel consiliarius an expensis petentis dandus sit, traditur.*

I*Tem. quod aliquis iudex ordinarius*, &c. Hæc con-
1 stitutio duo dicit. Primo, † quod iudex, vel assessor non ponantur, vbi esse non consueuerunt.
2 Secundo, † quod in aliquo loco non possint esse
3 perpetuales. Hoc dicit. De primo dic, † quod hodie officia Cathaloniæ sunt reducta ad vsum, qui seruabatur tempore domini Regis Petri III. vt infra *colla. 9. cap contra constitutions es de Cathalunya*,
4 de quo tamen dic, vt ibi habetur. Secũdum † fallit in assessore Villæ Franchę Peniten. vt infra *ead. colla. 4. in curia Gerundæ. cap. 28. Item statuimus, & ordinamus ad supplicationem dictæ curiæ*, &c. vide ibi latius de materia assessorum. Sed non credo
5 hic prohiberi, quoniam dominus † Rex possit dare assessorem in aliquibus causis; sicut etiã potest eas delegare, & etiam potest dare consiliarios
6 suis officialibus, & ita seruatur. Et nota, † quod aliud est officium iudicis, & aliud assessoris. Nam
7 & iudici † non licet vendere iustum iudicium, sed assessori licet vendere rectum consilium, & aduocato iustum patrocinium; vt 11. q. 1. *cap. non licet.* adde quæ notat *G. ff. in Summa tit. de offi. ordi. §.*
8 *officium prælati, vel ordinarij*, debet † autẽ iudex in correctione esse beneuolus. 45. *di. can. licet in iudicio iustus. 3. q. 7.* atque in animaduersione mise-
9 ricors. 45. *di. cap. vera.* Quis † dicatur iudex ordinarius, & quis possit facere iudicem ordinarium, dic *in spe. tit. de iudice ordinario. §. 1. & 2.* & vide per *Doct. in vsat. vere iudex.* Et nota, quod dicit, *iudex*, quia non prohibet ponere Vicarium, seu Ba-
10 iulum, vel alium officialem ordinarium: † quia iudex hic sumitur pro eo, qui habet officium iudicandi, qui debet esse iurisperitus, vt supra *colla.*
11 *proxi. cap. 19.* Et vbi † quis fuerit assessor, non potest sub nomine consiliarij, vel alias in eodem loco assumi, donec tabulam tenuerit; alias tanquã inhabilis perpetuo est priuari, vt infra *colla. 5.*
12 *cap. 12. Item vt fraudibus*, &c. Hodie † omnes officiales triennales tenent tabulam in fine cuiuslibet triennij, & talia officia non possunt dari ad imperpetuum, nec ad vitam, vel violarium ad certũ tempus, vt infra in *prima curia. cap. 4.* Quæ-
13 ro, † quod si alter litigantium petat dari assessorem, vel consiliariũ, an expensis illius, vel vtriusq. partis dari debeat. Quidam dicunt, quod expensis petentis tantum, vt notat *Ioan. de Imola, in Cle. 1. de ætate, & qualitate.* quod credo verum, vbi iudex sentit pro altera parte; alias si iudex dubitet, debet dari expensis communibus, adde infra *collat. 5. cap. 24.*

De rusticis, & hominibus proprijs, & solidis. Capitulum. XXIIII.

S V M M A R I V M.

1 *Nullus potest esse insolidum duorum dominorum.*
2 *Mansus, pernata, & borda, synonima sunt.*

I*Tem, quod aliquis homo, qui teneat mansum, vel pernatam, vel bordam in dominio alicuius, & faciat fochum ibi, non possit se facere hominem alterius, sine licentia domini sui.* Clara est, & breuis ista constitutio, & de materia eius vide in *comment. Petri Al-*
1 *berti. cap. nullus † potest esse solidus duorum dominorũ.* Adde etiam quæ leguntur, & notantur infra *colla. 2. c. Item quod in terris*, &c. & supra *colla. 3. cap. 29. Item statuimus, & ordinamus, quod aliquis rusticus, vel borderius*, &c. & infra *ead. curia. cap. 30. Item quod aliquis homo non compellat.* & adde quæ scripsi infra
2 *colla. 11. c. Itẽ commemorans*, &c. Item nota, † quod mansus, pernata, & borda, pro eodem supponunt quo ad hoc, quod denotãt seruitutes hominũ, & mulierum, & ꝙ in vno loco dicitur borda, in alio dicitur pernata, vel forte in aliquo differũt. arg. *C. de codicill. l. si idẽ*, de quo tamẽ vnaquæq. prouincia in suo sensu abundet, vt *extra de sepul. c. certificari.*

Capitulum. XXV.

S V M M A R I V M.

1 *Raptans de bausia non potest crescere de diuitijs parem, vel consimilem, quem dare debet raptato.*
2 *Raptans militem non potest dare sibi parem, vel consimilem, nisi sit miles, vel filius militis.*
3 *Raptatus in curia de bausia, vel treugis fractis, quamuis bannitus, & diffidatus, potest secure stare, & redire per loca Regia interim, quo oportuerit se purgare.*
4 *Ciues honorati, & burgenses æquiparantur militibus.*
5 *Impetrans priuilegium generositatis infra annum debet effici miles.*
6 *Miles, & homo de paratico sine acuidamento quinq. dierum quemq. dannificare non possunt.*

I*Tem, quod si aliquis fuerit raptatus de bausia*, &c.
1 Casus. Raptans † alium de bausia, non potest crescere de diuitijs parem, vel consimilem, quem habet dare raptato; quod si fecerit, diuitię sunt illius paris, & suorum perpetuo, nec poterũt donatori renunciari ante vel post. Hoc primo. Secũ-
2 do dicit, ꝙ † qui raptat aliquẽ militẽ, non potest dare sibi parẽ vel cõsimilẽ, nisi sit de genere militari, idest, nisi sit miles, vel filius militis. Hoc dicit.

concor. in *feu de pace, te. & eius violatoribus.* §. *Similes aduersus militem*, &c. & ibi nota, an, & quãdo in militia requiratur genus.
3 ¶ Item † nota quod raptatus in curia de Bausia, proditione, vel treugis fractis, volens se excondire per duellum, etiam si sit bannitus, vel alias diffidatus à Rege, vel eius officialibus, poterit nihilominus venire secure stare, & redire per omnia loca Regis tanto tempore, quanto indigeat ad fidem suam excõdiendam: quod intellige de homine de paratico, vel de homine honorato ciuitatis, vel villę:
4 infra *ead. collat. in curia Gerunda. cap.* 25. Et † sic nota, ciues, & burgenses æquiparari militibus. *sic in vsatic. ciues, & burgenses.* vt hic, & in allegat. *cap.* 25 de quo vide latius per dominum *Iacobum de Calicio in allegat. vsatic. ciues. in* 1. *q.* Item habes hic casum, in quo quis non potest renunciare donationi sibi factæ. sic infra *collat.* 6. *curia Perpinian. cap. ad excludendum.* Regulariter contra 7. *q.* 1. *cap. quod periculum.* fallit in septemdecim casibus, quos ibi ponit *Guid. in Rosario.* ¶ Item de libello in causa raptationis vide supra *collat.* 1. *cap. cum inter nostros milites*, &c. & adde quę ibi
5 notantur. ¶ Item nota, † quod impetrans priuilegium generositatis, debet infra annum effici miles, alias caret ipso priuilegio: vt infra *colla.* 6.
6 *in curia Montissoni. cap.* 32. ¶ Item † miles, & homo de paratico non possunt alium damnificare sine acuidamento quinq. dierum: vt infra *cap.* 27. & ibi colligam priuilegia militaria, quę habentur ex vsaticis, & constitutionibus huius patriæ: & adde infra *cap. proxi.* & quæ dicam latius infra in *curia Gerunda. cap.* 25. adde etiã quæ scripsi super *vsat. & si a potestate.*

De treugis. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Occiso per dantem treugas, vel suos valitores, dominus, vel consanguinei eius possunt agere aduersus occisorem, sicut potuisset mortuus, si viueret.*
2 *Pro iniuria defuncti agitur fractis treugis, quamuis nõ fuerit lis contestata cum defuncto.*
3 *Dominus agit pro iniuria vassalli.*
4 *Consanguineus vlciscitur iniuriã consanguinei fractis treugis.*
5 *Filius transigens de morte patris non ex eo videtur adire eius hæreditatem.*
6 *Dominus Rex solum facit treugam, vel pacem cum inimicis Regni.*
7 *Dominus faciendo pacem potest remittere iniurias, & damna illata subdito.*
8 *Duces belli, & capitanei treugam, vel pacem an facere possint remissiue.*

ITem, quod si aliquis habuerit treugas cũ altero, &c.
1 Si aliquis † in treugis occisus fuerit per illum, qui treugas dederit, vel valitores suos, dominus mortui, vel eius cõsanguinei poterunt ipsum petere illi, qui ipsas treugas dederit, sicut posset mortuus: & ille raptatus tenebitur domino, vel vni de cõsanguineis respondere. Hoc dicit. ¶ No-
2 ta † hic casum, in quo agitur pro iniuria defuncti, licet non fuerit lis contestata cum defuncto, licet regulariter contra, iuxta notata in *c. parochiano extra de sepultura.* adde quæ dicã infra in *curia proxi. c.* 34. & supra *colla. proxi. c.* 23.
3 ¶ Nota † etiam iniuriam vassalli transire in dominum, ita quod dñs agit pro iniuria vassalli, de quo dic vt notatur per *Inno.* & *Doct. extra de app. c. dilectis*, adde *vsat. de omnibus hominibus*, & quæ ibi notantur, & in *vsat. de cõpositione*, per *Doct.* & quę ibi apostulaui. ¶ Itẽ
4 etiam nota casum, in quo cõsanguineus † agit pro iniuria facta cõsanguineo, licet illũ nõ habeat in potestate: & ita iniuria facta vni videtur facta toti cognationi, vt notat *Ioan. Fa.* latius *insti. de iniurys.* §. *Sed si libero.* Et per *glo. in l. lex Cornelia. ff. de iniur.* Itẽ vide in *vsat. vt qui interfecerit*, & in *vsat. de com*
5 *positione.* Quæro, † filius fecit pacem de morte patris, accepta pecunia, vtrum per hoc videatur adire hęreditatẽ vel pone caueri statuto, quod occidens teneatur in certa quantitate applicãda filio; filius recepit ipsam quantitatẽ, an per hoc videatur adire. *Bar.* dicit, quod non, per *l. pro hæredi.* §. *si. ff. de adqui. hæredi.* & ponit in *l. quæsitum. ff. de sepul-*
6 *cro vio.* Item nota, quod solus † Rex facit treugã, vel pacẽ cum inimicis Regni, de quo vide in *Auar*
7 *garita fisci.* 8. *dubio. vers.* 40. Item nota, quod † dñs faciendo pacem potest remittere dãna, & iniurias illatas subditis, quia pax est iusta causa remittendi, secundum *Inno. extra de iniur. & damn. da. cap. in nostra.* & notata per *Ang. in l. conuentionẽ. ff. de pactis*,
8 & vide ibi an † duces belli, & capitanei, possint facere treugam, vel pacem, & adde quæ leguntur & notantur in *vsat. constituerunt etiã*, & in *vsat. Simili modo*, super verbo, *inimicos.* & in *vsat. quoniam per iniquum.* §. *Et inter cætera firmiter custodiatur.*

De guerra militum. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Miles seu homo de paratico malum cuiq. facere non debet absq. diffidamento quinq. dierum. declaratur prout in aliquibus numeris ex seq.*
2 *Pœna proditoris quæ sit remissiue.*
3 *Proditores manifesti ipso facto sũt eiecti à pace, & treuga*
4 *Militis, seu hominis de paratico verbo non comprehenduntur Rex, nec magnates.*
5 *Malum quid sit, & in quo differat à damno remissiue.*
6 *Illud possumus, quod de iure est.*
7 *Malum proximo inferri non licet.*
8 *Malum facere non est proprie punire per iustitiam.*
9 *Iustitiam colore in terris summum est bonum.*
10 *Permittitur guerra militibus & hominibus de paratico datis diffidamentis, & spatio quinq. dierum.*
11 *Christianus Christianum offendere non debet, nisi forma hic tradita. fallit de iure diuino num.* 14.
12 *Proditores dicuntur non obseruantes fidem.*
13 *Cõtra proditores manifestos procedi potest per vim pacis & treugæ sine monitione; secus est in non manifestis.*
15 *Rex, & alij nobiles vtentes diffidamentis, & guerris peccant mortaliter.*
16 *Archiepiscopi, & alij prælati peccant ex quo negligũt corrigere diffidamenta.*
17 Alicui *verbum declaratur.*

Bellum

I*Tem, quod aliquis miles, vel homo de paratico non possit facere malum alieni sine acuidamento, & etiam quod habeat spatium quinq. dierum. Et quod in hoc seruetur charta pacis, & treugæ, quæ facta fuit Barcino. & confirmata Terracon.* Hanc constitutionem per extensum posui, quia satis breuem habet textum, vt materia rei militaris huius patriæ, quam hic recolligere aliqualiter intendo, melius videatur. Et primo ex hac constitutione, nota,
1 quod † milites, & homines de paratico non possunt alicui malum facere sine acuidamento, idest diffidamento, dato cum spatio siue tinentia quinq. dierum, & qui contrafecerit, statim efficitur proditor. Et hoc est quod innuit hæc constitutio, dum dicit: *Et quod in hoc seruetur charta pacis,* &c. quæ charta habetur in constitutione: *In Christi nomine sit omnibus manifestum, quod nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Comes Barcinonæ, & dominus Montispesulani,* &c. data Barcino. 12. kalendas Ianuarij, anno domini 1228. quæ fuit confirmata per aliam constitutionem incipientem: *In Christi nomine notum sit cunctis, quod nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, ac Rex Maioricarum, Comes Barcinon. & Vrgelli, & dominus Montispesulani,* &c. Dat Terracon. decimosexto kalendas Aprilis, anno Domini 1234. Quæ
2 sit † pœna proditoris, dicam infra *collat. sexta curia Perpinian. cap. vt occasioni.* Et † proditores
3 manifesti sunt penitus ipso facto à pace, & treuga eiecti. vt in præallegat. *constitut. pacis,* quæ incipit: *In Christi nomine sit omnibus manifestum, quod nos Iacobus.* dat Barcino. duodecimo kalendas Ianuarij, anno Domini 1228. §. *Sub eadem pace.* pro quo facit dicta constitutio data Terracon. vbi dicit statim. Vlterius nota, † quod littera
4 hic dicit, *aliquis miles, vel homo de paratico,* quia hic non comprehenditur Rex, vel alij potestates, & magnates, inter quos per *vsatic.* dantur triginta, vel quindecim dies, vt in *vsatic. omnes homines postquam acuidauerint potestates,* vide ibi, & adde quę notantur per *Doctor. in vsatic. cunctum*
5 *malum.* Et quid † sit malum, & quæ differentia inter malum, & damnum, vide *Iacob. de Calicio,* & *Doctores in vsatic. Rusticus autem cum acceperit.* ¶ Secundo nota hic, quod littera dicit, *non pos-*
6 *sit,* supple, licite, & de iure, quia † illud possumus, quod de iure possumus: vt 22. *q.* 2. *cap. faciat homo.* & *ff. de verb. sig. l. nepos Proculo.* Et de iure sal-
7 tem † diuino nulli licet inferre malum proximo, quia iubemur alteri facere, quod nobis fieri volumus, & prohibemur facere alteri, quod nollemus fieri nobis: vt *Matthei* 7. *cap.* & habetur in *princ. decretorum. cap. humanum,* & *extra*
8 *de maior. & obedien. cap. dilecti.* ¶ Tertio † nota, quod littera dicit, *facere malum,* subaudi iniuriose, & iure non permittente. Secus tamen in casu licito, scilicet, per iustitiam: vt *l. Gracchus, C. de adulter.* quia Rusticis, & hominibus proprijs, & alijs, in quos iurisdictionem habeant, possunt domini malum facere, eos, scilicet, per iustitiam puniendo, corrigendo, & castigando, prout de iure, & constitutionibus Cathaloniæ, & consuetudinibus, & vsantijs eis competat, de quo tamen dixi latissime in *glo. Sacramentalis Gerundæ cap.* 5. vide ibi. Sed iurisdictionem exercendo homines per iustitiam punire, & castigare, non est proprie malum facere; quia siue plectendo, siue ignoscendo, hoc solum bene agitur, quod vita hominum
9 corrigatur. 23. *q.* 5. *c. prodest seueritas.* Immo † summum bonum est colere iustitiam in terris: vt 12. *q.* 2. *cap. cum deuotissimam.* sed littera huius constitutionis loquitur de malo, quod fit animo iniuriandi, & damnificandi liuore vindictę, quod est etiam prohibitum de iure diuino: vt 23. *q.* 2. *c. quid culpatur.* permittitur tamen hic
10 guerra † militibus, & hominibus de paratico, da

tis tamen diffidamentis,& spatio quinq. dierum; vt hic,& in prælleg. *consti.pacis,& treugæ.ca. Item statuimus, quod nullus homo.* vbi dicitur, ꝙ nullus homo capiat per se,nec per alium, nec robet,nec robari faciat aliquem hominem laicum, vel clericũ, nisi acuidauerit ipsum ante per quinq. dies. Et hoc intelligitur de illis qui non sunt in guerra,nec valitores alicuius guerræ. Et qui ceperit, vel interfecerit,statim sit proditor: vt dicitur in
11 prælle. *cap. Itẽ quod nullus homo,*&c. Notat † *Ioã. An. in cap. pro humani. extra de homicidio. lib. 6.* quod Christianus Christianum offendere non debet,nisi prius ipsum diffidauerit, vel iudicis auctoritatem habuerit, alias est proditio, & hoc recitat d. *Iaco. de Cali. in Viridario Militia. in 3. q. prin. vers. & iste modus.* Et notat *Angel. in l. 1. ff. de pactis,* super verbo, *fides humana,* quod tota societas humani ge
12 neris consistit in fidei obseruantia: vnde † non obseruantes, proditores appellantur; de hoc etiam
13 in *l. 1. §. non fuit. ff. de dolo.* Sed † quæro, quia isti proditores sunt statim ipso facto à pace, & treuga eiecti, an poterit contra eos per viam pacis procedi, sine monitione, sicut fit contra capientem hominem in pace,& treuga constitutum, iuxta *cap. Item statuimus, quod si quis contra tenorem pacis.* Resp. aut loqueris de manifestis proditoribus, & credo, quod sic, quia tales sunt ipso facto eiecti, vt alleg. *consti. In Christi nomine sit omnibus manifestũ. §. Item sub hac pace.* vers. *nisi sint bausatores,*&c propter verbum, *penitus eijcimus,* ibi positum, & quia hic dicit, *statim.* Secus credo de non manifestis, de quibus loquitur *§. proditores vero dominorum,* in eadem consti. & *§. volumus,* cum suis concor. pro hac mea distinctione faciunt dicti parrafi, & quæ notantur in simili per *Iacob. de Cali. in 5. dubio, & in 23. dubio.* vbi tractat capientem hominem in pace constitutum, per alleg. *§. Item statuimus, quod si contra tenorem pacis, in consti. Notum sit cunctis.* Facit pro hoc *pragmatica Infantis Alfonsi directa Iacobo de Monte Iudaico data Ceruariæ 10. Kalendas Maij, anno Domini* 1321. quia ibi dicit, quod tunc demũ requiritur monitio quando quis non est ipsa cõstitutione eiectus, sed propter cõtumaciam eijciẽdus, &c. vide ibi. ad prædicta facit quod scripsi infra *colla. 7. cap. 1. vers. Item nota quod, lex est latæ sententiæ.* vide *Doct. in dicto vsat. Cunctum malum.*
14 Vnde ex † præmissis habes, quod inter milites, & homines de paratico permittitur guerra in Cathalonia, datis tamen diffidamentis quinq. dierũ. Ista tamẽ permissio est forsan de iure diuino illicita, idem *Iaco. de Calic.* qui hoc latissime pertractat *in suo Viridario Militiæ in prima q. principali.* & in *9. q. prin.* & tales guerrificantes non excusantur à peccato mortali. Imo dixit *gloss. super constitutionibus prouincialibus sacri Concilij Terracon. cap. ad reprimendum,* super verbo, *diffidari prohibet,*
16 quod † Rex Aragonum,& alij nobiles, vtentes, vel permittentes vti istis diffidamentis, & guerris, peccant mortaliter; & propter hoc sunt in parte damnandorum,& per ea quæ notantur *2. q. 1. cap. notum de offi. dele. cap. 1. & de sen. excom. cap. quã te nouerint.* & *eod. tit. c. dilecto. lib. 6.* & *de vsur. cap. vno in Clem.* & per *Guil. de Montelug. in extrauagante, multa de Iudæis,* verbo, *differre.* vers. *quarto sequitur de permittentibus extrahi,* & est *Cle. 5.* Et
16 idem † videtur de Archiepiscopo,& alijs superioribus, qui hoc corrigere nolunt, sed negligũt, secundũ lecta,& notata *25. di. §. alias 41. 1. di. c. sit rector extra de offi. ordi. cap. irrefragabili. de hæretic. cap. 2. de offi. Archid. ea quæ de reg. iur. cap. quamuis.* quia non est pastoris excusatio, &c. & per *Gui. de offi. le. c. 1. de supel. neg. præla. cap. 2. lib. 6.* per *Gẽ.* & *alios de offi. ordi. cap. 1. Steph.* & *alios de sepul. eos.* & ibi vide. & de *Censi. præsenti. in Clementinis.*
17 ¶Quarto † nota, quod hic littera dicit, *alicui,* quia hic generaliter loquitur *alicui,* ideo videtur generaliter intelligendum de omnibus, siue militibus, & de paratico, siue hominibus de pede, & alijs quibuscunq. *ff. de Publiciana. l. de pretio.* quod forte verum, quo ad pœnam proditionis, de qua loquitur dicta constitutio pacis. in *cap. Item statuimus, quod nullus homo.* quæ similiter generaliter loquitur, quoniam Christianus Christianũ offendens absq. diffidamentis, est proditor, vt notat *Bal. in authen. Itẽ nulla communitas. C. de Episcopis, &*
18 *cleric.* Nec potest † per pactum iustificari bellum, nisi fiat auctoritate superioris: vt ibi etiam
19 notat *Bal.* Item † etiam diffidatus non debet inferre malum diffidanti, nisi prius eum rediffidauerit, secundum *Iac. de Monte Iudaico in vsat. cunctum malum,* & *Iacob. de Calic. in Viridario Militiæ in 3. dubio.* alias esset proditor: proditio enim videtur facere malum alicui sine diffidamento, nisi
20 forsan † in rixa malum fiat, tunc enim nõ debet dici proditio, cum non processerit ex deliberatione animi, sed impetu; vt. *ff. de pœnis. l. respiciendum. § delinquunt.* de hoc vide latius per d. *Iac. de Calicio in Viridario Militiæ in 2. q. prin.* & ibi inci-
21 denter † quęrit de prælatis,& de pupillis,& de mulieribus, an possint guerreiare: & dicit quod
22 non. Item † quęrit, quid de bastardis militum,& aliorum de paratico: & concludit, quod de vsantia Cathaloniæ permittuntur guerreiare, licet secus forsan de iure, secundum *Bal.* Sed an teneantur Reipublicæ, vel alijs de damnis ratione guerræ illatis, dixi supra *colla. 2. in 2. curia Barcino. cap. 56. Item quod nullus miles, vel filius militis,*&c. ¶Quinto nota, quod littera dicit, *sine acuidamento,* & dicta in constitutione pacis, *cap. Item statuimus, quod nullus homo,* dicit, *nisi acuidauerit ipsum ante per quinq. dies.* ex quibus videtur à contrario sensu, quod per has constitutiones, quę sunt iura Cathalonię, liceat ipsis militibus, & hominibus de paratico se guerrificare impune, præmissis tamen diffidamentis ante per quinq. dies, & ita de facto ipsi vtuntur; & verius abutuntur, salua Regia
23 Maiestate, & salua reuerentia cuiuslibet, † quia argumentum à contrario sensu vacat, quãdo contrarium reperitur in iure, sicut hic: & quando generat absurdum intellectum, vt hic: & dominus

Rex

Rex in prooemio harum constitutionum dixit, se intendere ad pacem, & bonum statum patriæ, quod non faceret, guerras concedendo & permittendo, sed huiusmodi constitutiones caute loquũtur, nec expresse concedunt, nec permittunt tales guerras fieri posse impune. Sed datis diffidamentis, à pœna proditionis excusentur. Sed non excusantur ab alijs pœnis, licet de facto per consuetudinem, & verius abusum permittantur guerrificari isti nobiles milites. & alij homines de paratico, dummodo guerra sit debite indicta & exercitata, & per personas habiles, & debito loco, & tempore: alias potest, & consueuit fieri inquisitio, & punitio. & emenda partis: dum tamen sit pars priuata, instans pro suo familiari iure & interesse per ipsã inquisitionẽ: alias non, iuxta priuilegia domini Regis Petri Tertij. de quo vide latius per *Iacobum de Calicio in suo Viridario militia. in 9. q. prin. versi. distingue ergo, aut loquimur*. Sed
24 quæro, † nunquid pars, cuius interest, potest cogi vt accuset, vel partem faciat contra delinquẽtem? Respondeo quod non: regulariter enim nemo inuitus agere compellitur. vt *C. vt nemo inui-*
25 *tus. in rubro & nigro*. Fallit † tamẽ in crimine homicidij in quo hæres cogi potest vt accuset reum de homicidio, secundum *Bart.* qui hoc tenet, notatque latius in §. *in eam. ff. de accusa.* Sed, vt præmissum est, caueant nostri militares de peccato &
26 iudicio Dei: quia † nec etiam duellum iudiciale permittendum est, quia in eo Deus tentari videtur, contra *cap. monomachiam. 2. q. 5.* & dixi sup. *collat. 1. cap. cum inter nostros milites.* & latius intra *in curia Gerundæ cap. 25. & intellectu bonus.* vide & adde quæ scripsi supra *collat. 1. in prima curia Barcinon. cap. 1.* & latius per *Ioannem de Imola in Clem.*
27 *de vsuris. cap. 1.* super verbo *onera*. Vlterius † nota, quod diffidatus, vel bannitus agere potest cõtra diffidantem ad damna, quæ probabit per solũ iuramentum, quod probat *Innocen. in fi. quod metus causa. & Baldus in auth. item nulla. C. de Episcopis & cleris.* ¶ Sexto nota, quod littera dicit, *& etiã quod habeat spatium quinque dierum.* Ex quo habes hic declaratam dictam constitutionem pacis, per quã forsan videbatur, quod quinquies deberet
28 prius acuydari. Sed, vt hic vides, sufficit † semel diffidari. Quia littera hic loquitur in singulari, dum dicit, *sine acuydamento*; & dato ipso acuydamento, debet concedi spatium quinque dierum, infra quos debet acuydans cessare ab omni malo inferendo diffidato, alias incurreret pœnam proditionis prędictæ, quia ipso iure videtur data securitas & treuga illorum quinque dierum. Sed an
29 acuydatus † poterit infra dictos quinque dies inferre malum acuydanti? Dic quod non, quia est quædam securitas & treuga data à iure, alias diceretur pacis violator, imo forte incideret in pœnam proditionis per has constitutiones, quę generaliter loquuntur. & inter eos debet æqualitas obseruari. arg. *extra de mutuis peti. cap. prudentiã. & de regulis iuris. c. non licet actori, &c. lib. 6.* Sed an
30 diffidatus † debeat rediffidare diffidantem? dñs *Iacobus de Calicio in suo Viridario Militia in 3. q. princ.* post formas diffidandi dicit, quod sic: & ita seruatur. vide late per eum. Item quærit de valitore: & dicit quod sic, nisi sint familiares de penestro, hoc est domestici, qui panem in domo co-
31 medunt. ¶ Quæro † hic, quid sit miles? Respondeo, miles est, qui iurat, se non euitaturum mortem propter salutem Reipublicæ: nec sufficit, si est aliquis electus tyro, & publicis expensis facit iter: debet enim in numerũ militum referri. *ff. de militari testa. l. antepenult.* Debet enim in matricula, vel tabula, in qua scribebantur nomina militum, scribi: & idem est, cum festino iussus est cingi. *ff. eod. l. penult.* Item, stigma, idest nota publica, debet eorum brachijs infligi. vt *C. de fabric. l. stigmata. & ext. de sent. excommun. c. si iudex laicus libro 6.* ¶ Et dicitur miles, quod mille annis vno numero erat; vel quia ex mille vnus est electus.
32 Romulus † primus ex populo milites sumpsit, & appellauit, secundum Papam. ita notat *Gui. in Rosario 23. q. 1. cap. apud veros.* Vel dictus est miles
33 à † militia, idest, duritia, quã sustinet, vel à multitudine, aut à malo, quod solent milites arcere, aut à numero mille hominũ, forte quod de mille vnus præcipuus & strenuus eligebatur in militẽ: quia miles vnus dictus est. vt *ff. eod. l. 1. §. miles:* secundum *Azonem in Summa. C. de testam. milit.* No-
34 ta, † quod milites in hac patria possunt se impune guerrificare, datis diffidamentis, iuxta constitutiones, vt hic. Vide notata latius per *Iacobum*
35 *de Calicio in suo Viridario militia.* Sed † an teneantur Reipublicę, vel alijs de talis & damnis datis; vide ibi *Iacobum*, & per *Bartolum in l. verum. ff. de fur. & de iniurijs. l. 1. §. vsque adeo. & l. non solum. §. iniuriarum actio. eo. tit.* vide vsaticum, *Si quis Iudæo* in gl. *s.* quæ incipit, *Quæro, in fi.* Et nota per *glos. in l. hac veracius. §. fi.* & per *Bartolum ff. de adul. l. si adulterium. §. liberto.* & vide quæ notantur per *Cy. in l. si seruus. §. fi. C. de ijs qui ad Ecclesiam confug.* vbi videtur aliter dicere, & declarare. Ecce quod dñs Rex potest indicere treugas inter milites guerrificantes, vt dixi in vsatico *similimodo.* pone quod aliquis miles noluit acceptare tales treugas, & interim occiditur ab eius aduersario inimico: an occidens teneatur de pace violata hæredi inter-
36 fecti. ¶ Habent enim † milites multa priuilegia tam à iure communi, quam per vsaticos & con-
37 stitutiones Cathaloniæ. De † priuilegijs vero, quæ milites habent de iure communi, vide per *Azonem in Summa. §. habent milites priuilegia.* & latius per dominum *Iacobum de Calicio in vsatico,*
38 *Placitum mandetur. in 4. q. & in 5. q.* Et quæ † requirantur in milite, vide per eundem *Iacobum de Calicio in vsatico. Aguayt vencalc. in 3. q.* Habent
39 etiam † de iure Cathaloniæ priuilegia multa, de quibus hic aliqua sub epilogo ponam. Primo
40 enim † habent priuilegium milites, quia eorum iniuriæ plus æstimantur, vt in vsatico, *Qui interfecerit.* & vsatico, *Militem.* cum sequentibus.

Filius

Filius vero militis vsque ad triginta annos iudicatur vt miles; deinde vero vt rusticus, nisi fuerit miles factus. vt in vsatico, *Aguayt.* §. *filius.* Item,
41 miles, qui † cauallariam sponte dimittit, priuilegium militis amittit. & quando dicatur cauallaria dimitti, vide in vsatico, *Miles vero.* & §. *ca-*
42 *uallariam.* Item † quando batallia iudicatur inter milites, tunc pro maiori summa debent dari pi-
43 gnora. vt in vsat. *batallia.* Item † si milites perdiderint aliquid in hoste, vel caualcata Regia, fit inde eis emenda iuxta vsaticum, *qui fallerit.* §. *si-*
44 *militer & milites.* Item † milites sunt priuilegiati in donationibus, quas faciunt filijs suis in absconso, vt in vsatico, *possunt etiam Principes.* Item
45 senior † non potest iniuste affligere militem suũ vel ei honorem tollere; alias dominus Rex debet ipsum militem defendere, & manutenere: vti in vsatic. *Similiter & si senior.* Item milites possunt
46 se in † raptamento defendere per parem de genere suo in batallia, vt in vsatico, *et si à potestate.* & cap. sequenti. de quo dic latius vt dicam infra *eadem collat. curia Gerunda cap.* 25. Item miles senex,
47 vel pauper, † qui nõ potest se præparare ad bellum, creditur per suum sacramentum, vsque ad quinque vncias auri Valentiæ, vt in vsatico, *Se-*
48 *nex miles.* Item † habent priuilegium milites in exorquijs, vt in vsatico, *Item statuerunt siquidem*
49 *Principes.* Item † in pactis factis in caualcatis, vt in vsatico, *Conuenientia.* vide & *C. de pactis. l. licet*
50 *inter priuatos.* Item † in emparis, vt in vsati. *Mi-*
51 *les vero quod desemparauerit.* Item † priuilegiantur pupilli militum, vt in vsatico, *Tutores, vel Bau-*
52 *li.* Item † in emendis interfectorum, vt in vsatico, *De omnibus hominibus, exceptis militibus,* &c. Itẽ
53 omnes † homines, postquam acuidauerint potestates, teneant eis pacem & treugam triginta diebus: & potestates ad Vicecomites, vel Vicecomitores quindecim diebus; & ad vaṡuassores & ad alios milites decem diebus, vt in vsatico, *Omnes homines.* Sed videtur quod huius dilationes sunt redactæ ad quinque dies, per hanc constitutionẽ, & dictum *ca. Item statuimus, quod nullus homo*: quæ sunt posteriores: vel forte vsaticus loquitur, quãdo illi potestates, & alij nobiles, & milites acuidantur; sed quando ipsi alios acuidant, dentur tãtum quinque dies: sed primũ forte verius, & credo quod seruetur in practica: de quo tamen dic, vt notat *Iacobus de Calicio in suo Viridario militiæ, q. 3. principali.* vbi videtur velle, quod dictus vsaticus seruetur ad litteram, & nõ sit reuocatus per constitutionem, nisi inter simplices milites, aliosque in ipsa constitutione nominatos, & vide formas diffidamentorum, quas ibi ponit. Item † mi-
54 les à seniore suo raptatus de bausia, non debet de alijs eidem respondere, donec se expiauerit: nisi antea dominus dimiserit reptamentum, vt in vsa-
55 tico, *Miles vero postquam.* Itẽ † si Barones, vel milites, habent esse in exercitu, vel hoste, cum domino Rege, ipse dominus Rex habet prouidere eis in expensis, & facere emendas, iuxta vsaticũ Barcino. *Similiter & si senior.* de hoc vide supra *collat. 2. in secunda curia Barcino. cap.* 32. *Item si Ba-*
56 *rones vel milites.* Item † boues aratorij militum, etiam durante guerra, sunt sub pace & treuga, vt in constitutione pacis, *Anno Domini.* §. *In eadẽ ad-*
57 *didit.* Item † milites, & eorum filij à quindecim annis supra, qui inter se guerram habuerint cum bonis eorum, non sunt in pace & treuga, vt in cõstitutione pacis, *Notum sit cunctis.* §. *generaliter.*
58 *vers. exceptis militibus.* Item † milites propter guerram non possunt inmittere ignem, vt *eadem constitutione, Notum sit cunctis.* §. *Item sub hac pace*
59 *statuimus, quod nullus miles.* Item † etiam non possunt milites in eorum guerris vti machinis, fundibulis grossis, guatis, bombardis, vel huiusmodi ingenijs, vt in eadem constitutione, *Notum sit cunctis.* §. *Item sub hac pace statuimus, quod nullus*
60 *portet.* Item † pignus, quod milites teneant, debet esse saluum creditoribus suis in redditibus, vt in eadem cõstitutione, §. *Item statuimus, quod si*
61 *quis tenuerit.* Homines † tamen militum, si deprehendantur in maleficio, non possunt requiri pro pace fracta: vt in constitutione pacis, *Ad honorem.* §. *homines vero militum.* Sed bestiæ aratoriæ militum cum custodibus earum sunt in pace, licet ipsi milites domini earum sint in guer-
62 ra, vt eadem constitutione, §. *Item bestias.* Item † miles non præstat homagium ratione feudi, cui vel alij homini de pede, vt infra *eadem collatione, in 3. curia Barcino. cap.* 19. *Item ordinamus de consi-*
63 *lio.* vide quæ ibi dicam. De † alijs priuilegijs militum, quæ habent per iura huius patriæ, vide supra *collat. 2. cap. cum inter nostros.* & *eadem collat. 2. cap. 24. statuimus, quod nullus raptatus.* & *cap. 34. Si Barones vel milites.* & *cap. 45. Item quod si aliquis conqueratur.* & *cap. 48. Item quod animalia militum, & arnes sui corporis, &c.* & *cap. 51. Item quod si aliquis Baro, vel miles.* & *cap. 56. Item quod nullus miles vel filius militis. &c.* vbi dixi latius de foro mili-
64 tari. & vide ibi, an † isti milites guerrificantes teneantur Reipublicę de damnis illatis occasione dictæ guerræ. & etiam de foro militari vide supra *collat. 3. cap. 23.* & *supra ista collatione 4. cap. 17. Item si forsan conqueretur.* Item adde alia priuilegia militaria vt in *eadem collat. 4. super ista curia cap. 25. Item quod si aliquis fuerit raptatus.* & *infra cap. 37. Item quod clerici & milites.* & *infra in curia Gerund. cap. 25. Item statuimus, & etiam ordinamus, quod si aliquis fuerit raptatus.* & ibi dixi de mate-
65 ria duelli. Item † habens priuilegium generositatis tenetur infra annum recipere militiam, alias caret priuilegio ipso iure, vt in *cap. quia vt in ex-*
66 *perientia. infra collat. 6. in curia Montissoni.* De † solemnitate, per quam olim fiebant milites, vide *C. qui militare non pos. l. 1. lib. 12.* & notata per *glos. in*
67 *authen. de trien. & sem. circa fi. collat. 3.* Sed † an clerici gaudeant priuilegio militari, vide *Matth. in*
68 *52. notabili.* Item † habent priuilegium milites, ne torqueantur, vt *ff. de quæstionibus. l. milites.* & *l. Diuo Marco,* & *l. decuriones.* Fallit forte in crimine

ne Maiestatis, hæreseos, proditionis, & alijs, de quibus in *l. de mino. 1. Rubrica. ff. de quæstionibus.* & *l. ex libero.* & *ff. de re iudi. alias de re mili. l. prodi-*
69 *tores. l. desertor. §. is cui.* & *l. desertoris.* ¶ Sed † an hoc priuilegium competat militibus nostri temporis. Quidam dicunt quod non, imo quod possint torqueri, cum nec in assumptione militię, nec multa interueniant in eis, nec obseruent ea, quæ veros milites decet obseruare, quare priuilegijs militaribus gaudere non deberent, vt in *authen. de manda. prin. §. fi.* secundum *Gui. de Cugno.* Sed dic contra vt notatur per *Henricum Boich extra de regulis iuris. cap. cum in contemplatione.* Et idem *Thomas de Piperatis in suo tractatu de quæstionibus. Rubrica de personis, quæ possunt torqueri. §. Item in dignitate.* Et idem *Albertus de Cremona eodem tit.* Et distingue vt latius notatur per dominum *Iaco. de Calicio in vsatico, Placitum mandetur.* adde quę scripsi infra *collat. proxima curia Montisalbi. c. 26. Item quod nullus condemnetur.* & vide ibi quæ statuit dominus Rex Petrus Tertius in 18. *c. curia Mõtissoni.* & dic de nostris militibus Cathaloniæ torquendis, vel non, vt ibi habetur. & posui infra in *collatione 6. curia Perpinians. cap. Confirmantes.* ¶ Sed
70 quid † de militibus cælestibus? Dic quod presbyteri non torquentur, alij vero clerici sic. *C. de Episcopis & clericis. c. presbyteri. in glos.* & *de abolit. crimin. l. fallaciter.* hodie autẽ de iure nouissimo. per *authent. Federici.* secus in feu. *de sta. & q. c. ad decorem. §. statuimus.* præterea si militibus terrestribus est concessum, multo fortius cælestibus, *C. de sacrosanctis Ecclesijs. l. sacrosancta.* secundũ *Guil. de Cugno.* quod est verum de iure ciuili: sed de iure canonico secus, quia possunt torqueri, vt 5. *q. 5. c. illi q. 1.* & *extra de depo. cap. grauis.* vbi de hoc. Quid
71 autem de iudicibus & aduocatis? Videtur, quod non possint torqueri, sicut nec milites. *C. de aduo. diuer. iudi. l. aduocati.* Præterea sicut militibus est concessum, ne condemnati teneantur, nisi in quãtum facere possint, ita in aduocatis. *ff. de re iudi. l. milites. l. Rubrica in glos.* Contra videtur: nã lege nulla cauetur, quin possint torqueri, vt dicta *l. ad-*
72 *uocati.* Sed † de consuetudine contra seruatur, quæ est optima legum interpres, secundum *Guil. de Cugno.* Et hæc sufficiant, quia audiui, quod dominus *Iacobus de Calicio* composuit libellum, siue tractatum de re militari, vbi opinor posuit prolixius priuilegia militaria, cum ipse fuisset etiam
73 miles. Ex illo † tractatu, quem vocauit *Viridarium Militie*, quem postea vidi, & aliquas additiones, vt supra patet, inserui: & nihil de his scripsissem, si eum prius vidissem: quia videtur mihi, quod optime hanc materiam rei militaris pertractauerit: & superuacuis laborat impendijs, qui solem nititur facibus adiuuare *6. q. 1. cap. si omnia.* Item adde *G. Prapositi in suo alfabeto.* in verb. *acuidamentum.* & in verbo *guerra.*

Vt non imponantur officiales de bando. Capitulum XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius, vel officialis de bando ponendus non est in loco bandi; etiamsi præstaret indemnitatem. nu. 3.*
2 *Guerra & bandus idem sunt.*
4 *Cautio animum maleuolum non mutat.*
5 *Vicarius poni non potest de eadẽ Vicaria; sed hoc male seruatur.*
6 *Ab officio remouetur officialis propter negligentiam.*

1 ITem, † *quod nos, vel successores nostri non imponamus vicarium, vel officialem de bando, in illo loco, in quo fuerit de bando.* Clara, & iusta est hæc constitutio: imo iustius fuisset, statuisse, quod nullibi esse posset officialis homo de bando, siue de guerra, quia non bene potest esse pacis amator & exhortator, qui est de guerra vel bandositate, quia dicit Cato:

Turpe est Doctori, cum culpa redarguit ipsum.

& Veritas in Euangelio: *Hipocrita, eijce prius tra-*
2 *bem ab oculo tuo*, &c. Quis † dicatur de guerra, vide supra. ¶ Item bandus & guerra idem sunt: sed proprie guerra dicitur licita, quæ est inter milites: sed bandositas tam est inter milites, quam inter plebeios & pedites. Item guerra nõ cessat per treugam, sed exercicium guerræ bene cessat treuga durante. de quo dicam infra *collat. 5. in cap. Item cum iuxta capitulum.* ¶ Nec credo sufficere, si ca-
3 ueret † de indemnitate durante officio: quia cau-
4 tio † maleuolum animum non mutat. *insti. de suspectis. circa fin.* Et hoc est clare statutum infra *collat. 5. cap. Item cum iuxta capitulum*, &c. Et si cõtra fieret, debent tales officiales, qui sunt de bando, omnino protinus remoueri, & de alijs prouideri: vt infra *collat. 9. cap. com segons. in fi.* Item nõ de-
5 bet poni † Vicarius de eadem Vicaria, vt supra *collat. 3. cap. 12.* Sed ista de facto non bene seruan-
6 tur per omnia. Item † propter negligentiam quis remouetur ab officio, vt *extra de officio custo. cap. 1.* & *not. glos. in cap. fi. de renunc.*

De marchis & represalijs. Capitulum XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Nullus pignorari debet, nisi fuerit debitor, vel fideiussor, vel nisi inuenta fuerit faticha iustitia in loco vnde fuerit.*
2 Curia *nomen est generale comprehendens magistratus habentes iurisdictionem.*
3 *Homines, & non loca committunt fatichan.*
4 *Marcha, seu represaliæ approbantur.*
5 *Barones an facere possint processus marcharum contra officiales Regios, traditur.*
6 *Marcharum remedium intentatur, vbi aliud remediũ iustitiæ haberi non potest.*
7 *Officiales Regij etiam durante officio coram Principe conueniri possunt.*
8 *Princeps potest denegare responsum non adeunti prius ordinarium.*
9 *Princeps supplere debet defectum iustitiæ in suo officiali, & in sua curia Regia.*
10 *Marcha quomodo adiudicatur, traditur.*
11 *Petrus Despes tractauit de marchis.*
12 *Vassalli possunt marchari pro debito domini, reperta eo in faticha iustitiæ.*

Item

ITem, quod nostra curia, vel officiales nostri, vel ali-
1 *quis alius cuiuscumque*, &c. Casus. Nullus † de-
bet pignorari, nisi fuerit debitor, vel fideiussor,
nisi esset inuenta faticha iustitiæ in loco, vnde ef-
2 set. Hoc dicit. Et dic, quod † *Curia* est nomen ge-
nerale, comprehendens omnes magistratus habē-
tes iurisdictionem, de quo vide latius per domi-
num *Iacobum de Calicio in vsat. captus à curia*. &
per *Ioan. An. ext. de sta. mo. cap. 1. §. 1. porro. lib. 6.*
in nouella. & quod dicit textus, *in loco*, intellige,
scilicet in domino loci: quia locus dicitur esse in
domino: sicut in simili Episcopus dicitur esse in
Ecclesia, & Ecclesia in Episcopo. vt 17. *q. 1. c. scire*
debes. & homines, & non loca possunt committe-
3 re † fatichaм. Hic approbantur † marchæ, siue
4 represaliæ, de quibus dixi supra *cap. 16. & seq.* &
supra *collatione 2. c. Item quod si de homine*, &c. vide
ibi. ¶ In textu, ibi, *vel aliquis alius cuiuscumque*,
5 &c. Hic habes † expeditum, quod non solū offi-
ciales Regij, sed etiam barones, & alij iurisdictio-
nem habentes, & eorum officiales possunt facere
processus marcharum, etiam contra officiales re-
gios, & sic seruatur inconcusse, saltem in diœcesi
Gerundensi, & sic minime sunt mutanda, &c. Sed
quia officiales Regij tenentur ad tabulam, ideo
satis videtur iniquum, quod possint marchari: de
6 iure enim † communi tunc demum debet recurri
ad subsidium marcharum, cum aliud remediū iu-
stitiæ haberi non potest. ad hoc *C. de Iudæis. l. nul-*
7 *lus*. Et tamen de † officialibus Regijs nedum in ta-
bula, sed etiam durante officio potest corā Prin-
cipe haberi iustitia: vt infra *collat. 5. curiæ Montis-*
albi. cap. 17. & *collat. 4. cap. 17. Saluo.* ¶ Nota tamē
8 quod † solus Princeps aditus â subdito suo pro
iustitia consequenda, potest denegare responsum
non prius adeunti ordinarium, & non alius in-
9 ferior iudex. Et etiam † potest supplere defectū
iustitiæ repertum in suo officiali, & in sua curia
regia, vt in *authen. de mandat. Principum. §. si vero.*
collat. 3. & vide *Iac. de Calicio in suo curiali. 7. dub.*
vers. 128. & de iniurijs fisci in 8. dubio. vers. 127. Sed
10 per † constitutionem Cathaloniæ reperta fati-
cha in Baiulo loci, statim adiudicatur marcha, nō
habito recursu ad dominum loci. Item reperta fa
ticha in domino loci, potest adiudicari marcha:
non habito recursu ad Vicarium, vel dominum
Regem, vt in constitutione: *Item quod si de homi-*
ne. supra allegata. & *cap. seq.* & *in constitutionibus pa-*
cis, quas statim allegabo inferius. Hic potes inse-
11 rere tractatum marcharū domini Petri Despes.
De hac materia marcharum non oportet hic la-
tius tractari, quia sufficit recurrere ad tractatum
Represaliarum domini Bartoli de Saxoferrato.
vide tamen quæ dicam infra *collat. 5. cap. Item sta-*
tuimus, quod si Vicarij ad instantiam creditorum. &c.
vide etiam per *Baldum in l. cum te. C. de actionib. &*
obligat. Et quia hic dicit textus, *nisi faticha iustitia*
12 *esset inuenta in curia, vel loco, vnde esset.* patet, † quia
si dominus loci sit in faticha, quia non velit de se
facere iustitiam, possunt eius vassalli pro debito
domini marchari, vt hic, & in constitutione pa-
cis, quæ incipit: *In Christi nomine.* data Barcinonæ
duodecimo Kalēd. Ianuarij, anno Domini 1228.
§. *Item quod nullus homo animalia*, &c. & in consti-
tutione, *Notum sit cunctis.* §. *Itē statuimus, quod nul-*
lus mercator. & in constitutione: *In Christi nomine.*
facta apud Terraconam. §. *Itē statuimus, quod nul-*
lus Vicarius, vel aliquis.

De iudicijs feudorum. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Placitare non cogitur quis pro honore, quem habet in feudum, vel emphiteosim, nisi coram domino, pro quo tenetur. fallit nu. 4.*
2 *Feudi de quæstione coram quo sit agendum. remissiue.*
3 *Consuetudines diœcesis Gerundensis circa hoc tradūtur.*
5 *Dominus iurisdictionem habet super honoribus, qui pro ipso tenentur. item nu. 7.*
6 *Rusticus an teneatur ostendere domino terram, quam tenet pro eo. remissiue. alia ad idem propositum traduntur ibi.*
8 *Refertur capitulum*, Del recognouerunt proceres,
9 *Dominus dat iudicem emphiteotam firmanti ius.*
10 *Dominus, assignato iudice, ducere debet causam suis expensis.*
11 *Dominus litigans per procuratorem appellat, secus si litigaret per se.*
12 *In ciuitate Gerundæ raro litigatur coram iudice domini.*

ITem quod aliquis homo nō compellat placitare. &c.
1 Pro † honore, quem quis in feudum, vel em-
phiteosim tenet pro alio, non debet cogi placita-
re coram alio, nisi coram domino, pro quo tene-
tur. Hoc dicit. Et hoc verum, quamdiu dominus
feudi, vel emphiteosis paratus fuerit facere iusti-
tiæ complementum, vt *extra de iudicijs cap. certū.*
vbi de hoc. Sed coram quo tractari debeat de
2 † quæstione feudi, dic per *Henricum Boich extra.*
de feud. cap. ex parte. in 2. di. & adde quæ notantur
supra *collat. 2. in 2. curia Barcino. cap. 60. Itē in om-*
3 *nibus.* Item † est consuetudo diœcesis Gerunden-
sis, quod si homo aliquis teneat pro me terrā, vel
aliquid, non tenetur placitare mecum in mea do-
mo, sed vbi possessio est sita. de hoc nota in vsat.
Omnes homines debent firmare. Item est consuetu-
do Gerudæ, quod quilibet potest pignorare cen-
sum vel agrarium, in domo vel in terra, quæ pro
eo tenetur, vel emparare ea quæ ibi inueniuntur.
4 Et nota, † quod textus hic dicit, *non compellatur.*
ergo nisi de hoc excipiatur, poterit agi corā or-
dinario, vel alio iudice delegato, saltem vbi hoc
habet consuetudo, quę tribuit iurisdictionem: vt
extra. de foro competenti. c. cum contingat. & nota per
Henricum Boich extra. de feu. cap. ex parte. in 2. di. in
principio. Item quod dicitur in textu: *nisi in posse*
illius, pro quo ipsum tenuerit, supple, si alias iurisdi-
ctionem habeant de iure communi, vel consuetu-
dine, aut priuilegio speciali: alias forte secus, nā
constitutio non dat iurisdictionem alias non ha-
benti. facit quod dixi in simili in *c. Item quod Vi-*
carij. supra collat. 2. in 2. curia Barcino. cap. 33. Sed
dic.

5 dic, quod † dominus habet iurisdictionem super honoribus,qui pro ipso in feudum vel emfiteosim tenentur.de quo vide supra eadem curia.*cap. Item quod aliquis homo, qui teneat mansum.* & nota *gloss. Iac.de Monte Iudaico*, & latius per *dominum Iac.de Calicio*, quem videas de iure communi, in *auth.de quæstore.§.si vero forsan.coll.6.*vide etiã per *Doctores in vsatico, Placitare.in q.quaro an de omnibus causis.in vsatico,Omnes homines.* ¶ Sed an rusti-
6 cus † teneatur ostendere domino terram, quã tenet pro eo,vide in *spe.tit.de iure emfi.§.1.vers.60.* & quæ,& quanta iura habeat dominus in hominem suo solido,vel solum feudum tenentem, vide in *commemorationibus Petri Alberti.cap.si aliquis habet hominem,siue vassallum.* ¶ Et coram quo agatur † de quæstione inter allodiarium, & dominum castri, vide in dictis *commemor.cap.si allodia-*
7 *rius fuerit in aliquo.* Ex prædictis nota,† quod dñs habet iurisdictionem in allodio suo.vide quę leguntur & notantur in d.*vsat.Omnes homines.* & *cõme.Pet.Alberti,quæ & quanta sunt iura*, &c. & vi-
8 de † *cap.Del recognouerunt proceres*, quod est tenoris sequentis: *Itẽ quod dñs potest emfitecta auctoritate propria portas extrahere,si nõ soluat cẽsum die statuto.* ¶ Item quod si non firmat sibi ius, potest extrahere portas:& si emfiteota non tenet domino emparam,dabit quinque solidos pro pœna,& etiam tenebitur restituere rem ablatam in duplo: vt in
9 vsatico, *Rusticus si desemparauerit.* Sed † si emfiteota firmauerit ius domino, idem dominus dabit iudicem,à cuius sententia non poterit appellare,appellabit tamen vassallus,vt in vsat. *Similiter & si senior.* vide quæ ibi notantur per *glo.*& *Iac.de Monte Iud.* vide etiam *in Del recognouerũt proceres.*& *cap. Item quod Vicarius vel Baiulus, vel*
10 *aliquis dominus,qui dat iudicem.*& *cap. Item † quod facta iuris firma,dominus debet iudicem assignare, & causam suis expensis ducere*, &c. & adde quæ dixi *supra collat.2.cap.58. Item in omnibus causis feudalibus.* de hoc vide per *Iac.de Calicio in vsat. Placita-*
11 *re.*& *in vsat.Placitum iudicatum.* & ibi † tenet, q̃ si dominus dat iudicem, & litigat per se, tunc nõ appellat : secus tamen si litigauerit per procuratorem: & ita intelligit *gloss.*& *Iac. de Monte Iud.*
12 Sed hodie videmus,† quod in causis emfiteotecarijs cõmuniter litigatur corã iudice ordinario ciuitatis Gerund.vel officiali Episcopi, aut alio ordinario diœcesis: licet aliquando viderim,raro tamen,hanc constitutionẽ, & dictas consuetudines obseruari. Et credo, quod si opponeretur de ista constitutione,quod non deberet emfiteota cõpelli placitare,nisi corã dño,quia hãc cõstitutionẽ non credo fore abrogatam, licet volũtarie adeantur iudices ordinarij,quia text. dicit, *non compellitur*,vt dixi. Vos cogitabitis melius.quia forte verbum,*homo*,in littera positum, & verbũ, *omnes homines*,& verbum,*senior*, quæ habentur in dictis vsaticis, intelligi debent de homine solido, iuxta dictam *commemor.Petri Alberti*;& capitula *Del recognouerunt*,sunt localia.Potest etiam intelligi de alio vassallo, qui non est homo solidus, quando dñs de iure,vel de consuetudine,aut priuilegio habet iurisdictionem in loco,& forsitã de quocumque. quia constitutio simpliciter loquitur,& non distinguit.arg.*de pretio.ff.de publica.*

De Vicaria. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Locus vnus nõ debet esse nisi de districtu vnius Vicariæ.*
2 *Vicariæ debent esse distinctæ.*
3 *Locus, siue Castrum debet esse illius Vicariæ, vbi est caput.*
4 *Limes quis sit.remissiue.*
5 *Mons,vel flumen seruire potest pro limite.*

Item quod aliquis locus non sit nisi de vna Vicaria;
1 &c.Dicit hic,† quod vnus locus non debet es-
2 se,nisi sub districtu vnius Vicariæ:& † quod Vi-
3 cariæ debent esse distinctæ.Et nota, † quod locus siue Castrum debet esse illius Vicarię vbi est caput.vt dixi supra *collat.2.c. Item quod Vicaria:* & habes infra *collat.4.in curia Gerundæ.c.Item statuimus,quod capitulum.§.Et statuentes.* vide ibi.Quid
4 sit † limes,vide *Innocent.*& *Baldum in c.si per e... t.*
5 *de sepul.* vbi etiam nota, † quod mons,vel fluuius potest esse pro limite.adde quæ dicam infra *cap.33.Item quod aliquis Vicarius*,&c.Et vide quæ notat *Gui. 13.q.1.§.1.*& *cap.Ecclesias*, super verbo, *dimisimus.*

De emendatione maleficiorum. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Officiales,vel quilibet alij resarcire debent damnum, quod fecerint.declaratur num.2.*
3 Restituere *verbum quid sit.*
4 Reddendi *verbum quid importet.*
5 *Malefacta quæ sint.remissiue.*

Item,quod omne malefactum,quod sit factum,vel fiat
1 *de cætero*,&c.Dicitur hic,†quod omne malefactum per officiales;vel alios quoslibet factum, est per malefactores restituendum. Hoc dicit. Et de materia dixi supra *collat.proxi. cap.23. Item ordinamus & statuimus,quod si maleficiũ.*&*c.15.Itẽ ordinamus & statuimus,quod maleficia inuenta.* adde quæ dixi supra *ista colla.4.c.9.Item quod nos,vel officiales.*Et quod tex.dicit hic,*per malefactores*,videtur
2 ergo,† quod officiales non teneantur pro damno dato per homines exercitus,vel alios,nisi ipsi officiales fuerint in culpa: & est ratio, quia pœna suos debet tenere actores,&c.vt *extra de ijs quæ fi. à maio.parte ca.c. quæsiuit cum sy.* & nota per *d.Iac. de Calicio in 8.dubio Lucidarij soni. vers.vnum tamẽ hoc casu nota*,&c.& vide in *Summa Regaliæ soni. q.29.vers.& est sanum consilium.*& *vers.si autem dã-*
3 *num.*Et dicit lex,† quod restituere is intelligitur qui simul & causam actori reddit,quã habiturus esset,si statim iudicis accepti tempore res ei reddita fuisset:vt *ff.de verb.signif. l.restituere.* De ver-
4 bo† *reddendi* habes *ff.eod.tit.l.verbũ reddendi.*adde lecta & notata *3.q.1.c Reintegranda.*facit *14.q.6. c.si res.*& *cap.peccatum.de regulis iuris.lib.6.*Et quę
5 dicantur † malefacta,vide per *Iacobum de Calicio in vsat. Malefacta.*& quæ ibi scripsi.

De

De bannis. Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Officiales Regij non imponunt banna infra territoria castrorum Prælatorum, & aliorum. declaratur num. 2.*
3 Territorium *verbum quid importet in litera textus.*
4 *Territorium est vniuersitas agrorum infra fines vniuscuiusque ciuitatis.*
5 *Banni materia traditur remissiue.*
6 *Præscribi an possint limites castrorum. remissiue.*
7 *Limes limitato ne cedat. remissiue.*
8 *Error iuris excusat à dolo & à pœna banni.*

Item, quod aliquis Vicarius, vel officialis noster non imponat bannum in hominibus, &c. Officiales Re-
1 gij † non imponunt banna infra territoria Castrorum Prælatorum, & aliorũ. Hoc dicit. quod
2 intellige † de Castris, vbi Prælati, vel alij habent
3 alias iurisdictionem, quod innuit † verbũ, *in territorio*, in litera positum, iuxta notata supra *colla. 2. cap. 44. Item quod Vicarij nostri non possint petere.*
4 Et dicitur † territorium vniuersitas agrorum infra fines vniuscuiusque ciuitatis: quod ab eo dictum est, quod magistratus ibi ius terrendi, idest, summouendi habent: vt *ff. de verb. sig. l. pupillus. §. territorium.* vide quæ notantur per *glos.* & *Doctores extra de constitutionibus. cap. vt animarum. lib. 6.* & per *Archi. in cap. cum Episcopus, lib. 6.* Et confirmatur ista constitutio infra *eadem collat. in curia Gerundæ cap. 7.* vbi additur, quod si fuerit contra fa-
5 ctum, reuocetur. De materia † bannorum vide in-
6 fra *c. 35.* Sed † an limites Castrorum, & aliorum præscribi possint, vide *Innocen.* & *Henricum in cap.*
7 *super eo. extra de parochijs.* Sed vtrum limes cedat limitato, vide per *Guid. in Rosario. 13. q. 1. cap. ecclesias.* super verbo, *diuisimus.* adde quæ dixi supra
8 *cap. 31.* Vlterius nota, † quod error iuris excusat à dolo, & sic à pœna inuasionis, & banni. super quo vide notata latius per *Ang. in l. Sed & si lege. §. si rem. de pe. heredi.*

De captione. Cap. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Capi non potest persona pro debito ciuili, nisi pro commanda, vel nisi aliter priuilegio, vel consuetudine fuerit indultum.*
2 *Paupertatis prætextu non excusatur quis in delictis.*
3 *Incarcerati promissio facta in fauorem incarcerantis nõ tenet. declaratur nu. 4.*
5 *Iudex non potest capere quemquam pro executione, nisi præcedat monitio. declaratur nu. 6.*
7 *Ad capturam personæ non proceditur nisi in subsidium. fallit nu. 8.*
9 *Iudex & priuatus quando possint capere. remissiue.*
10 Capere, arrestare, & carcerare *dictionum differentia traditur remissiue.*
11 *Capti cuius expensis sint custodiendi. remissiue.*
12 *Appellandum an sit à captura. remissiue traditur.*
13 *Iudex ad quem mandare potest iudici à quo, vt relaxet à carceribus appellantem. declaratur nu. 14.*
15 *Ad capturam personæ vel bonorum debitoris, propter suspicionem fugæ, vel baratariæ qualiter, & quando procedatur. remissiue.*
16 *Ad capturam quando procedendum pro crimine.*
17 *Captus pro crimine litigat per procuratorem.*
18 *Clericos detinentes vel capientes, sunt excommunicati.*
19 *Capti quando manuleuta tradendi sint. remissiue.*

Item, quod aliquis homo nõ capiatur personaliter, &c.
1 Prohibetur hic † hominis captio pro debito, nisi fuerit pro commanda, vel priuilegio, aut cõsuetudine scripta: liber homo potest obses obligari: *extra de arbi. cum tempore.* & notatur *23. q. 8. cap. vt pridem.* & *extra de iureiuran. cap. ex rescripto.* De materia huius capituli dixi supra *collat. 2. cap.* *Item quod nullus miles, vel alius liber homo.* vide ibi; & supra *collat. 3. cap. 25. Item ordinamus & statuimus, quod aliqui homines.* adde quæ notantur infra *eadem collat. in 3. curia Barcino. cap. 21. Item ordinamus, quod omnis homo,* &c. *§. Item etiam quaro an milites, &c.* Et concor. *C. de ac. & ob. l. ob æs.* & vide *C. de Iudæis. l. nullus. 14. q. 6. cap. si res aliena. in*
2 *glos. ar.* vbi dicitur, quod † qui contrauenitur ratione delicti, non excusatur prætextu paupertatis: sed si ratione contractus, sufficit cedere bonis, vt *C. qui bonis ced. pos. l. 1.* & dic *C. de exact. tribu. l.*
3 *nemo. lib. 10.* ¶ Sed † quæro hic, an valeat instrumentum factum per incarceratum. Dicas, quod non, si fiat promissio ei, qui ipsum incarcerauit, indebite: vt *ff. quod metus causa, l. qui in carcere.* Se-
4 cus † si debite: quia valeret instrumentum, etiam existente in ipso carcere, secundum *Bartolum*, qui ita notat in *l. qui neque ff. de verborum signif.* Et vide notata per dominum *Iacobum de Calicio in vsatico, Captus à curia.* ¶ Et nota, † quod iudex non
5 debet aliquem capere, nisi prius moneat eum: vt *l. si quis tantum. C. de Episcopis & cler.* & hoc verũ
6 in captione, quę fit pro executione: sed † captura, quæ fit pro instructione, seu citatione, ab illa bene potest incipi contra quemlibet delinquentem: vt plene notatur *ff. de in ius vocando. l. plerique. cum l. se.* secundum *Baldum*; qui ita dicit in
7 prææallegata *l. si quis tantum.* ¶ Item nota, † quod ad captionem personæ pro debiti executione nõ debet procedi nisi in subsidium deficientibus bo-
8 nis, nisi † quando timetur de fuga, vel nisi quando debitor specialiter suam personam obligauerit per stipulationem, & renunciauerit omni iuri, quo se iuuare possit, quia non est nouum, aliquem duabus obligationibus teneri. *argum. ff. de fideiussoribus. l. hæres. §. non est.* ¶ Sed quan-
9 do † iudex possit capere, & quando priuatus, scire poteris per *An. de Barrulo C. de decurio. l. generali. lib. 10.*
10 ¶ Quæ sit differentia inter *capere, arrestare,* & *car-*
11 *cerare*, vide in *Cle. 1. de hæreticis.* Item † cuius expensis custodiri debeant capti, vide ibi per *Ioannẽ de Imola in glos. prouidebit etiam.* & adde *§. in constitutione censualium & violariorum.* Item adde quę scripsi per *Bartholomæum*, scilicet, infra *collat. 6. Curiæ Cervariæ. cap. ordinamus etiam & statuimus,*
12 *quod alguazirius.* ¶ Vtrum, † & quando à captione valeat appellari, vide per *Baldum in l. si clericus. C. de Episcopali audi.* & adde quæ scripsi infra

fra *ead. collat. in 2. curia Barcino. c. 6. Item quod qui*
13 *libet campsor, qui se abat.* ¶ Item † nota, quod iudex à quo, pendente appellatione ad mandatum iudicis ad quem, liberabit appellantem à captione, vt notat *Baldus in l. 2. C. de Episcopali audientia.*
14 quod † est verum viso processu, & parte vocata
15 cum aliqua summaria cognitione. Qualiter, † & quando procedi valeat ad captionem personæ, vel bonorum alicuius debitoris, propter suspicionem fugæ, vel baratariæ, vide *Baldum in l. apertissimi. C. de iudi.* & *Bart. de Salicet. in l. dies festos. C. de ferijs. & Bartolum.* & *Doctores in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fran. credi.* adde quæ notantur per *Baldum in l. vnica. C. de prohibita sequestra-*
16 *tione pecuniæ.* Sed quando † procedi valeat ad captionem pro maleficio, vide in curia Regis Ferdinandi, *cap. Als procuradors fiscals.* ibi: *mas fragant lo malefici.* & ibi dicam. & adde quæ dixi in curia
17 proxima. *cap. Item, quod quilibet.* Sed † & captiuus pro crimine litigabit per procuratorem, vti notat *glossa* & *Archid. extra. de sententia excommunicationis. cap. si iudex laicus. in fin. libro 6.* vide de priuilegijs *cap. ex parte.* dic per *Bartolum in l. accusato-*
18 *rem. ff. de pub. iudi.* Vtrum, & † quando capientes vel detinentes clericos sint excommunicati, vide per *Henricum extra. de sent. excommunicat. c. à nobis. in 2. di. 5.* adde infra in curia proxima *c. 6.* & *7.* Et
19 quãdo † debeant capti tradi manuleutæ, dicam in curia proxi. *c. 27. Item, quod aliquis homo.*

De Bannis. Cap. XXXV.

S V M M A R I V M.

1 *Delinquens infra territorium alterius incidit in bannum, si sciat ibi illud appositum.*
2 *Banni generalis diffinitio traditur.*
3 *Ignorantia banni præsumitur in transeunte. declara vt in num. 4.*
5 *Scientia banni quomodo præsumenda.*
6 *Scire debemus, quod sciunt omnes.*
7 *Faciens contra præcepta venit puniendus.*
8 *Prohibitio facit delictum, quod aliter non esset.*
9 *Lex puniens factum intelligenda venit, si factum fiat per dolum.*
10 *Dolus non præsumitur in facto contra ius, nisi contra iurisperitum.*
11 *Delictum differt à crimine.*
12 *Reatus & criminis discrimen constituitur.*
13 *Facinus & scelus atrociora sunt delicta.*
14 *Peccatum delictum dicitur culpa commissum.*
15 *Delictum in ignorantem non cadit.*
16 *Statutum quod nullus ducat vinum in ciuitatem sub pœna amissionis vini, an cõprehendat forensem. n. 25.*
16 *Ciuitas vna an possit statuere circa portum mercantiarum ad aliam ciuitatem, traditur remissiue.*
17 *Iudex loci prohibiti an possit punire ducentes bladum, & transeuntes per dictum locum.*
18 *Excusatur à pœna banni absens à ciuitate tempore publicationis banni. limitatur nu. 19.*
20 *Ignorantia non præsumitur eius quod palam fit.*
21 *Inuentus in via portare bladum an puniẽdus iuxta formam banni, quasi portet ad locum vetitum.*
22 *Error iuris excusat à dolo & pœna banni.*
23 *Deprehensus intra confines itineris contra prohibitionem banni, an puniendus, traditur.*
24 *Expenditur textus in* l. fugitiui. C. de seruis fugitiuis.
25 *Faciens de licentia iudicis contra bannũ an puniendus.*
26 *Argumentum a simili non procedit in municipalibus, limitatur vbi diuersitatis ratio reddi nequit. nu. 27.*
28 *Bona licita an publicentur contra portantem bona licita & illicita portari.*
29 *Accusatio ex statuto an sit publica, vel priuata, traditur remissiue.*

ITem quod si homines nostri, vel alterius transierint per aliquem locum prædictorum, &c.* Delinquens
1 infra † territorium alterius incidit in bannum, si
2 illud sciebat ibi appositum. Hoc dicit. Est † autẽ bannum, generale edictum publice propositum contrafacienti pœnam imponens. vide quę notãtur ad hoc per dominum *Antonium de Butrio in c. cum in tua. extra. qui matrimonium ac. po.* adde quæ notantur supra *colla. secunda in secunda curia Barcino. cap. 43. Item quod Vicarij.* super verbo *territorium.* ¶ De materia huius satis dixi supra *colla. 3. cap. 27. Item ordinamus & statuimus, quod si aliquis homo noster.* &c. & adde supra *eadem collatione. cap. 33. quod aliquis Vicarius.* & quæ leguntur, & notantur *extra de constitutionibus. c. vt animarum. lib. sexto.* ¶ Et nota textum, ibi: *Ex quo scient,* &c.
3 Præsumitur † tamen ignorantia in transeunte, in dubio, vt *ff. de decretis ab ordin. fact. l. fi.* Et hoc est
4 verum in ijs, quę à iure communi non sint prohibita, vt extrahere bladum de terra, vel in similibus: secus autẽ in alijs prohibitis à iure cõmuni, *extra. de vsuris. c. cũ tu.* vide *Doct. in vsatico. Siquis*
5 *Iudæo.* ¶ Sed † quomodo possumus scire, an sciuerit, vel ignorauerit illud bannum? Respondeo, si erat homo, qui sæpe & continue ibi conuersabatur, vel vtebatur, non est verisimile illum ignorasse illud, quia ad aliquem obligandum scientia & supina ignorantia æquiparantur. *C. de li. ca. l. iubemus. ff. vnde cog. l. attauus gradus. de in integrum restit. l. de tutela.* Et facit, quoniam scire debuit id
6 quod † omnes de ciuitate sciebant. *ff. de iur. & facti ignorantia. l. regula. §. sed facti.* alias diceretur sibi: *Et tu solus peregrinus es in Hierusalem? &c. Luca 24. capite.* Nam † ex quo quis facit contra præ-
7 cepta, puniendus est, quia delinquit. *ff. de re milit.*
8 *l. 2. §. in bello.* Prohibitio enim † facit delictum, quod alias secundum ius commune delictum non esset. *ff. de neg. g. l. fin. ff. de noui operis nuntiatione. l. prætor.* vbi de hoc. Sed si erat de loco remoto, ita quod iuste & probabiliter potuit ignorare, non punitur; vt *l. iubemus. C. de testamentis.* & *dicta l. vltima. de decre. ab ordin. fact.* & hæc est opinio *Mar. de Fano.* & *Iac. de Are.* alij dicũt, ꝙ in hoc vltimo casu adhuc ille ignorans punitur, sed mitius: ita ꝙ vbi alias puniretur in amissione omnium rerũ, puniatur in dimidia. *argum. ff. si pars here. pe. l. ant.*
9 Et nota, ꝙ † vbi lex punit factũ simpliciter, intelligitur, si sciẽter fecit, & cum dolo: & ideo si quis

facit contra ius,non punitur,nisi sit iurisperitus,
10 & sic in facto † contra ius positiuũ dolus nõ præ
sumitur,nisi in perito iuris, vt dicit *glos.in l.1. §.*
qui magistratum.ff.quod quisque iuris.l. 2.Sic si factũ
punitur lege municipali , intelligitur, si dolo fe-
cerit,non si culpa.§.*quod quisque iuris. l.hec edicto.*
11 Et † differt delictum à crimine, quia delictũ di-
citur ignorantia commissum.*ff.de le.l.* 1.vide *glos.*
12 *C. si aduersus delictum.l.*1.sed † reatus dicitur de-
lictum ex culpa,crimen est delictum ex dolo.
text.in l.1.C. vbi sena. vel cla. Item lasciuia est de-
lictum ex dolo.vide *glos.in l. & si seuerior. C.de his*
13 *qui not.infa.* Item † facinus & scelus sumũtur pro
delictis atrocioribus.*ff. quod vi aut clam.l.si is qui*
14 *in puteum.§.si tutoris.* Sed † peccatum dicitur e-
tiam delictum culpa commissum. *ff.de act. & ob-*
15 *lig.l.si index.* Item † delictum non cadit in igno-
rantem. *ff de actio.& obliga. l. ex maleficio.§.*1. Sed
16 pone. Statutum † est in ciuitate, quod nullus
ducat vinum sub pœna amissionis vini. Modo
quidam extraneus ducit saumatam vini: quæri-
tur,an incidat in pœnam. *Albertus de Cremona* di-
xit quod non,quia nec ductor,nec vinum,nec be-
stia,nec dolia, in quibus vinum portauit, sunt de
iurisdictione ciuitatis,quia ciuitas potest impo-
nere bannum,& imponere legem hominibus &
rebus ciuitatis & ciuium, & non alijs. *arg.ff.de*
offi.procer.Cas.l.fin. poterunt tamen prohibere ap-
portantes,vel remittere res apportatas. Sed vtrũ
16 vna ciuitas † possit statuere, quod ciuis non va-
dat ad faciendum mercantias in alia ciuitate vel
loco,dic per *Bartolum in l.relegatorum.§.interdice-*
re.ff.de interdictis relegatis & deportatis. & *ff.de ca-*
17 *stren.peculio.l.ex castrensi.* Sed † pone, quod bladũ
ducitur per ciuitatem vbi est prohibitio, trans-
eundo ad alium locum, numquid ducentes pote-
runt puniri per potestatem dicti loci siue ciuita-
tis,qua transitur? Videtur, quod sic. *C.de ædific.*
pri.l.fin.§.si quis potest. vbi de hoc secundum *Al-*
bertum de Cremona. Super hoc vide *glossam extra.*
de his quæ fi.á præla. cap. cum Apostolica, super ver-
bo *alienare.* adde *l.bestias.ff.de pœnis.* & adde quæ
dixi infra *collatione* 10. *cap.hauents accio.*
18 Sed † pone,quod aliquis dicat se absentem fuis-
se tempore banni missi per ciuitatem,quod victualia
non portentur extra ciuitatem: quæro, numquid
excusetur à pœna iste talis, si venerit contra bã-
num? Videtur quod sic. *ff.quæ sententia sine appel-*
latione.l.fin. & *extra,qui matrim. ac.poss. cap. vltimo.*
quod est verum,si probet tunc se fuisse absentem;
19 alias contra est. Sed † si dicat, se tunc fuisse vel
in horto,vel in vinea, non excusatur. *ff. de procu-*
ratoribus.l.præsens. & *l.seq.* & hoc si præceptum
erat per vnam diem ante.vide per *Archi.in Rosa-*
rio.16.di. cap. quod dicitis. & per.*Roff. Beneuent. in*
libellis iuris ciuilis Rubrica. si quis ius dicenti non
temperauerit. §. Item illud quæritur. ecce bannum.
Vbi dicit inter cætera,quod si vellet dicere,se il-
lo die fuisse absentem, quo bannum fuit mis-
sum,& propterea illud audire non potuisse, au-
diretur,& excusaretur à pœna: vt argumen. *C.de*
contrahen.& com.stip. l.optimam. & eo casu atten-
ditur *l. fin. de decre.ab ordin.fact.* Et quod dicitur
quod sufficit,si sit voce præconis citatus: verum
dicit, quando præco mittitur per totam ciuita-
tem,& tunc credit nullum à banno excusari. vi-
de etiam *glossam in cap. proposuisti.* 82. *di.* vide, &
adde omnino quę scripsi *in curia domini Ferdinan-*
*di infra collatione 9. cap.*1. *Enuers la honor, &c.* su-
per verbo *ignorantia.vers.Item nota,quod non est in-*
20 *sta ignorantia,&c.* Et † non præsumitur ignoran-
tia eius quod palam fit,seu factum est. *ff de institu-*
ria.l.sed si pupillus. §.de quo palam. vide quæ no-
tat *Petrus de Saromira in vsatico, Si quis Iudæo.* Sed
21 tene quę hic scripsi. ¶ Vlterius † circa hãc ma-
teriam pone, quod aliquis sit inuentus cum equo
in via portare bladum, vel alia vetita per formã
banni,vel statuti portari extra districtum:quæri-
tur, numquid isto talis portãs res vetitas, ex hoc
possit & debeat puniri? Videtur quod sic,per *l.*
C. de seruis fugitiuis.l.fugitiui.C. ad l.Corneliam.de
sicar. l.is qui.§.in bello. quod est verum, si confitea-
tur,vel alias probetur, quod ille portabat res il-
las extra. Sed si neget,& dicat se portare res illas
ad molendinum,vel villam: & illa sit via quæ tẽ-
dit ad primum molendinum, vel villam; & benę
sit hoc verisimile,non punitur.Sed pone,quod sit
inuentus in limine territorij, vt vix ipsum nega-
re sufficiat,tunc tenebitur. vt *C.de pœnis.l.qui sen-*
tentiam. Nam iudex, qui de hoc cognoscit, debet
esse circumspectus, vt inspiciat qualitatem per-
sonæ,& an villa,vel molendinum, ad quæ dicit
se ire,sint vicina,vel non: vel an sit verisimile, se
ire ad dicta loca,vel non. *arg. ff.de incendio, ruina.*
naufragio.l.Pedius. §.penult.in fi. & *ff.de pœnis.l.re-*
spiciendum.& *ff.de quæstionibus.l. de minore.§.penult.*
22 Et hoc sentit *Gui.* Est tamen sciendum, † quod
error iuris excusat à dolo,& pœna banni. Sed est
valde difficile probare talẽ errorem. *Angel.* tamẽ
in *l.sed & si. §.si ire.ff.de peti.haredi.* credit suffice-
re,si inuadens consuluit peritiores,per *glo.l.si quis*
in tantam. quæ dicit,rusticũ & militem excusari à
pœna illius legis.& per notata per *Bart. in l.1.§.*
non autem.ff.si quis test.liber iussus. vbi ponit de tur
bante aliquem in possessione,an excusetur à pœ-
na statuti propter iuris errorẽ,vel causã probabi
lẽ,vide *Doct. in l.in omni parte.ff.de iuris & fac.igno.*
23 Sed † quid si illę qui portat res per bannũ pro-
hibitas sit deprehensus in itinere, quasi in cõfini-
bus,& dicat se pœnitere portare res illas vetitas,
nũquid excusatur à pœna banni. *Hub.de Bo.* dixit
istũ puniendũ,sed non in tantũ,ac si cũ effectu res
vetitas portasset extra districtũ,quia tunc nõ tan-
tũ delinquit,& pœna dari debet pro modo deli-
cti,vt dicit *Tancred.* 15.*dist. c. si quis monachus.* &
ff.de incen.ruin.nauf.l.Pedius.C.de test.l.nullum.in fi.
& *C.de pœnis.l.sancimus.* & *ff.de pœnis. l. respiciendũ.*
vnde de hoc non tantũ debet puniri,quia nõ fecit
conta statutũ,nã nõ portauit bladũ extra districtũ.
arg.ff.de pœnis.l.si aliquis alma.§.quod. Vnde in hoc
casu,

casu, si pœna statuta erat, quod perderet bladū, & condemnaretur in decem libris, sufficit quod in alterutro puniatur: quia interpretatione legum pœnæ veniunt molliendæ. *ff. de pœnis. l. interpreta-*
24 *tione.* Nec † obstat *C. de seruis fugit. l. fugitiui.* quia nō dicitur, quod tales fugitiui debeāt perdere vitā, si deprehendantur in itinere, vt dicā infra. Imo dic, quod mitius puniatur: ideo lex illa facit pro ista sententia *Huerti,* iuxta *Alber.* Si statutū punit portantes bladum, vt boues publicentur, an publicentur boues dñi ignorantis, vide *Butri. in l. Arrian. C. de heret. & iex. ec. tit. l. quicumque.* Sed quid si aliqui faciāt contra prohibitionem, siue diuetū, vel bannum, de licētia potestatis, nūquid incidunt in pœnā? *Huber. de Bo.* dixit quod sic. *ar. ff. de ost. cio procon. l. i. solēt.* super verbo, *inconsulto.* nā nō potuit præiudicare licentiā præstantis, sine licentia consiliariorū, sicut ibi dicitur de principe: & hoc credo verū de bānis positis per statuta Cōsiliariorum, siue Iuratorū, & Rectorum ciuitatis. *ar. extra. de reg. iuris. c. omnis res. & eo. tit. c. q omnes tangit. l. 6.* Secus si bannū à solo Vicario, vel Potestate esset appositū, per eadē cap. & iura. ad idē *ff. de reg. iuris. l. nihil tā naturale.* Præterea circa istā
25 materiā quæro. Pone † cōtineri in statuto, quod extra ciuitatem vel districtum non portetur bladū, vel alia, sub pœna amissionis rerū, & bestiarum, super quibus portarentur, quæritur, nūquid forenses portantes: & facientes contra formā bāni & statuti, incidant in bannum, siue pœnam ipsius statuti. Breuiter dico, quod forensis veniens contra constitutionem & prohibitionem prædictam, perdit res, sciat, vel ignoret statutum, secūdum *Gui. de Sud.* sed si ignorauit, excusatur ab alia pœna: si autem sciuit statutum esse, tunc etiam in alia pœna punitur. Secundum autem opinionem aliorum punitur, & non punitur in aliquo, habita distinctione sciuerit: nam si ignorauerit, quod præsumitur in dubio, non punitur in aliquo: vt *l. iubemus. ad fi. C. de testament. & ff. de decretis ab ordi. faci. l. fin.* Et hoc in ijs, quæ à iure communi non sunt prohibita, vt extrahere bladum de terra, vel similibus; secus autem in alijs prohibitis à iure communi, secundum *Albertum de Cremona in tractatu maleficiorum. Rubrica, De multis quæstionibus extrauagantibus in maleficijs occurrentibus. in secunda parte Rubrica. cap. Dictum est supra.* vbi est *Rubricella de rebus vetitis extra territorium non portandis.* Et
26 vide ibi, vtrum † in lege municipali possit procedi de similibus ad similia. Et breuiter dic, quod non, si statutum est contra ius commune. *ff. de le-*
27 *gi. l. de quibus. & l. quod non ratione.* alias sic; cum ratio diuersitatis reddi non possit. *ff. de liberis & posthumis. l. posthumus. & ff. de verb. oblig. l. ait le.* ¶ Vide ibi etiam, vtrum minor excusetur à banno. ¶ Et
28 si † simul portentur licita, & illicita, siue prohibita, an bona licita debeant publicari propter illicita. vide vbi supra, & ibi ponuntur aliæ quæstiones ad præsentem materiam facientes. & adde quæ notantur infra *cap. 37. §. Vlterius nota.* & iunge quæ notantur *in spe. in 4. parte. tit. de constitut. ver. s. pon: erg. ç. statutū fit.* &c. adde quæ scripsi infra *collatione 6. curia Perpiniani. cap. 1.* Quarto,
29 statutum punit aliquod maleficium, an † accusatio ex ipso statuto sit publica, vel priuata? *Glossa* tenet, quod priuata, vt notatur *ff. de concussio. l. 1.* & ibi tangit *Bart.* quod dic latius per eū in *l. 1. ff. de publi. iudi.*

De immunitate Clericorum & Militum, ac de iure lezdarum. Capitulum XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Clerici & milites non soluunt lezdam nec pedagium de redditibus suis proprijs, dummodo non fiat fraus, nec mercatura de illis.*
2 *Ciues habentes priuilegium, vel consuetudinem nō soluunt lezdam de proprijs.*
3 *Clerici soluunt lezdam de mercatura, & de alijs negotiationibus.*
4 *Episcopus an Baiulus generalis compellat clericos ad soluendum lezdam de mercaturis, traditur.*
5 *Pedagium de quibus rebus soluendum, & à quo imponēdum, traditur.*

1 ITem *quod clerici & milites,* &c. Clerici † & milites habent immunitatem non soluendi lezdas, pedagia, vel cuzols de redditibus suis proprijs, dummodo de eis non fiat mercatura, vel fraus. Hoc dicit. Et adde quæ dixi supra *collat. 2. c. 39. Statuimus etiam, quod Ecclesiastica persona. & c.*
2 *40. Item quod ciues.* Vbi additur † de ciuibus, & alijs priuilegio vel consuetudine immunitatē habentibus, prout habent ciues Gerundæ, & homines Bisulduni, & plures alij. Nota ergo, quod cle-
3 rici de mercatura soluunt lezdas, vt hic: idem de alijs negotiationibus si nō destiterint tertio moniti, vt *extra. de vita & ho. cleri. c. ex literis.* vide ibi lecta & notata per *glos. Henri.* & alios *Doct.* moder-
4 nos. Sed quis cōpellet clericos ad soluendū lezdas de corū mercaturis? videtur quod Episcopus, vt *extra de foro compe. c. nullus. & c. si diligenti. & C. de Epis. & cleri. auth. statuimus. cū si.* Sed dic, φ in ipsis mercaturis fiet executio per baiulū generalem ex regalia principis, & ita vtitur. Facit *11. q. 1. c. si tributum.* & quod ibi notat in fi. *glos.* quæ est super verbo *potestatem.* & vide *in spe. tit. de loca. §. nunc aliqua. vers. quartodecimo quæritur.* adde quæ notat *Io. de Imola in Cle. præsenti de censibus.* super
5 verbo *non negotiandi.* Et de † quibus rebus debeat solui pedagium, & quis possit imponere, & plene de hac materia vide *Henricum Boich extra, de censibus, c. innouamus.* adde quæ dixi infra *collat. 6. curia Montissoni. cap. præcipimus.*

De Vicario Rippecursiç. Cap. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Vicaria Rippecursiæ quo se extendat, traditur.*
2 *Citatus de loco, in quo seruantur constitutiones Cathaloniæ, per Vicarium Rippecursiæ, debet per eum secundum illas iudicari; & si citatus fuerit de loco Aragonum, debebit iudicari iuxta foros dicti Regni.*
3 *Actor sequi debet forum rei.*
4 *Consuetudo loci in iudicijs attenditur.*

5 *Index in decidendo & puniendo an sequatur consuetudinem loci delicti, resoluitur.*
6 *Consuetudo probatur per duas sententias.*
7 *Consuetudo vt praeiudicet, quae requirantur, remissiue.*
8 *Iudex appellationis sequitur statuta & consuetudines loci iudicis primitiui.*
9 *Iudex primitiuus exequitur poenas corporales.*
10 *Statutum induci non potest, vt offendēs ciuem extra districtum ciuitatis, puniatur in ciuitate; & quomodo contra offendentem procedi possit, traditur num. 11.*
12 *Statutum disponens bona forensis delinquentis in territorio, dummodo sita sint in dicto territorio, publicari valet.*
13 *Publicatio bonorum forensis quomodo fiat, traditur.*
14 *Vicarij nequeūt esse oriundi, nec domiciliati Vicariae.*

I*Tem volumus, & ordinamus, & statuimus, quod si*
1 *Vicarius de Rippacursia*, &c. Vicaria † Rippecursiae se extendit partim ad loca Cathaloniae, & partim ad loca, quae reguntur per foros Aragoniae, vt mihi videtur, quia non sum expertus illius Vicariae. Et hoc supposito, habes in hac cō-
2 stitutione, quod † si Vicarius Rippecursiae ad cuiusuis querelam citauerit, & in ius vocauerit aliquem de locis suae Vicariae, in quibus seruentur consuetudines, vsatici, & iura Cathaloniae, quod ille in ius vocatus debet iudicari secundū vsaticos Barcinonę, & constitutiones, consuetudines, & iura Cathaloniae: & si forte ille citatus fuerit de Aragonia, vel de locis, vbi solent seruari fori, & iudicari secundum foros, tunc Vicarius in causa ista iudicabit secundum ipsos foros. Hocq.
3 videtur iuri consonum: quia † actor sequitur forum rei. 11. q. 1. cap. experientiae. & *extra de foro cō-*
4 *petenti.* cum sit generale: ideo attenditur † consuetudo conuenti, & loci vnde est. Faciunt notata per *Ioannem de Imola in Clem. Sape.* super verbo, *vsus longaeuus. in Cle.* & per *Innocent. super rubrica*
5 *de consuetudine.* ¶ Sed nota, quod † iudex in decidendo & puniendo sequitur consuetudinē loci delicti commissi, secundum Innocentium, & habetur infra cap. proximo: sed in cognoscendo & procedendo sequitur consuetudinem suam, id est loci ipsius iudicis, secundum Oldradum. Primum est verum, si imploratur actio, vel accusatio sed si imploratur officium iudicis, iudex sequitur legem suam, quae dat sibi iurisdictionem & officium. vt notatur *in l. 2. ff. de eo quod certo loco.* praesertim si officium residet in iudice, non in parte: vt officium inquirendi: ideoque secundum statuta sua inquirit de delicto commisso extra territorium, quia in hoc exercetur mero officio, quia est magis via procedendi, quam poena, vel decisio. Alij dicunt contra, quia nulla lege cauetur, quod de delicto extra territorium commisso possit inquiri: & quia cū extra delinquat, huius iudicis maiestas nō contēnitur. hoc tenet *Gui. de Sud. Cyn.* & *Bar.* tenent primā secundū *Bal.* super *Inno. ext.*
6 *in Rub. de consuetudine.* Vbi etiā nota, † quod non probatur consuetudinē esse per vnam sententiā, qua pronuntiatū est, consuetudinē sic esse, sed per
7 duas sententias. Et † quae requirantur ad hoc vt consuetudo praeiudicet; vide ibi per *Inno.* & adde quae notat *Io. Fab. insti. de iure naturali. §. ex nō scripto.* & quae dixi sup. *colla. 1. in 2. curia Barc. c. 3.* Itē
8 nota, † quod iudex in causa appellationis sequitur statuta & cōsuetudines primitiui iudicis: idcirco quia loco eius succedit: *l. penult. ff. iudicatum solui.* & ideo si in criminali appellatur, & confirmatur sententia, poena venit applicāda fisco, cuius iudex pronūtiauit, quod haec est lex illius iudicis, iuxta *Inno.* & *Bal.* vbi sup. Item etiā nota, ꝙ
9 executio poenę corporalis fit per iudicē primū, quia lex suae iurisdictionis id dicit. Ergo ipse debet reū detinere in carcere suo. Secus in eo ꝙ applicatur bursę partis, cui nō derogatur, quicūque exequatur. & dic vt in §. *qui prouocauit. l. tale pactū ff. de pact.* iuxta *Bal.* ibid. Ad hanc constitutionem faciunt lecta & notata *extra de foro compet. c. quod*
10 *clericis.* vide ibi. Vlterius nota, † quod nequit induci de consuetudine, vel per statutū, ꝙ forensis offendens ciuē extra districtū ciuitatis, possit cōdemnari & puniri in ciuitate, etiam in possessionibus existentibus in districtu ciuitatis. Si tamen
11 iudex † loci maleficij, seu in quo maleficium est commissum, denegat facere iustitiam, procedatur contra delinquentem iuxta formam *c. dñs noster.* 23. *q.* 2. & in constit. pacis, quae incipit *In Christi nomine*, edita apud Terraconā. §. *Item statuimus, ꝙ nullus miles.* de qua dixi *collat. 2. in 2. curia Barcino. c. 44. Item si de homine.* vide ibi. Imo est melius procedi sono emisso, crimine fragrante, iuxta practicā constitutionum soni emissi in hac patria. Sed
12 bene † valeret statutum, quod de directo disponeret super rebus delinquentis existētibus infra districtum. Puta si statutum dicit, quod bona cuiuslibet forensis existentia in territorio ciuitatis publicentur, si forēsis ciuem offenderit. Oportet
13 tamen † quod per iudicē cōpetentem super maleficio feratur sententia, antequā per iudicē ciuitatis confiscatio & incorporatio fieri posset, iuxta *Bal. super Inno. ext. de foro compe. c. postulasti.* Et adde quae notantur supra *c. 35. de materia bannorum & statutorum.* Et faciunt haec pro ordinationibus iuratorum, & tabbis impositionum. Et de mate-
14 ria huius cap. loquitur cap. sequens. Nota † tamen, quod Vicarij non debent esse oriūdi, vel domiciliati eiusdē Vicariae, vt infra *colla. 5. cur. Mōtisalbi. c. 13. Item statuimus, vt omnis suspicio*, &c.

De eodem. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Forum loci delicti sortitur delinquens.*
2 *Vicarius Rippacursiae, siue ex officio, siue ad partis instantiam debet iudicare secundum leges, vel consuetudines Regni, cuius domiciliatus fuerit delinquens.*
3 *Charta pacis ad quae loca olim extendebatur, traditur.*

I*Tem quod si dictus Vicarius procederet ex officio*, &c. Cap. praeced. dixit, quod quādo Vicarius Rippecursiae procederet contra aliquem ad querelā alicuius: hic dicit, ꝙ quando ex officio procedit ratione maleficij. Et pręsens cap. hoc intendit. Iudican-

1 dicandus † est aliquis secundum legem & consuetudinem domicilij, nisi quando commisit maleficium alibi, tunc enim iudicabitur secundum forum & consuetudinem loci delicti. Hoc dicit. vsque ad §. *Et mandamus*, ibi dicitur, quod Vicarius Rippecursiæ debet seruare chartam pacis â Montesono vsq. ad collem de Panissas. Hoc di-
2 cit. Repete hic quæ dixi sup. c. proxi. Et † nota hic, quod quando iste Vicarius Rippecursiæ ex suo officio procedit contra aliquem domiciliatũ, inquirendo in loco fori ratione maleficij, debet seruare foros, & illum iudicare secundum forum, nisi quando deliquisset in loco vbi seruantur vsatici Barcino. ac constitutiones & consuetudines Cathaloniæ. Sic & è conuerso, quando iste Vicarius ex officio procedit contra aliquem populatũ in loco vbi seruantur consuetudines & vsatici Barcin. debet iudicare ad consuetudinem, nisi maleficium esset commissum in loco fori. Et ita regulariter debet attendi consuetudo domicilij. At ratione delicti alibi cõmissi sortitur quis forum, & iudicatur iuxta legẽ & cõsuetudinem fori vbi delictum est cõmissum, vt hic patet. Vltimo no-
3 ta: † quod charta pacis olim extendebatur solum ad collem de Panissas, hodie vero extenditur vsque ad Salsas: & antiquitus â Salsis vsque ad riuũ de Vlldecona, & â mari vsque ad Montemsonũ.

De pignoribus. Cap. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Animalia aratoria & instrumenta agriculturæ non pignorantur pro debito, & de ratione ibidem.*
2 *Barones, seu officiales Baronum pignorare non possunt pro debito animalia aratoria, & instrumẽta culturæ.*
3 *Animalia aratoria & instrumenta culturæ pignorãtur de voluntate debitoris. & nu. 24. idẽ si fuerint specialiter obligata per dictum debitorem. & nu. 4. contrarium nu. 6. & 23.*
5 *Animalia aratoria & instrumenta arandi non veniunt in generali obligatione.*
7 *Constitutiones censualium non operantur, vt animalia aratoria comprehendantur sub obligatione.*
8 *Capiens boues arantes est infamis.*
9 *Animalia aratoria non capiuntur pro debito, etiam in subsidium in defectum aliorum bonorum.*
10 *Animalia aratoria capi possunt pro delicto. & nu. 25.*
11 *Clausula generalis nõ comprehendit maiora expressis.*
12 *Casus, in quibus per generales cõstitutiones prohibetur pignorari, traduntur. cum numeris sequentibus, vsq. ad num. 18. & 20.*
19 *Animalia aratoria capi possunt pro talia.*
21 *Res pignorata impignorari per creditorem non potest vltra tres dies.*
22 *Vsusfructus & decima an possint pignorari, traditur remissiue.*

ITem, quod porterius, vel alius officialis noster non possit pignorare animalia aratoria, &c. Casus.
1 Animalia † & alia instrumenta agriculturæ nullatenus possunt per officiales Regios pignorari. Hoc dicit. Ratio huius fuit vtilitas publica, vti notatur *C. de agris & censi. l. 1. lib. 11. in glos.* super verbo, *trahantur*. & confirmatur etiam præsens capitulum infra *eadem collat. in curia proxima. cap. 25.* vbi apponitur pœna officiali contrafacienti. vi-
2 de ibi. ¶ Nota textum, ibi: *officialis noster*. ergo † secus videtur de alijs officialibus baronum. *arg. l. cum prætor. ff. de iudi. & extra de præsup. cap. nonne.* Sed credo idem de omnibus, iuxta constitutionẽ pacis & treugæ, quæ hic videtur confirmari: & in omnibus est eadem ratio agriculturæ, & idem est de iure cõmuni: vt *C. quæ res pig. vel hypotec. ob. po. l. executores.* vide ibi *Cyn.* qui dicit, quod non possunt pignorari nisi cum fundo. vide quæ dixi in vsatico, *Sacramenta rustici.* & adde quæ leguntur, & notantur in *authen. agricultores.* quę est posita super *l. pignorum. C. quæ res pigno. obli. possunt, vel nõ.* ad idem in *authen. vt nullus mutuans agri.* Sed in eo,
3 quod textus dicit, *officialis*, videtur secus, si † propria voluntate debitoris obligentur & pignorẽtur, vt notat *glos. in allegata l. pignorum*, per dictam *authen. vt nullus mutuans.* idem probat textus dictę *l. pignorum*, qui dicit, *auferri.* & in dicta *auth. agricultores.* vbi dicitur, *inuadere, rapere, violenter auferre.* & ibi sequitur: *Si quis autem statutum huiusmodi temerario ausu violare præsumpserit, in quadruplum ablata restituat. &c.* Secus † ergo, si per partẽ
4 debitricem fuerit specialiter & sponte, obligata & impignorata, & ita in instrumentis censualiũ, & violariorum, & alijs obseruari videmus. Sed
5 tamen huiusmodi animalia aratoria, & alia instrumenta arandi non veniunt in generali obligatione; quemadmodum dixi de animalibus & arnesijs militum supra *collat. 2. cap. 49. Item quod ani-*
6 *malia militum*, &c. vide ibi. Imo dicas, † quod animalia aratoria & instrumenta arandi nullo modo possunt pignorari, vel capi, etiãsi fuerint specialiter obligata, vt in cõstitutione pacis & treugæ, quæ incipit: *In Christi nomine sit omnibus manifestum. §. Item nullus homo animalia aratoria, &c.* Et forsan nec pro censualibus vel violarijs debent
7 capi: nec † obstat constitutio censualiũ, per quã non est verisimile, quod vnico verbo tollatur huiusmodi constitutiones pro publica vtilitate tot vigilijs factæ, *arg. l. si quando. C. de inoffi. testamento.* Et prædictas leges intellige pro debito, secus si
8 pro delicto. Et nota, † quod boues arantes capiẽs est infamis, in *vsi. feu. de not. feu. § agricultores. & in authent. inde sumpta. C. quæ res pig. ob. po. superius alleg.* adde notata per *glos. & Doct. in cap. fin. extra. de treu. & pace.* Sed §. dictæ constit. loquitur generaliter, etiamsi debito vel delicto rustici, vel dñi, & etiãsi specialiter pignorentur, vt ibi dicitur: quæ constitutio pacis hic confirmatur, dum dicitur, *eo quod non debet fieri secundum constitutionem pacis &*
9 *treugæ.* Sed † nũquid poterunt capi aratoria, vbi debitor non habet alia bona? Et forte videtur ꝙ non, vt hic, & in cõstitutione pacis. §. *Item nullus homo animalia aratoria. & ar. C. quæ res pigno. vel hypo. ob. non pos. l. executores. & l. spẽ præmiorum. Arg. contra C. de execut. rei iudi. l. stipendia.* & quæ scripsi supra *collat. 2. in curia 2. Barcinona cap. 49. Itẽ quod animali*

animalia militum.in q. Sed quid si miles forsan, &c. Primam credo per hanc constitutionem,& in allegato §.*Item nullus homo*,vbi dicit,*etiamsi sint specialiter obligata*;& sit hoc speciale fauore necessi-
10 tatis,& vtilitatis totius Reipublicæ.Sed † cum manso vel gleba possunt vendi,vt in vsatico,*Sacramenta rustici*. vide quæ ibi notantur super verbo, *cum pari boum*, & sic transirent cum vniuersitate: sicuti dicimus in simili de iure patronatus Ecclesiæ. *extra.de iure patronatus.c.ex literis*.& dixi in *c.hac nostra.infra collat.6.curia Perpiniani*.Sed numquid pro maleficio poterunt huius animalia & instrumenta arandi, & etiam militaria per curiam capi & pignorari? Videtur quod non: nã hæc constitutio generaliter subdit, *nec aliqua ratione*.credo tamen contra per dictum §. *Item nullus homo*.& est ratio,quia delictum nemini præstat immunitatem, & reatus omnem excludit honorem.*C.vbi senatores.l.*1. Et si pro crimine caperetur persona rustici,bubulci, iouerij, vel alterius delinquentis:ergo fortius eius boues aratorij, & alia animalia, atque instrumenta arandi, & agriculturæ:sicut & cætera omnia bona delinquentis poterunt per curiam describi & annotari , iuxta notata infra in curia Gerundæ cap.27.in fine: & hoc,quia Reipublicæ valde interest , ne crimina maneant impunita. *ff.ad l. Aquil. l. ita vulneratus.* non obstat prædicta clausula generalis , scilicet, *nec aliqua ratione*,quia intelligitur de ciuili: quia præmisso de debito & albergis, sequitur, *nec aliqua ratione*;intelligo,simili scilicet,non tamẽ maiori,scilicet criminis ratione, quod maius est, &
11 clausula † generalis non comprehendit maiora, iuxta notata *extra,de rescriptis. c.cum in multis.lib.* 6.& *in Clem.non potest.de procura.* vide ibi *Ioan. de Imola*.nec ea venient, de quibus non est verisimile.vt in *cap.in generali.extra de regulis iuris. lib.6.* vbi de hoc. Sed adhuc videtur obstare, quia etiã premisit, *nec pro hoste*. Verumtamen de animalibus aratorijs dic vt in allegato §.*Item quod nullus homo*. de alijs instrumentis dic vt dicam infra. In
12 summa collige hic † casus, quibus per generales constitutiones Cathaloniæ est prohibitum pig-
13 norari, Primo † ratione militiæ,vt in allegato *c.*
14 *Item quod animalia militum*,&c.Secundo, † ratione agriculturæ:vt in hac constitutione, & in antiqua constitutione pacis domini Ildefonsi edita apud Barbastrum. §.*Sub eodem præcepto*. & in alia constitutione domini Iacobi Regis edita apud Terraconam. §.*Item quod nullus homo animalia ara-*
15 *toria*.& in alijs iuribus præallegatis. Tertio † prohibetur pignorari equa pregnans, & etiã quamdiu fuerit apta ad pullinandum: vt infra in *curia Ceruariæ,c.21.Ordinamus præterea.* §.*Quodq. etiam*
16 *equa*.Quarto † prohibentur pignora fieri pro iuris firma,nisi pro batallia,& pro pace & treugis. vt infra *ead.colla.in 2.curia Barcin.c.21. Item quod*
17 *omnis firma*.vbi de hoc.Quinto † etiam prohibetur monasterium pignorari, vel hypothecæ dari:
18 vt in vsat.*nemini*. Sexto † prohibentur etiã pig-
19 norari sigilla domini Regis.vt su.*c*.5. Sed † quod dictum est,animalia aratoria non posse pignorari & capi, fallit quando reperiuntur in tala , quia dominus talæ auctoritate propria poterit illa capere,& tam diu ea tenere,donec ei fuerit cautum & satisfactum à dominis animalium , vt in cõstitutione pacis, *Anno Domini*. §.*insuper pro hoc. l. rati.ff.de incen.naufrag*.vbi de hoc. arg.contra in *l. quamuis ad l. Aquil.* Cætera dic per *Azo.in Summa*
20 *C.quæ res pigno.ob.pos.*Item † adde casum *extra.de pig.cap.*1.vbi prohibentur pignorari calix, patena,& cætera bona Ecclesiæ, alicui laico, nisi pro iustissima causa necessitatis, puta,pro redimẽdis captiuis.vt ibi notatur latius. Vltimo notandũ
21 est, † quod licet res pignorata per creditorem possit reinpignorari alij,hoc tamen non licet vltra tres dies,secundum *Gui.in spe.tit.de pigno.*§.1. *vers.sed cum pignus*.&c. & ita potest limitari.*C.si*
22 *pignus pignorari datum sit*. Numquid † autem vsusfructus & decima possint pignorari, vide *in spe. vbi supra.vers.sed numquid*.& *vers.Quid de decima.* In tex.ibi,*secundum constitutionem pacis & treugæ, quæ incipit:In Christi nomine sit omnibus manifestum, quod nos Iacobus*,&c.dat. Barcino. 12.Kal. Ianuarij,anno Domini 1228.in qua est §.sequens: *Itẽ, quod nullus homo animalia aratoria, vel instrumenta arandi pro proprio debito,vel alieno,nec pro debito,& delicto dominorum suorum pignoret,vel capiat, etiam si*
23 *fuerint specialiter obligata*.Ecce † per hunc §. qui hic confirmatur,habemus clarum, quod curia,nec quiuis alius potest pignorare vel capere animalia,iouerios , & alia instrumenta arandi, etiamsi sint specialiter obligata. Non tamen prohibet,
24 quin † dominus possit pro obligatione sponte tradere sua animalia & instrumenta: & ita intelligi possunt glossa & iura præallegata. Habemus etiam clarum,quod non possunt capi pro delicto
25 vel debito domini rustici. Sed † forte pro delicto rustici poterunt capi,saltem in subsidium,iuxta ea quæ dixi sup.in *q.Sed nunquid pro maleficio.* &c.vide constitutionem dñi Ildefonsi editã apud Barbastrum,sub eodem §.*Præcepto*.

Capitulum XXXX.

SVMMARIVM.

1 *Officialis intrans in regimine officij sui antea quæ debeat facere, traditur.*
2 *Forma introducta per constitutiones prætermitti non potest.*
3 *Officialis exercens officium ante præstitum iuramentũ, & datam cautionem,vt priuatus est puniendus.*
4 *Præconizatio facienda ante introitũ regiminis officialis quomodo facienda,& ad quos effectus,traditur.*

ITem quod quotiescumque Vicarius,Curia,vel Baiulus
1 venerit nouiter in officio,&c.Casus. † Quando officialis nouiter vult intrare regimen officij sibi commissi,debet ante per vnam diem proclama fieri voce præconis per ciuitatem,vel villam, vbi est caput & tribunal illius officij, quod omnes veniant ad videndum ipsum officialem iurare secundũ formam consuetã de administrando

do

do iustitiam. Hoc dicit. ¶ Forma iuramenti Vicarij habetur supra *colla. 1. cap. hæc est forma*; sed de illa non loquitur hic, quia illa præstatur domino Regi, quando traditur commissio officij. Sed loquitur hic de forma iuramenti illorum trium, quę specialiter iurant omnes officiales, de quibus habetur supra *colla. proxi. cap. 3. Item ordinamus, & statuimus, quod officialis quando intrabit*, &c. vide quæ ibi dixi. Item debent, quando ipsum iuramentum præstant, assecurare facere ius conquerentibus in tabula. vt supra *colla. 3. cap. 5*. Est etiã alia forma consueta in qualibet curia, vbi multa alia specialiter iurant, & assecurant; & specialiter Gerundę iurat Vicarius coram Episcopo Gerunden. seu eius Vicario, & Officiali; à quo recipit sententiam excommunicationis in certis casibus, si in illis fuerit negligens. Et de qualibet forma in quacunq. curia consueta etiam intelli-
2 gitur hoc cap. non † tamen debet prætermitti forma quæ habetur per constitutiones generales Ca-
3 thaloniæ. Et si forsan † aliquis officio sibi commisso vteretur ante præstitum iuramentum, & cautionẽ prædictam, debet puniri ac si esset persona priuata, quæ officio vti præsumeret: vt infra *ead. colla. 4. in tertia curia Barcino. cap. 16. Item ordinamus super capitulis §. Et pro eo quia aliqui Vicarij*,
4 &c. Et credo, † quod huiusmodi proclama, siue præconitzatio emittatur vocando omnes generaliter: vt qui velint possint se opponere contra illum officialem, ne admittatur, si forsan fuerit de bando; vel non fuerit à tabula, quam teneret absolutus; vel esset aliqua legitima exceptio à iure, vel constitutionibus, propter quam deberet repelli: & si non venerit quis, vel se non opposuerit, præiudicabitur eis, iuxta notata per *Inno.* & *Hostien.* ac dominũ *Ant. de Butrio extra de excep. cap. dilecti*, & per *Gui. in spe. tit. de citatione. §. sequitur. vers. quid si non præfixeris.* cũ *vers. seq. & in quæstione Rotæ* 4200. Quod credo verum in ijs, quæ solum impedirent, & non decerent iam promotum; secus in ijs, quę admissum remouerent per constitutiones Cathalonię, quia facta contra leges, & constitutiones debent reuocari, & pro infectis haberi: vt *C. de le. l. non dubium*, & 25. *q. 2. cap. Imperiali*. & adde quæ notantur supra *colla. proxi. cap. 8.* cum suis concordantijs. Et sic etiam prædicta præconitzatio, ad finem, vt videatur, si fideiussores dederit sufficientes, & qualiter iurauerit, vt sic ab omnibus indubitanter possit pro officiali haberi. Et ideo post præstitum iuramentum huiusmodi, & datam securitatem, emittitur alia præconitzatio de consuetudine, per quam pręconitzationem fit notum omnibus, qualiter ille officialis iurauit, assecurauit, & est admissus ad regimen illius officij. Ita, quod de cætero pro tali officiali ab omnibus habeatur: ad prædicta faciunt *extra de iureiuran. cap. venientes.* & in *authen. iusiurandum, quod præstatur ab ijs*: & quę notantur supra *colla. 1. in forma iuramenti Vicarij.* & supra *colla. 3. cap. 3.*

De curijs generalibus. Cap. XXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Rex debet tenere curiam generalem Cathalanis quolibet anno.*

2 *Rex bonus debet quolibet anno visitare suam terram.*

1 ITẽ, *quod nos, & nostri successores*, &c. Dicitur † hic, quod dominus Rex teneat curiam generalem Cathalanis quolibet anno: de quo vide latius supra *colla. 2. cap. Item, quod semel in anno.* & melius ad saturitatem in quodam tractatu, quem composuit dominus *Iacobus de Calicio*: & vocauit, *Extragrauatorium curiarum*, siue *senem Curialem*, quem nouiter vidi: sed quia ego nunquam intraui talem curiam, ideo non curo aliter tractare. Et
2 nota, † quod Rex bonus debet terram suam visitare, & singulis annis circuire, & boni prælati suas diœceses: vide in *1. Regum 7. cap. 2. in historia, cap. quod attendens sanum, vers. iudicabat, & extra de officio Archi. cap. mandamus.*

Capitulum XXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Breuis est littera, vide pro vt in ea.*

1 ITem *ordinamus, & statuimus*, † *quod in aliquo tempore Regnum insulæ Maioricarum, Iuissæ, Minoricarum, & aliæ insulæ*, &c. De materia huius capituli satis dixi supra *colla. proxi. cap. 33. Item ordinamus, quod vllo tempore*, &c. & vide latius infra *colla. 7. in curia Dertusæ. cap. postremo.*

Capitulum. XXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Rex Iacobus confirmat capitula curiarum.*

PRædicta *siquidem capitula*. &c. Hic dominus
1 Rex † Iacobus II. firmat, & concedit dicta 42. capitula huius suæ primę curiæ Barcino. & mandat ea seruari. Et iurat ipse seruare, & non contrafacere, per firmam stipulationem in ciuitate Barcino. in domo Minorum die 10. Kalendas Aprilis, anno Domini 1291. Regnorum Aragonię primo, & Sicilię sexto. Et est finis huius curię. Deo gratias. Nota tamen, quod iste Rex Iacobus primo fuit Rex Siciliæ quam Aragoniæ? Sed dominus Alfonsus Dei gratia nunc regnans est Rex vtriusq. Siciliæ citra, & vltra Farum, &c.

SEQVITVR SECVNDA CVRIA Barcino. dicti domini Regis Iacobi II. quæ continebat 60. constitutiones siue capitula, quorum primum incipit.

Capitulum I.

SVMMARIVM.

1 *Confirmantur tres curiæ, quæ memorantur hic.*

IN *nomine Domini nostri Iesu Christi, præsentis instrumenti testimonio liqueat vniuersis, quod cum nos, Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, & Murciæ, Comesq. Barcino. ac Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Admiratus, & Capitaneus generalis, Intendentes ad pacem, & iustitiam, ac tranquillitatem, & bonum statum totius terræ dominationis nostræ*, &c.

In

1 In hoc primo capitulo confirmantur † tres curiæ proximæ præcedentes, scilicet, curia Regis Petri II. & Regis Alfonsi II. & ipsiusmet Regis Iacobi II. & hoc solum dicit istud cap.

Qui tabulam assecurare tenentur. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij, & alij officiales, eorumq. locatenentes ante introitum officij debent assecurare cum fideiussoribus tabulam. limitatio traditur num. 2. & 6.*

3 *Pro curia in aliquibus locis nuncupatur officialis curia.*

4 *Curia sustinet vicem personæ.*

5 *Consules maris tenentur assecurare tabulam.*

7 *Officiales Regij in Cathalonia satisdant cum fideiussoribus idoneis.*

8 *Iudex recipiens minus idoneos fideiussores tenetur ad interesse.*

9 *Fiscus non tenetur satisdare.*

10 *Satisdatio de tenendo tabulam quæ contineat. traditur.*

11 *Officialis non inueniens fideiussores in loco officij nequit dare de loco alterius iurisdictionis.*

12 *Fideiussores idonei quinam sint, traditur.*

13 *Cautio iterum danda est, vbi fideiussor est non soluendo. limitatur num. 14.*

15 *Cautio sufficiens vix præstatur, cum præstatur pro incerto.*

16 *Limitatio firmat regulam in non exceptis.*

17 *Quæstio proposita contra officialem post depositum officium est terminanda intra viginti dies.*

PRimo, quod omnis Vicarius, & Subuicarius, &c.
1 Casus. Vicarij, † Subuicarij, Curia, Baiuli, Iudices ordinarij, & Assessores, Carcerarij, & omnes officiales, qui iurisdictione vtantur, & eorum locatenētes, in locis Regijs ad introitum eorum officiorum, antequam vti audeant, debent assecurare cum idoneis fideiussoribus de tenēdo tabulam; taliter, quod proceres illius loci de ipsa securi-
2 tate se teneant pro contentis. Excipiuntur † tamen Castellani, & eorum Baiuli. Hoc dicit. ¶ In
3 tex. ibi, *curia*, dic, idest, officiales curiæ, † qui quandoq. in aliquibus locis curia appellan-
4 tur; vt Illerdæ. Curia † enim vicem personæ sustinet. *ff. de fideiussor. l. mortuo.* sic Episcopus est in Ecclesia, & econuerso. 7. *q.* 1. *cap. scire debes.*
5 ¶ In tex. ibi, *iurisdictione vtantur*, ergo † consules maris, & similes, ad idem in curia dominæ Mariæ. *cap. contra constitutiones*, & ibi Deo duce dicam la-
6 tius. Fallit tamen † in Castellanis, & Baiulis de Sach. Item fallit in Baiulo generali, & eius locatenent. sed illi non sunt ordinarij locorum, sed sunt tantum causarum patrimonij Regij, quod non cōprehenditur in constitutione, nisi in quantum de eo specialiter cauetur.
7 ¶ Habemus † ergo hic expressum, quod officiales Regij in Cathalonia tenentur satisdare cum bonis fideiussoribus ad cognitionem procerum. Imo dicitur hic taliter, quod ipsi proceres se teneant pro contentis. Et quod hic dicitur de locatenent. & infra *ead. colla. in curia* 3. *Barcino. c.* 26. forte debet intelligi prout dixi infra *coll.* 5. *c.* 28.
8 Item † nota, quod iudex, qui recipit fideiussores minus idoneos, tenetur ad interesse, vt in *authen. generaliter. C. de Episcop. & cler.* & ibi notatur la-
9 tius per *Bal.* Nota † tamen, quod fiscus non tenetur satis dare, nec cauere: vt *l.* 1. §. *si ad fiscum. ff. vt l. no. cave.* & notantur in *Margarita fisci.* 3. *dubio.*
10 *vers.* 33. ¶ Circa † ista quęro, quid debeat continere ista securitas siue satisdatio de tabulam tenendo? Respondeo, quod ista satisdatio est illa, quæ præstatur à conuento persistendo in iudicio, & continue se præsentando, & iudicatum soluendo: & de hac materia legitur, & notatur *ff. qui sa-*
11 *tis. co. per totum.* Item † quæro, quid si non possit in loco officij reperire fideiussores, nunquid sufficiet dare de alio loco alterius iurisdictionis? Videtur quod sic: vt *ff. qui. sat. co. l. si fideiussor.* §. *si necessaria.* Contrarium credo per eandem *l. vers. sin autem satis voluntaria*: quia isti officiales voluntarie assumunt huiusmodi officia, & in hoc casu habet caueri ad voluntatem procerum, vt patet; alias distinguitur inter necessariam, & voluntariam: vt in dicta l. dic vt ibi notatur, adde quæ di-
12 cam in constitutione censualium. ¶ Quęro † etiā, qui fideiussores dicantur idonei? dico, quod ille dicitur fideiussor idoneus, qui est bene soluendo, & facilis conueniendo; vt *ff. eod. tit. le. fideiussor.* & fidelis, qui absq. litigio solueret: adde quæ notantur infra *c.* 21. vt *ff. de verb. obli. l. si quis stipulatus sit Stychum.* §. *si quis ita stipulatus fuerit pro centū*
13 *aureis. in fi. & l.* 2. *ff. de alie. mu. indi. ca. facta.* ¶ Et † si talis efficitur non soluendo, possum iterum petere vt caueant; *l. pretoria. ff. de præto. stip.* Secus
14 est † in conuentionali promissione. vt *l. pupilli. ff. de solutionibus.* Et quod littera dicit, *donec teneant se pro contentis*; intelligo sane; idest se tenere debeant rationabiliter pro contentis arbitrio boni
15 viri. Sed † quia vix potest in hoc casu præstari sufficiens cautio: cum prę stetur pro incerto, quod potest nimiū excedere; ideo littera dicit, *donec se teneant pro contentis*, & raro est, quod sufficiens præstetur in ijs. adde hic quæ scripsi infra *colla.* 5. *cap.* 18. vide etiam supra in *curia proxi. cap.* 4. In tex. ibi, *Castellani*, &c. in fi. adde sicut infra *c. proximo.* vide ibi. Item, quia isti excipiuntur soli,
16 videtur ergo † regula firma in ceteris. In tex. ibi: *per triginta dies*, hoc hodie est immutatum, infra *ead. colla. in* 3. *curia Bar. cap.* 7. *Item ordinamus de*
17 *consilio.* vide quę ibi dixi. Sed † de iure communi quæstio mota post depositum officium, infra viginti dies est terminanda, quamuis per quinquaginta dies expectari teneatur. vt in *authen. vt iudi. sine quoquo suffra.* §. *necessitate. colla.* 2. & *C. vt omnes tamen ciuiles*, &c.

De eodem, & de iudice tabulæ. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Officiales non tenent tabulam hodie nisi in fine triennij.*

2 *Inquisitores tabulæ tres esse debent, miles vnus seu de militari genere, ciuis seu burgensis alius, & tertius iurisperitus.*

3 *Officialis pendente inquisitione nequit ad officiū redire.*

Officiales

Item, quod omnis Vicarius, & Subuicarius, &c. Ista constitutio loquitur de tabula officialium, & diuiditur in partes septem. ¶ In prima dicit, quod officiales in fine sui regiminis teneant tabulam, iuxta ordinationes curiarum, pro qua tenenda dominus Rex vult eligi vnum iurisperitum, qui in illa iudicet in capite cuiuslibet Vicariarum, & Baiuliarum: hoc dicit vsq. ibi, *Et pendente,*
1 &c. ¶ Et hic prima pars corrigitur, quia † officiales hodie non tenent tabulam, nisi in fine trien-
2 nij: & tunc † dantur tres iudices, siue inquisitores, quorum primus habet esse miles, vel de genere militari; alius ciuis, vel burgensis; & tertius habet esse iurisperitus: vt infra *ead. curia cap. 38. Item q assignetur.* & infra *ead. colla. in curia Illerden. c. 17. Item statuimus, volumus, & concedimus, quod eligantur.* vide ibi. ¶ In secunda parte dicit, quod
3 inquisitione † pendente, aliquis officialis non possit redire in officio, quousq. inquisitio sit terminata sine figura iudicij, & satisfactum de damnis illatis, antequam dominus Rex aliquid habeat. Hoc dicit vsq. ibi: *Et si condemnatus.* Et ex hac secunda parte nota tria. Primo, quod officialis pendente inquisitione non potest redire in officio. concor. supra *colla. 2. cap. 21. Item concedimus in fi.* & infra *ead. curia cap. 22. Item cum in curia Montissoni.* vide ibi. & infra *colla. 5. cap. 11.* vbi di-
4 xi latius. Et † tales officiales, qui antequam tabulam tenuerint, aliud officium fuerint allequuti, debēt incōtinenti omnino remoueri, & alij poni: vt infra *colla. 10. curia dominæ Mariæ c. consequens.*
5 ¶ Nota secundo, † quod iudicium tabulæ procedit sine figura iudicij, vt hic, & in alleg. *cap. Item quod assignetur.* & infra *ead. colla. curia 3. Barcino. cap. 7. Item ordinamus de consilio. §. & denunciationes.* vide quæ ibi scripsi: & in *cap. iudice curia Montissoni,* infra *colla. 6.* dic vt ibi dicam latius. ¶ Ter-
6 tio † nota quod satisfactio debet primo fieri parti læsæ, antequam dominus Rex aliquid inde habeat: vt hic, & supra *colla. 3. cap. 15. Item ordinamus, & statuimus, quod maleficia inuenta.* & supra *ista colla. 4. in curia* supra *proxi. cap. 9. Item quod nos, vel officiales nostri non recipiamus, &c.* vide quæ ibi
7 notantur. ¶ In tertia parte dicit, quod † condemnatus in tabula in aliquo, ratione officij, nūquam teneat officium Regium. Sed intellige vt infra *ead. colla. 4. in curia Illerden. cap. in primis. §. ordinamus etiam de dictis capitulis, &c.* & dixi supra *curia proxi. cap. 12. Item, quod aliquis officialis.* Item
8 nota † quod licet quis regulariter dare teneatur fideiussores idoneos, & locupletes pro rei qualitate, vt *ff. qui satis co. l. ab arbitrio,* & *l. si vero pro con-*
9 *demnato.* Tamen hoc † fallit, quia in vrbe datus adiutor talis qualis sufficit; sicut in clericis qui dant iconomum, vt *C. de Episcopis & cleri. l. omnes. §. 1.* & in procuratore; & in patrono, pro quo quilibet fideiussor accipitur: vt *ff. in ius vo. vt tunc*
10 *l. 3.* Item † fallit iuxta vsantias diœcesis Gerundæ; quia si feudatarius Comes, Vicecomes, vel miles firmet ius in posse domini ratione apprehē-
sæ

sę potestatis, vel emparamenti feudi potestatis sufficit dare vnum fideiussorem militem quantumcunq. inopem, & dominus eum non potest
11 recusare. Item † si propter faticham directi dominus apprehenderit potestatem castri, vassallus facto directo debet recuperare castrum. Et dicitur factum directum cum firmauerit, dando vnum
12 militem etiam pauperrimum fideiussorē. Et † dicit *Gui. de Cugno in l. 3. praalleg.* quod in cautione ad iudicatū solui requiritur locuples fideiussor, sed in iudicio fisci sufficit qualiscumq. in necessarijs personis, adde quæ notantur de cautione fideiussoria, in *l. quotiens. C. de digni. lib.* 12. Item no-
13 ta, † quod non licet dare fideiussorem, qui de facto conueniri non possit: vt notatur infra *colla.* 5. *curia Montisalbi. cap.* 18. *Item statuimus, & ordinamus, quod Subbaiuli.* §. *Vlterius*, adde quæ ibi di-
14 cam. Item † nota, quod paria sunt non dare fideiussorē, vel dare tutum exceptione. *ff. ad Velle. l.*
15 *quamuis.* §. *si tamen.* quid † si fideiussores dati fiant non soluendo, an teneatur iterato cauere, vide in
16 *l. prætor.* §. *hoc edictum. ff. de no. ope. nun.* Sed † quid si proceres approbēt fideiussores minus idoneos? Resp. tenentur ipsi approbantes: vt in *authen. generaliter. C. de Episcopis & cler.* & ibi hoc tenet *Bal.*
17 In quarta parte dicitur, † quod officialis condemnatus potest appellare ad dominum Regem semel tantum: sic infra *ead. colla. in* 3. *curia Barcino. cap. Item ordinamus de consilio, approbatione, & concessione omnium prædictorum.* §. *& si aliquis, vel aliqui.* vbi fit mentio de curia Illerdæ: vide quæ ibi dicam. Et nota hic; quod semel tantum potest ap-
18 pellari. Sed de † iure communi etiam secundo permittitur appellari, sed non tertio: vt *C. ne liceat tertio app. in rubea, & nigro.* & 2. q. §. *post secundam.* & *extra de app. cap. si a nobis.* ¶ Sed quia hic dicit, quod officialis non potest nisi semel appella-
19 re, quæro, † nunquid altera pars conquerens poterit etiam secundo appellare? Videtur quod sic, quia quod nō mutatur, &c. *C. de appel. l. præcipimus.* & quia de officialibus tantum dixi, &c. *cap. non ne extra de præsump. & l. cum prætor de iu d cijs.* contrarium credo *ar. extra de mutuis petitionibus cap. prudentiam,* & *extra de regu. iur. cap. non licet actori. li.* 6. & *extra de app. cap. inquisitioni.* & ita est de consuetudine, quæ est optima interpres, obseruatum in practica. *extra de consue. cum dilectus,* & *ff. de le. l. si de interpretatione.* & est hodie expressum in dicto
20 *cap. Item ordinamus de consilio.* Et intellige, † quod tunc demum permittitur appellatio in iudicio tabulæ, cum condemnatio est maioris quantitatis seu valoris quingentorum solidorum, vel infamiæ, vt in prælleg. *cap. Item ordinamus de consilio,* &c. §. *Et si aliquis dictorum officialium fuerit con-*
21 *demnatus in quantitate,* &c. Nota † tamen, quod, vbi lex, vel statutum tollit remedia contra sententiam, refertur ad remedia communia, non ad remedia quæ competunt iure speciali, vel priuilegiato, vt dicit *tex. cum gl. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum. l. sicut,* & *glo. in authen. qua in Prouincia. C. vbi de cri. agi. oportet.* & *in l.* 2. §. *legatis. ff. de iudi.* & *in l. hæres absens in prin.* Quam legē allegat *Angelus* in contrarium *ff. de testa. mili. l. in fraudem.* §. *fi.* Et fuit quæstio, an trahatur ad beneficium restitutionis in integrum. vide quę scripsi infra *colla.* 5. *in curia Montisalbi. cap.* 29. *Itē pro abbreuiandis liti-*
22 *bus,* &c. ¶ Item nota, † quod vbi à iure remouetur facultas appellandi, remouetur etiam facultas sententiam iudicis etiam ex officio reuocādi. *glo. in l. quod iussit. ff. de re. iudi.* quæ glos. non est alibi, secundum dominum *Ant. de Butrio in spica. in*
23 *vers. appellatio.* & dicit, quod iura canonica, † quæ loquuntur de *clau. ap. re. extra de app. cap. vt debitus.* & *cap. pastoral.* loquuntur quando ipsa clausula ponitur in rescripto; quia quando ponitur in iure, tunc nullo modo licitum est appellare iuxta *Bal. in l.* 2. §. *de in ex a... ff. de ori. iur.* vide infra *colla.*
24 6. *curiæ Montissoni. cap. causæ.* Sed † quid si à sententia iudicum tabulæ appelletur, & per iudicē ad quem reuocetur, & ab eo etiam appelletur, & iudex istius secundæ appellationis primam sententiam confirmet, nunquid poterit ab illa confirmatoria tertium appellari? Quidam dicunt, quod non per hanc constitutionem; alij contra, quasi sit casus omissus. ¶ In quinta parte, ibi, *Et nos de præ-*
25 *senti, & postea,* &c. dicitur, † quod dominus Rex pro dictis appellationibus decidendis eligere debet duos iurisperitos, vnum Barcino. alium Illerdæ: sic in alleg. *c. Item ordinamus de consilio.* §. *Et nos nunc de præsenti, & postea.* vbi additur de iuramento, quod debent præstare ipsi iudices appellationum, vide ibi. ¶ In sexta parte, ibi. *Et sapiēs*
26 *electus Barcino.* &c. designantur † Vicariæ, de quibus appellari poterit ad iudicem Barcino. & verius de quibus cognoscet iudex appellationis deputatus Barcino. Et de quibus cognoscet iudex appellationis deputatus Illerdæ. Qui quidem iudices debent procedere breuiter: de quo latius in allegat. *cap. Item ordinamus de consilio,* &c. Et dicit, quod de appellationibus emiss s de Vicarijs Barcino. Vallen. Gerundæ, & Bisulduni, Vici, & Ausonię, de Bagis, Bergę, Berguitani, Riuipullen. & Villæ Franchæ Peniten. & Montisalbi, cognoscet iudex appellationis deputatus Barcino. & Vicariæ Campi Rotundi, & de Regali. Sed iudex Illerdæ positus cognoscet de appellationibus emissis de Vicarijs Illerdæ, Rippecursiæ, Pallariæ, Ceruariæ, Terraconæ, Dertusæ, & Mōtanearum de Prades. Dicitur etiam in hac sexta parte,
27 quod officialis non potest redire in officio, quousq. appellatio fuerit terminata: vt in *vers. Sed*
28 *officialis.* Et † ratio huius est, quia appellatio suspendit sententiam iudicis, à quo appellatum est, vt extra de *iureiuran. cap. venientes,* & *de appel. cap. si à iudice. lib.* 6. Sed imo secundum leges extinguitur: vt *ff. ad Turpill. l. suspecta.* §. *reus.* vbi de hoc,
29 & hoc † verum, quando officialis est condemnatus, & appellauit. Secus forsan si fuit absolutus per iudices tabulæ; & aduersarius appellauit, quia iam non poterit dici condemnatus per iudi-
ces

ces tabulæ, licet forte in causa appellationis postea succumberet, secundum quosdam, pro quibus facit *ff. iudi. solui. l. cum apud Sempronium.* Contra-
30 rium credo, quia iudex † appellationis succedit loco primitiui. vt *ff. iudi. solui. l. cum querebatur,* & nota in *l. cum apud.* faciunt quæ notantur supra *ead. colla. in curia proxima, c. 37. Item volumus, & ordinamus, & statuimus, quod si Vicarius de Rippacursia,* &c. *vers. & no. quod iudex in causa app.* quia licet fideiussores de tabula per sententiam iudicum tabulæ liberentur à cautione iudicio sisti, non tamen liberantur ab stipulatione illius clausulæ, *iudicatum solui.* ¶ In septima & vltima parte huius cap. quæ est in §. *& quod iurisperitus, qui inqui-*
31 *sitionem faciet,* &c. dicitur, † quod iudex tabulæ durante suspensione illius officialis, contra quem inquiretur, possit auctoritate Regia ponere interim alium officialem in illo officio. Dicitur etiã,
32 quod † illi qui haberent officia pro denarijs, vel alia fraude contra generales constitutiones curiarum Cathaloniæ, habeantur omnino pro remotis, hoc est sine spe recuperandi. Excipiuntur tamen
33 Castellani, † & eorum Baiuli, ac locatentes eo-
34 rundem. Et nota, † quod iudices tabulæ, quia dantur à lege siue constitutione huiusmodi, sunt ordinarij; quia vbi datur iurisdictio in viam legis, est ordinaria, nisi hoc exprimat ius, scilicet, quod sit delegata, sicut vides in inquisitoribus hæreticæ prauitatis; vt extra de *heret. cap. ad abolendam,* & ibi nota per dominum *Ant. de Butrio concor. de offi. ordi. cap. irrefragabili. §. cæterum,* & *de offi. ordi. cap. cum ab Ecclesiarum,* & *de offi. dele. c. su-*
35 *spicionis.* Sed † quæro, an iudices tabulæ poterint officiales remouere, vt teneant tabulam, videtur quod sic, per hanc constitutionem hic. Sed contra videtur infra *ead. colla. in curia 3. Barcino. c. 7. Item ordinamus de consilio in 2. parte,* & ibi dicam in verbo *remoueantur per nos.* vbi est casus, quod per dominum Regem habent remoueri. & videtur quod illi tanquam posteriori sit standum, quod est tu-
36 tius tenere. Et nota, † quod post depositum officium quis tenetur reddere rationem de ijs, quæ gessit, & male administrauit, vt hic, & *extra de sta. mo. ca. qua.* vide ibi *glos. penult.* & *in l. magistratus.*
37 *ff. de admi. rerum ad ciui. perti.* ¶ Circa † istam vltimam partem, quæro de quæstione, quæ mihi contigit dum eram vnus iudicum tabulæ Gerundæ, vbi bis fui iudex, hoc est in duabus tabulis duorum trienniorum. Quidam qui olim fuerat Baiulus, tenens tabulam antequam esset à iudicio tabulæ absolutus, & purgatus, clanculo fuit in Baiulum alterius loci assumptus. Conquesti fuerunt illius aduersarij coram me, & coniudicibus meis, vt illum remouere penitus faceremus; prout fecimus: sed illo sic remoto, villa, quæ vacabat officiali, cum Rex esset procul, petebat nobis quatenus interim aliquem baiulum loco illius poneremus. Ego credebã nobis iudicibus tabulæ istud licere per hanc constitutionem. Sed quia eram nouus, & consului honorabilem dominum Angelũ Agullana legum Doctorem, & alios antiquiores peritos, & non cõsuluerunt mihi, cessauimus: quid tamen sit de iure, adhuc mihi videtur, quod iudices tabulæ possent in tali casu prouidere interim de officiali, auctoritate huius constitutionis, Salua Regia maiestate: quia ista constitutio, quo ad hoc, non reperitur correcta, nec immutata: ergo quare stare prohibetur? *l. præcipimus. C. de app.* Et licet per alias sequentes constitutiones hæc fuerit correcta, quo ad iudices, qui hodie dantur tres, licet olim vnus tantum. Item quod ad hoc, quia hodie tabula tenetur de triennio in triennium, & vltra triginta dies, olim vero secus; tamen quo ad surrogationem officialis loco suspensi tenentis tabulam, nil inuenitur immutatum, & pro hoc videtur casus in simili, extra de *statu mona. cap. ea. §. quod si Abbas,* &c. vbi dicitur, quod Abbate per visitatores, vel præsidentes amoto, vel administratione suspenso, administrator idoneus monasterio deputetur. Et valde expedit iura iuribus concordari, *cap. cum expediat de electione, lib. 6.* Et non est nouum, quod priora iura trahantur ad posteriora, & econtra; vt *l. non est nouum. ff. de legibus:* & melius est qualecunq. in tali vacante officio præesse, quam officium vacare: vt *l. generaliter. §. spurios. ff. de mu. & honor.* Nec mihi fiebant rationes incontrarium, propter quas debuerimus cessare: nisi quia eram iuuenis; & dicebatur mihi, quod
38 dominus Rex talia moleste ferret, cum † ponere officiales, sit vna de regalijs: vt in *feu. quæ sunt re-*
39 *galia. cap. regalia.* Sed † ponere auctoritate Regia, vigore constitutionis, non est detrahere, nec vsurpare regalias; sed adiuuare: quia dominus Rex poterat ad libitum alium ponere, & positum per iudicem tabulæ remouere, quia dominus Rex ponere videtur, cuius auctoritate fit, quia omnia nostra facimus quibus auctoritatem impartimur, vt *C. de vetere iure enucle. l. 1. §. & omnia.* Et eadem videtur, imo maior ratio modo, quando sunt tres iudices; sicut olim, quando erat vnus solus: vos cogitabitis melius, si quando casus vobis forsitan
40 occurret. ¶ Et nota, † quod sicut Castellani, & Baiuli naturales non remouentur per hanc constitutionem, sic nec sagiones Gerundæ, iuxta quandam pragmaticam, dummodo non vtantur contra illos, qui petitiones sibi dederint in tabula.

Ne ad imperpetuum officia triennalia concedantur. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Officia triennalia concedi non possunt ad imperpetuum. idem num. 5.*
2 *Iudex, & assessor perpetuales esse non possunt.*
3 *Officium iudicis seu assessoris non vendendum.*
4 *Concessa ad beneplacitum videntur concessa ad imperpetuum.*
6 *Officium iurisdictionis vnicum tantum est committendum alicui in vna ciuitate, vel villa.*
7 *Iurisdictionis officium committi non debet tenenti tabulam, quousq. in ea absolutus fuerit.*
8 *Officium non est committendum condemnato in tabula.*

Officia

9 *Officia non continuanda sunt in eadem persona per duo triennia.*
10 *Officia vendi non possunt.*
11 *Officiales non sunt ponendi, vbi solitum non erat tempore Regis Petri. idem dicitur de iudice seu assessore num. 12.*
13 *Officialis de bando in loco bandositatis non ponendus.*
14 *Officium curiæ committi non debet habenti eius scribaniam.*
15 *Iurisdictio, vel officium publicum non est committendum vsurario.*
16 *Iudici ordinario commissio non est danda.*
17 *Appellationis causa solis iurisperitis committenda.*
18 *Rex prorogare nequit curiam nisi per 40. dies si fuerit absens á loco curiæ conuocatæ.*
19 *Constitutiones Cathaloniæ fieri non possunt sine approbatione curiæ, reliqua vide in littera.*
20 *Charta contra chartam concedi non potest.*
21 *Elongamentum contra censuale, violariũ, vel commandam non concedendum.*
22 *Elongamentum super debito alieno non concedendum, limitationes traduntur ibi.*
23 *Elongamentum Iudæo non concedendum, per quod debitum Christiano creditori differatur.*
24 *Guidaticum seu saluaguardia specialis non concedenda particularibus.*
25 *Pennones, vel portarij ratione guidatici non sunt mittendi ad locum iurisdictionis Baronum.*
26 *Sigilla Regia, nec vendi, nec obligari possunt.*
27 *Cancellarius seu alius officialis non est impediendus in administratione iustitiæ, limitatio traditur n. 28.*
29 *Litteris continentibus iustitiam seu interesse in iudicium deducibile signatis per dominum Regem non est obtemperandum, nisi forma hic tradita expediantur.*
30 *Cessiones in potentiores fieri prohibentur.*
31 *Rex emere non debet allodium, nec alia loca posita in contentione.*
32 *Rex non satisfacto creditore, nec parte læsa, prohibetur carceratum liberare á carceribus, nec ab eo aliquid habere pro compositione.*
33 *Elongamentum campsori abatuto non concedendum creditore non satisfacto.*
34 *Curia, Baiulia, seu Vicaria non vendenda.*
35 *Vectigalia non imponenda pro vtilitate priuata contra formam assuetam.*
36 *Victualia prohibita tempore necessitatis non extrahenda, nec valet licentia pro eo.*
37 *Spoliandus non est quis á possessione, seu quasi, absq. cognitione causæ.*
38 *Condemnandus non est quis non præmissa eius defensione.*
39 *Rex non potest recipere bouaticum, ex quo illud remisit.*
40 *Monetaticum non est recipiendum ab hominibus Ecclesiarum, militum, & ciuium, nisi vt erat fieri assuetum tempore Regis Iacobi.*
41 *Alberga, & cœna, vel acaptæ non exigendæ, nisi ab antiquo consuetæ sint exigi.*
42 *Rex pro residuo testamentorum, vel legatorum priorum nihil debet recipere.*
43 *Homines alterius iurisdictionis non sunt distringendi per Regem secum ire in exercitum.*
44 *Constitutiones sunt leges pactionatæ, & iuratæ.*
45 *Lex vbi facit actum nullum in fauorem alicuius, intelligitur si talis vti velit tali nullitate.*
46 *Facta per Prælatum non confirmatum non tenent.*

1 ITem, quod aliquod officium prædictorum officiorum, &c. Casus, officia † triennalia in Cathalonia hodie non possunt conferri ad in perpetuum, nec ad violarium, nec ad tempus vltra triennium: quod si factum fuerit, non tenet. Nec valeret quod faceret, vt officialis. Hoc dicit. Hoc tamen fallit in assessore Villç Franchæ, vt infra in *curia Gerundæ, cap.* 28. & dixi supra *in curia proxi. c.* 23.
2 vbi de iudice, † & assessore fuit statutum, quod
3 non possent esse perpetuales. Item talia † officia non possunt vendi: vt supra *in curia prox. c.* 4. *Item quod Vicarij,* &c. Item hoc cap. confirmatur, & ei additur infra *colla.* 5. *cap.* 15. *Item ordinamus, quod cap.* &c. vide ibi, & in curia domini Fer-
4 dinandi, *cap. prohibim.* Vltimo † nota, quod concessa ad beneplacitum, videtur concessa in perpetuum: vt *ff. de excu. tu. l. iurisperitos.* quod dic vt infra *collat. proxim. cap.* 15. *Item statuimus, & ordenamus, quod capitulum factum per dominum Regem,*
5 &c. ¶ Vnde nota, † quod dominus Rex in Cathalonia non debet officia triennalia concedere ad in perpetuum, nec ad violarium, nec certum tempus vltra triennium, alias non valeret concessio, nec quod ille cui concessum fuerit faceret, vt officiali teneret, nec haberetur pro officiali, vt
6 hic. ¶ Nec † debet alicui dominus Rex committere in eadem ciuitate, vel villa, nisi vnum officium iurisdictionis; vt infra *cap.* 14. Nec etiam
7 debet † committere aliquod officium iurisdictionis alicui qui tenuerit tabulam, donec per sententiam fuerit absolutus, nec interim alteri committere pro eodem, vt infra *colla.* 5. *cap.* 11. & 15. & in
8 fra *colla.* 9. *cap.* 12. ¶ Nec † illi, qui ratione officij in tabula fuerit condemnatus, potest officiũ committi: vt supra *in curia proxim. c.* 12. quod intelli-
9 ge, vt ibi dixi. Nec † debent officia continuari in eadem persona per duo triennia. Imo qui anno vel amplius de hoc triennio officiũ rexerit, non potest illud sequenti triennio continuare, quod dic vt infra *colla.* 6. *in curia Montissoni, cap.* 2. & infra *colla.* 9. *curiæ Ferdinandi, cap.* 7. *Contra la persona,* &c. vbi dominus Ferdinandus Rex statuit, quod etiam motu proprio Principis, nec ad supplicationem vniuersitatis loci, nec alias vllo modo va-
10 leat dispensari. ¶ Item non † debent vendi officia, vt supra *colla.* 3. *c.* 1. & supra *colla. ista curia* 1. *Barcino. cap.* 4. alias, qui emerit erit inhabilis, & quod egerit, non valebit: vt infra *colla.* 6. *in curia Montissoni, cap.* 18. Immo, qui pro officio vltra decem solidos receperit, id cum duplo restituere tenetur: vt infra *colla.* 10. *cap.* 12. ¶ Item nec ad preces supplicantis pro se debet dominus Rex concedere officium, pro quo tabula sit tenenda; neq. officium inquisitionis ipsius tabulæ: vt infra *colla.* 6.

11 *la. 6.* in *curia Montissoni, cap.* 1. ¶ Item † nec debet dominus Rex ponere officiales, vbi non erat solitum tempore domini Regis Petri Tertij, vt
12 infra *collat. 9. cap.* 28. ¶ Nec † etiam debet ponere iudicem, vel assessorem vbi non est solitum, supra in *curia proxima, cap.* 22. & in *curia*
13 *Gerundæ cap.* 28. ¶ Nec debet † ponere officiales de bando in loco suę bandositatis: vt supra in *curia proxima. cap.* 28. & *collat.* 3. *cap.* 13. & *collat.* 9. *cap.* 12. ¶ Nec ponere officialem Vicarium in loco sui domicilij: *collat.* 3. *cap.* 12. & *collat.* 10. *cap.* 12. ¶ Nec debet ponere Subbaiulos, nec in Barcinon. capdeguaytes: & si fiat talis prouisio, vel electio, est irrita atq. nulla: infra *col-*
14 *lat. 6.* in *curia Montissoni. cap.* 33. ¶ Nec † habenti scribaniam debet committere officium illius curiæ, in qua scribaniam habet; etiam si per substitutum regeret ipsam, nec ipsis substitutis: vt infra *collat. 6.* in *curia Perpiniani, cap.* 3.
15 ¶ Nec † etiam debet committere officium publicum, vel iurisdictionem alicui vsurario: infra *ead. collat. in* 3. *curia Barcinon. cap.* 12. ¶ Nec
16 debet † facere commissionem alicui officiali, vel iudici ordinario: vt infra *collat.* 8. in *curia domini Regis Martini cap.* 10. ¶ Nec mittere commissarios per Cathaloniam, sub quouis nomine: vt infra in *curia dominæ Reginæ Mariæ,*
17 *cap.* 28. vide quæ ibi dicam. ¶ Nec † committere causam appellationis nisi iurisperitis tantum: infra *collat. 6.* in *curia Montissoni, cap. 6.* ¶ Item non debet impedire iudices tabulæ: infra in *curia 3. Barcinon. cap.* 4. ¶ Nec defendere, nec admittere ad compositionem capientes clericos, vel manus violentas inijcientes in eos: vt infra in *curia Ilerdæ cap. statuimus,* & *cap.*
18 *idem dicimus.* ¶ Nec † absens à loco conuocatę curiæ poterit ipsam prorogare, nisi per quadraginta dies, infra quos si non erit personaliter in dicto loco, ex tunc est ipsa curia ipso facto soluta, & circunducta: vt infra in *curia dominæ*
19 *Reginæ Mariæ, cap.* 3. ¶ Nec † potest facere generales constitutiones in Cathalonia sine approbatione, & consensu prælatorum, Baronum, militum, & ciuium Cathaloniæ, vel ipsis vocatis maioris partis ipsorum. Et si aliqua constitutio indigeat interpretatione, debet fieri vocatis, & auditis partibus per dominum Regem cum quatuor prælatis, quatuor richis hominibus, & quatuor militibus, & quatuor ciuibus, & iurisperitis. Et si forte esset necessarium meliorare dictā interpretationem, quod illud faciat Rex cum consilio curiæ generalis tunc primo celebrandæ: infra *ead. curia cap.* 2. & in *curia Gerundæ cap.* 10.
20 ¶ Item † non debet concedere Rex chartam contra chartam iuste concessam; imo si littera contra litteram aliam impetratur, vel quæ contineat aliquid contra priuilegium generale, vel speciale, vel contra consuetudinem alicuius loci, non valet, nec contra ordinationes curiæ aliquod priuilegium valet concedi, *collat.* 3. supra in *curia Montissoni, cap.* 8. & 16. & 17. vide quæ ibi dixi, & in 3. *curia Barcinon.* infra *cap.* 17. *Item ordinamus, & promittimus,* &c. & in *curia Ge-*
21 *rundæ, cap.* 4. & 8. & 17. ¶ Nec † debet concedere elongamentum impediens solutionem censualium, & violariorum, de quo hodie infra *collat.* 10. *cap.* 1. ¶ Nec valet elongamentum contra commandam: vt in *pragmatica Regis Iacobi*, data Barcino. Kalendas Februarij, anno domini 1224. Et si contra commandam excipiatur, vide in quadam cōcessione Regis Iacobi, data Cæsaraugustæ 4. nonas Iunij, anno domini 1304. vbi est practica executionis commandæ, & vsanciæ rei emptæ ad opus ministerij, vel officij proprij. Item adde quę notantur infra *ead. curia, c.* 35. *Item si debitum.*
22 ¶ Nec † etiam elongamentum super alieno debito, nisi debitor caueat soluere creditori in termino quo fuerit elongatus, nisi tempore exercitus concedatur, & tunc personæ non captæ: quia captus in carcere non potest guidari, nec elongari, nec à carcere extrahi etiam ratione armatæ, licet Rex possit crimen, pro quo captus sit, remittere, *Iacobus I.* in *curia Terracon. cap.* 12. De hoc etiam vide in *l. vniuersa. C. de preci. impera. offeren.* ¶ Nec
23 debet † dominus Rex concedere elongamentum Iudæo, per quod debitum creditori Christiano differatur: in *curia Perpiniani, cap.* 22. ¶ Nec de-
24 bet † concedere guidaticum, siue saluam guardiam specialem aliquibus singularibus; & si concedatur, non valet neq. pœna ibi apposita potest peti, infra *ead. curia cap.* 18. & in 3. *curia Bar-*
25 *cinon. cap.* 15. ¶ Nec † debet ponere, vel mittere pennones, vel porterios, nec alium hominem ratione guidatici in aliquo loco, qui sit infra iurisdictionem Castrorum Richorum hominum, vel militum; vt infra *colla.* 4. in *curia Montisalbi, cap.* 3. *Item ad supplicationem,* &c. ¶ Nec
26 debet † dominus Rex vendere, vel obligare sigilla sua: supra in *curia proxima, cap.* 6. ¶ Nec
27 debet † in exercitio iustitiæ impedire Cancellarium, Vicecancellarium, nec quemuis alium delegatum suum, siue subdelegatum, relatorem, seu alium ministrum iustitiæ per viam dilationis, supersedimenti rogaminū mandatorum, vel aliquā aliam viam impedimenti, in *curia Regis Martini,*
28 *c.* 2. Fallit, † quādo vult recognoscere processum inquisitionis, iuxta constitutionem *dnæ Mariæ,* infra *coll.* 10. *c. pronebiim, ordenā, & statuim,* &c. ¶ Nec
29 debet † dñs Rex signare litteram, vel rescriptum de iustitia, vel tangens interesse partis in iudiciū deducibile. Et si faciat, non valeat, nec debet aliquis officialis ei obtemperare, alias incurrat pœnam ducentorum florenorum, & impetrans etiam in expensis, & interesse, pœnaq. ducentorum florenorū puniatur; vt infra in *curia Mariæ: c.* 1. ¶ Nec
30 debet † dñs Rex recipere cessiones, quę de iure prohibentur fieri in potentiores: infra *colla. 6.* in
31 *curia Montissoni, c.* 3. ¶ Nec † debet emere allodiū infra terminos castri alterius, qui non teneat illud pro domino Rege, supra *colla.* 2. in *curia Barcino.* *cap.* 44.

cap. 44. & supra in *curia proxim. cap.* 23. ¶ Nec
Baronias, Castra, villas, vel alia loca in conten-
tione positas, nec earum actiones emere, seu alio
titulo adquirere: supra *collat.* 2. *cap.* 59. ¶ Item
32 non † debet Rex, nec eius officiales aliquid ha-
bere per compositionem, vel alias à malefactore,
vel debitore alicuius; nec ipsum à carcere, vel
manuleuta liberare; donec pars læsa, vel credi-
trix fuerit satisfacta: supra *colla. proxima, cap.* 14.
33 & supra in *curia proxima cap.* 8. ¶ Nec † de-
bet Rex facere remissionem, seu concedere elon-
gamentum alicui campsori abatut, donec cre-
34 ditoribus satisfecerit; infra *cap.* 6. ¶ Nec † de-
bet vendere curiam, Baiuliam, vel Vicariam: su-
35 pra *colla. cap.* 35. ¶ Nec † concedere vectigalia
in priuatam vtilitatem, infra *collat.* 6. in *curia
Montissoni, cap.* 18. ¶ Nec imponere vectigal con-
tra formam assuetam, vel in alio loco, *cap.* 18. &
36 in *curia Perpinian, cap.* 15. Item † non debet re-
cipere pecuniam pro concedendo licentiam
extrahendi victualia prohibita tempore neces-
37 sitatis: infra in *curia cap.* 11. ¶ Nec † debet
spoliare aliquem sua possessione, vel quasi, absq.
causæ cognitione: supra *collat.* 2. in *curia Barcino.*
38 *cap.* 27. ¶ Nec † debet aliquem condemnare ad
mortem, vel mutilationem membrorum, vel tor-
mẽtis subijcere, defensione debita nõ concessa: su-
pra *colla.* 3. *c.* 25. & infra in *curia Perpinian. c.* 14.
39 ¶ Nec † debet recipere bouaticum, quia remisit
illum: infra *cap.* 25. & in *curia Illerda cap.* 15.
40 & in *curia Montisalbi, cap.* 33. ¶ Nec † debet do-
minus Rex recipere monetaticum, nec quintam
partem ab hominibus Ecclesiarum militum, &
ciuium, nisi sicut tempore Regis Iacobi erat fie-
ri assuetum supra *colla.* 2. in *curia Barcino. cap.* 8.
Item, quod nos, & successores nostri. ¶ Nec dominus
41 Rex † neq. sui officiales debẽt exigere albergas,
cœnas, vel acaptas in locis, vbi ab antiquo Reges
non consueuerunt recipere in *dicta curia Barcino.
cap. nono.* & in *constitutione pacis diuinarum, cap. ab
hac pace statuimus, quod nullus Vicarius*: & ita vide-
tur quod dominus Rex in istis non fundet inten-
tionem suam de iure communi, quia dominus Rex
42 habet probare hanc consuetudinem. ¶ Nec † de-
bet Rex aliquid recipere ratione residui testa-
mentorum, vel priorum legatorum, etiam si Ar-
chiepiscopus Terracon. concesserit sibi in *cap. cu-
43 ria Regis Petri.* ¶ Nec † debet distringere homi-
nes alterius iurisdictionis, vel domini secum ire
in exercitum, nec in fronterijs, nec in stabilitatis
inuitos ponere: supra in *curia proxima. cap.* 20.
Item, quod nos, vel nostri officiales, dic vt ibi, & dixi
latius in *Summa soni. q.* 19. *§. quæro vlterius quid si
Vicarius.* ¶ In textu huius constitutionis, ibi, *& si
faceremus, quod non valeat*, supple, & est ratio, quia
44 cum † huiusmodi constitutiones sint leges iu-
ratæ, & pactionatæ, ideo quod fit contra eas, ipso
iure non valet: vt *C. de le. l. non dubium.* & dixi su-
pra *colla.* 3. *cap.* 8. *Item ordinamus, & statuimus, quod
45 aliqua contra.* & *cap.* 17. Nota, † quod vbi lex fa-
cit actum nullum in fauorem alicuius, intelligi-
tur, si deliberauit se velle nullitate vti, vide *ff. de
lege communi. l. si fundus. §. eleganter.* ¶ In tex. ibi,
non valeret quod faceret, vt officiales. contra videtur
l. Barbarius. ff. de offi. prætoris. dic quod Barbarius
fuit electus, & confirmatus prætor, sed non va-
luit, ideo gesta per eum tenent; Sed vbi non fuis-
set electus, nec confirmatus, sed sua auctoritate in-
trasset prælaturam, siue officium; tunc acta facta
46 per eum non tenerent. Et ideo † facta per præ-
latum electum non confirmatum, non tenent. Sed
vbi esset electus, & confirmatus, sed esset electio,
vel cõfirmatio inualida, tunc facta per talẽ præla-
tum tenent, secundum *Inno.* & *Bal.* in casu huius
constitutionis acta per istum officialem contra
prohibitionem electum vltra triẽnium valerent,
nisi per hanc eandem constitutionem fuisset di-
ctum, quod non valerent; & adde quæ scripsi in-
fra *colla. proxi. cap.* 11. *Item volumus, & perpetuo or-
dinamus*, &c. Nota, quod aliquando euenit aliquid
esse nullum. *ff. de manu testamento. l. si quis locus.* & *l.
qui habet. §. fin.*

De curia generali. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Curia generalis quolibet est tenenda anno in Cathalonia.*

ITẽ, quod nos, & successores nostri semper quolibet anno,
1 &c. ¶ Hic † agitur de curia generali quolibet
anno tenenda in Cathalonia, de quo dixi supra
colla. 2. *cap. Item quod semel in anno*, vide ibi, & la-
tius in *Curiali domini Iacobi de Calicio.*

De abatuts. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Campsor abatut non potest tenere tabulam cambij, nec
aliquod officium Regium.*
2 *Campsor abatut est publicandus vt infamis voce præ-
conia. idem num.* 12.
3 *Campsor abatut debet teneri captus, donec satisfecerit.
ampliatur num.* 13.
4 *Campsor abatut dum fuerit captus, comedere, & bibere
tantum debet panem, & aquam. idem num.* 18.
5 *Nullus potest tenere tabulam cambij; donec assecuret
illam modo contento in littera.*
6 *Bona campsoris, sunt tacite obligata creditoribus ban-
chi.*
7 *Campsor debet scribere omnes datas in capibreuio ma-
iori suo.*
8 *Campsor potest capi personaliter pro debito ban-
chi.*
9 *Traditur vulgare*, De compte vell, baralla noua.
10 *Campsor abatut quis dicatur, traditur.*
11 *Solutionis terminus an præuenire possit, remissiue.*
14 *Campsor abatut captus in terris Baronis quo sit remit-
tendus, traditur.*
15 *Pœna capitis quæ sit, traditur.*
16 *Barones & milites in Cathalonia ex generali cõsuetudi-
ne decapitantur, quando pro delictis esset eis mors
infligenda.*
17 *Pœna amputationis capitis est honorabilior pœna su-
spendij.*
18 *Cãpsorũ abatuts pœna plectũtur mercatores, & similes,
qui*

qui recusant restituere, vel soluere res, vel merces excedentes summam centum librarum.

19 *Amputationis capitis pœna est intelligenda de pœna mortis iuxta qualitatem personæ.*

20 *Iudex, & priuatus quando quem capere possit, remissiue.*

21 *Iudex capere non potest quem non monitum. limitatio traditur hic.*

22 *Malefactor capi poterit in fragante crimine.*

23 *Iurissirma non admittitur in causa fiscali, nisi facta fuerit cum pignoribus tenentibus.*

24 *Personam suspectam quæ faciant, remissiue.*

25 *Appellari potest à captura.*

26 *Creditor vtrum capere possit debitorem suum, traditur remissiue. & num. 29.*

27 *Scrutinium ad obtinendum pro quærendis reis fugitiuis, quæ sint necessaria, traditur.*

28 *Fuga aliquando facit haberi fugitiuum pro confesso, idem num. 33.*

30 *Iudex extra territorium non mandat iurisdictionem mandata sua.*

31 *Captus propter continuationem fugæ videtur qui in loco, vbi cœperit aufugere.*

32 *Debitor fugitiuus quando auctoritate propria capi possit, traditur. & declaratur num. 34. & 35.*

36 *Militia cælestis, & armata parificantur quo ad vocationem in ius.*

37 *Capiendus est fortius qui cum posset soluere, non vult, quam ille qui non soluit, ex quo non potest.*

38 *Non est periculum alicuius, quamuis suus seruus, vel famulus acceperit à tertio librum seu pecuniam; dummodo nõ fuerit visus mittere talem seruum, vel famulum ad dictum librum, vel pecuniã accipiendũ.*

39 *Ducendus ad carcerem, vel ad iudicem est relaxandus, si velit congrue satisdare.*

40 *Captus pro vno debito an possit recommendari pro alio, remissiue.*

41 *Pactum, quod quis capi possit, non transit ad heredes.*

42 *Effractor carcerum dicitur qui eos exit.*

43 *Promissio facta per carceratum in fauorem tertij tenet.*

ITem, *quod quilibet campsor, qui se abat, vel qui iam steterit abatut, &c.* Ista constitutio est prima constitutio, quæ loquatur de istis abatuts, quorum materiam hic aliquantulum tangam. Diuide ergo hoc præsens cap. in quatuor partes. ¶ In
1 prima dicit, quod nullus † campsor abatut potest amodo tenere tabulam cambij, nec aliquod officium Regium. ¶ In secunda parte, ibi, *Sed quod*
2 *habeatur*, dicitur, quod † campsor abatut debet voce præconis per ciuitatem, & locum vbi fuerit vsus campsoriç officio, publicari pro abatut, & infami. ¶ In tertia parte, ibi. *& quod habea-*
3 *tur captus*, dicit, quod † talis campsor abatut debet teneri captus, donec satisfecerit. ¶ In quar-
4 ta parte dicitur, quod ipse † campsor abatut non comedat in ipsa captione nisi panem, & aquam, ibi, *& non comedat*, &c. ¶ Et in prima parte, no-
5 ta † quod nullus in Cathalonia potest tenere tabulam cambij, donec assecurauerit illam pro duabus mille marchis argenti in ciuitatibus, & in villa Perpiniani, & in alijs villis Cathaloniæ pro mille marchis, vt habetur in curia Ceruariæ,
6 *cap.* 20. ¶ Item, † nota, quod talis campsoris bona sunt tacite obligata creditoribus suis, ac si in aliquo instrumento fuissent expresse obligata: vt
5 habetur in *curia Illerden. cap.* 4. ¶ Item † nota, quod campsor debet scribere omnes ditas in capibreuio maiori suo, & non in alijs libris, & valet perinde ac si esset depositum seu comman-
8 da: vt infra *cap. proxim.* vide ibi. Et ideo † potest capi personaliter, quia pro deposito, & commanda quis capitur: vt supra in *curia proxim. cap.* 34. *Item, quod aliquis homo*, & infra in *curia Gerunda, cap.* 5. & in *curia Perpiniani, cap.* 23. Et nedum campsores, sed etiam quilibet alij sapientes debent in suis libris scribere datas, & receptas: vnde *Ecclesiast.* 42. ibi dum dicit, *Datum vero, & acceptum omne describere*, &c. quia sic conseruatur memoria, & contentiones, & iurgia remouentur, alias
9 habet locum illud † vulgare, *de compte vell, baralla*
10 *noua.* ¶ Item, † etiam nota, quod ille dicitur campsor abatut, qui nõ soluit totum, quod debeat bene, & plane, sicut planus campsor consueuit, &
11 debet facere, vt infra in *curia Illerd. c.* 4. Sed † an terminus solutionis possit præueniri, vide *gloss.* in *cap. solent plures de conse. di.* 1. & nota, *ff. de solut. l. quod, vide, & de eo de eum qui, & de le.* 2. *si ita. §. Pegasus*, & *C. de fideicom. l. post mortem.* ¶ Et in se-
12 cunda parte nota, † quod talis campsor abatut debet voce præconis publicari pro abatut, & infami, nedum in loco vbi officio vtebatur, vt hic; sed etiam per alias Vicarias, vt in *curia Gerunda,*
13 *cap.* 13. ¶ Et in tertia parte nota, † quod nedum debent teneri capti tales campsores abatuts, imo debet eis amputari caput, & bona eorum vendi pro satisfaciendo creditoribus; nec poterit eis fieri gratia, vel remissio per Regem, donec satisfecerint creditoribus suis: vt in *ead. curia*
14 *Gerunda, cap.* 13. *§. Et quod amputetur.* Nec † etiam potest campsor abatut sustineri in Baronijs, sed ad requisitionem domini Regis, & suorum officialium ille Baro, vel alius, in cuius iurisdictione se recollexerit ille abatut, tenetur ipsum capere, & caput sibi amputare: vt in *curia Ceruariæ, cap. præterea confirmantes.* ¶ Et nota, quod
15 ista † pœna capitis proprie est, quando amputatur caput, mortem naturalem corpori inferendo: vt *l. capitalium. §.* 1. *ff. de pœnis*, & *l. raptores in prin.* ibi, *capitis supplicio plectendos*, &c. & ibi, *mortis condemnet supplicio.* & *l. vna. C. de rap. virgi.* & *l. si quis fin. §. licet. ff. de iniusto, rupto, & irrito testamento.*
16 Et hodie † in Cathalonia ex obseruãtia generali hęc pœna est ordinaria Baronib⁹, militib⁹, & hominibus de paratico, quãdo eis venit mors infligenda, quia decapitantur prout est de iure: vt *l. desertorem. §. pœna.* & quod ibi scribit *Bar. ff. de re. mili.* Si vero in præmissis casibus venit mors in-

inſligenda plebeio, non decapitatur, niſi ſit campſor abatut, vt hic: ſed ſuſpenderetur in furca, vel alia pœna punitur, vt notat *Iacob. in Margarita*
17 *fiſci ſeptimo dubio, tit. de pœna furcæ in fi.* Et † nota, quod pœna amputationis capitis reputatur honorabilior quam pœna ſuſpendij: quia decapitati traduntur ſepulturæ Eccleſiaſticæ, & ſuſpēſi non, niſi quandoq; de gratia ſpeciali, iuxta *l. 1. & fi. ff. de cadaueribus punitorum in fi.* de quo vide in *Margarita fiſci ſeptimo dubio, titulo de pœna capitis in fi.* ¶ Sed forte ſi campſor abatut fuerit vilis perſona, deberet furca ſuſpendi; quia largo modo caput amputare eſt quocumq; modo vitam adime-
18 re. ¶ Et in quarta parte nota, † quod talis abatut, dum erit captus, debet viuere in pane doloris, & aqua anguſtiæ, vt lnc. ad idem *extra de verborum ſignificatione, capitulo ſtatuimus, & 3. Regum, cap. vltimo; dignum eſt enim vt male meriti egeſtate laborent: vt ff. depoſiti. l. bonæ fidei, cum ſim.* ¶ Vlterius nota, quod nedum campſores abatuts his pœnis ſubijciuntur, ſed etiam quilibet mercator, & draperius, ac eorum factores commandas, vel merces, ſeu alias res valentes centum libras, vel vltra recipientes, & ſoluere recuſantes, vel ceſſantes, iuxta *cap. Statuimus inſuper curiæ Montiſoni* vide ibi. Et idem de curritoribus, & pallerijs, licet res fuerint minoris valoris: vt in *cap. ſtatuimus ante* latius continetur. Sed nō credo æquum, quod vnus vilis curritor, & pallerius abatut habeat tam honorabilem pœnam amputationis capitis; ſed vt famoſiſſimus latro deberet furca ſuſpendi: vt *l. capitalium.*
19 *§. famoſos. ff. de pœnis.* Et ita amputare † caput alicui, debet intelligi de pœna mortis, iuxta conditionem perſonæ, cui venit inſligenda: vt ſic iſtæ conſtitutiones iuxta dictam generalem obſeruantiam recipiant declarationem, vt *l. non eſt nouum, & l. ſi de interpretatione. ff. de legibus,* quia quod hic eſt in pœnam dels abatuts, non debet verti ad honorem, ne præmium habeant; vnde pœnam merentur. Sed tutius eſt ſeruire litteræ: *ſingulum, l. proſpexit. ff. qui & a quibus ma. li-*
20 *cet.* ¶ Quando autem † aliquem poſsit capere iudex, & quando priuatus, vide *Andream de Barulo. C. de decurio. l. generali. lib.* 10. vide etiam *gloſ. & Salicetum in l. fin. ff. de ferijs.* ¶ Et nota,
21 quod † iudex non debet capere aliquem, niſi prius moneat eum. vt *l. ſiquis tantum. C. de Epiſcopis, & clericis.* Et hoc verum, niſi quando de fuga timetur: vt infra in *curia Ferdinandi, cap. lo procurador fiſcal.* Item hoc verum de iure communi Romano, in captione, quæ fit pro executione; ſed captura quæ fit pro inſtructione ſeu citatione, ab illa bene poteſt incipi contra quemlibet delinquentem; vt plene notatur *ff. de in ius vo. l. plerique. cum. l. ſe.* ſecundum *Bald.* quem vide in allegat. *l. ſiquis tantum*. adde quæ dixi ſupra in *curia proxima, cap.* 34. *Item quod aliquis homo.* Sed in Cathalonia habemus prius ſeruare has conſtitutiones Cathaloniæ: vt in *cap. aſſats es coſa ridiculoſa, in curia dominæ Reginæ Mariæ.* Et prædicta intellige in captura, quæ fit pro de-
22 bito pecuniario, quia fragante † crimine poterit capi malefactor: vt in allegat. *cap. lo procura-*
23 *dor Fiſcal.* Item † in cauſa fiſcali, vbi agitur pro pœnis, bannis, & alijs iuribus fiſcalibus, non admittitur iuriſfirma, niſi facta fuerit pignoribus tenentibus, de quo vide infra *c. 21. Item, quod omnis,* & infra *collat. 6. in curia Perpiniani, cap. volumus etiam,* cum ſuis concordantijs. Et quæ fa-
24 ciant † perſonam ſuſpectam, nota in *l. ſi fideiuſ-*
25 *ſor. §. fin. ff. qui ſat. cogantur.* ¶ Item † nota, quod à captura poteſt appellari, & iudex à quo, pendente appellatione ad mandatum iudicis ad quem liberabit appellantem: vt notat *Bald. in l. 2. C. de Epiſcopali aud.* Sed iudex ad quem non ſtatim viſa appellatione id mandauit, ſed viſo proceſſu, & audito fiſco; ſaltem ſummarie videbit an captus ſit manuleutæ tradendus; & ita fuit concluſum in collatione pro cauſa Ioannis Fabrega ferrarij de Serinyano, cuius proceſſus erat in poſſe diſcreti Ioannis Scuderi quondam
26 notarij Gerundæ. ¶ Sed † vtrum creditor poſſit capere debitorem, vide *Innocen. & Henricum*
27 *extra de ſent. excom. cap. vt famæ.* Nota, † quod ad hoc quod poſsit peti exigi ſcrutinium pro reis fugitiuis quærendis, & capiendis, ſufficit fama, vel commune dictum gentium, quod in illo loco, de quo petitur ſcrutinium, ſe recollexerint malefactores fugitiui; ad hoc autem, vt locus alterius ſcrutari debeat, requiritur primo, vt habeatur aliqua informatio, vel coniectura, vt nota in *Summa regalis ſoni. 19. q. in littera Vicarij Barcinon.* & dixi ſuper Sacramentali, *cap.* 16. in verbo, *o ques dignes comunment,* &c.
29 Et nota, † quod fuga aliquando facit, fugitiuum haberi pro confeſſo. vt *l. conſiliarios. C. de domeſti. & aſſeſſor.* & *l. in eos. ff. de cuſto. & exhi. re.* & vide per *Henricum, extra de ſententia excommunicationis, cap. vt famæ. in prima diſt.* & adde quæ notat *Matthæus in 152. notabili.* vide etiam quæ ſcripſi infra *ead. colla. in curia Gerundæ, cap.* 27.
29 *Rubrica de bannitis.* ¶ Nota † etiam ſingulare dictum *Angeli in l. prima. C. vbi de coarctali.* quod ponit *gloſ.* poſita ſuper verbo *comprehenſus*, vbi dicit *gloſ.* quod creditor poteſt capere debitorem etiam auctoritate propria; & attende, quod dicit *Angelus*, quod non ſolum à creditore, imo etiam à procuratore ipſius creditoris capi poteſt; ergo conſtitui procurator ad capiendum debitorem auctoritate propria, quod eſt nota dignum. Item attende, quod capi poteſt intra Prouinciam, & hoc innuit littera ibi, ſcilicet, *intra Prouinciam,* &c. & facit *titulus proximus legis primæ*, & ideo videtur, quod extra Prouinciam nemo poſsit capere debitorem auctoritate propria, & illud puto verum omnino, quia non poteſt plus pars, cuius miniſterium in loco iudicantis ſuccedit, quam poſsit ipſe iudex, *l. ſuggerente. C. de officio eius qui vicem alterius gerit.*

rit. & *l. si eum. §. qui iniuriarum, ff. si quis can.* Sed iu-
30 dex † extra territorum suum executioni non mandat: vt *l. cum vnus in fi. de bo. auct. iudi. po.* & *l. pro perandum. §. Si autem reus. C. de iudi.* & *ff. de re. iudi. l. à diuo Pio. §. si sententiam*; ergo nec pars auctoritate propria extra territorium hoc facere potest: quod intelligo verum, nisi creditor de sua Prouincia insequendo, & continuo debitorem fugientem fugando eum ceperit in alieno territorio; tunc
31 enim talis captura videtur licita, quia † propter continuationem fugæ videtur captus in loco vnde inceperit aufugere. *tex. est in l. quod ait. in fi. ff. de adulter.* iuncta *l. nec inca. §. ius occidēdi. eo. tit.* & pro hoc facit *ff. de incen. ruina. nau. l. 1. §. ex incendio.* & *ff. de excu. tu. lege. bello.* & *ff. ad le. Aquil. l. huic scriptura. in principio.*
32 ¶ Sed tamen † debitor fugitiuus non debet capi auctoritate propria, nisi duobus concurrentibus, scilicet, quod iudicis copia haberi non possit, vt capiatur; secundo, quod fugiat cum pecunia creditoris, & adde tertium, quod post debitum contractum factus sit fugitiuus, secundum *Angelum*, qui hoc latius notat in *l. extra. ff. quod metus causa.*
33 Item † nota, quod fuga quandoq. facit reum confiteri de crimine: vt *l. consiliarios. C. de assessoribus*, & *3. q. 8. cap. decernimus*; & *11. q. 1. cap. Christianis*: de quo dic per *Henricum extra de sent. excom. cap. vt fama in 1. dist.* & vide quæ scripsi super *Sacramen-*
34 *tali, cap. 10.* ¶ Et intellige, † quando talis fugitiuus non militabat in armata militia, tunc enim non est licita in eū manus iniectio. Ita tenet *gl. f.* ibi. in verbo *militare*, & in *l. 1.* verbo *armatæ.*
35 ¶ Eadem ratione dico, † quod si in fuga debitor est factus clericus, quod non poterit capi auctoritate propria, nec per clericum, nec per laicum, quia maior est militia cælestis, quam armata; &
36 parificantur † istæ duæ militiæ, quo ad vocationem in ius: vt notatur in *l. 2. ff. de in ius vo.* secundum *Angelum* dicta *l. 1.* supra *in prin. allegat.* & vide eū latius in repetitione *l. nemo carcerem*
37 *de exact. tribu.* ¶ Et nota, quod † fortius potest capi pro debito ille, qui est soluendo, & non vult soluere; quam ille, qui non potest soluere. Nam in maiori contumacia est potens, & nolens quam inops, *ar. l. illicitas. §. fin. ff. de offic. præsi.* & facit, quod notat *Innoc. in cap. Petrus*, & *G. de offi. dele.* vide etiam, quod notat *Bald. in l. scimus. §. & si post præfatam. C. de iure delib.* & in dicta *l. 1. C. vbi de coartali.* Et adde, quæ notantur supra *collat. 2. cap. Item, quod nullus miles, vel alius liber homo*, &c. & *collat. 3. cap. 25. Item ordinamus, quod aliqui homines non possint*, &c. & supra in *cursa proxima, cap. Item, quod aliquis homo non capiatur*, cum suis
38 concordantijs. Vlterius nota, † quod si famulo meo librum, vel pecuniam dederis, quod eum, vel eam mihi apportet, & aufugiat, non est periculum meum, nisi fuero visus ipsum mittere ad pecuniam accipiendam, vel ad librum apportandum, & hoc per *l. qui semisses. ff. de vsuris.* & *ff. quod cum eod. l. Titianus debitor*, & *ff. de pig. ac. l. vel vniuersorum* secundum *Oldradum*, & pro hoc est textus *ff. commodati. l. eum qui. §. si dum refertur*, cum *l. se.* & adde quæ notantur *C. de furt. l. si is cui*
39 *te.* Item † nota, quod ducendus ad carcerē, vel ad iudicem, si velit congrue satisdare, relaxandus est, iuxta *Iac. de Aren. ff. si quis in ius vo.* Itē an cap-
40 tus † pro vno debito possit ibi pro alio debito recommendari, vide *Bart.* & etiam in *l. 2. ff. de in ius vo.* & in *l. si eximendi. ff. ne quis eum qui in ius*
41 *vo.* Item nota, quod pactum, † quod quis capi possit, non transit ad heredes obligati, secundum *Bart. in l. sciendum. ff. qui sat. cog.* Item no-
42 ta, quod † exiens carceres dicitur effractor carcerum, secundum *Gui. ff. ex qui. ca. maio. l. suc-*
43 *curritur.* Sed an † existens in carcere promittendo obligetur, dic quod sic, si cum tertio contrahat, vt *l. metum. §. sed licet, quod metus causa*, & si facta est promissio detinenti, si iuste detineat, videlicet *l. si mulier in prin. ff. ead.* si detineret iniuste, secus etiam si eum extrahat de carceribus, si eum custodes sequantur, ibidem *Bart.* & *in l. qui in tantam. ff. quod metus causa*, adde quę notantur in *l. metum. in §. sed licet.*

De eodem, & de dita, deposita, & commanda.

Capitulum VII.

SVMMARIVM.

1 *Dita campsoris obligat, sicut depositum, vel commanda.*
2 *Campsor tenetur omnes ditas, quas faciet, scribere in capibreuio suo maiori.*
3 *Rex non potest elongare campsores de dita, quā faciunt.*
4 *Mercatori data pecunia, si non appareat depositum, vel quomodo fuerit numerata, non præsumitur depositū.*
5 *Deponens ad commodum alterius potest illud reuocare antequam acceptetur.*
6 *Depositi dictio ciuilis est.*
7 *Dita plana non habetur pro deposito, & commanda, nisi in campsoribus.*
8 *Campsor pro aliquo promittens non habet beneficium fideiussoris, imo poterit conueniri prius, quam debitor principalis. idem num. 26.*
9 *Ius municipale non extenditur contra ius commune.*
10 *Recipiens ditam alicuius debiti, an si ditor non soluit, possit habere recursum ad debitorem principalem. late distinguendo traditur.*
11 *Nouatio non præsumitur, nisi probetur.*
12 *Dita est quædam datio in solutum.*
13 *Nouatio nedum fit per stipulationem, sed etiam per mandatum.*
14 *Fideiussor potest soluere creditori de bonis principalis debitoris.*
15 *Debitor intricans bona præsumitur facere in fraudem creditorum.*
16 *Vtilis actio sine cessione competit in sex casibus hic enumeratis.*
17 *Dominium in corporalibus non transit sine possessione, & in incorporalibus etiam sine cessione.*
18 *Cessionarius agere potest absente eo, qui debet cedere de necessitate.*
19 *Delegatio quæ sit, definitur.*
20 *Consensus debitoris non requiritur in cessione iuris.*

ITem quod *omnis dita, quam campsor faciat,* &c.
1 Casus. Dita † campsoris obligat perinde sicut depositum, & commanda. Hoc primo. Secundo,
2 ibi, *Et quod campsor,* dicit quod † campsor tenetur omnes ditas, quas faciet, scribere in Capibreuio suo maiori iurato, & non in alijs libris, vel scri-
3 pturis. Tertio, ibi, *& quod nos,* dicit, quod † dominus Rex non possit elongare campsores de aliqua dita, quam faciant. Hoc dicit in effectu, & in lõgo. Et est notabilis hæc cõstitutio. De eius materia, scilicet, campsorum abatuts, vide supra *cap.*
4 *prox.* & quæ ibi dixi. ¶ Si † pecunia est data mercatori, & non apparet in depositum, vel quomodo fuerit numerata, non præsumitur depositum. Sed si in sacro data sit, in dubio præsumitur deposi-
5 tum, vt *C. si certum pe. l. 3.* & ibi *Cyn.* Si aliquis † deponat ad cõmodum alterius, potest reuocare depositum, antequam ille acceptet, vide *C. de vsuris.*
6 *l. acceptam,* & ibi *Bar.* Actio † depositi est ciuilis, nõ prætoria, nisi in quatuor casibus. *l. 1. § 1. ff. depo. & ibi glos.* adde intra *colla. 6. cap. ad euitandũ.* ¶ Sed
7 quia † hic loquitur de dita, quæro, an dita plana, quę communiter fit inter quoscumq. habeatur inter non campsores pro deposito, & commanda? Credo quod nõ, quia textus hic specialiter dicit de dita campsorum, & in his propter auctoritatem publicam est aliquid speciale: vt in *authen. de fideiuss. § argentariorum, colla. 1.* & fides pręcipua adhibetur istis campsoribus vltra alios, in tãtum,
8 quod si campsor promittit † aliquid pro aliquo, non habet beneficium fideiussoris, imo creditor potest eum prius conuenire quam debitorẽ principalem: vt est tex. *no. l. in alleg. § argentariorum,* & notatur per *Ang. ff. de pigno. l. si fideiussor. §. pater sen.* & si idem de alijs dominus Rex hic voluisset, id dixisset: *ar. extra de decimis ad audientiam,* imo dicendo de campsoribus, videtur secus de alijs. *arg. ff. de iudi. l. cũ prætor. & extra de præsump. cap. non nr.* Et non est par ratio de alijs, qui non gerunt offi-
9 cium publicum, & iuratum. Item hæc † constitutio, quæ est ius municipale, non extenditur contra ius commune, iuxta notata supra in *curia proxima, cap. 35. Item quod si homines nostri,* &c. *vers. &*
10 *vide ibi vtrum in l. municipali,* &c. Sed † an qui recipit ditam alicuius debiti ex delegatione alterius, scilicet, debitoris principalis, vel fideiussoris, si ditor non soluit; possit habere recursum ad debitorem, vel fideiussorem delegantem. Ista questio quotidie euenit in facto, & super ea vidi sępius dubitari: credo, breuiter dicendum, vt primitus attendatur ad verba paciscentium: quia si recipiens ditam recipiat illam non animo nouan-
11 di, quod præsumitur, † nisi contrarium probetur. vt *C. de delega. l. nominationum:* vbi habes, quod obligatio per obligationem non nouatur, nisi exprese dicatur. Et tunc potest haberi recursus ad ipsum debitorem, vel fideiussorem delegantem: vt *ff. de consti. pe. l. Item illa. §. vetus fuit:* & ibi nota per *Ang.* vide *Bart. l. si donaturus.* Si vero animo nouandi fuerit facta dita ex delegatione primi debitoris, vel eius fideiussoris obligati, tunc habet primo discuti ditor, & ipso existente non soluendo, habebit recursum ad primos obligatos dele-
12 gantes: quia cum sit dita † quædam datio insolutum, videtur de euictione teneri, vt *l. si prædium. C. de euictionibus.* & hoc verum, nisi ita ex pacto dictum fuerit, vt dita ad omne periculum creditoris, & sine euictione recipiatur. *ar. l. si fundũ. C. eod. tit.* Super ijs vide, quæ leguntur, & notantur in *authen. de fideiussoribus, & mandatoribus colla. 1.* No-
13 uatio † potest fieri nedum per stipulationem, sed etiam per mandatum, dummodo agatur: casus est singularis, & non alibi in *l. si mãdauero. §. fi. ff. man.* secundum *An. de Insula.* & *Bar.* vt ipse ponit. *ff. de*
14 *noua. l. 1.* Fideiussor † potest soluere creditori de bonis debitoris principalis, quod notat *Angelus ff. man.*

ff. man. l. si procuratorem. § si ignorantes. Debitor in-
15 tricans bona sua † præsumitur facere in fraudem creditorum, nota *ff. de peculio. l. summa cum ratione*
16 *in prin.* Nota † sex casus, in quibus sine cessione competit vtilis. Primus est in emptione. Secundus in dote, vt *C. de ac. vendi. l. 3.* Tertius in nomine dato in solutum, *vt C. quando fiscus vel priua. l. fin.* Quartus in nomine dato pignori. *ff. de pigno. ac. l. si conuenerit. C. quæ res pigno. obliga. pos. l. nomen.* Quintus in legato nominis, *C. de legatis. l. ex legato.* Sextus in donatione, *C. de donat. l. nominis.* Et
17 scias, † quod sicut in corporalibus non transit dominiũ sine traditione, ita nec in corporalibus sine cessione. de quo vide latius per *Ioannem An. in addit. spe. in 2. parte. tit. de cessio. ac. §. 1. vers. Sed*
88 *numquid is cui, &c.* Item nota, quod † cessionarius cui cessio debet fieri de necessitate, absente eo, qui debet cedere, potest agere, vt *ff. de dam. in facto. l. damn. §. fi.* & non est alibi, secundum *Baldum*, adde quæ notantur in *l. postquam. C. de hæredita. vel actione vendita.* & *ff. de pignoribus. l. cum conuenit.* Vnde nota, quod dita est quædam delegatio. Est au-
19 tem † delegatio, quando debitorem meum facio promittere alteri, ita vt liberetur à me, & tenetur illi animo nouandi, vt *C. de nouatio. l. 2.* Sed ego non possum cogere debitorem meum, ipso non consentiente: ideo delegatio non potest fieri, eo non consentiente. Sed si volo cedere iura, hoc, eo
20 inuito, possum: quia † in cessione iuris nõ requiritur consensus debitoris, vt *l. 1. C. de nouat.* & ibi
21 *Bald.* Sed magis † proprie fit dita plana, quando aliquis amicus meus, qui etiam mihi non tenebatur, gratis pro me dixit, & constituit se soluturum tibi pro me: & dicetur constitutor, & habebit locum titulus de constituta pecunia, de quo dic *C. de constituta. per totum.* Siue tamen fuerit cõstitutor, siue delegatus iste ditor, nisi campsor fuerit, non erit obligatus ad captionem personæ, nisi alias expresse se obligauerit ad pœnam tertij, vel pro commanda, iuxta notata supra *collat. 2. c. 39. Item quod nullus miles vel alius liber homo.* & *collatione 3. cap. 25. Item ordinamus & statuimus, quod aliqui homines.* & *supra curia proxima. cap. 34. Item quod aliquis homo non capiatur personaliter,* &c. De deposito curiarum vide in curia proxima. c. 20.

¶ In textu, ibi: *In capibreuio maiori suo iurato,* &c. adde, scilicet in posse Vicarij in Barcinona, vbi
22 est quoddam capitulum in priuilegio, *Del recognonerunt proceres.* tenoris sequentis: *Item super solutionibus, quæ fiunt per campsores Barcinonæ alicui creditori nomine sui debitoris, quod creditur libris eorum, si probentur iurati in posse Vicarij Barcinonæ.* Et hoc tam super debitis chirografarijs, quam pro
23 alijs. Et est ratio huius, quia † ex quo iuratũ est præsumitur officium suum fideliter exercere. *ar. extra. de præscrip. c. ad audientiam.* vbi de hoc. Et
24 sunt † isti campsores nummularij, de quibus *ff. de eden. l. quædam. §. nummularios.* olim erant argen-
25 tarij, vt in *l. argentarius. ff. eod. tit.* Et quis † dicatur argentarius, notat *glos. in authen. de fideiussorib.*
26 *§. argentariorum. collat. 1.* Sed pone † quod campsor promisit alijs pro me, certe poterit conueniri primo, etiam me non discusso. vt in *§. argentariorum.* & ibi notat glossa. Forte secus in dita alterius, quia tunc seruabitur id quod in fideiussore, vt in d. *anthen. §. Sed neque. vers. Similiter obtinentem.* nisi † fecisset ditam planam: tunc enim statim poterit conueniri sicut campsor: sed diffe-
27 runt in captione personæ, vt dixi supra. Itẽ † nota, quod scribens expensas in libro rationum, videtur de illis repetẽdis protestari. vt *l. Nezennius*
29 *ff. de negotijs gestis.* Item nota, † quod scriptura propria non facit fidem pro scribente, vel eius hærede, etiamsi fiscus sibi succedat, vt *l. inter chartulas. C. de conuenien. fisci debi. lib. 10.* vide quæ ibi notantur. Vide etiam per *Angelum in l. admonendi ff. de iureiurando.* Sed *glossa in l. nummularios,* dicit, quod rationibus nummulariorum nostri temporis creditur contra se, non pro se. Pro hoc *C. de decurio. l. decurio.* & *l. infamia.* & *C. de conueniendis fis-*
30 *ci debitoribus. l. inter chartulas.* Et nota † quod nomine librorum continentur omnia volumina, siue in chartis, siue in membranis sint, siue in quacumque alia materia. *ff. de leg. 3. l. librorum.* Sed legatis chartis libri iam facti non continentur. *ff. eo. tit. l. chartis.* secundum *Guil.* qui ita notat. 16.
31 *di. c. habeo librum.* & ibi habes, quod † creditur libris antiquis, in quibus continentur gesta antiqua: ad idem *extra. de probationibus. cap. cum causam.* & *de præscriptis ad audientiam. in gl. sic enim.* Sed
32 iuxta hoc quæro, † an cuilibet scribenti in libro suo stetur contra se. Et videtur quod sic, per hæc iura, & *C. de li. ca. l. cum precum.* & *C. de non numerata pecunia. authen. contra qui propriam.* & *ff. de fideiussoribus. l. fideiussor. §. pater.* Sed contra videtur quod confessio facta absenti non tenet. *ff. de confe. l. certum. §. absenti.* & *de interrog. ac. l. fi.* cum ibi notatis: sed secus si reciperetur confessio absentis. *ff. deposit. l. Publia Meuia, §. Lucius.* Sed si scribat in libro, non valet, licet faciat præsumptionem. *C. de probationibus. l. instrumenta.* & præsumitur fuisse præsens etiam creditor, si hoc contineatur in libro. *ff. de verborum oblig. l. Titius. §. Idem*
33 *respondit.* Sed † in nummularijs antiqui temporis, qui præponebantur publice, & iurabant, crederetur tam pro eis, quam contra eos: quia ad fidem eorum recurrebatur, velut ad fidem tabellionis, vt notat glossa in allegato *§. argentariorum.* secus autem in campsoribus, nisi iurauerint & assecurauerint iuxta generales huiusmodi consti-
24 tutiones Cathaloniæ: sed † licet libris campsorum & draperiorum nostri temporis credatur cõtra scribentes, non tamen pro eis, nisi haberent subscriptionem trium testium, quia tũc staretur, vt *C. qui po. in pigno. ha. l. scripturas.* & *anthent. ibi posita.* vide *Guillelmum,* & *Iacobum,* & alios *Doctores in §. nummularijs,* & *in l. argentarius. præallegat.* & ad-
35 de quæ notat *Bartolus* C. *de edendo. l. 1.* Sed † notandum est, quod per statutum & consuetudinẽ potest disponi, vt libris & rationibus mercatorũ adhi-

adhibeatur plenaria fides, vt notatur per *Angelũ in l. si quis argentarius. §. nummularios. præallegat.* & vide quæ notat latius *Ioannes de Imola in Clem. 1. de vsuris. in glos.* super verbo *rationum.* ¶ Item nota mirabilem doctrinam, quam ponit *Matthaus*
36 *de Matasalanis in 79. notabili*, videlicet, † quod est differentia inter scripturam epistolæ, & inter scripturam libri rationum in hoc. Nam si epistola, quam tu mihi misisti, continet qualiter tu recepisti à me centũ ex causa depositi, & quod ex illis tu reddidisti mihi tali die viginti, & tali die decem, & tali die viginti: & quod remanes debitor in quinquaginta tantum: ego recepta littera, possum illam approbare quoad centum, quæ fateris te habuisse in depositum, & negare me habuisse illa quinquaginta: nam hęc dicuntur esse separata. est textus in dicta *l. Publia. in fin. ff. depo.* & ibi tenet *Bartolus.* & clarius in *l. Aurelius ff. de libera lega.* facit ad hoc *l. 1. C. de probat.* & quæ notantur in *l. si quid. C. de excep.* Sed si in libro rationum tuarum continentur accepta à me, & data à te mihi; ista data & accepta dicuntur ita esse cõnexa, quod si ego probo intentionem meam ex libro tuo quoad accepta, teneor etiam stare eidẽ libro quoad data à te mihi. probatur in *l. quadã. §. fi. ff. de eden.* vbi *Bartolus* hoc tenet. Facit *l. si quis ex argentarijs. §. si quis rationem. ff. de edendo.*
37 Vlterius nota, † quod scripturis campsorum adhibetur fides contra se, non pro se, quia tales scripturę sunt priuatæ, licet olim vbi eligebãtur de publico fides adhiberetur. Et ideo putat dominus *Antonius de Butrio*, quod vbi campsores ex publico officio deputantur ad soluendum stipẽdiarijs, vel Doctoribus, quod suis scripturis fides adhibeatur: probat *glos. in l. quadam. §. nummularios. ff. de eden.* & idem ibi tenet *Bartolus de gabellarijs, & similibus.* dicit tamen, quod inter alios faciunt hodie semiplenam probationem: & sic intelligit *l. admonendi. ff. de iureiurando.* Et idem credo de libris rationum, quibus statur in præiudicium scribentis, non aliorum, nisi cum iuramento. *C. de eden. l. edita.* vide *Bartolum in authentica, Si*
38 *quis in aliquo.* Si quæras, † vtrum & quãdo confessio facta in vno iudicio probet in alio iudicio, vide *Innocentium & Henricum extra. de elec. cap. per inquisitionem.* & per *Collectarium in c. at si clerici. de*
39 *iudicijs ext.* Sed † vtrum qui recipit confessionẽ aduersarij pro se, illam teneatur recipere contra se, vide *Ioannem Fab. insti. de ac. §. Item si quis postulante. &c.* vbi tenet quod sic. de hoc notat latius *Henricus Boich in cap. cum super. extra. de concessione*
40 *preben.* Et † an confessio possit diuidi, vide *Cynum & Bart. de Salicet. in l. si præsidi. C. de dona. ante*
41 *nupt.* & *Baldum in l. 1. C. de confessis.* Sed † an cõfessio sit danda defensio, vide *infra in curia Cernaria collat. 6. cap. imprimis.* Et nota, quod ex confes-
42 sione † facta extra iudicium, quo quis confitetur se crimen commisisse, insurgit iudicium ad torturam, vt notatur ff. *de adulterijs. l. capite quinto.* & per *Doctores in cap. quam sit graue. de excep. Prælato.* vide etiam *glossam in l. quoniam. ff. de his qui notan.*
43 *infamia.* Item † nota admirabilem modum extorquendi confessionem, vel consensum aduersarij tui, videlicet, quod tu mittas ei vnam breuẽ literam, in qua dicas, quod rogas, vt ipse reddat tibi centum, ad quæ tenetur causa depositi: vel dicas, quod tu emis ab illo domum pro centum aureis. Nam ipse recipiendo simpliciter litteram, non protestando in oppositum, videtur fateri depositum, & assentiri venditioni. *l. filius. ff. ad mace.* & *in Clem. 1. de procura.* & hanc doctrinam ponit *Bartolus in l. quo enim. ff. rem ra. ha.* & *in l. cum tabernam. §. idem quæsijt de pig.* & *tex. iuncta glos. in l. Publia. in fi. ff. depo.* vbi *Bar.* etiam hoc tenet. Et vt scias hoc practicare, cautela est, quod testibus præsentibus detur illa per nuntium, & testes habeãt copiam literæ: & quod tantum stent, donec corã ipsis litera aperiatur, secundum *Matthæum de Ma-*
44 *tasalanis in 23. notabili.* Vlterius nota, † quod si mercator fecit mihi literas cambij, & ego in itinere eas amisi, vnde cambium non est sequutum, possum depositum meum repetere, non obstante quod non possum literas cambij reddere, liberãdo tamen mercatorem ab ipsis literis per publicum & solenne instrumentum, secundum *Bald. l. instrumenta. C. de fideicommissis.* vt ipse ibi notat
45 in fine legis. Sed vtrum † per literas credentiæ quis obligetur, *Bartolus* tenet quod sic in *l. cuicũque. §. sed si cum fullo. ff. de insti. actione.* Sed an literis credentię sit danda fides, & an præiudicẽt mittenti, vide *Bartolum in l. Lucius Titius. ff. de fideiussoribus.* Notat *Bartolus*, quod quando aliquis soluit debitum alienum, suo nomine habet actionẽ negotiorum contra verum debitorem, si postea cũ cognouerit soluens cõstituit in animo suo, quod pro vero debito sit solutum, & creditor, cui solutum est, hoc acceptauit, in *l. si tibi. ff. de donation.* & notat *Bartolus in l. si pupilli. §. Item quæritur.* Item
46 nota, † quod suscipiens obligationem pro alio, accessor est, & tamen obligatur, quod est contra regulam. *§. qui accessionis. ff. de fideiussoribus.* & est casus singularis secundum *Bartolum in l. eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo.* & ibi etiã nota, quod quando curatur de damno vitando, tunc nudam
46 inducit actionem. Sed † an creditor teneatur debitori soluenti reddere instrumentum, vel sufficiat facere apocham, vide *Bartolum in l. qui tabu-*
48 *las. ff. de furtis.* Vltimo nota, † quod in contractibus, ex quibus non transfertur dominium, non veniunt casus fortuiti: vt *insti. quibus modis cõtrahitur obliga. §. Item is cui.* & ibi notat *Ioannes Fab.*

De vsuris. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Confirmantur constitutiones Regis Iacobi Primi super vsuris Iudæorum.*

ITem statutũ & ordinationes, quas dominus Rex Ia-
1 *cobus auus noster*, &c. Hic † expresse confirmãtur constitutiones & capitula Regis Iacobi Primi, de quibus supra collatione 1. per totam. Et etiam aliæ ordinationes factæ in præcedentibus consti-

constitutionibus &curijs super contractibus Iudæorum, & notarijs instrumenta ipsorum cōtractuum recipientibus, & etiam omnes aliæ ordinationes super Iudæis editæ. Et quod si contra fieret, quod puniantur Iudæi, & notarij contrafacientes, pœnis in dictis ordinationibus & statutis contentis, & alias arbitrarie, vt iuris fuerit, & rationis. adde quæ in dictis constitutionibus dixi supra collat. 1. & in sequentibus: quę & prout de Iudæis loquētur, iuxta remissiones per me datas. Et signanter de pœnis notariorum dixi supra *collat. 1. cap. Item statuimus, vt tabelliones.* Vide infra in *curia Ilerdæ proxima in cap. 7. Item ordinamus & statuimus, præsenti curia approbante,* &c. Vbi corrigitur, q dicitur de iuramēto Christianorum. supra collat. 1. & cauetur noua forma iuramenti à Iudæis annuatim præstandi. & adde ea quæ dicam infra in *curia Perpiniani. cap. ad excludendum.* Et de materia Iudæorum & vsurarū vide aliquantulum infra cap. proximo.

De eodem, & de Neophitis. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Neophiti non sunt compellendi restituere vsuras receptas ante baptismum.*

2 *Neophiti nihil amittunt de bonis, quæ habebāt ante baptismum.*

3 *Iudæi nolentes baptizari possunt compelli ad restitutionē vsurarum.*

4 *Constitutiones & leges permittentes vsuras tenent, ad euitandum maius malum.*

5 *Rex remittit vsuras Iudæis motus zelo fidei, vt facilius conuertantur: declaratur nu. 6. & 7.*

8 *Neophitis improperandum non est.*

9 *Diuersitas locorum non inducit regulariter diuersitatē iuris.*

10 *Iudici non licet minuere pœnam in criminibus ordinarijs. limitatur nu. 11.*

12 *Leges transgredi licet propter casus emergentes.*

13 *Furti pœna est arbitraria.*

14 *Fur de consuetudine suspendendus est.*

15 *Iudici licet in criminibus extraordinarijs augere, seu minuere pœnam: declaratur nu. 16.*

17 *Pœnam augeri, vel minui quomodo dicatur, vide in littera.*

18 *Iudex condemnans ad pœnam pecuniariam, potest adijcere, quod nisi soluat, fustigetur.*

19 *Pœna criminalis est, quæ applicatur fisco; quæ vero priuato, est pœna ciuilis.*

20 *Pœna in dubio fisco applicanda.*

21 *Pœnarum genera octo referuntur.*

22 *Pœnæ de iure canonico sex traduntur.*

23 *Neophitus potest agere actione iniuriarum contra improperantem.*

24 *Improperans neophitum an excusetur, dicendo per iuramentum, se cum ira id dixisse.*

25 *Quæstio pulchra proponitur, & indecisa remanet.*

1 ITem, quod si Iudæus, vel Iudæa, &c. Casus. †Neophiti non coguntur restituere vsuras per eos ante baptismum receptas. Hoc dicit. Et adde infra *eadem collat. in 3. curia Barcinon. cap. 3. Nouerint vniuersi, quod nos Iacobus Dei gratia,* &c. vbi habes;
2 quod isti Neophiti † conuersi nihil amittūt de bonis, quæ prius habebant. vide quæ ibi dicam.
† ¶ Habes ergo hic à contrario sensu, quod † Iudæi, qui nolunt baptizari, possunt compelli ad restitutionem vsurarum: quod videtur contra supra *collat. 1. cap. 1. & cap. Iacobus.* vide quæ ibi dixi: quia videtur, quod ipsi Iudæi compelli possint per iudices sæculares, ad requisitionem Ecclesię, vt notant *Guillelmus, & Ioannes de Imola in Clementina 3. de vsuris. super gl. f.* in verbo, *onera* possunt etiam cogi reddere rationes suas vsurarum, vt notat *gl. f. & Ioannes de Imola in dicta Clementina super gl. f.* in verbo, *censura.* ¶ Sed † an te-
4 neāt huiusmodi cōstitutiones, & aliæ leges principum, quæ permittunt huiusmodi vsuras. *Raymundus* tenet quod non, sed *glossa vltima, & Sanctus Thomas in secunda secundæ ar. 1. ar. 3. & Host. in Summa tit. de vsuris. §. 6. in fi.* quod tenēt & tolerantur propter bonum commune, vt maius malum vitetur, quia vsuræ per has leges minuūtur, licet lege Dei omnes sint prohibitæ, nec propter hoc canones sunt sublati. vide latius in *Summa Confessorum libro 2. tit. 7. q. 43. qui de legibus.*
5 Sed nota hic, † quod dominus Rex zelo fidei, vt Iudæi facilius conuertantur, in quantum possit, & in eo sic remittit vsuras Iudæis conuersis, suisque perpetuo, & etiam tota curia generalis pro toto generaliter ipsas vsuras dimisit. ¶ Et nota, quod dominus Rex dicit hic in textu: *In quantū*
6 *possit, & in eo sit;* quæro, an † licite & iuste potuerit dominus Rex, si conuertantur, remittere vsuras ab alijs receptas. Videtur quod non, iuxta notata per *Ioannem An. & Doctores Canonistas extr. de baptis. c. maiores. & cap. debitum.* Sed forte est contra in hoc casu, legem generalem faciendo de cōsensu totius curiæ generalis, quæ etiam id remittit nomine omniū de Cathalonia: & quia fit zelo fidei ex causa pia & rationabili; bene potuit dominus Rex cum generali curia auferre ius cōpetens illis, qui vsuras soluerint, & illud remittere ipsis neophitis. Faciunt pro eo notata per *Angelū l. venditor. §. si constat. ff. communia prædiorum.* vide ibi latius, & quæ notat *Innocentius extra. de iniurijs*
7 *cap. in nostra.* Sed † forte hoc non est verū, hic saltē, quoad illos, qui non astringuntur per has cōstitutiones Cathaloniæ: quidquid tamē est de veritate iuris canonici, quod credo præterri in his, verumtamen ista constitutio est confirmata infra, in 3. *curia Barcinon. cap. Et ad eorum supplicationē. & cap. Nouerint vniuersi, quod nos Iacobus,* &c. Atq. ita de facto seruatur: & Papa. & Prælati Ecclesiæ hoc sciunt, & tolerant. Immo Papa Innocentius Quartus ipsam constitutionem confirmauit expresse. Sed forte talis tolerantia sine Papæ cōfirmatione non est approbationis, sed cuiusdam cōparatiuæ permissionis, vt dixi supra *collat. 1. cap. 1.* quia nec forte Papa posset in restitutione vsurarum dispensare, licet sit secus in simonia, iuxta notata *in Clementina prima de vsuris,* per *Ioannem* de

de Imola in glos. super verbo, *non est peccatum.* & in *glossa vltima.* vers. *Tertio qualiter.* Quæ tamen omnia hic & vbique per me dicta & scripta subijcio iudicio, sententiæ, & terminationi sanctæ matris Ecclesiæ Romanæ: vt accedat quod legitur & notatur *extra. de summa Trinitate. c. damnamus. in fine.*

8 Item nota, † quod talibus neophitis non debet improperari conditio sua, dicendo, Renegat, retayat, o tornadis, vel simile verbum: vt in dicta *curia 3. cap. Statuimus insuper.* Et cōtrafacienti est apposita pœna viginti vnciarum auri Valentiæ, per vsaticum, *Si quis Iudæo.* Sed hic in allegato *c. statuimus*, apponitur pœna pecuniaria arbitrio iudicis. quare videtur contra. Sed dic, quod ista est posterior, & corrigit vsaticum quoad quantitatem pœnæ, quæ hodie est arbitraria, & posset arbitrari plus vel minus, iuxta notata in *l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notantur infamia.* vel dic, quod pœna dicti vsatici habeat locum in ciuitate Barcinonæ tantum, iuxta quandā glossam in ipso vsatico positam. Sed primam credo veriorem, quia locorum † diuersitas iuris diuersitatem

9 regulariter non inducit, vt *l. superuacuam. C. de tempore in integ. resti. peten.* ¶ Circa † quod dic, quod

10 in ordinarijs criminibus, de quibus habetur mētio *insti. de publi. iudi.* & *ff. eod. lib.* 1. non licet iudici minuere pœnam, quoniam facti quæstio in arbitrio est iudicantis, pœnæ vero impositio legis auctoritate seruatur. *ff. ad Turpil. l. 1. §. 1. vers. & quamuis. ff. ad munici. l. ordine. C. ad l. Iuliam. de.*

11 *6. l. seruos.* nisi † iudex hoc faciat in augendo causa cognita, vt in vsatico, *Solidos:* vide quæ ibi apostillaui: quia tunc bene potest illam pœnā augere, vel minuere: augere, vt quando multis grassantibus opus est exemplo, vt pœna vnius, metus sit multorum. *C. ad l. Iuliam repetun. l. 1. in fine.*

12 quia, vt dixit *Innocent.* † *extra. de constit. c. primo*, propter casus emergentes quandoque licitū est transgredi leges. ¶ Minuere vero potest, quando persona delinquens fuit honesta persona, & non deliquit nisi semel. Nam tunc pœnam ordinariā potest minuere, imo etiam penitus indulgere. *C. quibus modis infa. irro. l. & si Possidoneum. & si seuerior.* & *in allegato §. pœna grauior. ff. de pœnis in seruorum. in tit. l. respiciendum. & de custo. & exhi. reorum. l. diuus.* & *arg. ff. depos. l. bona fides.* & *C. ad l. Iul. pe.*

13 *l. 1.* secundum *Iacobum de Bellonisu* † hodie pœna furti est arbitaria, nisi in famosis, qui debent furca suspendi, vt *ff. de pœnis l. capita. sum. §. crassatores.* & *§. famosos*, secundum *Iacobum*, qui ita notat in *feudis. de clericis vio. pacis. §. si quis quinque.*

14 Sed † licet fur secundum iura scripta non sit suspendendus, tamen contrarium obseruatur de cōsuetudine, & hanc consuetudinem rationabilem facit necessitas pacis communis, & frequens incorrigibilitas, & experta malitia hominum. De quo dic latius per *Ioannem in Summa Confessorum, lib. 2. tit. 7. de furtis. q. 3. quæ sit pœna furti.* adde ea quæ notant *Bartolus & Baldus C. de furtis. alias de seruis fugitiuis. authent. Sed nouo iure.* & *ff. de pœnis. l. capitalium. §. famosos.* & *l. nemo de Episcopali audientia.* Vide *Albertum de Cremona in tractatu ma-*

15 *leficiorum*, & *Martinum de Fano.* ¶ In † alijs autē criminibus extraordinarijs potest iudex ex causa pœnam augere, vel minuere, licet in his casibus certa pœna non sit à iure determinata. Nam vbicumque de crimine non est determinata à lege pœna, committitur arbitrio iudicis, vt *ff. de pœnis l. hodie.* & *l. sanctio.* & *ff. de effract. l. 1. §. quibus.* & *extra. de officio deleg. c. de causis.* & *ff. de iure deli. l. 1.*

16 Et prędicta intellige in officiali inferiore: secus in principe. De quo vide infra *collat. 6. curia Perpiniani. cap. insuper. q. 2. an liceat*, &c. Sed quo-

17 modo † hoc casu diceretur augeri pœna, vel minui, cum certa non sit statuta? Respondeo habito respectu ad pœnam, quæ pro talibus, vel similibus delictis solet poni, dicetur maior, vel minor imposita. Et de augendo, vel minuendo pœnā secundum qualitatem personæ, & facti contingentiam, nota *glossam in allegato §. pœna grauior.* & *2. q. 3. §. notandum quoque super verbo voluntati.* Et etiā

18 iudex † condemnando ad pœnam pecuniariam, potest adijcere in sententia, quod si dictam condemnationem non soluerit intra decem, vel viginti dies, vel ad certum tempus, quod tunc fustigetur, vel manu, pedo, oculo debilitetur, maxime si fuerit vilis conditionis. arg. ad hoc *C. de sepulc. violat. l. fi. in fi. ff. de in ius voc. l. fi.* & *ff. de iurisdict. omnium iud. l. si quis id quod*, secundum *Albertū*

19 *de Cremona.* Vlterius nota, † quod pœna, quę applicatur fisco, est criminalis; sed illa, quæ applicatur priuato, est ciuilis. ¶ Item in dubio om-

20 nis † pœna applicatur fisco, nisi vbi aliter reperitur expressum, quod alteri applicetur. de quo per *glossam* & *Bartolum in l. 3. §. fin. ff. de sepul. viol.* vide etiam per *Doctores in l. pœnales insti. de actio.* &

21 dixi supra in *curia proxima c. 18.* Item nota, † q̄ octo sunt genera pœnarum, scilicet, damnū, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, seruitus,

22 & mors. Item dic, quod † pœnę, quæ inferuntur personis de iure canonico, sunt sex, quæ sequuntur, suspensio, excommunicatio, depositio, intrusio, incarceratio, & verberatio. De primis tribus legitur *23. q. 4. cap. forte.* De intrusione habetur *81. di. cap. dictum.* & *cap. si quis clericus. 16. q. 6. de lapsis. 27. q. 1. cap. si qua monacha.* & *cap. si quis rapuerit de pœnis tue.* De incarceratione habetur *de depo. grauis. de apostat. cap. à nobis. de verbor. signif. cap. nouimus.* De verberatione legitur *5. q. 5. c. illi qui.* & *q. 4. §. in criminali. in vers. si ea*, secundum *Goffredum*, qui ita notat *in Summa sua. tit. de pœnis. §. quæ pœna.* vide *Gui. 23. q. 5. cap. 1.* ¶ Poterit e-

23 tiam † ille neophitus agere iniuriarum, licet verum sit quod fuerit retayat: quia id non expedit scire, & improperatur animo iniuriādi, iuxta notata per *Henricum Bosch extra. de iniurijs. cap. si culpa. in di. 1.* Et quæro hic, † an iste, qui dixerit, Re-

24 tayat, vel simile, euadat pœnam, iurando, se id dixisse per iram, iuxta *vsat. Barcin. cap. & si quis ad aliquem criminalem foliam.* Forte non euaderet sic iuran-

iurando in hoc casu, quia non est criminalis solia dicta, sed tantum contumelia, quando impropera tur neophitis, de quibus prædictus vsaticus, *Si Iudæus*: & etiam *cap. Statuimus insuper.* pra allegato. Sed secus crederem, si non neophito diceretur, cui esset crimen, fore circumcisum, vel rebaptizatum: vt *C. nemini Christianum mancipium. l. vnica. & C. de Iudæis. l. Iudæi, & bonorum.* Ită, quia dicta iura expresse loquuntur de neophitis, qui fuerunt Iudæi, vel Sarraceni: ergo secus de alijs.
25 *extra de præsumpt. cap. nonne.* ¶ Sed † ecce mos est Iudęorum, quod maritus superuiuēs lucretur dotem vxoris, sed non econuerso: quia vxor superuiuens nil lucratur: pone, quod ambo coniuges efficiuntur Christiani; vir superuixit, quæro, an lucrabitur dotem? Videtur quod sic argumento huius cap. & melius in allegato *cap. & ad eorum supplicationem*: vbi dicitur, quod nihil de suis bonis per conuersionem amittant. Sed contra videtur arg. *extra. de constit. cap. translato.* sed per sacramentum baptismi non soluuntur coniugia, sed crimina abolentur. *extra. de diuortijs. cap. gaudeamus.* 1. Respondeo, credo quod iudicandum est secundum legem Christianorum, maxime cū consuetudo illa videatur irrationabilis, cum non contineat ęqualitatem, in *auth. de æqualitate dotis. C. de pactis conuent. auth. æqualitas.* pro prima parte multum facit ratio harum constitutionum, ne pro eo retraherentur à conuersione. Vnde cogita tu melius, quia quæstionem habui de facto, & remansit indecisa.

De audientia per dominū Regem tenenda. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Rex debet tenere audientiam publicam qualibet die Veneris; & ea impedita, sequenti die.*
2 *Veneris dies eligitur propter reuerentiam sanctissimæ passionis Domini nostri Iesu Christi.*
3 *Rex se adhibere debet in publico, vt faciliter adiri possit à quocumque.*
4 *Antiquitus in portis ciuitatum sedebant indices, ne rusticitas erubesceret intrare mœnia, & suas proponere actiones.*
5 *Audientia Regia potest teneri per Cancellariū, & Vicecancellarium modo hic tradito.*
6 *Causæ viduarum, pupillorum, pauperum, & miserabilium personarum enocatæ ad Regiam audientiā, post recessum Regis à principatu redeūt ad gubernatorē.*
7 *Papa an dominus sit Ecclesiarum, remissiue.*

ITem quod nos, & successores nostri in quacumque ciuitate, vel villa terra nostra erimus, &c.* Casus. †
1 Dominus Rex personaliter debet tenere audiētiam publicam qualibet die Veneris: qua si fuerit impeditus, sequenti die illam debet tenere. Hoc dicit. Et tunc nullus debet stare, vel sedere prope cathedram ipsius dñi Regis in solio suo sedentis. vt in *c. Itē ordenam. in curia S. Cucufatis.* Et ista constitutio est singularis & sancta, si seruaretur vt
2 decet. Ex qua † nota primo, quod specialiter hic eligitur dies Veneris, propter reuerentiā & memoriam sacratissimæ passionis dñi nostri Iesu Christi, qui tali die per suam mortem nos reconciliauit Deo Patri, & fecit iudicium, iustitiā, & misericordiā insimul, scilicet, iudicium condēnationis diaboli, iuxta illud: *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eijcietur foras*: iustitiam, scilicet plenissimæ satisfactionis Deo Patri pro humano genere & peccato primorū parentum: misericordiam, scilicet ipsi humano generi, quod redemit suo pretioso sanguine, & eripuit de tyrannica potestate diaboli: & ideo dominus Rex considerans passionem prędictam, vt per memoriam diei Veneris, & passionis Christi sit ductus facere iudicium, condemnando & puniendo malefactores sceleratissimos; iustitiā, iudicando inter potentes; misericordiam, scilicet, inter pupillarem & viduam, & miserabiles atq; oppressos, quibus debet succurrere: vt in vsatic. *alium namque.* & 23. q. 5. *cap. Regum.* & *c. Rex.* licet iustitiam & misericordiam simul facere debeat; quia vera iustitia compassionem habet: vt 45. *di. c. vera.* dic vt ibi notatur. Et licet omni die deberet audientiam tenere, iuxta illud: *Beati qui faciunt iustitiam in omni tempore.* attamen propter ingentia & multiplicata negotia Regnorū non potest commode iugiter de per se personaliter tenere audientiam: tamen ne pauperes opprimātur, ideo saltem semel in qualibet septimana debet pro tribunali, & in sede maiestatis sedere, paratus querelas & rationes litigantium audire, & per iustitiam expedire: & pręcipue debet audire causas pauperum, & aliarum miserabiliū personarum, qui facilius opprimuntur, & quibus clauduntur ostia thalamorum, quia pauper audiri contemnitur. 11. q. 3. *cap. pauper.* ¶ Et idcirco
3 Rex † se exhibere debet in publico, vt facile va-
4 leat adiri à quocumque: sicut † antiquitus iudices sedebant in portis ciuitatum, & reddebant iustitiam & iudicium querelantibus, ne simpliciter rusticitas erubesceret intrare mœnia, & suas proponere actiones, secundum *Laur.* & notatur per *Gui.* 11. q. 3. *cap. quanto.* super verbo, *in portis.* vide ibi. Ad prædicta facit primū iudicium Regis Salomonis, de quo *extra. de præsump. c. afferte.* Item
5 nota, † quod audientia Regia potest per Cancellarium, Vicecancellarium, & Regentem Cancellariam teneri, etiam per decem dies absente Regę post recessum illius, in loco vnde recesserit, scilicet, de causis inchoatis ante recessum, vt in curia Reginæ Mariæ cap. 5. & nō possunt impediri per Regem, vel alium à iustitia ministranda, quā facere debent iuxta capitula curiæ Regis Martini, *c. Item Senyor quels Cancel.* vide & adde quæ ibi dixi. ¶ Rege vero absente, vel Regina eius locum tenente, non potest audientia teneri, neq. possunt prouisiones fieri, vel negotia reseruari, nisi per Cancellarium, vel Vicecancellarium. *in 4. cap. curia 1. Barcin. Regis Petri III.* & hoc per decē dies tantum post recessum, infra quos nō possunt noua negotia inchoari: vt infra in curia Mariæ *c. Ordenam, estatuim. infra collat.* 10. vide ibi latius.

Hodie

6 Hodie† vero causæ pupillorum, viduarum, pauperum, & miserabilium personarum ad Regiam audientiam euocatæ, per eius recessum à principatu redeunt ad gubernatorē, iuxta *c. les causes, in fra in curia Barci. colla.* 11. vide ibi. Item nota ex litera, quod si Rex fuerit impeditus die Veneris tenere audientiā, vt quia est dies feriata. *extra. de ferys. c. conquestus.* vel propter alia negotia & necessitates vrgentes, tunc sequenti die Sabbati debebit teneri ipsa audientia personaliter ab ipso Rege. Quod intellige, nisi fuerit similiter impeditus: quia legem, quam sibi imposuit, seruari cōgruit. *C. de legi. l. digna vox.* alias cogi non poterit: quia nemo ei potest dicere: Cur ita facis? vti in Iob cap. 9. Sed Papam & Episcopos suæ terræ in spiritualibus habet superiores. 19. *q.* 3. *c. cūcta per mundum.* & *cap. per principalem.* & *extra. de maio. & obe. c. omnes principes.* & *extra. de iudicus. c. no-*
7 *uit.* Vtrum autem Papa sit dominus Ecclesiarū, vide *Gui.* 12. *di. c. non decet.* Et nota, quod sicut se Rex astrinxit tenere audientiā qualibet die Veneris, ita se astrinxit tenere curiam generalē quolibet anno. vt sup. *colla.* 2. *curia* 2. *Barcin. c.* 26. *Itē quod semel in anno,* &c. Ita etiam Papa se astrinxit celebrare concilia, iuxta *c. frequens.* quod fuit decretum Constantiæ pro extirpatione schismatū.

De gabellis victualium sublatis. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum gabellæ salis sublatæ extenditur ad omnia alia victualia, quæ vbilibet asportari possunt, terris inimicorum exceptis.*
2 *Inhibitio victualium fieri potest per dominum Regem tempore carestiæ.*
3 *Vectigal concessum in priuatum commodum non valet, & ratio traditur nu.* 4.
5 *Vectigal imponi nequit contra formam assuetam, & in loco non assueto.*
6 *Casus, in quibus non sit soluendum vectigal de iure cōmuni. remissiue.*
7 *Gabella non est soluenda pro rebus, quæ mittuntur ad exercitum.*
8 *Rex an teneatur soluere vectigalia, quæ concessit.*
9 *Villa, quæ est vicus & membrum ciuitatis, non potest exigere vectigalia à dicta ciuitate.*
10 *Clerici an teneantur soluere impositionem de pane vendito laicis, resoluitur negatiue.*
11 *Portans res illicitas simul cum licitis, perdit omnes.*
12 *Arrendatio iuriū an sit venditio, seu locatio, traditur remissiue.*
13 *Arrendatores gabellarum possunt conuenire debitores.*
14 *Vtrum publicanus possit remittere vectigal. remissiue.*
15 *Pedagia & telonea de iure quæ. remissiue.*
16 *Vectigal nō soluitur pro victualibus ad vsum propriū.*
17 *Tributum imponitur personis, vectigal vero rebus.*
18 *Vectigalia sunt lezdæ.*
19 *Gabella salis & victualium de facto exigitur in Comitatu Empuriarum.*
20 *Constitutiones generales Cathaloniæ non reuocant priuilegia & consuetudines particulares, nisi de eis caueatur expresse.*

ITem quod capitulum curiæ Barcinonæ domini Regis Petri bonæ memoriæ patris nostri, quod incipit: Concedimus, volumus, & etiam ordinamus, quod gabella
1 *salis,* &c. Casus. Capitulum †Gabellæ salis sublatæ ad omnia alia victualia extenditur, quæ asportari vbilibet possunt, exceptis terris inimicorum, cum quibus guerrā habemus. Et quæ sint res prohibitæ, hic habetur. Hoc dicit. Poterit ta-
2 men † per dominum Regem fieri inhibitio victualium tempore carestiæ: vt infra *colla.* 6. *c. cum secundum. in curia Perpiniani.* adde quæ ibi scripsi. Et de hoc habes *C. quæ res exportari non debent. l.* 1. & 2. vbi etiam ponitur pœna capitalis illis, qui arma & ferrum portant barbaris, cum præscriptione bonorum. Et vide quæ scripsi infra *collat.* 6. *in curia Montissoni. in c.* 1. super verbo, *hostilibus.* Et de materia huiusmodi dixi supra 2. *colla. in alleg. c. concedimus,* &c. & est decimum cap. & repete hic quæ ibi dixi: & adde infra in *curia proxima c.* 8. *Item quod de cap.* & vide quæ ibi dicā. & hoc cap. in noua compilatione facta per *Narcissum de S. Dionysio* legum Doctorem ponitur *lib.* 4. *tit. de vectigalibus, lezdis, pedagys, & securitate itinerum.* Et hoc cap. cum dicto *cap. concedimus,* confirmatur infra *collat.* 4. *curia Gerund. cap.* 8. Vide
3 nota, † quod vectigal concessum in priuatū cōmodum non valet, quamuis in literis, seu rescripto concessionis vtilitas publica prætēdatur: vt infra *colla.* 6. *curia Montissoni, c.* 28. quod est cōtra Gerunden. propter barras, & propter vectigal, quod
4 olim vidi leuari: quia † pecuniæ non conuertūtur ad vsus, de quibus in rescripto concessionum cōtinetur: vnde caueant de conscientia. Item vide, & adde quæ scripsi supra *colla.* 2. *curia* 2. *Barcin. c.* 30. *Concedimus etiam, & approbamus,* &c. *vers. nota*
5 *tamen,* &c. Item † vectigal non potest imponi cōtra formam assuetam, vel in alio loco, quam temporibus retrolapsis fuit cōsuetum persolui: ideo Rex Petrus III. reuocauit lezdam, pedagiū, mēturaticum, pensum, quæ tunc de nouo à viginti annis citra fuerant imposita: vt infra *colla.* 6. *curia Montissoni, c.* 28. *præcipimus insuper.* & infra in *cur.*
6 *Gerundæ, c.* 2. Casus † vero, in quibus non soluitur vectigal de iure communi, vide *ff. de publican. l. si publicanus.* & ibi *Bartolus.* adde quæ notantur supra *collat.* 2. *cap.* 39. *Statuimus etiam.* & *cap.* 40.
7 *Item quod ciues & aly.* Item † nota, quod pro rebus, quæ mittuntur ad exercitum, non debet solui gabella, secundum *Bartolum ff. de publicanis. l.*
8 *licitatio.* §. *res.* Potest † dubitari, an dominus Rex & familia teneantur soluere vectigalia, vel impositiones, quas ipse Rex concesserit. Et videntur attendi verba concessionum, vt *extra. de priuileg. cap. porro.* vide latius de hoc per *Ioannem de Imola in Clement. Si dominum. de reliq. & venerat. Sancto-*
9 *rum in nota. vers. iuxta prædicta quærit.* Sed † pone quæstionem, quæ sæpe accidit. Ciuitas Gerundæ emit victualia in villa Sancti Fælicis Guixolensis, quæ est vicus, pars, & membrum dictæ ciuitatis, ex vnione Principis: quæritur, an præfata villa possit

posit exigere vectigal, vel impositionem à dicta ciuitate, ratione dictorum victualium: semper in collationibus dicebam, quod non: & ita fuit determinatum postea per honorabiles Deputatos Cathaloniæ. Vide super hoc quæ notat *Bartol. in dicta l. licitatio. §. si fiscus.* vbi videtur casus. ¶ Item
10 an de pane, † quem clerici vendunt laicis, teneantur ipsi laici soluere impositionem; de hoc fuit non est diu, quæstio Gerundæ, quæ per trāsactionem fuit sopita, & amodo laici de tali pane clericorum non soluunt impositionem in Gerūda. vide quæ notantur per *Bart. in dicta l. licitatio.*
11 *§. mercatores.* ¶ Quarto etiā, † si quis portet res illicitas simul cum licitis, an debeat perdere omnes. *Bartolus* videtur tenere, quod sic, in *l. vectigalia. ff. eod.* adde quæ dixi supra in *curia proxi. cap.*
12 35. *Item quod si nomines nostri, vel alterius.* Vtrū † arrendatio iurium sit locatio, vel venditio; & si interim superueniat casus, propter quem arrendamentum non possit exigi, fiat deductio pretij, vel quid iuramenti, vide late per *Bart. in l. cotem*
13 *ferro. ff. eod.* ¶ Nota tamen, † quod arrendatores gabellarum, impositionum, & redituum possunt agere de iure proprietatis, tanquam procuratores domini; vt notat *Bart. in l. 1. §. fin. ff. de vsuf. quē ca.* & est casus in *l. 1. §. si. cum l. seq. ff. de noui ope. nunt.* Et facit pro arrendatoribus beneficiorum, vt conuenire possint debitores in foro Ecclesiastico, sicut possunt beneficiati pro iuribus Ecclesiasticis. In contrarium facit quod notatur in *spec. tit. de imm. Eccl. §. in fin.* De quo dic vt notatur latius per *Pan. & Io. de Imola in c. præsenti. extra. de censibus. in Cle. super glos.* in verbo, *nō*
14 *negotiandi.* Sed † vtrum publicanus possit remittere vectigal, vide *Bar. in l. interdum. §. dixi quoque*
15 *facta. ff. eod. tit.* Quid † iuris sit de istis pedagijs, & teloneis, vide *Ioan. Summa Confess. lib. 2. tit. 5. q.*
16 29. *in Rubric. de pedagijs & teloneis.* Sed † nūquid pro victualibus, quæ quis facit portare pro vsu familiæ suæ, debeat solui vectigal, *Hostien.* dixit, quod non, etiamsi consuetudo sit in contrarium, quia irrationabilis est. idem videtur tenere *Ioan.*
17 *vbi sup. q. 33.* vide ibi latius. Et † nota, quod est differentia inter tributum, & vectigal: quia tributum est, quod capitibus imponitur, sed vectigal prædijs: vt notat *gloss. de hæred. vel ac. ven. l. 2. §. si quis l. publici.* alias est sub *l. non repetere.* Adde etiam quæ notat *Gui. in Rosario 23. q. 8. §. ecce. su-*
18 *per verbo, cui tributum.* Item † nota, quod vectigalia sunt leudæ. vt vide in quadam glos. antiqua in vsat. Barcino. quia telos Græce dicitur vectigal Latine, secundū *glos. in Euang. super Matth. ibi: Vidit Iesus sedentem in telonio.* ¶ In textu, circa fi-
19 nem, ibi, *& concessiones,* dic, † quod occasione huius verbi adhuc de facto exigitur gabella salis, & victualium in Comitatu Empuriarum, licet in *cap. Concedimus.* supra allegato sit prohibita gabella salis in tota Cathalonia, & licet hodie dictus Comitatus sit dñi Regis, & pro pignore posideatur per Generale Cathaloniæ, & ciuitatem Barcinonæ: & credo, quod ibi non deberet sustineri gabella, præsertim cum sit Comitatus domini Regis, & creditores non debeant plus iuris ibi exigere, quam dominus Rex. *extra. de iure patro. quod autem.* & *infra q. 7. cap. Daybertum. cum similibus.* Ego vidi chartam Regis Petri Tertij cōfirmationis dictæ gabellæ salis dicti Comitatus, datam Gerundæ die 8. Nouembris, anno à Natiuitate Domini 1385. Sed etiam video, quod adhuc litigatur de transitu salis Turricellæ de Mōtegrino: tamen non credo, quod valeant priuilegia facta post & contra huius constitutiones. ¶ In
20 textu, ibi *non obstante,* hic est bonum † argumentū, quod per constitutionem generalem Cathaloniæ reuocentur priuilegia & consuetudines locorū singularium, si fuerint ante constitutionem in cōtrarium, licet sit de iure communi contra. *extr. de consti. c. 1. lib. 6.* Sed hoc forte facit consensus brachiorum: cogita tamen, & vide *Iacob. de Calicio in Directorio pacis, 8. dubio. q. 3. vers. præterea istud probatur.* adde quæ dixi supra *colla. 1. cap. 6. statuimus itaque.* Sed tutius est tenere, quod per generalem constitutionem non reuocentur speciales cōsuetudines & priuilegia locorum, nisi caueatur expresse, iuxta *cap. licet Romanus.* & quod dicitur in litera, est cautela, quæ non nocet. *C. de testa. l. testa.*

De confirmatione constitutionum, & inquisitione contra officiales eas violantes. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Curiæ generales ita confirmantur, vt si per officiales cōtra eas quid factum fuit, inquiratur contra eos. idem num. 2.*
3 *Violantes constitutiones qua pœna teneātur, remissiue.*
4 *Officiales, qui etsi iuramento adstricti sunt ad earū obseruantiam, violant eas, tenentur ad periurium.*
5 *Officialis obtinens officium pro pecunia inquirendus & puniendus est per inquisitores tabulæ, durante suo officio.*
6 *Emens officium contra prohibitionē delinquit in officio.*
7 *Priuilegium obtinentis per obreptionem qua pœna sit, traditur late.*
8 *Defendere sanguineos suum, est licitum per fas, vel nefas.*

Item quod nos, & nostri successores semper teneamus, &c. Casus. † Hic præcedentes curiæ generales
1 dominorum Regum Petri & Alfonsi, & etiā aliorum confirmantur. Et si per officiales fuit contra factum, mandatur inquiri contra eos, vt inde puniantur. Hoc dicit. ¶ Habes ergo hic, quod
2 specialiter † fit inquisitio contra officiales, qui violauerint constitutiones Cathaloniæ: sicut infra *collatione ista in tertia curia Barcinona, cap. 7. Item ordinamus de consilio.* vide ibi alia capitula, de quibus debet inquiri in tabula. vide notata infra *in eadē curia, cap. 38. Item quod assignetur nunc, &c.*
† Sed † qua pœna teneantur qui istas constitutiones violant, vide quæ dixi intra *collat. sexta curia Perpinian. cap. cum secundum.*
4 ¶ Nihilominus † vero officiales, qui iuramēto adstricti sunt ipsas constitutiones seruare, per ea-

N tum

rum violationem incurrunt periuriũ, & ita erũt infames: vt *extra, de test. c. testimonium*. Et sic vide-
5 tur ex his, † quod si officialis pro pecunia obtinuerit officium contra generales constitutiones, quod per inquisitores tabulæ inde debeant inquiri, & puniri. Ad idem infra *eadem collat. c. 22. Item cum in curia*. Et huius opinionis semper fui: nec volui consentire absolutioni cuiusdam Baiuli, qui confessus fuerat se per pecuniam obtinuisse officium Baiuliæ contra ipsas constitutiones. Alij vero dicebant, quod tale delictum non fuerat commissum durante regimine officij: ideo quod non poterat in tabula syndicari: & illũ de facto absoluerunt sub isto colore: sed negari non potest, quod deliquit in officio, illud contra prohibitionem emendo: & ita poterat & debebat inquiri, si contra cõstitutiones fecit in officio, vel eius regimine durante: vt in allegato *cap. Itẽ ordinamus de consilio*, ibi: *& super omnibus alijs, in quibus dicti officiales, vel eorum aliquis in eorum officio, vel tenendo officium deliquerint*, &c. & videtur mihi, quod in officio delinquat, qui illud cõtra prohibitionem emit, pro quo est priuatus, & infamis ac inhabilis: vt intra *collat. 9. cap. contra constitutiones*, cum suis concordantijs. adde quæ notat dominus *Iacobus de Calicio in suo Curiali*, ⁊ *dub.* in illa q. quæ incipit: *Quæro, quod si dominus Rex debet mihi. vers. sed contra hoc facit, quod officiales syndicantur*
6 *pro criminibus & iniurijs*. Sed quęro, † quę sit pœna eius, qui per obreptionem obtinet priuilegium. Respondeo, quia interdum obripitur impetrando, tunc aut est, casus, in quo est pœna determinata, & stabo determinationi legis: vt *l. fi. de his qui anno Domini*. C. aut non est pœna determinata, & tunc videtur pœna arbitraria: vt *C. si contra ius vel vti. pu. l. & si legibus*. & *ar. ff. de effract. & expila. l. 1. §. & expilatorem*. Aut obripitur litigando: tunc aut in ciuili causa, & est pœna refectio expensarum: vt *l. eum quem temere. ff. de iudi. & nota iudi. in procemio*. super verbo, *& calumniantium iniquitates*. Aut in causa criminali; & tunc aut obripit accusator, & punitur pœna talionis: *C. de accu. l. penul. & fi.* Aut obripit reus mẽdaciter, negando; & nõ punitur de mendacio, sed delicto intentato: nam
7 licitum † est sanguinem suum per fas, vel nefas defendere: vt *l. 1. de bõ. eo. qui mort. consci.* interdũ obripitur probando: & tũc siue sit actor, siue reus, punitur pœna falsi: *ff. de fal. l. si quis obrepserit*: & etiam actus est nullus, vt ibi patet. Interdum obripitur peierando; & tunc aut vt testis. & si causa est capitalis, tenetur capitaliter: *ff. ad l. Cor. de sica. l. 1. §. 1.* Aut non est causa capitalis. & tunc tenetur pœna *l. Cor. de fal.* Si vero est periurium in parte. dic vt notatur *sup. l. 2. C. de re. credi.* De his notat *Baldus in allegata l. & si legibus*.

De contractibus iudicum, & aliorum officialium.
Capitulum XIII.

SVMMARIVM.

1 *Officiales in locis, vbi degunt, non possunt emere fructus, nec habere partem in illis.*
2 *Officiales non possunt fructus colligere, nisi sint domini Regis.*
3 *Officiales nequeunt emere rem venditam, in districtu eorum curia.*
4 *Officiales tempore regiminis emere & acquirere prohibentur, nisi victualia.*
5 *Officialibus prohibita multa traduntur. remissiue.*
6 *Officialis vbi & quando præsumatur habuisse de bonis fisci, traditur.*
7 *Officialis ementis durante officio pœna. remissiue.*
8 *Officialis an recipere pignus possit. remissiue.*

1 ITem quod aliquis Vicarius, vel Baiulus, vel alius officialis non possit emere, &c. Casus. † prohibẽtur officiales emere, & emi facere redditus loci, vbi erunt officiales, & habere partẽ in ipsis. Hoc
2 dicit. Adde, † nec poterunt illos colligere, nisi sint domini Regis: vt infra in *curia Perpinian. cap.*
3 *Sancimus, & ordinamus, & statuimus*. Item † nõ possunt emere aliquam rem immobilem sui subditi, vel etiam mobilem. quæ vi curiæ venderetur: vt infra *ista curia, cap. 23.* vide ibi latius. Et etiã de
4 iure communi † officiales tempore sui regiminis prohibentur emere. & adquirere, nisi victualia: vt *C. de contractibus iudicum. l. vna.* & adde quæ notãtur supra *colla. 3. cap. 12.* Et † etiam multa alia of-
5 ficialibus prohibentur, quæ collige per *Narcis. de S. Dionysio. lib. 1. tit. quæ facere officiales Regij pro-*
6 *hibentur*. Sed † si quæras, vtrũ, & quando officiales omnia de bonis fisci præsumantur habuisse: dic, aut quæris de bonis, quæ habebant ante administrationẽ officij, & tunc sine dubio non præsumũtur de bonis fisci habuisse: vt in *auth. de ec. ti. §. interdicimus. collat. 9.* & *ff. de peculio. l. in arrogatione*. Aut quæris de bonis quæsitis post administrationem: tunc aut erat talis, qui secundum naturã sui officij poterat quærere; vt sunt officiales perpetui: vt *ff. si cre. pe. l. principalibus, & præsidijs*: tunc cũ possint iuste quærere, præsumuntur de bonis proprijs quæsiuisse: vt *C. arbi. tu. l. si defunctus*. Si autem sit talis officialis, qui non possit contrahere secundũ naturã sui officij: vt *C. de contract. iudi. l. vna.* tunc pręsumitur adquisiuisse de bonis fisci: vt dicto *§. interdicimus. in fi.* ar. ad hoc *ff. de don. inter virum & vxo. l. quintus*. De hoc legitur & notatur *C. de iure fisci. l. defensionis facultas. lib. 10.* vide ibi latius per *glo.* & *Doct.* ad hoc facit quod legitur & notatur *ext. de peculio cleri. c. 1.* & *c. inquirendũ.* & *12. q. 3. c. 1.* & *C. de dona. inter vir. & vxo.*
7 *l. etiam.* & *12. q. 2. c. sint manifeste*. Sed † quæ sit pœna officialis ementis aliquid durãte officio; & an aliquo casu valeat venditio, vide per *Cyn. C. quod*
8 *metus causa, l. si per impressionem*. Sed † an pignus recipere poterit officialis, dic per *Ang. ff. de pigno. l. in quorum finibus*. Adde quæ notantur latius per *Ange. in l. principalibus. ff. si certum petatur*.

Ne vnus plura simul officia in eodem loco teneat.
Capitulum XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Officia plura iurisdictionis in eodẽ loco per vnũ obtinẽda nõ sunt. ratio traditur n. 2. & declara. n. 3. & 5.*

Cleri-

4 *Clerici prohibentur habere plures præbendas in eadem Ecclesia.*

ITem quod aliquis homo non possit tenere, &c. Casus. Nullus † potest tenere plura officia iurisdictionis simul in eodem loco. Hoc dicit. Et † est ratio, quia qui ad vtrūq. festinat, neutrū bene peragit: vt *C. de offi. assess. l. nemo.* & ne promiscuis actibus rerum turbentur officia. *C. de testamentis. l. consulta diualia.* & ne vnus sibi stipendia vendicet plurimorum. *extra. de clericis non resident. c. quia nonnulli.* ad idem *extra. de praben. c. ad hoc.* & *cap. cū non ignores. cum sim.* Et quod hic dicitur de officijs iurisdictionis, † forte verum de iurisdictione territorij coherentis, alias videretur secus: circa quę dic vt notatur per *Bartol. C. vbi & apud quem. l. 1. alias fi.* & adde quæ notantur per *Ang. ff. de iuris. omn. iudi. l. extra territorium.* & quæ scripsi infra, *colla. 6. curia Montissoni,* super verbo *iurisdictionis.* & de hoc legitur & notatur *C. de proxi. sacrorum scri. l. hac parte.* ibi dicitur: *Nullo modo duplici fungantur officio.* Sic † etiam clerici prohibentur habere plures præbendas in eadem Ecclesia, vel ciuitate, seu loco, de quo dic vt notatur 21. *q. 1. in Summa.* Item forte quod in hoc cap. dicitur, debet intelligi, † quando sunt officia repugnantia: vt *ff. de procur. l. licet. §. si plures.* vide quæ ibi notantur per *Angelum.*

1
2
3
4
5

Vt clerici officia Regia non habeant. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in Cathalonia officium Regium obtinere nequeunt, nisi fuerit Cancellarius, Vicecancellarius, Eleemosynarius, & iudex iurisperitus.*

2 *Clerici coniugati cum vnica & virgine, portantes habitum & tonsuram, gaudent priuilegio clericali.*

3 *Clerici non possunt admitti ad officia Regia, etiam per eos præstita cautione de non vtendo priuilegio clericali.*

4 *Clerici non debent admitti ad officia, quæ astringuntur ad tabulam.*

5 *Fideiussores qui dantur per officiales Regios, debēt esse laici.*

6 *Officiales in Cathalonia debent esse Cathalani.*

7 *Clerici assessores esse non possunt in curijs sæcularibus, nisi præstita fuerit ab eis cautio cū fideiussoribus laicis.*

8 *Casus octo, in quibus laici prohibentur tractare spiritualia, referuntur.*

1 ITem quod aliquis clericus, &c. Casus. Clerici † in Cathalonia nō possunt exercere officium Regium, Cancellario, Vicecancellario, Eleemosynario, & iudicibus iurisperitis exceptis. Hoc dicit. Ratio redditur in littera, scilicet, quia si delinquerent, non possent à Rege puniri. de quo vide quæ dixi supra *collat. 2. in forma iuramenti Vicarij.* ¶ Et ita loquitur hic etiam de clericis coniugatis, quia dicit, *Clericus, vel alius, qui habeat tonsurā.* & per eandem rationem, *quia si delinqueret,* &c.

2 coniugati † enim clerici portantes habitū & tonsuram, si fuerint cum vnicis & virginibus vxorati, gaudent in criminibus & excessibus priuilegio clericali: vt *extra. de clericis coniugatis, cap.*

3 *vnico. lib. 6.* dic vt ibi. ¶ Sed † iuxta pragmaticā Regiam, quam vide in lib. viridi. hono. iuratorū ciuitatis Gerundę, est Regis Petri, dat. Perpiniani sexto Nonas Maij, anno Domini 1345. dummodo caueant coniugati de non portando clericalem tonsuram, admittuntur hodie contra istam constitutionem: & forte non bene, quia constitutio ista, quæ salubris est, seruanda esset, nec posset tolli per pragmaticam & cautionem prædictam, non est sufficienter prouisum, quoniam quando voluerint reassumant personam, & gaudeant priuilegio clericali: vt *extra. de vita cleri. cap. fin.* & *de clericis coniugatis. cap. ex parte.* & *de priuileg. ex parte.* & sic per consequens euadant delicti punitionem iudicis sæcularis, & ita tonsurati clerici soluti, vel coniugati cum vnicis & virginibus, non possunt se submittere foro iudicum tabulæ, quia in iudicio tabulæ regulariter non agitur nisi pro criminibus & excessibus commissis in officijs, in quibus dicti clerici gaudere possunt ratione tonsurę, priuilegio fori clericalis: & nō possunt efficaciter in foro sæculari obligari ad captionem personæ, quandoque tamen etiam agitur pro salarijs & debitis ciuilibus, quæ contraxerūt ratione officij, vel etiam durante officio: vt infra *collat. 6. curia Montissoni. cap. officiales.* Ex quibus

4 mihi videretur, † quod ad officia, quæ astringuntur ad tabulam, non deberent admitti, nec in fideiussores eorum recipi clerici, vel alij tonsurati, qui gaudere possunt priuilegio clericali; quia per tales tonsuratos in his, & similibus non potest in foro sæculari dici sufficienter cautum, cum requiratur personarum obligatio, *arg. l. quotiens. ff. qui satis cogantur.* tales enim fideiussores debent

5 esse laici: *vt supra in curia proxima.* ¶ Quod autē dixi requiri personalem obligationem fideiussorum, forte non est verum de iure constit. licet secus de facto seruetur in aliquibus locis. Sed nōdum vidi obtineri in contradictorio iudicio: quare cogita.

6 ¶ Item † isti officiales debent esse Cathalani, vel in Cathalonia domiciliati: vti supra *colla. ista in curia proxi. c. 2. Item ad supplicationē.* vide tamen quæ dixi ibi, & *cap. 3. Item quod nobilis*

7 *Infans.* Sic † etiam clerici non possunt esse assessores in curijs sæcularibus, nisi assecurauerint idonee per fideiussores laicos: vt sup. *in cur. proxi. c. 6. Item quod aliquis clericus non possit esse assessor.* & adde quæ dixi de assessoribus infra in *curia Gerundæ, cap. 28.*

8 E conuerso † nota, octo casus, in quibus prohibentur laici tractare spiritualia. Primo repelluntur laici à prædicando verbū Dei. Item à recipiendo decimas. Item ab oblationibus. Itē à recipiendo resignationem beneficij Ecclesiastici. Item à cognitione causarum Ecclesiasticarum. Item à compromisso rei spiritualis. Item ab electione beneficij vel prælaturæ Ecclesiæ. Item ab inuestitura, licet sustineatur in iure patronatus: & vt partes suas interponat laicus electioni tractādæ; de quibus vide latius per *Antonium de Butrio in cap. Sicut extra. de hæreticis.*

Vt liberi libere vadant. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Liberi homines in Cathalonia libere ire possunt quocũque voluerint.*

2 *Quilibet valere potest alteri in guerra. declara vt ibi, & limita nu.5.*

3 *Rustici & eorum filij non habent liberum volitum accedendi quo velint. & ratio traditur nu.4.*

6 *Liberi homines dum detinentur in carceribus, non habent liberum volitum.*

7 *Seruus non est sui iuris, ex quo detinetur inuitus.*

ITem quod quilibet richus homo, & miles, & ciuis,
1 &c. Casus. Quilibet† habet liberum volitum accedendi, etiam ire valere de guerra cui voluerit: rusticis & filijs eorum exceptis, de terris vbi consueuerunt redimi. Hoc dicit. ¶ Nota primo, quod quicumque liber homo potest in Cathalonia liber ire quo voluerit, & quo libuerit, dummodo lezdam & iura de rebus & mercibus soluerit, iuxta ea, quæ habetur supra *collat.2.cap.28. Statuimus etiam, quod quilibet possit ire*, vide quę ibi dixi, & intellige vt ibi notatur. ¶ Secundo nota,
2 quod † quilibet potest valere alteri de guerra: quod forte intelligẽdum est de guerra principũ, vel alia licita: secus est de bãdositatibus & guerris illicitis: quia nemini est licita impunitas peccandi: & ideo dicitur hic, *iuxta antiquam consue-*
3 *tudinem, & constitutiones inde factas*, &c. ¶ Tertio † nota, quod pagenses, rustici, & filij eorum de terris, vbi consueuerunt redimi, non habent liberũ volitum accedendi quo velint, nec etiam valẽdi
4 de guerra, vt hic dicitur. Et † est ratio, quia sunt astricti glebæ: & tenentur facere residentiam, & alias seruitutes, quibus domini alias defraudarẽtur. Item ipsi rustici cum iuramento & homagio fidelitatis se astrinxerunt dominis suis, quod non ibunt, nec facient aliquid, propter quod domini eorum defraudẽtur: de quo vide quæ notatur supra *colla.2. c. In terris.* & supra *colla.proxi.cap.29. Item ordinamus & statuimus, quod si aliquis rusticus, in fi.* adde infra *eadem curia, cap.36. Item si debitũ,* in quæstione *Sed quæro numquid rusticus*, &c. Itẽ,
5 quod dicitur hic, quod † quilibet possit valere de guerra, limita per constitutionem sup. *colla.3. cap.25.* adde & vide latius istam materiam in *Viridario Militiæ Iacobi de Calicio in 3.dub.siue q.prin.*
6 Tamen † liberi homines, qui pro commanda, vel alio debito, in quo locum habeat captio personæ, detinentur, donec soluerint, vel bonis cesserint legitime, non habent liberum volitum, vt patet supra *colla 2.c.29. Item nullus miles.* & sup. *colla.proxi. c.25. Item ordinamus & statuimus, quod aliqui homines.* vide quæ in eis dixi de captione personæ: & quod dicitur, *quilibet*, scilicet liber
7 homo: secus est de seruo, † qui detinetur inuitus, quia non est sui iuris.

De rescriptis & priuilegijs. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia concessa contra generales constitutiones non valent.*

2 *Actum factum contra constitutiones non tenet.*

3 *Deputati Generalis Cathaloniæ se opponunt pro obseruantia constitutionum, & aliorum iurium patriæ.*

4 *Iudicantis contra constitutionem pœna. remissiue.*

5 *Iudex quilibet requisitus debet reuocare de facto quod nullum est ipso iure.*

6 *De obseruantia priuilegiorum cognoscendum est summarie sine libello, nec contestata lite.*

ITẽ quod nos, vel successores nostri non faciamus, &c.
1 Casus. † Nõ valẽt cõcedi priuilegia cõtra constitutiones. Hoc dicit. vide supra *colla.proxi.c.27. Item ordinamus & statuimus, quod aliqua litera nostra*, &c. Et si cõcedantur priuilegia vel rescripta in generali vel speciali contra ipsas constitutiones, quæ sunt leges iuratæ & pactionatæ huius patriæ, ipso iure non valent. *C.de legi.l.non dubium.* & *25.q.2.c.Imperiali.* & *q.1.c.rescripta.* vbi Guido distinguit sic: aut princeps mandat contrariũ iuri naturali, & ei impune non paretur. *10. di.c.non licet.* aut iuri pŏsitiuo, siue consuetudinario, siue scripto: subdistingue, aut alicui obest, aut nulli: si nulli, obtemperetur. *arg.ff.ne quid in loco pu.l.2. §.sed quid si à principe.* si alicui obest, aut multũ obest, aut parum: si parũ, obtemperetur. *C.de preci. Impera.offer. l.quotiens.* si multum lædit, aut continetur expressum in rescripto, non obstante lege, aut canone; aut non: si expressum est, videtur emanare ex certa scientia, & legi vel canoni abrogare; & parendum est. *extra. de offi. dele.c.ex parte.* si non est expressum, differendum est, & debet expectari secunda iussio: vt notatur per *glossam in alleg.c. rescripta.* adde quæ notat *Bald. C. de preci. Impera.offe.l.nec damnosa.* & *l. rescripta.* & *C.si quis*
2 *ius vel vti.pu. l.omnes.* Et † sic nota, quod sit factũ contra huiusmodi constitutiones, non valet, nec tenet ipso iure. Et ideo subdit hic dominus rex, quod si contrafecerit, & ostendatur, quod reuocabit illud, scilicet, quatenus de facto emanauit, licet ipso iure irritum sit, atque nullum: sicut *extr. de rebus Ecclesiæ non alie. c.si quis presbyterorũ*, ibi: *Confectum exinde instrumentum viribus, quamuis ab initio nullas habuerit, vacuetur.* ad idem infra *eadem collat. curiæ 3. Barcin. c.17. Item ordinamus & promittimus.* & *curia Gerunda c.9. Item statuimus, quod cap. factum per nos in 2. curia Barcinona*, &c. vbi expresse dicitur, quod si contra factum fuerit, non valeat. vide ibi. & infra *colla.6. curia Montissoni. c.40. vt melius omnes constitutiones.* & inf. *colla. 9. c. lo*
3 *fruyt.* vbi † cõceditur, ꝙ Deputati Generalis Cathaloniæ possint se opponere pro defensione generaliũ constitutionũ, vsaticorũ, & priuilegiorũ generalium, ac iurium huius patriæ. ¶ Sed qua-
4 liter † puniatur, qui contra constitutionẽ principis iudicat, dic vt notatur per *gl. f.* & *Cyn. in l. 1. C. ad l. Iul. magis.* & *in l.1.§. sed si iudex. ff. ad l. Corn. de fal.* & vide *l. penult. ff. de officio præfecti prætorio.* & de hoc dicam latius infra *collatione prima in curia Perpiniani, nempe, capitulo. Secundum constitu-*
5 *tiones.* Et quod litera dicit, *reuocabimus*, † dic, ꝙ & quilibet iudex requisitus reuocabit de facto,

cum

cum sit nullum ipso iure, vt dictum est: quod sicut princeps iudicat, ita alij inferiores iudicare
6 debet. *extra. de re. iudi. c. in causis.* Et † de vsu obseruantia que priuilegiorũ cognoscetur sine libelli oblatione & litis contestatione, per solam testiũ receptionem summarie, vt supra *collat. 2. in 2. cur. Barcino. c. 5. Idcirco nos Rex.* vide quæ ibi dixi & de pœna eius, qui per obreptionem obtinet priuilegium, dixi supra cap. 12. *Item quod nos, & nostri successores.*

De saluaguardia Principis. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Habitantes in Cathalonia sunt in guarda & defensione Principis.*

2 *Rex cum sit comminalis persona, aequaliter debet omnes defendere.*

3 *Rex nequit concedere particulari personæ guidaticum specialis saluaguardiæ, idem nequeunt facere Gubernator, nec alij officiales, limita quoad Regem, nu. 5. 6. 7. & 9.*

4 *Ad Regem solũ spectat ponere pennones Regios, & saluamguardiam.*

8 *Pennones & saluaguardiæ prohibentur poni infra iurisdictiones militum & richorum hominum.*

10 *Constitutiones non arctant regalias.*

Item, quod cum quilibet sit, & debeat esse in guarda
1 & defensione nostra, &c. Casus. Omnes † habitatores Cathaloniæ sunt in guarda & defensione Principis: ideo si in speciali concedatur alicui guidaticum, illud decernitur esse nullũ. Hoc dicit. Ratio huius constitutionis potuit esse, quia
2 dominus † Rex est comminalis persona, & æqualiter defendere debet omnes, & non debet habere acceptionem personarum. *extra. de rusticis. tar. nouit.* & vide supra *collat. proxima. cap. 3.* super verbo, *non infecto amore.* Nota ergo hic, quod domi-
3 nus † Rex non debet alicui singulari personæ etiam Ecclesiasticæ concedere guidaticum specialis protectionis & saluæguardiæ, vt hic: & multo minus id facere debet Gubernator, & alij officiales: imo si contra fecerint, est nullum, & reuocatum: vt infra *colla. ista in 3. curia Barcinon. cap. 18. Item ordinamus super cap. dictæ curiæ,* &c. vide
4 ibi. Non tamen † intelligas, quod Gubernator, Vicarius, & alij officiales possint ponere pennones Regios, nec saluamguardiam, cum id solũ ad Regem pertineat, vt hic, & in vsatico, *Similiter modo. 1. C. de ero. mili. anno. l. fin.* Sed in præallegato c. 18. prohibetur Gubernatori, & alijs, quasi eis nullo modo pertinere possit. pro quo vide in *Clem.*
5 *de vsuris.* Videmus tamen, quod † dominus Rex sub saluaguardia ponit omnes laborantes in fauorem luycionum, iurisdictionum, & patrimonij Regij, quia verisimiliter timetur de oppressionibus, quas homines potentes inferre consueuerunt talibus laborantibus in istis luycionibus. Item dominus Rex posuit sub saluaguardia omnes rusticos, & eorum syndicos, & aduocantes in causa libertatis, redimenciarum, atque malorum vsuum: & hoc propter eandem causam oppressionis: quare nota hanc constitutionem intel-
6 ligi debere regulariter. Fallit † vbicumque timetur verisimiliter de oppressione potentum, quoniam dominus Rex ex debito sui officij tenetur succurrere oppressis, & non sinere opprimi, iuxta *c. Regum. 23. q. 5.* & in vsatico, *Alium namque.* Nec potest huic priuilegio renuntiare, nec potest valere pactum, vel lex in contrarium. Non er-
7 go † passim, & sine iusta & euidenti causa oppressionis debet ponere sub saluaguardia nisi pupillos, & viduas, atque peregrinos, qui de facili opprimuntur: vt dicto *cap. Regum.* & forte idem de pauperibus: vt *11. q. 3. cap. pauper.* ¶ Item pro-
8 hibentur poni † pennones & saluæguardiæ infra iurisdictiones Castrorum vel locorum richorum hominum & militum: pro vt infra *eadem collatione 4. curia Montisalbi. cap. 3. Item ad supplicationẽ.* vide quæ ibi dicam latius de hac materia. ¶ Hoc
9 tamen † scias, quod dominus Rex pro sua regalia consueuit sub saluaguardia, & speciali protectione ponere personas & bona pupillorum, viduarum, & miserabilium inermium hominũ, non obstantibus huiusmodi constitutionibus,
10 quæ † non arctant regalias, quæ semper intelliguntur reseruatæ, & exceptæ, quia in generali sermone, &c. *extra. de regulis iuris. cap. in generali. libro 6.* & dixi supra *collatione 2. in secunda curia Barcinona. cap. 15. Item quod causæ,* &c. Ad hoc *C. quando Imperator inter pupillum & viduam.* & *23. q. 5. cap. Regum. & in curia domini Regis Ferdinandi. cap. nedum ex beneficio. infra collat. 9.* & hoc est, quod in dicto *cap. Item ad supplicationẽ,* dixit dominus Rex, quod in guidaticis & protectionibus vtetur, sicut dominus Rex Iacobus auus suus, & alij prædecessores sui vsi fuerunt. Adde quę ibi dicam. Sed ad id quod ibi dictum est de inermibus personis, videtur contra quod hic dicitur in litera de Iudæis & Ecclesiasticis personis, qui notorie videntur inermes: sed forsitan dici poterit, saluamguardiam posse cõcedi inermibus simulq; miserabilibus personis, vt sunt pupilli, & viduæ: secus de miserabilibus tantum, vel de inermibus tantũ. Sed de rigore iuris nulli singulari potest cõcedi per hanc cõstitutionẽ, licet secus quãdoq; de facto viderim obseruari. Vnde cogita melius.

De Tabellionibus & protestationibus. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Notarij requisiti tenentur sub debito officij conficere instrumenta contra quemcumque, excepto contra Generale Cathaloniæ, & in contractibus illicitis. & n. 2.*

3 *Notarius requisitus negligens conficere instrumenta, priuatur officio.*

4 *Consiteri videntur, qui moniti, dum poterant contradicere, tacent.*

5 *Officialis nõ respõdens protestationi, videtur fateri.*

6 *Contradicere protestationi est optimum consilium.*

7 *Duo dies dati pro respondendo protestatis quomodo expectandi per notarium, antequam claudat instrumẽtum, traditur.*

8 *Instrumenta an recipienda sint contra generale Cathaloniæ.*

loniæ,& alia circa materiam traduntur.
9 *Cautela pro notarijs, vt possint recipere instrumenta cõtra generale Cathaloniæ.*
10 *Deputati non solent admittere protestationes, nisi in modum supplicationis. & idem seruant Deputati locales.*
11 *Notarius non potest tradere instrumenta requisitionũ, nisi elapsis duobus diebus datis ad respondendũ requisitis.*
12 *Instrumenta notarij prohibiti an valeant. remissiue.*
13 *Duo dies dati ad respondendum requisitis currunt à die requisitionis, quoties requisitus non fuerit protestatus de copia, alias currunt à die tradita copia. & nu. 14. refertur consuetudo Gerundæ.*
15 *Terminus an computetur de momento in momentum.*
16 *Dies quando incipiat & finiatur. remissiue.*
17 *Notarius an debeat expectare in præsentatione litteræ alterius actus quã protestationis duos dies, traditur.*
18 *Copia protestationis dari debet expensis protestantis.*

I*Tem quod quilibet notarius, vel scriptor publi-*
1 *cus,*&c. Casus. Notarij † & scriptores publi-
ci requisiti tenentur coram quacunque persona,
& cuiusuis, etiam domini Regis præiudiciũ, ex-
cepto lo General; conficere instrumenta, non ob-
stante inhibitione quacumque, & expectare pro-
testatum per duos dies; & non vltra. Hoc dicit.
Nota, quod notarij sub debito officij sui tenentur
conficere instrumenta requisiti: quod est verum;
excepto contra lo General, vt hic: & exceptis il-
licitis contractibus, vt supra *collat. 1. cap. itẽ sta-*
2 *tuimus, vt tabelliones.* vide ibi. Fallit etiã † in ca-
su infra *eadem collat. c. 31.* Item fallit in alio casu
infra *colla. 6. curiæ Perpinani. cap. ad excludendum
fraudes.* Item fallit in casibus notatis per *Doct. in
l. generali. C. de tabulariis. lib. 10.* Alioquin si requi-
3 situs † instrumenta conficere, negligat in casibus
nõ prohibitis, est priuatus ipso facto officio suo
in perpetuum, vt hic, & alias punitur, vt *C. de de-
fens. ciui. l. iubemus.* & *in auth. ac armis. § fin. coll. 6.*
4 Item nota † quod consentire videntur illi, ad quos
pertinet contradicere, si moniti tacẽt; iuxta *Inno.
extra. de elec. c. dudũ Rothomagen. in gl. f.* super ver-
5 bo, *contestationem.* Et † sic est contra officiales, qui
non curant respondere protestationibus, vt vi-
deantur consentire, &c. vide *eod. tit. c. Camana.* Et
6 sic est † tutum consiliũ contradicere protestatio-
ni in omnibus suis, in quantum videatur facere
contra protestatum: & ita faciunt boni iudices,
vt notatur per *Angel. ff. qui satis cog. l. fideiussor, in
prin.* & vide *Bart. ff. de noui ope. nunc. l. non solum. §.
morte, in q.* quę incipit; *Sed an requiratur alterius*
7 *partis consensus.* Sed † pone, quod ille, cui fuit fa-
cta protestatio, respõdet, & similiter protestatur;
& iterum aduersarius replicat, & protestatur: nũ-
quid oportebit notariũ expectare per duos dies
post replicationem, vel responsionem; antequam
claudat, & tradat instrumentum? Dicas, quod aut
illa respõsio, vel replicatio continentes protesta-
tionem præsentantur aduersario, vel nõ, sed tantũ
notario. Primo casu credo, quod notarius debe-
bit expectare per duos dies; iuxta mentẽ cõstit.
sed forte eius pœna non haberet locum. Secundo,
vero casu non tenebitur expectare per hanc cõ-
stitutionem à contrario sensu. Vlterius nota hic
8 magnum † priuilegium del General, vt nullus
audeat recipere instrumenta contra lo General;
vel forte non est prohibitum instrumenta recipi
contra lo General, si recipere velit notarius: sed
dicit quod non potest cogi: imo si pœna inde si-
bi imponeretur, non valet ipsa pœna exigi, vt hic
dicit: & iste videtur verior intellectus huius lite-
ræ: pro quo facit, quod veritas non debet occul-
tari: quia non minus peccatum est celare veritatẽ
quam exprimere falsitatem. 11. *q. 3. c. quisquis.* &
extra. de cri. fal. c. 1. Verũtamen consuetudo, quæ
est optima legum interpres, habet, quod notarij
non audeant recipere instrumenta contra lo Ge-
neral, & ideo non est mutanda, &c. *ff. de le. l. mi-*
9 *nime.* & ideo † quando aliquis vult fieri instrumẽ-
tum de aliqua re tangente lo general, vel eius de-
putatos, notarius debet petere veniam ab ipsis, &
de eorum licentia facere instrumentum, alias nõ
10 auderet. Item † scias, quod ipsi domini Deputati
non consueuerũt admittere requisitiones & pro-
testationes, nisi fiant per modum supplicationis:
11 & idem seruant locales Deputati. Item † nota,
quod notarius non debet claudere, nec tradere in-
strumenta protestationum infra duos dies, infra
quos debet expectare illum, contra quẽ fuit pro-
testatum, & recipere responsionem, quam ille vo-
luerit facere: alias amittet officium, forte per sen-
tentiam, & non ipso iure in hoc casu: vel saltem
ipso iure, secuta declaratione, quæ est necessaria.
arg. eorum, quę leguntur & notantur *C. vnde vi. l.
si quis in tantam.* & *de ele. licet canon.* & *de hæreticis
12 cum secundum. lib. 6.* Sed † an & quãdo valeat in-
strumentum à notario prohibito factũm, vide *Io.
de Imola c. 1. de exce. Præla. c. frequens gl. f. in verb.*
13 *cõficiant, in Cle.* Sed quæro, † quãdo incipiant cur-
rere isti duo dies. Videtur quod statim post factã
protestationem: quod credo verum, nisi ille pro-
testatus petierit translatũ illius protestationis, nã
tunc incipient currere post traditionẽ copię, siue
translati, & non ante: & ita obseruatur de cõsue-
tudine inconcussa, quæ non est mutanda, nec vio-
landa per prædicta, alias æque punietur viola-
tor consuetudinis, sicut violator legis; vt 11. *di. c.
iuber.* Super hoc inualuit quædã consuetudo, siue
vsantia in diœcesi Gerunden. quæ est tenoris se-
14 quentis: *Consuetudo † est in diœcesi Gerundæ, quod si
aliquis offert aliquam protestationem contra aliquem,
& ille, contra quem protestatur, vult inde translatum,
debet sibi dari expensis protestantis; alias non currit
tempus ei, cui offertur ad respondendum: quod tempus
est duorum dierum post copiam traditam, & computã-
tur de hora in horam, infra quos duos dies Notarius
non faciet instrumentum.* ¶ Nota verbum, quia fa-
cit valde pro his quæ scripsi superius, quia nisi
petatur copia, statim currit tempus duorum
dierum. Sed tamen ex quo protestatio præsen-
tatur

tatur aduersario, debet notarius per duos dies expectare; secus si non intimetur aduersario, vt dixi. ¶ Et ex consuetudinem, quæ si alias non appareret, daretur tempus congruum iuxta facti exigentiam, vt notat *gl. f. magna in l. 4. cap. Atilius. ff. de minoribus.* ¶ Item nota, quod dixit, tempus duorum dierum cōputari de hora in horam, propter quod est cautum poni in instrumento horam traditio-
15 nis translati. Et an, † & quando dies computentur de momento in momentum, vide *Henricum extra de app. cap. cum sit responsum*, vide etiam in
16 *cap. ex ratione.* Sed † quando incipiat dies, & finiatur, notat *Henricus extra de offi. deleg. cap. consultis in*
17 *2. dist.* ¶ Et quia in hac constitutione, & in præinserta consuetudine tantum loquitur, quod notarius debet expectare in instrumento protestationis, videtur secus in præsentatione litteræ, vel alterius actus quam protestationis, quia instrumentū talis præsentationis litteræ, vel alterius actus, vbi non esset protestatio, posset perfici non spectata responsione, quia tunc statim posset impune perficere, & tradere instrumentū nihilo expectato, quia dicendo de vno videtur secus de alio, *arg. extra de præsump. cap. nonne*; vide quæ notat ibi *Henricus*, & si idem de alijs dominus Rex voluisset, id dixisset, *ar. decr. cap. ad audientiam.* Et hoc credo verum, quo ad euitationem pœnæ dictæ constitutionis, quoniam satis honestum credo, quod etiam in alijs actibus notarius per aliquod tempus congruum sustineret partem volentem aliquid respondere. Adde quæ dixi supra *colla. 3.*
18 *cap. 20.* ¶ Item † nota quod in dicta consuetudine dicitur, *expensis protestantis*, pro qua facit, quia libellus etiam offeretur expensis producentis siue offerentis, sic etiam de intimatione facienda, quia debet tradi copia expensis porrigentis offerentis, de quo dic late per *Ioan. de Imola* in *cap. causam, glo. super verbo porrecto de leo. in cle.* Ex quibus iuncto tenore præinsertæ constitutionis, quæ dicit, quod debet dari expensis protestantis, &c. videtur dicendum, quod etiam si non petatur copia, debeat dari, alias quod non currant dicti duo dies: licet tutius sit petere; pro quo facit *cap. 1. de sent. excom. lib. 6.* pro quo facit dicta consuetudo, ibi, *vult.* &c.

Vt nullus gerat simul officium Regium, & Baronis, vel alterius. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Regens officium Regiū tenere non potest simul officium Prælati, Baronis, vel alterius, rationes traduntur n. 2.*
3 *Officialis Regius est superior Baronum.*
4 *Officiales Regij tenentur residere in locis suarum iurisdictionum.*

ITem, quod aliqua persona tenēs officium nostrū, &c.
1 Casus. Regens † officium Regium, non potest tenere officium Prælati, Baronis, vel alterius. Hoc dicit. Quod est verum eodem contextu, siue simul
2 eodem tempore, ne, dum † ad vtrumq. festinat, neutrum bene peragat. *C. de domesti. & prot. l. nemo vi. & extra. de cleri. conin. cap. diuersis*, & dixi supra *ead. colla. cap. 14. Item, quod aliquis homo non possit tenere*, &c. vide ibi, *& nemo potest duobus dominis seruire*, vt in Euangelio dicitur. Est etiam alia ratio, quia non posset bene defendere regalias, quas prælati, & alij semper nituntur vsurpare. & eorum iurisdictionem ampliare, & de iurisdictione Regia occupare, maxime in processibus soni
3 emissi. Item, quia in casibus officialis † Regius est iudex Baronum, hoc est, superior ordinarius ipsorum, & esset incongruum; quod simul esset quis superior, & inferior eiusdem Baronis, vel alterius cuiusuis. Est etiam alia ratio, scilicet ne dum ad vtrumq. festinat, neutrum bene peragat, & ne promiscuis actibus rerum turbentur officia, & ne vnus stipendia sibi vendicet plurimorum, vt dixi supra *cap. 14. Item, quod aliquis homo non possit tenere*, &c. Præterea potest esse alia ratio
4 potissima, videlicet, quod officiales † domini Regis tenentur residere in locis suarum iurisdictionum, vt infra *colla. proxima*, in *curia Montisalbi, cap. 16. Item, quod Vicarij*, &c. cum suis concordantijs, & ita non possēt insimul residere in loco Regiæ iurisdictionis, & in loco alterius.

De iurisfirmis. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Firma iuris in posse domini Regis hodie non fit cum pignoribus, nisi pro pace, & batalia: alias limitationes vide num. 3.*
2 *Firma iuris in curia ordinariorum facienda est secundum morem antiquum.*
4 *Persona capi potest pro pœnis fiscalibus in defectum bonorum, declara num. 8.*
5 *Debitorem fiscalem cogi ad soluendum per captionem pignorum satis est.*
6 *Fiscus litigat captis pignoribus.*
7 *Iudex pro iuribus fiscalibus procedere potest ex officio inquirendo.*
9 *Causæ fiscales non censentur comprehensæ in constitutionibus, nisi de eis fiat mentio specialis.*
10 *Exequutio fit contra debitores fiscales, reiecta appellatione.*
11 *Appellatio non datur à pœnis, & quomodo intelligatur hoc.*
12 *Litigatur cum pignoribus de consuetudine Gerunda tenentibus, & talis consuetudo refertur num. 13.*
13 *Possessor immobilium non cogitur satisdare cum fideiussoribus iurando non inuenire fideiussores.*
14 *Possessor immobilium quis dicatur, remissiue.*
15 *Censualia mortua, vel violaria an dicantur immobilia, traditur.*
16 *Fideiussor idoneus est qui est idoneus facultatibus, & facilis conueniendi, & num. 25. declaratur.*
17 *Fideiussores diuites, non tamen possidentes immobilia, an sint idonei, traditur.*
18 *Satisdatio de iudicio sisti, quot modis tollatur, & an habeat locum in criminalibus, remissiue.*
19 *Fideiussores, pro iuris firma in causa feudali non dantur.*
20 *Empara Realis non tollitur in feudis per iurisfirmam.*

21 *Satisdare obligatus liberatur dando pignora, declaratur vt num. 22. & limitatur num. 23.*
24 *Fideiussor, qui non est de iurisdictione, non est idoneus.*
26 *Fideiussor minus idoneus est, qui est de foro alcaldorũ.*
27 *Curia, si fuerit de stylo, tenetur dare ad manuleutam pignora pro iurisfirma.*

ITem, *quod omnis firma, quæ sit facta in posse nostro, &c.*
1 Casus. Hodie † nõ firmatur de iure cũ pignoribus tenẽtibus, nisi pro pace, & batalia. Hoc dicit. Attamen tenentur firmantes ad ea, ad quæ tenentur pignora, secundum d. *Beg. de Montrana in suo alfabeto, in vers. firmare*, nullus etiam forte intellexit, quod hoc casu sit persona obligata; quod non credo per *cap. Item, quod nullus miles*, cum concordan supra *colla. 2. in 2. curia Barcino.* vide, & adde quæ notat d. *Iacob. de Calicio miles in vsat. Batava.* Et † nota, quod dicit, *in posse nostro*, quia in
2 alijs curijs seruabitur mos antiquus, vt in vsat. *de alijs namq. banjis*; & ibi dixi super verbo, *sicut mos est istius patriæ*. Et per hanc constitutionem limitatur hodie *vsat. de omnibus namq. communibus causis.* vide quę ibi notantur per Doctores. ¶ Nota ergo hic, quod nullus cogitur firmare de iure cum pignoribus tenentibus, sed sufficit dare fideiussores idoneos pro ipsa iurisfirma. ¶ Hoc ta-
3 men † fallit, quando firmatur pro pace, & treuga, & quando firmatur pro batalia; vt in constitutione, alias bataya pacium, & treugarum, & in *vsatico batalia*, & hoc totum dicitur hic. Item fallit in assecuratione tabulæ, quæ est quædam iurisfirma, de quo dic, vt dixi supra *cap. primo, quod omnis Vicarius.* Item fallit in casu, *cap. querelam de pace violata, vsat. quod si persona conquerens.* infra in *curia domini Ferdinandi, collat. 9.* Itẽ fallit de consuetudine in causis appellationum coram iudice appellationum, quæ emittuntur ab officialibus Regijs curię Gerundæ, vbi est quædam consuetudo siue vsancia scripta tenoris sequentis: *Item, quod in ipsa curia Gerundæ, in causis appellationum assecurantur expensæ cum pignoribus.* & hoc vidi in ordinario, nõn autem seruatur in delegato secundum stylum. Item fallit, quando litiga-
4 tur pro pœnis fiscalibus, pro † quibus etiam capi possent personaliter si bona non haberent; vt habetur in quadam pragmatica domini Regis Petri tenoris sequentis.

¶ Petrus Dei gratia Rex Aragonum, & c. dilectis & fidelibus officialibus nostris, &c. Gerunden. diœcesis constitutis, vel eorum locatenentibus, Salutẽ, & dilectionem. Pro parte hominum diœcesis memoratæ clamosa insinuatione nobis facta percepimus, quod vos non contenti, quod homines habeant, & possideant bona, ad quæ de infrascriptis casibus posset per vos recursus haberi pro pœnis, bannis. [Secus est tamen quando sunt capti pro criminibus grauibus, de quo dic, vt notatur per *Bart. in l. 1. ff. de custo. re.* & vide pragmaticam quæ est, infra in *fine 5. collat. curiæ Montisalbi.*] & alijs nominibus fiscalibus quibuscunq. ac fisco nostro spectantibus. [Secus ergo videtur de alijs priuatis, de quo vide, infra *collat. 6. curia Cervariæ*,] insuper capitis eosdem homines in personis [non negat quoniam pignora capiantur, saltem vbi non possideat immobilia: vt *ff. qui sat. cog. l. sciendum* Imm o de iure cõmuni pro huiusmodi iuribus fiscalibus debitores per captionem pignorum conueniuntur, & ad solutionem vrgentur, vt *l. fi. C. de cap. & distra. pigno. tribu. lib.* 10 & hoc est, quod statim subijcit, *ex quo bona habeât, in quibus*, &c.] nolentes eos fideiussoriç dare cautioni, recusatis eorum defensiones audire [nisi in captione, ac si criminosi existerent, teneantur in eorum damnum non modicum, & iniuriam manifestam.] Quare supplicato inde nobis pro parte hominum prædictorum, vobis, & singulis dicimus, & mandamus expresse, quatenus a similibus grauaminibus de cætero abstineatis; nec homines supradictos pro prædictis, ex quo bona habeant, in quibus distringi valeant, aliquatenus molestetis, seu grauetis contra debitam rationem [super hoc dic, vt notat dominus *Iaco. de Calicio in sua Margarita fisci, in 3. dubio, vers. 39.* satis † enim est,
5 debitorem fiscalem per captionem pignorum cogi ad soluendum, vt *l. fi. C. de cap. & dist. pig. tri. lib.* 10. per quam credo approbari stylum, † quod
6 fiscus pro iuribus suis litigat captis pignoribus.] Taliter vos habendo in his, quod homines memorati iterato coram nobis de vobis ista de causa non habeant materiam conquerendi. Dat. Darocis. Nonas Septembris anno domini 1337. Nota ergo, quod grauamen est, non seruare hunc ordinem; super quo vide quæ dicam infra *colla. 6. curia Cervaria, cap. insuper confirmantes.* Et nota, quod dicit, *a similibus*, quia captionem personæ pro talibus nominibus prohibet, vbi bona habeât, quæ capi, & distringi valeant, vt subijcit; non tamen prohibet capi pignora, saltem vbi non possidet immobilia; quia (vt dixi) pro huiusmodi iuribus fiscalibus litigatur pignoribus captis, ad quorum captionem sufficit præcedere infamiam, vel denunciationem alicuius probæ personæ, sed in inquisitione criminum maior infamia est necessaria, secundum *Inno.* & notat *Guid. in Rosario 2. q. 5. cap. omnibus, super glo. in ad li. 2. propter infamiam subortam.* Item † nota, quod pro huiusmodi iuribus fis-
7 calibus potest iudex procedere, ex officio inquirendo, iuxta notata per *Inno. extra de iureiuran. cap. ad nostram in 3.* & per *Bart. ff. iudi. sol. l. iam tamen. §. si plures.* & *C. de bonis vacan. l. si vacantia. lib.* 10. Nam in causis fiscalibus vbi actor, & reus sunt absentes, iudex ex officio potest procedere, & citare vtrumq. & absoluere reum ab instantia iudicij: vt *l. Senatus censuit. ff. de iure fisci*, & ibi *Bart.* secus est in causa priuatorum, nisi quando vides instantiam perire, secundum d. *Iacob. de Calicio*, qui hoc latius notat in *sua Margarita fisci in 3. dubio vers. 36.* adde quæ dicam infra *colla. 6. curiæ Perpiniani, cap. volumus, & concedimus, quod non ob-*
8 *stante*, &c. Item † ex præinserta pragmatica habemus, quod pro pœnis, bannis, & iuribus, seu nomi-

in nominibus fiscalibus debitores, nisi bona habeāt, vel se cum fideiussoribus velint manuleutare, possunt capi, & teneri in personis, vt *l. nemo carcerē. C. de exact. tribu. l.* 10. Sed si bona habeat, tunc captis pignoribus litigatur: vt *l. fi. C. de cap. & distri. pig. tribu. lib.* 10. & seruatur de stylo curiarū ciuitatis, & dioecesis Gerundensis, licet contra videatur in ista constitutione. Sed non tollit stylos, & consuetudines locorum: vt *extra. de constit.*

9 *cap. 1. lib. 6.* Item casus † siue causæ fiscales, & regalarum intelliguntur excepti, & reseruati, ita quod non arctentur per istas generales constitutiones, nisi de eis specialiter caueatur: vt dixi su-

10 pra *ead. colla. cap.* 18. Item † in istis poenis, & debitis fiscalibus, aliisq. tributis, & publicis functionibus aliud speciale seruatur, quod postquā constiterit debitores huiusmodi tenere, fit executio reiecta appellatione: vt *C. quorum app. non reci. l. abstinendum*, & *l. & publicatam.* & ibi nota, & vide, & adde hic quæ notantur infra *collat. 6. curia Perpinian. cap. volumus, & concedimus, quod non ob-*

11 *stante*, &c. Item in † poenis non appellatur: vt *ff. de ver. sig. l. antepenult.* Secus tamē est in mulctis, vt *ff. de app. l. & in mulctis.* mulcta etiam propter inopiam remittetur: vt *C. de modo mulctarum. l. fi. in fi.* quia non appellatur ab iniquitate legis, quæ poenam imponit, sed ab iniquitate iudicis mulctam inferentis, secundum *Bar.* in dicta *l. & in mulctis.* dicit etiam *Bart. in l. sacrilegij la segona. §. fi. ff. ad l. In l. peculatus*, quod debitor pro debito fiscali potest personaliter capi, non tamen in carceribus poni: vt *l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib.* 10. nisi persistat in contumacia. vt ibi dicitur: & ita potest intelligi præinserta pragmatica: super quo etiam vide latius quod notat dominus *Iaco. de Calicio in sua Margarita fisci. in tertio dubio principali, vers.* 38. & dixi supra *colla. 2. in 2. curia Barcino. cap.* 29. *Item, quod nullus miles*, &c. adde quæ scripsi latius infra *colla. 6. curia Perpinian. cap. volumus etiam, & concedimus.* Rubr. de lezdis. ¶ Item

12 etiam † cum pignoribus tenentibus litigatur de stylo, & consuetudine Gerundæ, quādo data querela non firmatur de iure per querelatum infra decem dies, nec dantur fideiussores, neq. reus possidet immobilia. vt est consuetudo scripta teno-

13 ris sequentis. ¶ *Consuetudo † est, quod si querimonia datur contra aliquem, & non firmat ius querelanti infra decem dies, qui secundum loci consuetudinē dantur post querimoniam factam, ex tunc fit executio: & non admittitur iuris firma absq. fideiussore, nisi debitor iurauerit se non inuenire fideiussorem: quo casu si debitor possidet bona immobilia, absoluitur ab empara facta post querimoniā, & restituuntur pignora facta. Si vero non possidet immobilia, remanet empara, & pignora penes curiam, donec causa fuerit per sententiam terminata.* ¶ Ecce consuetudinem Gerundæ, ex qua nota primo, quod infra decem dies querimoniæ simplicis admittitur simplex iuris firma querelati absq. alia cautione. Secundo nota, quod si fuerit contumax reus non firmando, proceditur ad executionem, nisi fuerit de iure firmatum cum fideiussoribus, vel nisi iurauerit se non inuenire fideiussores. Tertio nota, quod pignora capta vel empara facta per contumaciam querelati, non restituuntur per iuris firmam, nisi possideret immo

13 bilia, vel daret fideiussores. ¶ Et † ita habes, quod possessor immobilium non cogitur satisdare cum fideiussoribus, vel pignoribus regulariter. sicut *ff. qui satis cogantur. l. sciendum in prin.* & hoc verum, si iurauerit non inuenire fideiussores, vt in præinserta consuetudine: & notatur per *gl. f.* &

14 *Doct. in allega. l. sciendum.* Et † quis dicatur possessor immobilium, vide in *ead. l. §. possessor autem.*

15 ¶ Sed pone, † quis possidet censualia mortua, vel violaria, an dicatur possidere immobilia, vt releuetur à satisdando: dico, quod forte non, de quo tamen dic, vt notatur per *Doct. in alleg. l. sciendum.*

16 ¶ Sed † quæro quis fideiussor dicatur idoneus. Respondeo, ille qui est idoneus facultatibus, & facilitate conueniendi. vt *l. fideiussor. ff. qui satis cogantur*, adde infra *eod. c. in vers. Item nota, quod ille.*

17 ¶ Sed † pone quod reus vult dare fideiussores diuites, non tamen non possidentes immobilia, an sufficiant in hoc casu: videtur quod sic, ex quo sunt locupletes *ff. eod. l. si vero. §. qui pro rei qualitate.* Item quia ideo dantur fideiussores, vt actor habeat plures sibi obligatos: ergo sufficit, licet non possideāt immobilia. *ff... et ti. le. l. 3.* Doctores tenēt contrarium in dicta *l. sciendum.* pro quibus facit, quia si ipsi per se conuenirentur, non essent sufficientes: ergo pro alio non debent admitti; & pro hoc lex notabilis in simili. *ff. ut ad quis haeres l. si filius familiae, fi. ff. ad Macedo. l. filium.* quid plura? hoc notat *glos. in authen. de intro. & exhi. & eis. §.*

18 *sancimus.* ¶ Quot modis † tollatur satisdatio de iudicio sisti; & an hæc satisdatio habeat locum in criminalibus notatur per *Doct. in l. Iulianus. ff. qui*

19 *satis cog.* Nota † tamen, quod pro iurisfirma in casu feudali de iure huius patriæ non dantur fideiussores, vt notat *glo. in vsat. omnes homines.* sed in dioecesi Gerundæ datur fideiussor de consuetudine, tamen sufficit dare vnum militē quantumcūq.

20 inopem de dicta consuetudine. Tamen † empara Realis in feudo non releuatur per iuris firmam, nota *glo. in vsat. magnates*, super verbo *firmare.* Sed in alijs etiam in emfiteoticarijs per iuris firmam tollitur empara non Realis, sed verbalis, adde supra *in curia proxima, cap. Item quod nos, vel officiales*

21 *nostri.* ¶ Sed † an qui tenetur satisdare, possit se liberare dando pignora. Dic quod sic; vt notatur in *l. 1. ff. eod.* & *in l. pratoria. ff. de prato. stip.* sic infra *colla. 9. in curia Ferdinandi, cap. querelam de pace.* Et est ratio, quia tutius est pignori incumbere, quam in personam agere, *insti. de obl. ex quasi delic. § furti.* & plus est cauere reo, quam pauperi. *ff. de reg. iur.*

22 *l. plus cautionis.* Et hoc † verum, si placuerit ei cui satisdatur; alias forte secus, quia dando vnum pro alio, non liberatur, vide quę scripsi in *cap. los salaris.* infra in *curia domini Ferdinandi*, super verbo, *se degue tenir per content.* vel dicas, quod si non habet

bet fideiussores, liberatur dando pignora; quia etiam præstando iuratoriam liberaretur: vt *l. generaliter. C. de Episcopis & cleri.* & hoc verum est
23 regulariter. Fallit † tamen, vbi specialiter fideiussores requirantur, vt supra *cap. Primo, quod omnis Vicarius.* vide quæ ibi dixi, quia vbi satisfdatur pro incerta quantitate, non credo sufficere pignora, quæ continent certam quantitatem, vt ibi videtur casus: cogita tamen melius. & vide, infra *collat. 6. in curia Ceruariæ. cap. Item etiam ordinamus, quod quicunq. campsor.*
24 ¶ Quero † etiam, an fideiussor, qui non est de iurisdictione, dicatur idoneus. Dicas quod non, quia si fideiussor non est de iurisdictione iudicantis coram quo habet satisdari; sed est de loco alterius iurisdictionis, quæ non est de obedientia illius iudicantis, non dicetur idoneus, licet renunciauerit foro suo: ex quo iudex non potest ire ad domum illius fideiussoris pro eius executione facienda iuxta ea, quæ leguntur, & notantur in *l. si fideiussor. ff. qui satis cogantur.* ad idem quod dixi supra *ead. colla. cap. 15. Item quod aliquis clericus.*
25 ¶ Item † nota, quod ille qui est alias soluendo, tamen est litigiosus, & non solueret sine litigio; vel habet artem, quod non posset de facili conueniri, reputatur minus idoneus fideiussor: vt *ff. de verb. obli. l. si quis ita stipulatus sit Stychũ. §. si quis ita stipulatus fuerit pro centum aureis,* in fi. ibi, *nisi quod pleraq.* &c. vide quæ ibi notat *Bart.* & quæ dixi supra *ead. cap. Primo quod omnis,* &c. & ita facilitas conueniendi consideratur nedum ratione fori, vt supra in *vers. quæro etiam.* & nedum ratione potentiæ, & dignitatis: sed etiam ratione conditionis, vt quia est litigiosus, & huiusmodi, quæ credo re-
26 linqui iudicis arbitrio. Item † credo, quod illi, qui sunt de foro Alcaldorum, sint minus idonei, fideiussores in alio foro. Adde quæ scripsi intra *colla. 5. cap. 18.* vbi agitur de Subbaiulis. ¶ Vtrum
27 autem †, curia teneatur dare ad manuleutam pignora pro iuris firma toruata, dominus *Iacob. de Calicio,* tenet quod non, de iuris rigore, nisi sit de stylo, vide in *14. dubio prim. Directorij. vers. quæro numquid Vicarius facta.* &c.

De tabula officialium. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Officialis Regius non potest redire ad officium, quousq. tabulam tenuerit, & absolutus fuerit, idem num. 3.*
2 *Officium qui rexit in vno loco, iterum ad id per ambitionem assumi non potest.*
4 *Iudicis opinio grauatur dum pendet eius inquisitio.*

ITem cum in curia Montissoni fuerit ordinatum, &c. Hic agitur de tabula officialium, de qua dixi supra in *ead. curia, cap. primo,* & *cap. Item, quod omnis Vicarius,* & dicetur infra in *curia Illerden. & sequentibus,* Deo duce. Sed hic in *§. Et in eo,* vsq. ad
1 finem dicitur, quod officialis † Regius non potest ad aliquod officium Regium redire, donec tabulam tenuerit, & absolutus fuerit, ac plenarie constitutionibus Cathaloniæ satisfecerit. ¶ Et nota,
2 quod † qui semel in vno loco rexit officium publicum, iterum ad id per ambitionem assumi non debet. Immo, decem librarum pœna punietur, vt *C. de domest. & assess. l. nemo in Prouincijs cũ l. sequen.* quia eo ipso, quod vult continuare officium, præsumitur ambitiosus, vt dictis legibus
3 habetur. Item nota, † quod hodie officiales, qui non prius tenta tabula habuerint aliud simile officium, debent ilico remoueri, & alij loco ipsorum substitui, siue poni: vt habetur latius infra *collat. 10. curia dominæ Reginæ Mariæ cap. com segõs.* Item nota verbum in littera, ibi, in *aliquo officio nostro,* quod nedum non potest ante absolutionem tabulę redire ad officium triennale, sed nec ad aliquod aliud officium regium, & ne dum ad officium iurisdictionis: sed nec ad aliquod aliud: vt
4 patet ex ista littera: & est ratio, quia † interim inquisitione pendente, grauata est eius opinio, vt ad honores non debeat assumi: iuxta ea, quæ leguntur, & notantur per *Imo.* & *Henricum extra de accu. cap. Deus omnipotens.* & *de simo. cap. accusatum,* & *C. de reis postulatis l. vnica. lib. 10.* Et hoc est valde notandum, quia forte alibi in textu constit. Cathaloniæ non dicitur ita clare, & multos audiui dicentes contrarium; scilicet, quod non prohibeantur, nisi ab officijs triennalibus, & alijs, qui ad tabulam astringũtur. Secus de alijs, cõtra quos sunt dicta iura, & præsens constitutio, per verbũ, *in aliquo,* vt dixi: & adde quæ dicam infra in *curia Illerden. cap. in primis. §. ordinamus etiam.* Item adde infra *colla. 5. c. 11.* vbi etiam dicit, quod non redeat ad officium iurisdictionis, &c. & ibi dixi ad id quod dixit de verbo *in aliquo.* facit quod notat *Ioan. de Imola.* in *Clem. 1. de re. iudi.*

Ne officiales emant res subditorum. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nõ potest emere rem quæ vẽditur in districtu suæ curiæ, etiam per interpositam personam. num. 8.*
2 *Officiales possunt capere pignora, dummodo sit pro moderata quantitate.*
3 *Tutor emere non potest res pupilli.*
4 *Fideiussor emere non potest res ipsius debitoris, limitatur num. 5.*
6 *Officiales iure Canonico attento etiam durante officio contrahere possunt matrimonia cum subditis suis, limitatio traditur num. 7.*
9 *Officiales partem aliquam habere non possunt in emendis rebus, quæ vẽduntur in districtu suæ curiæ, limitatur num. 10.*
11 *De officio ad beneplacitum idem iudicatur, vt de officio temporali.*

ITem, quod aliquis officialis noster, qui vtatur iurisdictione. &c. Casus. Prohibentur † officiales
1 curiarum Regiarum emere, vel adquirere rem immobilem subditi sui, vel mobilem, quæ vi curię venderetur. Hoc dicit. Et idem est de iure cõmuni, quia quilibet iudex, vel curia non potest emere rem quam vendit: vt *l. non licet. ff. de contrahen.*
2 *empt.* pignora † tamen poterit capere, dummodo pro moderata quantitate: vt *ff. de pigno. l. in quorum finibus:* quod intellige, vt ibi notatur per *Angelũ.*

Sic

3 Sic † nec potest tutor emere illud quod vendit de tutela: *ff. de rebus eorum l. quamuis*: nec creditor pignus: vt *C. distrac. pig. l. & qui sub imagine*. ¶ Nec
4 fideiussor: † vt *C. de dolo. l.* 1. de hoc notat *glos.* in
5 *authen. de alie. emph. §. œconomis colla. 9*. Fallit † in casu *l. ordo. de execu. rei iudi.* vbi dicitur, quod si captis pignoribus non inueniantur emptores, dabuntur creditori in solutum; de quo dic vt ibi
6 notant *glos. Cyn. & Bald.* Item † officiales nō possunt contrahere matrimonia cum subditis suis durante administratione officij; vt *ff. de ritu nupt. l. si quis officium.* vide quæ ibi notantur, & in *l. vnica. C. si quacunq. potestate praditus*, &c. Sed iure canonum credo talia matrimonia valere, nisi me-
7 tus, vel coactio, aut aliud canonicum impedimentum obsistat; quia hodie matrimonia regūtur iure poli. & non iure fori. 2. *q.* 3. §. *hinc etiam*. de facili tamen præsumitur metus in casu dictę *l. vnica*.
8 Et † ad hoc præterea facit *l. vnica. C. de contractibus iudicum*. vbi etiam prohibentur huiusmodi contractus fieri per interpositam personam: & hoc est, quod dicitur hic, *nec pro emptione habere*, & adde supra *ead. colla. cap.* 13. *Item, quod aliquis Vicarius, vel Baiulus, vel alius officialis non possit emere*, &c. & vide quæ ibi dixi, & adde etiam infra in *curia Illerden. cap. 9.* vbi pręsens *cap.* confirmatur, & additur ibi, quod nec possint officiales emi
9 facere: vt *C. si certum pe. l.* 3. nec † partem habere, nec fraudem aliquam inde committere: vt *C. Si*
10 *certum pe. l. penult.* vbi de hoc vide. Et † forte intelligitur hoc *cap. de officialibus temporalibus tantū*, iuxta *l. penultimam prealleg.* adde etiam infra *collat. 6. curia Perpinian. cap. sancimus*. Et ita prædictæ constitutiones, & leges concordantes locum habent in officialibus temporalibus, qui etiam prohibentur fœnerari subditis: vt dicta *l. eos qui. C. si certum pe.* secus est de officialibus perpetuis: vt *l. presidis. ff. si certum pe.* & secus in non subditis: vt dicta *l. penulti. C. si certum pe.* quod dic: vt dixi in
11 *alleg. cap. 9. curia Illerden.* Et si † officium est placitum, de eo iudicatur, vt de temporali per *l. suffici. ff. de condi.* inde vide *Angel. in l. principalibus. ff. si certum. pe.* Vnde dic, aut quæris de emptione mobili, vel immobili: si mobili, aut de ea, quæ vi curiæ venditur; & sic omnes officiales iurisdictione vtentes prohibentur emere rem, quæ vi curiæ venditur, aut sine vi curiæ venditur res mobilis, & à tali emptione non prohibentur officiales perpetui, sed temporales: aut quæris de immobili, & à tali si fuerint subditi, probibentur omnes officiales, etiam perpetui, etiam si sine vi curię venderetur, per *cap.* 13. supra *ead. cum concordan.* Aut quæris de immobili non subditi, & à tali nullum officialem credo prohiberi. Aut res etiam immobilis non subditi venditur vi curiæ; & hanc credo, quod non possint emere officiales dictæ curię distringentis, & hanc distinctionem puto colligi per dicta iura.

Capitulum. XXIIII.
SVMMARIVM.

1 *Capitula curia domini Regis Petri Secundi confirmantur.*

ITem, quod capitulum curia domini Regis Petri, &c.
1 Hic † specialiter confirmantur duo capitula. & generaliter omnia curiæ Regis Petri Secundi. & nihil aliud vtilitatis affert. vide per te.

De pignoribus prohibitis. Cap. XXV.
SVMMARIVM.

1 *Animalia aratoria, & instrumenta arandi pignorari non possunt.*
2 *Constitutiones prohibentes animalia aratoria pignorari recensentur.*
3 *Animalia aratoria reperta in tala pignorari possunt.*
4 *Officialis pignorans animalia aratoria qua puniatur pœna.*

ITem, quod capitulum curia Barcinona, quam nos celebrauimus, quod incipit: Item, quod porterius, &c.
1 Casus. Prohibentur † hic per officiales quoscūq. pignorari animalia aratoria, & instrumenta arandi, vel agriculturæ, pro aliquo debito proprio, vel alieno, nec pro hoste, vel caualcata; nec pro cœna, vel debito regali, priuato, vel publico: & qui contra fecerit, amittat officium in perpetuū, & alias extraordinarie puniatur. Hoc dicit. De hac materia dixi supra *ead. collat. curia supra pro-*
2 *xim. cap. 39. Item, quod porterius*, vide ibi. Et † collige constitutiones, quę prohibent capi animalia, & instrumenta arandi. Primo in *const. diuinarum* domini Ildefonsi Regis, *cap. Salua tamen bestiarum pace in vsum laborationis deditarum*. Secundo in alia constitutione eiusdem Ildefonsi edita apud Barbastrum, vbi est cap. sequens: *Sub eodem pracepto nihilominus constituentes, ne boues aratores, & catera qualibet animalia aratoria, vel aratrum cū suis apparatibus, & iouo sine bubulco ladere, vel inuadere quoquo modo prasumat: nam eorum vtrumq. sacrosancta Romana Ecclesia, qua est mater, & caput vniuersa Christianitatis, ab ipso sui fere primordio vsq. ad hodiernum diem seruare consueuit, coluit, & tenuit, grauioribus etiam imminentibus pœnis, eis, qui contra fecerint: quod etiam in Romanis legibus, & decretis aternaliter constituitur.* Tertio, in *constitutione, Hac est pax. §. boues quoq. aratores*. Quarto, in *constitutione, In primis. §. Sed & bestia aratoria*. Quinto, in *consti-*
3 *tutione anno domini. §. in eadem curia addidit*. Sed † in §. *insuper*, permittūtur capi in tala reperta. Sexto, in *constitutione, Notum sit cunctis. §. Item sub hac pace sunt villani.* ibi, *& animalia aratoria*. Septimo, in *cōstitutione, Ad honor ē. §. Itē statuimus, & ponimus sub pacis, & treuga securitate villanos, &c.* ibi, *siue sint aratoria, &c.* Octauo, in *constitutione domini Regis Iacobi*, quæ incipit: *In Christi nomine sit omnibus manifestum.* Data Barcino. 12. Kalendas Ianuarij, Anno Domini 1228. in §. *Item, quod nullus homo.* quem vide supra in allegat. *cap. Item, quod porterius*. Nono, in alia *constitutione* eiusdem Regis Iacobi, quæ incipit: *In Christi nomine. Notum sit cunctis.* vbi repetitur præsens cap. Decimo, in dicto *cap. Itē, quod porterius* supra *ead. colla. in curia proxima*. Vndecimo, & vltimo hic, vbi additur pœna officialibus

bus contrafacientibus. Item in legibus Romanis, quas allegaui supra in dicto *cap. Item, quod porterius.* vide, & repete hic, quæ ibi scripsi, & dixi.
4 ¶ Et † quod hic dicit tex. *amittat officium,* intellige, per *sententiam,* iuxta notata in simili *C. unde vi. l. siquis in tantam.* & dixi supra *cap. 19.* Et quod dixi puniatur extraordinarie, vide quæ notantur supra *ead. coll. c. 9. Item, q si Iudæus, vel Iudæa,* &c. *vers. in alijs autẽ extraordinarijs,* &c. Itẽ poterit puniri in quadruplũ, iuxta *authen. nauigia. C. quæ res pig. ob. po.* Vel etiam punietur tanquã constitutionis violator, vt notatur supra *ead. coll. c. 17.* & supra *ead. coll. 2. c. 61. prædicans itaq.* & melius infra *colla. 6. c. cũ secũdum.* Et poterit procedi inquirendo absq. partis instãtia, quia hodie pro quolibet maleficio punibili ad vtilitatem publicam potest inquiri, de quo vide infra *coll. 6. curia Perpiniani, cap. volumus, & concedimus.*

De sono emisso. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum* de sono emisso *confirmatur.*
2 *Soni emissi materia traditur remissiue.*
3 *Iudex requisitus sufficit, vt sit admonitus per litteras, vt obligetur exequi in vim constitutionum pro sono emisso.*
4 *Litteris officialium creditur.*
5 *Congregati ad sonum non possunt recedere sine licentia curiæ, donec capti sint in posse curiæ.*

1 ITem capitulum dicta curia, quod incipit: *Item quod officiales nostri, vel homines ciuitatũ,* &c. Hic † cõfirmatur capitulum de sono emisso, & capitula
2 curiç supra proximæ. De † materia soni emissi vide plenissime in Sũmula regaliæ soni emissi, de
3 qua dixi supra in *cap. proxi. dicto.* ¶ Sed † hic tantum quæro de vno, videlicet, An de cognitione, quæ fit ad sonum de via foris iuxta hanc constitutionem, Iudex requisitus per aliquem iudicẽ, qui incipit dictam executionem, habeat aliquã cognitionem, dicendo, quod iudex, qui requirit, faciat sibi fidem de processu, si fuerit iustus, vel non: & dicitur per *§. tribuni. l. Si quis latrones. C. de ijs qui latro.* & ibi reputatur casus, quod non debeat processus remitti: sed sufficiat solum admonitio per litteras, vt ibi allegat. *§. pro hoc.* quia in tali processu de sono mittendo non fit processus in scriptis, nisi q iudex debet inquirere de fama, vel suspi-
4 cione. Item, † quia litteris officialium creditur, iuxta notata per *Inno. de offi. dele. cum in iure, & de offi. ord. c. 1. in glo. 2.* quæ est contra hoc. Alij contra per *l. non dubium. ff. de custo. & exhi. re.* faciunt notata in *l. fi. ff. de noxa.* Nec obstat dicta *l. Si quis. §. tribuni.* imo concordat, quia in principio dixit, *quod si criminosi degant,* &c. & sic iam erat certũ iudici. Sed tamen non debet constare iudici seu officiali requisito, de quo per *Inno.* in dicto *cap. cum in iure. in glo. de manadato & eod. tit. cap. significantibus, & de resti. sp. cap. olim. secundum dominũ Guil. Ricardi,* quondam iurisperitum Gerundæ. Cætera dic vt dixi latissime in *Summula antedicta in q. 29.*
5 Sed † an congregati ad sonum possint recedere sine licentia curiæ: dic quod non, imo recedentes incurrerent pœnam sexaginta solidorũ, quæ consueuit à talibus exigi de consuetudine: & huius opinionis fuerunt omnes iurisperiti Gerundæ in quadam collatione. & hoc verum, etiam si malefactores essent capti per illos de sono, donec ipsi capti essent missi in posse curiæ Regiæ: & dixi in dicta *Summula in q. 13. in fine.* & vide infra *ead. colla. curia Gerundæ, cap. 6. Item statuimus, quod capitulum,* &c.

De condemnatione in casu criminali. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Nullus est condemnandus absq. causa cognita, ratio decisionis traditur num. 3.*
2 *Criminosi relaxari non debent sine iudicis cognitione; sed de facto relaxantur aliquando.*
4 *Criminosus non est condemnandus absq. iudicis cognitione, quamuis crimen esset notorium.*
5 *Aduocato non licet mendatijs vti pro defensione rei.*
6 *Iuramentum calumniæ præstatur in criminalibus.*
7 *Fiscus non iurat de calumnia.*
8 *defensionibus an renunciari possit in criminalibus remissiue.*
9 *Confessio facta in tormentis an, & quando reuocanda, remissiue.*
10 *Traditus manuleutæ cum iudicis cognitione, & requiri non potest absq. eadem, vt se reponat in carceres, fallit num. 12.*
11 *Absoluere potest, qui ligat.*
13 *Pragmatica Regis Petri circa requisitionem reorum faciendã per officiales cũ cognitione iudicis refertur.*
14 *Fideiussor datus ad manuleutam liberatur denuncians curiæ, vt eum capiat, ex quo timeat de eius fuga.*
15 *Vicarius non potest dare criminosos manuleutæ in absentia iudicis.*
16 *Iudex debet residere in ciuitate, & ibi exercere officium suum.*
17 *Vicarius vadit per loca Vicariæ sine iudice, ex causa tamen necessitatis vadit iudex cum eo.*
18 *Manuleuta finiuntur si intra biennium requisiti non fuerint dati ad manuleutam.*
19 *Delatus de crimine debet tradi manuleutæ, si pœna mortis, vel mutilationis membri plectendus non sit.*
20 *Iudex non est culpandus; si non velit relaxare delatum de crimine, ex quo non habeat fideiussores idoneos.*

1 ITem, *quod aliquis homo non condemnetur,* &c. Casus. Nullus † debet condemnari sine cognitione iudicis, cuius cognitio requiratur tam in procedendo quam puniendo, quam in dando ad manuleutam, quam etiam in absoluendo. Hoc dicit. Et quod dicit, *in absoluendo,* quia simpliciter loquitur, potest intelligi causa tam de absolutione manuleutæ, quam de absolutione ab inquisitis.
2 Et † ita videtur, quod non debet criminosus relaxari absq. iudicis cognitione. Sed tamen officiales sæpe saltem de facto relaxant criminosos sine iudice. ¶ Adde quæ notantur supra *collat. 1. cap. denuq. inuiolabili constitutione,* &c. & *in collat. proxima, cap. 26. Item quod nullus condemnetur ad mortem,* &c. & *in collat. 6. curia Perpiniani, cap. confirman-*

firmantes capitulum in curia Montisalbi,&c.& in *curia Ceruaria,cap. in primis siquidem*,&c. ¶ Et fuit
3 ratio † istius constitutionis, & similium, quia sicut in ciuilibus requiritur iudicis cognitio: vt supra collatione proxima, *cap.*3. ergo fortius debet fieri legitima cognitio in criminalibus, in quibus maius vertitur periculum, & ideo est cautius agendum.*extra.de elec.cap.vbi maius,lib.6.* & defensiones nemini sunt denegandæ. *Item cum quis de resti.spo. extra.* ¶ In tex. ibi, *condemnetur*, scilicet, ciuiliter, vel criminaliter, scilicet, vel ad mortem, vel membri mutilationem, vel etiam ad torturam: vt in *allegat. cap. Item, quod*
4 *nullus.* Et hoc † verum etiam si crimen dicatur notorium, cum generaliter loquatur, & etiam in notorijs requiritur aliqua iudicis cognitio, licet non requiratur ordo, de quo *extra. de accu. cap.euidentia*, & *C. eod. tit. l. ead. qua*, & *extra. de iure iurando,c. ad nostram el.* 3. & 2. *q.* 1. *cap. manifesta.*& de manifestis, vide quæ dicam in *allegat. cap.in primis.* ¶ In textu, ibi, *sine cognitione*, subaudi, & debita defensione, & in allegat. *cap. Item, quod nullus*, & *cap. deniq.* & in *vsatic. alium namq.*
5 super verbo, *per directum.* Caue † tamen, aduocate, ne pro defendendo criminoso mendacijs vtaris: nec vt sibi prosis mentiri studeas, alias mortem dabis animæ tuæ: vt 22. *q.* 2. *cap. faciat ho-*
6 *mo*, & *cap. omne genus mendacij*,&c. quia † etiam in criminali iuratur de calumnia: vt *extra. de iu-*
7 *ramento calum.cap. inhærentes.* Sed fiscus † non iurat, sed respondet per suam legalitatem: vt notatur per *Iaco. de Monte Iudaico, in vsatico, Omnes*
8 *homines.* ¶ Sed † an possit renuntiari defensioni in criminalibus, vide quæ scripsi in allegat. *cap.in primis siquidem.* & latius per dominum *Iaco.de Calicio in Margarita fisci, in* 7. *dubio, tit. de*
9 *pœna tormentorum.* Item † an, & quando valeat confessio facta in tormentis reuocari, vide *Henricum in cap. ex litteris, extra. de diuortijs in* 1. *di.* ¶ In textu, ibi, super verbo, *quod in dando ad*
10 *manuleutam.* Sed † nunquid postquam aliquis fuerit datus ad manuleutam per Vicarium de consilio iudicis, poterit Vicarius requirere sine cognitione, vel consensu iudicis, illum vel eius fideiussores, vt eum sibi tornet? Dic quod non poterit requirere sine cognitione, vel consensu iudicis, quia iuxta regulam iuris *nihil tam naturale*,&c. & *cap. omnis res. extra. de regulis iuris.*
11 Item † regulare est, quod qui potest ligare, potest absoluere: vt notatur per *Hostien.extra. de sen. excommun.* §. *quis possit, ver. si vero sententia lata*,
12 &c.Sed † hoc fallit in septem casibus, vt ibi notatur; quorum iste casus nullus est, vnde in tex. dum dicit, *in dando ad manuleutam*, concordat, infra *collat.* 9. *curia domini Ferdinandi, cap. vt autem hæc statut. circa fin.* & hic hoc verum, etiam si iudex, vel assessor fuerit absens, vt in pragmatica, quæ sequitur hic, supple, & etiam in requirendo pro manuleuta, vt in quadam pragmatica Regia,
13 quæ proinde emanauit tenoris † sequentis.

¶ *Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corsicæ, Comesq. Barcino. Dilectis suis Vicario, & Subuicario ciuitatis Gerundæ præsentibus, & qui pro tempore fuerint salutem, & dilectionem. Pro parte iuratorum, & ciuium ciuitatis prædictæ fuit nobis expositum reuerenter, quod licet in generali curia Barcinon. fuerit cautum, quod vos, & alij officiales Cathaloniæ tam in puniendo, quam in dando ad manuleuandum criminosos existentes in posse vestro procedatis de, & cum consilio iudicum ordinariorum curiarum vestrarum. Attamen vos nolentes seruare ordinationem curiæ generalis supradictæ, dum inceditis per loca Vicariæ prædictæ, requiritis sæpe sine iudice ordinario curiæ vestræ illos, qui per vos traditi fuerant manuleutis, cum consilio iudicis supradicti; ipsosq. in dictis locis ad posse vestrum venire facitis, extra dictam ciuitatem in absentia iudicis supradicti: ex quo manuleuati criminosi prædicti, ac propter vexationes, & oppressiones, quas eis infertis, quousq. se à vobis redemerint, vel compositionem pecuniariam vobiscum fecerint, diuersimode aggrauantur. Idcirco indemnitatibus subditorum nostrorum (sicuti de ratione nobis congruit) obuiare volentes, vobis dicimus, & mandamus expresse, quatenus de cætero manuleuatos prædictos alibi præterquam in ciuitate prædicta, de & cum consilio, & ad cognitionem ordinarij iudicis curiæ vestræ nullatenus requiratis; vt sicut in dando ad manuleuandum eosdem, sic & in requirendo iudicis cognitio requiratur. Et ne proinde dicti nostri subditi contra ius & iustitiam vexentur indebite laboribus, & expensis, ac de vobis assumant materiam conquerendi. Dat. Castilion. Campiburrian.* 13. *Kalend. Aprilis, anno*
14 *Dñi* 1336. Sed † quæro, si ego fideiussi pro dato ad manuleutam, postea timens de fuga illius, denunciaui curiæ, vt illum caperet, & capere noluit; licet ille fugiat, sum liberatus: vt notant *Doct. in l. Paulus* notat. *ff. de rescin. ven.* Nota verbum, *in ab-*
15 *sentia*: nam hic patet, † quod Vicarius in absentia iudicis non potest dare ad manuleutam criminosos, & idem credo de pignoribus in causa pacis, vt in *cap. vt autē, in curia Regis Ferdinandi.* facit su-
16 pra *colla.*3.*cap.*3. Nota † insuper, quod iudex debet residere in ciuitate, & ibi exercere suum officium. Facit *constitutio curiæ Montisalbi.c.*16.*Itē quod Vicarij.* vbi dicitur, quod facere debet quilibet officialis personalem, & continuam residentiam in loco suæ iurisdi-
17 ctionis. Item † hic patet, quod Vicarius sine iudice vadit per loca Vicariæ, & facit negotia extra ciuitatem quia iudex habet residere in suo tribunali curiæ ciuitatis, vt infra sequitur. ¶ Tamē ex causa necessitatis quandoq. iudex vadit extra, vt in exercitibus, & quando habet recipere depositionem alicuius vulnerati iacentis extra ciuitatem, & tunc Vicarius ministrat sumptus. ¶ Est etiam alia tēporalis prouisio Regia in libro Viridi ciuitatis Gerundæ, qua cauetur, vt si dati ad manu-
18 leutam † non fuerint intra biennium requisiti. Est alia prouisio Regis Petri Tertij, quæ dicit de quinquennio, & ista est perpetua, data pridie Idus Aprilis, anno Domini 1344. tales manuleutæ, & securitates inde præstitæ, sunt ipso facto cassæ, irritæ, atq. nullæ. Ad quod

facit *C. vt infra biennium crim. quæstio terminetur.* & infra *collat. 9. curia dominæ Reginæ Mariæ, cap. 9.* incipit : *A remoure,* &c. vide ibi, vide eam infra post finem. 5. *collatione.* & pone ipsam hic per extensum, & quæ ibi scripsi, & adde etiam, quod dicam in allegat. *cap. Item, quod nullus condemnetur ad mortem,* &c. & in *allegat. cap. in primis.*

19 ¶ Sed † quæro an, & quando delatus de crimine debeat dari ad manuleutam? Respondeo, iuxta pragmaticam domini Regis Petri, quod ille debet dari ad manuleutam, qui delatus est de crimine, pro quo pœna mortis, vel membri mutilationis non debeatur: de hoc tamen dic per *Bart. in l. 1. & l. si confessus. ff. de custo. re.* & dixi etiam infra *collat. 6. in curia Ceruariæ, cap. ordinamus etiam, & statuimus,* & adde quæ notantur per *Doctores extra. de sent. excom. si clericos. 2. Rubri. lib. 6.* Nota

20 tamen, † quod non est culpandus iudex, si non vult relaxare delatum de crimine, quando non habet idoneos fideiussores; imo est commendandus, & debet eo casu accusatum detinere in carcere: vt *ff. de custo re. l. 2.* & 3. secundum *Ang.* in *l. edicto, ff. ne quis eum qui in ius vo. est vi. exhi.* Item adde infra *collat. 10. cap. occurrents à la difficultat.* circa finem.

De bouatico. Cap. XXVIII.

S V M M A R I V M.

1 *Venditio bouatici approbatur.*

ITem laudamus, concedimus, & approbamus, &c.

1 Hic † approbatur expresse venditio bouatici, & eius instrumentum. vide per te, & adde quæ scripsi infra in *curia Illerden. cap. 16.*

De eodem. Cap. XXIX.

S V M M A R I V M.

1 *Rex in initio regiminis iurare debet de obseruanda franquitate bouatici.*

2 *Rex iurat seruare constitutiones, & rescriptum contra eas non valet.*

3 *Priuilegium confirmatum iuramento contra aliud iuramentum non tenet.*

4 *Imperator an capere possit res subditorum in casu belli. remissiue.*

ITem, quod nostri successores in Comitatu Barcino. vel

1 in Cathalonia, &c. Cauetur hic, † vt primo Rex nouus, antequam sibi præstetur à vassallis fidelitas, seu fidelitatis iuramentum, ipse præstet, & præstare habeat iuramentum de obseruando bouatici franquitatem, & omnia, & singula contenta in curijs generalibus Cathaloniæ: alias, quod fidelitas, siue fidelitatis iuramentum per vassallos aliter præstitum non valeat. Sed iure Gotico est pœna eius, qui dolo differt hoc iuramentum præstare Regi in principio suæ electionis, quia dominus Rex suo arbitrio poterit facere suam voluntatem de illo, & bonis suis, vt Gotis. *lib. 2. tit. 1. l. vltima.* & incipit: *cum principale caput,* (idest,

2 Rex) *sumat sceptrum.* ¶ Et † ita patet hic, quod domini Reges iurant seruare constitutiones; & ita si contra eas in aliquo rescribant, non valet.

3 Nec † priuilegium etiam iuramento firmatum valeret in contrarium, quia esset contra primum licitum iuramentum: vt *extra. de iureiuran. cap. tua nos.* & *cap. intellecto.* Facit pro his quæ scripsi infra *collat. 9. curia domini Ferdinandi, cap. als procuradors fiscals:* super verbo: *& si lo contrari.* quod non valeant contra constitutiones acta, vt in dicta *curia domini Ferdinandi, cap. prohibim.* in verbo, *allo axi com à fet,* &c. Adde quæ dixi supra *collat. 4. cap. 8. Item ordinamus, & statuimus, quod aliqua charta non possit exire,* &c. & supra *ead. collat. 4. huius curiæ, cap. 4.* & supra *colla 3. cap. 35. Item cum nos receperimus in iuuentute,* &c. & *c. sequenti.*

4 ¶ Sed † an Imperator possit capere res subditorum suorum in casu guerram faciendo: vide per *Cyn. in l. nemini C. de Sacrosanct. Eccles. in vltima q.*

De eodem. Cap. XXX.

S V M M A R I V M.

1 *Rex, & sui successores non possunt relaxare bouaticum personis, quæ non fuerunt comprehensæ in instrumento venditionis eiusdem bouatici.*

2 *Rex an possit diuidere, vel diminuere Regnum. remissiue.*

3 *Rex ex eo imponit sibi, & successoribus iuramentum, quia præstat iuramentum de obseruando.*

4 *Curiæ consensus requiritur in reuocatione actus ipsius.*

5 *Princeps obligatur per iuramentum seruare constitutiones.*

6 *Princeps se submittere potest æquali, vel minori.*

ITem, quod nos, vel successores nostri non possimus facere

1 donum, &c. Loquitur † etiam hic de bouatico, de quo dixi duobus capitulis proximis. Dicens: hic, quod dominus Rex, & sui successores non possint aliquatenus relaxare bouaticum illis personis, nec earum successoribus, quæ non includantur in instrumento venditionis ipsius bouatici. Et contra factum decernit non habere

2 valorem. Hoc dicit. Sed † an dominus Rex possit diuidere, vel diminuere Regnum, vide supra *collat. proxima curiæ Montissoni, cap. 33. Item ordinamus, quod vllo tempore.* & adde, quod legitur, & notatur *extra. de voto, & voti redemp. cap. licet vniuersis.* ¶ Sunt duę partes, secundum quod sunt duo dicta secunda, ibi, *quod si nos,* &c. Pro prima parte facit supra *collat. 3. cap. 35. Item cum nos receperimus in iuuentute,* & *cap. se.* & quę dixi *ead. colla. 3. cap. 33. Item ordinamus, quod vllo tempore Regnum, & Insulæ Maioricarum,* &c. ¶ Pro secunda parte faciunt notata *collat. 3. cap. 8. Item ordinamus, & statuimus, quod aliqua charta,* &c. & *cap. 16. Item ordinamus, & statuimus, quod priuilegia, & constitutiones,* &c. & *cap. 17. Item ordinamus, & statuimus, quod aliqua littera,* &c. cum suis concordantijs. Hoc tamen cap. fuit reuocatum infra in *curia proxima, cap. 11.* vide ibi, & adde, infra *coll. 9. curiæ domini Ferdinandi, cap. prohibim.*

¶ In textu, ibi, *vel successores nostri non possimus,* &

3 ita videtur hic, quod dominus † Rex imponat legem sibi, & successoribus suis, sic 12. *q. cap. non liceat Papa*: vbi de hoc per *glos.* & *Gui. in Rosario.*

rio. Dic vt ibi: quia proprie non imponit sibi legem: sed iudicat eis non licere sine generali curia, quia habet iurare, vt supra *cap. proximo.* & ita veniret contra iuramentum, quod non licet, alias nemo potest sibi legem imponere, à qua non liceat recedere: vt *ff. de le. 1. l. si quis in principio testamenti.* vide ibi *Bart.* multo minus Princeps, qui solutus est legibus, & vt *l. Princeps. ff. de legi. C. ead. l. digna vox.*
4 Item, † quia hic tota curia consentit, ideo esset ad reuocandum hoc necessarius consensus alterius curiæ, quia omnis res, &c *extra. de regulis iuris, omnis res.* Adde infra *ead. collat. in curia Illerden. cap.* 10. Item super illo capitulo, quod incipit: *Item, quod nos, vel,* &c. vbi curia approbante reuocatur, quod dicitur hic. vide & adde quæ scripsi supra *colla. secunda in curia 2. Barcinon.*
5 *cap.* 62. *ad hac nos infans.* ¶ Item † Princeps potest
6 se astringere per iuramentum. Item † se submittit sibi æquali, vel minori: vt *ff. de iur. fil. omnium iudi. l. est receptum.* & 2. q. 7. *cap. nos si incompetenter.* Vbi vide *Oui.*

De homagio contractuum. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Homagium præstari non potest pro contractu debiti.*
2 *Notarius conficiens instrumentum prohibitum priuatur officio, & contractus non tenet.*
3 *Homagium est introductum solum ex moribus, & consuetudine.*
4 *Homagiũ hodie approbatur per vsaticũ, & cõstitutiones etiam super contractu ciuili, excepto mutuo. idẽ n. 7.*
5 *Contra violatores homagiorum proceditur per querelam pacis, & treugæ.*
6 *Contractus mutui vt sit; debet esse mutuum, quod consistat in pondere, numero, seu mensura.*
8 *Homagium quamuis regulariter prohibeatur apponi, in contractu mutui fallit tamen, vt hic.*
9 *Iuramentum prohibetur poni in contractu mutui.*
10 *Specialia multa contra iuris regulas introducuntur pro redemptione captiuorum, & referuntur nu. 11. 12. 13. & 14.*
15 *Casus in quibus notarij prohibentur conficere instrumenta, remissiue traduntur.*
16 *Violator homagij qua pœna plectatur. remissiue.*
17 *Filius naturaliter obligatur liberare patrem à captura, alias poterit iuste exhæredari.*

Item, quod pro aliquo debito non fiat de cætero homa-
1 *gium,* &c. Casus. Pro contractu † alicuius debiti prohibetur hic præstari homagium, nisi pro redemptione capti, vel pro matrimonio. Et si con-
2 tra fiat, contractus est nullus. Et notarius, † vel scriba non debet de tali contractu prohibito conficere instrumentum, sub pœna priuationis officij, & tale instrumentum decernitur fore nullum.
3 Hoc dicit. Est sciendum, † quod homagium non est à iure ciuili scripto inductum. Sed ex moribus, & consuetudine: vt in *vsat. iudicia curiæ.* & ibi dixi in verbo, *homagium,* & *in comme. Petri Al-*
4 *bertis, cap. licet de iure Romano.* Item † hodie homagium est per vsaticum, & constitutionem Cathaloniæ approbatum, etiam super omni contractu ciuili, excepto mutuo facto super alio, quam super compositione, vel matrimonio, vt inferius di-
5 cetur. Ita, † quod contra violatores homagiorum licite præstitorum tanquam perfidos, & bausatores, & pacis, & treugæ violatores, potest dari querela pacis, & treugæ pro damno dato ex tali delicto, & dolo violantis homagium, vide *Inno.* & *Doct. extra. de exce. præla. cap. grauem.* ¶ Et nota, quod dixi hic, *per aliquo debito,* quia hoc fuit póstea
6 interpretatum, † scilicet, hanc constitutionem solum habere locum in contractu mutui consistentis in numero, pondere, vel mensura: quæ interpretatio fuit facta solemniter iuxta formam *c. 1. proxim. & constitutionis curiæ Gerundæ, cap.* 10. *Item statuimus. quod cap.* vt patet in charta ipsius interpretationis incipienti: *Nouerint vniuersi, quod cum super quodam capitulo facto in generali curia nuper celebrata in ciuitate Barcino. per nos Iacobum Dei gratia Regem Aragonum,* &c. *Act.* 14. *Kalẽdas Iulij, anno*
7 *domini* 1300. ¶ Nota † ergo, quod in quocunq. contractu licito potest poni homagium, excepto
8 contractu mutui. ¶ Item † nota, quod in contractu mutui regulariter prohibetur apponi homagium. Fallit tamen, quando mutuum recipitur pro soluenda fide seu compositione captionis propriæ, vel amici sui, vel pro matrimonio, vt
9 hic dicitur. Immo etiam † regulariter hodie prohibetur in contractu mutui apponi iuramentum: vt quadam pragmatica istius Regis Iacobi data Barcino. 3. Idus Maij, anno domini 1317. iuncta alia pragmatica eiusdem Regis data ibidẽ 4. Kalendas Augusti, anno Domini 1322. Nota vlterius, quod dicit, *pro redemptione captiui:* quia in hu-
10 iusmodi redemptione fauore libertatis, & pietatis, iura concesserunt multa specialia contra regu-
11 las iuris communis. Primum † est, quod valet testamentum, quod fecerit ante captiuitatem, quo ad legata; licet sit nullum quo ad hæredem scriptum, qui redemptionem capti facere neglexit.
12 Item † minor viginti quinq. annorum, non restituitur in contractu mutui, vel alio facto pro
13 huiusmodi redemptione. Item, † quia minor quattuordecim annis, & doli capax incurrit pœnam amissionis hæreditatis, si neglexerit redime-
14 re testatorem. Item, † quia extraneus potest obligare rem captiui propria auctoritate: vt legitur, & notatur in *authen. vt cum de ap. cog. §. sed vniuersaliter iubemus,* vsq. ad *§. si quis de prædictis parentibus, collat.* 8. vide ibi latius. ¶ Vltimo
15 nota † hic casum, in quo notarij prohibentur conficere instrumentum: alios dixi supra *ead. coll. c.* 19. *Item, quod quilibet notarius.* vide ibi. ¶ Quę sit
16 pœna † violatoris homagij, vide infra in *curia Gerundæ, cap.* 1. & est huius Regis Iacobi Secun-
17 di. Vlterius † sciendum, quod filius naturaliter tenetur liberare patrem à captione, alias potest exhæredari; vide *glos. notabilem.* & ibi *Bald. ff. de condi. insti. l. conditiones quæ contra bonos mores.* vide quę scripsi super *vsat. exhæredare.* & in *vsat. captus a curia.*

De interpretatione iurium Cathaloniæ.
Capitulum XXXII.
SVMMARIVM.

1 *Interpretatio generalium constitutionum quo modo facienda in occurrentia casus.*
2 *Interpretatio constitutionum fit sine ordine iuris.*
3 Interpretor *verbum declaratur.*
4 *Concedens priuilegium potest illud interpretari non citatis partibus.*
5 *Interpretatio fieri potest etiam lite pendente.*
6 *Interpretatio lata in quibus casibus fieri possit, traditur.*
7 *Verosimile quod est in contractibus est sequendum, vbi verba sunt dubia.*
8 *In iudicijs in dubio accipimus illud, quod est vtilius proferenti.*
9 *Interpretationis varia species referuntur.*
10 *In pœnalibus est interpretatio benignior facienda.*
11 *Interpretans astute notatur infamia.*

ITem, q̃ si in aliquo capitulo, vel statuto, &c. Casus breuis. Illius est interpretari cuius est condere:
1 vel sic. Interpretatio † vsaticorum Barcinonæ, & generalium constitutionum Cathaloniæ, vel alicuius capituli curiarum, quando casus interpretationis occurrit, debet fieri per dominum Regem cum quatuor richis hominibus, quatuor prælatis, & quatuor ciuibus Cathaloniæ, & cum iurisperitis; vel in curia generali. Hoc dicit in longo. ¶ Sed si forsan dicti quatuor prælati nollent interesse; eo quod factum esset criminale, tunc potest dominus Rex cum alijs prædictis interpretationem facere: nedum præsentium, & præteritarum; sed etiam futurarũ curiarum generalium Cathaloniæ: & hoc additur infra *ead. collat. curia Gerundæ, cap. 10. Item statuimus, quod capitulum factum per nos in dicta secunda curia Barcinon.* quod incipit: *Item quod si in aliquo,* &c. Adde quæ dixi supra *collat. 2. cap. idcirco nos Rex.*
2 ¶ Et nota, † quod huiusmodi interpretatio fit sine iuris ordine: vt notat *Innoc. cap. cum inter vos, in fi. extra. de consuetudine.* de quo dixi supra *collat. 2. in secunda curia Barcinon. cap. 3.* incipit: *Idcirco nos Rex.*
3 ¶ Item † nota, quod verbum, *interpretor*, exponitur, idest, corrigo; idest, arcto; idest, prorogo, vt notat *glos. in l. 1. §. qui operas. ff. ad offic.*
4 ¶ Item † concedens priuilegium potest ipsum interpretari, non citatis partibus; quod est notabile secundum *Innoc. extra. de verborum significatione, cap. olim,* & vide *glos. notabilem, in l. ab executore. ff. de appellationibus.*
5 ¶ Item † interpretatio potest fieri pendente lite; quod facit pro interpretatione, quam domina Regina Maria fecit de fine primi capituli Sacramentalis Gerundæ: sed non modificatio, de quo vide
6 *Innoc. & Henric. in alleg. cap. olim.* Nota † tamen circa hanc materiam, quod sicut fit interpretatio larga vbi ius hoc postulat, sic & vbi voluntas testatoris hoc postulat. Item vbi contrahentium voluntas hoc postulat: *ff. de pac. dotali. l. cum pater,* illud tamen facit fauore dotis. *ff. de iureiurando. l. in ambiguis.* Nam quod dici consueuit, quod sit proferentis intentio attendenda, locum habet in testamentis: *ff. de le. 4. l. non aliter.* Item in beneficijs Principis, & in rescriptis: *ff. de reg. iuris. l. veracius. extra. de rescriptis super litteris. extra. de decimis ex multiplici, & de praben. cum olim.* Item in sententijs iudicum. *ar. extra. de verbor. signifi. cap. in ijs.* Item in lege, vel statuto. *extra. de sent. excõmun. cap. inter alia.* & de *verb. signifi. cap. ex parte*
7 *in vltim. glos.* In contractibus † autem si verba sint dubia: tunc quod verisimile est accipitur. *ff. de regu. iuris. l. in obscuris.* Sed si dubium est, quod magis verisimile sit, fit interpretatio contra eum, qui potuit pactum seu verbum apertius dicere; puta vẽditionem, locationem, & similes: *ff. de pac. l. veteribus.* vbi de hoc. & *extra. de reg. iuris, cap. contra eum, lib. 6.* vbi de hoc, & *ff. de contrahen. emp. l. Labeo.* Aliquando autem ratione ambiguitatis neutrum valet: *ff. de rebus dubijs. l. si quis de pluribus. ff. de adi. le. l. 3. §. si duo. ff. de testa. tu. l. duo. ff. de vsuf. l. quotiens. §. 1. & l. qui plures.* prędicta vero locum habent extra iudicium; in iudicijs enim in du-
8 bio † illud accipimus, quod proferenti est vtilius: *ff. de iudi. l. si quis intentione ambigua.* adde quæ notantur *extra. de proba. cap. in nostra.* & *de spon. cap. ex litteris.* & quæ notantur per *glos.* & *Gui. 22. q. 2. cap. hic autem qui mentitur.* adde quæ scripsi infra *colla. 6. curia Perpiniani, cap. in nomine Sanctæ. in q. Sed quæro hic, an huiusmodi constitutiones.* ¶ Item
9 interpretatio † est multiplex: quædam est probabilis, & non necessaria, vt Doctorum, & magistrorum. *C. de profe. qui in vrbe constan. l. vnica.* quędam est necessaria, sed non generalis; vt iudicis: vt *ff. de le. l. nam vt ait,* quędam est probabilis, necessaria, & generalis; sed non est in scriptis redigenda, vt consuetudinis: *ff. de legi. l. si de interpretatione extra. de verbor. signifi. ab.* Quedam probabilis, necessaria, & in scriptis redigenda; vt Principis: vt *C. de legibus l. 1.* & de tali loquitur hic.
10 vide *glos. 11. q. 1. §. ex his omnibus.* Sed † in pœnis est benignior interpretatio facienda: *extra. de regul. iuris cap. in pœnis. lib. 6.* & adde que notantur *extra. de dona. cap. cum dilecti.* Est tamen quædam mala interpretatio, quæ reprobatur; de qua
11 *extra. de reg. iuris cap. certum est. lib. 6.* Et qui † astute interpretatur, infamia notatur: vt *C. de legi. l. 2.* & nota *glo. super verbo intelligit, cap. venerabili. extra. de verb. sig.*

De curia generali. Cap. XXXIII.
SVMMARIVM.

1 *Processus celebrationis curiarum quomodo faciendus.*

1 ITem cum prælati, & religiosi, &c. Hic † agitur de processu celebrationis curiarum, de quo dixi supra *colla. 2. cap. Item, quod semel in anno.* vide ibi, quia nunquam interfui celebrationi curiarum, & eius practicam ignoro, ideo sic pertranseo. Sed recurre ad *Exgranatorium curiarum* editum à domino *Iacobo de Calicio.*

De bonis damnatorum. Cap. XXXIIII.
SVMMARIVM.

Rex

1 *Rex vtitur bonis homicidarum in locis Baronum, sicuti dominus Iacobus Primus vtebatur.*
2 *Rex habet merum Imperium in Baronijs.*
3 *Consuetudo intrandi Regem in Baronias à quo probanda, traditur.*
4 *Parentes proximi agere possunt criminaliter pro iniuria defuncti.*

ITem, quod nos vtemur in bonis homicidarum, &c. Hic agitur de bonis damnatorum, de quibus habes in *authen. bona damnatorum. C. de bonis proscriptorum.* Et breuiter præsens cap. hoc intēdit, quod
1 Dominus † Rex vtatur in bonis homicidarum locorum Baronum, militum, & aliorum, sicut dominus Iacobus Primus vtebatur. Sed qualiter ille vtebatur, ignoramus: quidam dicunt de hoc esse pragmaticam, quam non vidi. Et patet hic, quod
2 dominus † Rex habet merum imperium in Baronijs, & hoc casu vtitur. Item quando intratur sono emisso in casibus. Et ita seruetur consuetu-
3 do cuiuslibet Vicariæ. Sed † quis probabit hunc vsum? vide quæ dixi supra *collat. 2. cap. statuimus itaq. in fi. in 2. curia Barcinon.* Sed dic vt infra *collat. 5. cap. 30.* & adde quæ ibi dixi, & vide *gl. s. in vsati. vt qui interfecerit Vicecomitem.* Et si contra factum fuerit, debet reuocari, & pro non facto haberi: vt infra in *curia Gerunda cap. 11. Item statuimus,* &c. vide ibi circa hanc materiam, vide quæ notantur per *Azonem in Summa. C. de bonis proscriptorum, seu damnatorum.* vbi in fine nota, quod carere bonis non sit pœna morienti ciuiliter, vel naturaliter, secundum *Albericum.* dic tamen, vt ibi notatur. ¶ Secundum vero vsaticum, si quis de homicidio conuictus fuerit, debet venire ad manum proximorum defuncti, & eorum domini, si noluerit facere directum, vel non potuerit ad faciendum eorum voluntatem sine morte: vt in *vsat. si quis de homicidio.* ¶ Ex quo
4 videtur, † quod proximi possint agere pro iniuria defuncti interfecti: vt in vsatico de compositione; quod est verum agendo criminaliter, nisi fuerint hæredes, vel proximi successores, qui etiam agere possunt ad emendam, iuxta dictum vsaticum de compositione, etiam ciuiliter: vt ibi. alias forte secus, nisi in casu dicti vsatici, *si quis* adde infra *colla. 5. cap. 30. Item statuimus, & ordinamus, quod inquisitores.* Et vide quæ scripsi supra in *curia proxi. cap. 26.*

De curia generali. Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Valet processus curiarum generalium Cathaloniæ factus ob contumaciam debite vocatorum, & ratio traditur num. 2.*
3 *Maiori parti collegij statur, declara vt num. 5.*
4 *Vniuersitatis ius potest remanere in vno solo.*
6 *Contumacia an crimen sit, traditur.*
7 *Contumax aduersus Principem, vel Ducem, seu resistēs Episcopo qua feriatur pœna, traditur.*
8 *De contumacia materia remissiue.*
9 *Denuntiatio facta syndico inducit contumaciam contra vniuersitatem.*
10 *Capitulum seu vniuersitas quomodo citetur. remissiue.*
11 *Missio facta in contumaciam non valet non constito de relatione nuntij in actis causæ.*
12 *Contumax an reputetur citatus, si aduersarius non comparet in termino. remissiue.*
13 *Contumacia committitur multis modis aliqui ex eis referuntur.*
14 *Pœna crescere debet crescente contumacia.*
15 *Condemnatio expensarum an possit fieri pro prima, & qualibet contumacia. remissiue.*
16 *Contra contumacem absentem qualiter procedatur. remissiue.*

ITem, quod cum nos indixerimus curiam generalem
1 Cathaloniæ in Barcinona, &c. Casus. Valet † processus curiarum generalium Cathaloniæ factus in contumacia debite vocatorum. Hoc dicit breui-
2 ter. ¶ Ratio † huius est, quia ius vniuersitatis debite conuocatæ potest remanere in duabus partibus præsentibus, quarum maior pars obtinet,
3 quia † maiori parti standum est: *ff. ad munici. l. quod maior.* & *extra de his quæ fi. à maio. parte ca. cap. 1.* & *ff. quod cuiusq. vniuersi. l. nulli.* vide de hoc, & *C. de decurio. l. nominationum. lib. 10.* Immo
4 etiam † ius vniuersitatis potest remanere in vno solo: vt *l. sicut. §. fin. ff. quod cuiusq. vniuersitatis.*
5 dic vt ibi notatur. Et † quod dicitur maiori parti standum esse, est verum, quando illud est collegium, & pertinet eis, vt vniuersis, non vt singulis: quia si pertineret communiter ad singulos, vt singulares; tunc potior est conditio prohibentis: vt *l. Sabinus. ff. communi diui.* De hoc distingue plene per *Hostien. in Summa tit. de constit. §. quando. vers. ad cuius solutionem.* vide etiam in *cap. quod omnes tangit. de reg. iur. lib. 6.* & dic plenius per *Henricum in cap. cum omnes de constitut.* adde supra *eod. cap. 33.* & supra *collat. 2. cap.*
6 *Item, quod semel in anno.* ¶ Sed † quia hic fit mentio de contumacia, quæro an contumacia sit crimen: & videtur, quod sic: *ff. de re. mili. l. omne delictum.* dic vt ibi notant *Bart.* & *Cyn. in Rubri. C.*
7 *de cri. stellio.* ¶ Et † contumacia aduersus præsidem, vel Ducem capite punitur, & resistens Episcopo degradatur, & traditur curiæ sæculari: vt notat *glos. de ata. & qua cap. cum bone.* ¶ De con-
8 tumacia vide latius per *Bart. in l. inter minores. ff. de restit. in integrum,* cum tractat ibi *de quinta absentia,* & *ff. de procura. l. 1. §. vsus.* ¶ Et nota,
9 quod denunciatio facta syndico inducit contumaciam in præiudicium vniuersitatis, vide *glos.* & *Bart. ff. de regul. iuris. l. non potest dolo*
10 *carere,* dic vt ibi qualiter † citetur vniuersitas, vel capitulum *de conce. priu. cap. si cap. in glos.*
11 *lib. 6.* Et † licet nuntius citauerit reum contumacem; si tamen relatio nuntij de ipsa citatione non appareat in actis, non valebit missio facta in contumaciam illius: de quo per *Bart. in l. hac autem. §. non defendi. ff. ex quibus causis in*
12 *posses. eatur.* ¶ Sed † an reputetur contumax citatus si aduersarius etiam in termino non comparet, dic per *glos.* & *Bart. in l. ex quacunque.*

ff.si quis in ius vo.non re.& etiam in *l. si finita.§. Iulianus de damn. infecto.* & in *extrauagante,ad reprimendum,* super verbo, *neglexerit, colla.* 11. & adde notata per *Doct.in l.propria.C.de iudi.* ¶ Item con-
13 tumacia † committitur multis modis,quia quandoq. attenditur respectu non venientis,quandoq. respectu non respondentis, quandoq. respectu non restituentis,vel obscure respondentis, quandoq. respectu non iurantis,quandoq. respectu recedentis imperfecto negotio, quandoq. respectu non exhibētis:*extra.de dolo,& cōtu.litteris,in glo.* 1.
14 Et nota, † quod crescente contumacia crescere debet pœna:*extra.de iudi.cap.cum non ab homine.* & notat *glo. fi. in cap. super causa, extra.de test. cogen.*
15 ¶ An † pro prima,& qualibet contumacia possit fieri condemnatio expensarum,vide *Henri.ex-*
16 *tra.de procura.cap.querelam.* Et qualiter † procedatur contra contumacem absentem, vide per *Henricum in cap.prout.extra.de dolo,& contu.* & *cap. veritatis.*

De elongamentis. Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Per elongamentum debiti non praiudicatur securitatibus contractus,nec instrumenti inde confecti,nec minus iuramento,idem n. 3. & declaratur n. 6. & 7.*
2 *Iuramento Christiani statur super elongamento, vel solutione.*
4 *Rex quomodo super iuramento disponat,traditur.*
5 *Princeps an possit facere gratiam iuris,remissiue.*
8 *Superioris auctoritas est excepta in omni iuramento.*
9 *Arrestatus per officialem accedens ad Principem, & mittens se in eius posse,non violat arrestum.*
10 *Debita iurata non possunt elongari per dominum Regem.*
11 *Princeps solus concedere potest debitori dilationem temporalem.*
12 *Guidato per dominum Regem bona fides est seruanda.*
13 *Fides est seruanda hosti.*
14 *Obtinens elongamentum, vt frui eo possit, tenetur satisdare de soluendo in termino.limita num. 15.*
16 *Duo elongamenta pro eodem debito fieri non est assuetum.*
17 *Pragmatica circa elongamenta inseritur.*
18 *Rescriptum contra stylum curiæ emanatum non tenet.*
19 *Rescriptum ex scientia Principis emanatum non præsumitur ante secundam iussionem, & declaratur num. 20.*
21 *Elongamentum in quibus fieri non possit traditur cum duobus numeris sequent.*
24 *Ad hostagia certo loco tenenda quis obligari potest.*
25 *Rusticus non potest se obligare ad hostagia tenenda,contrarium num. 28. & declaratur num. 29.*
26 *Res aratoriæ prohibentur pignorari.*
27 *Rusticus adstringitur glebæ, quam dimittere non potest domino inuito.*
30 *Iouería dicata ad arandum capi non possunt pro debitis ciuilibus.*
31 *Rusticus pro delictis proprijs capi potest per curiam.*
32 *Rusticus de consuetudine bene potest obligari pro hostagijs,& capi pro commanda,vel obligatione curiæ, & pro censualibus,& violarijs. num. 33. & 34.*
35 *Gubernator existens extra Vicariam an possit guidare. remissiue.*
36 *Vxor obligata ad hostagia cum iuramento, si conuolet ad secunda vota, eaq. ratione mutet domicilium, ob matrimonium subsequutum, non tenetur ad dicta hostagia.*
37 *Obligatus tenere hostagia in loco vbi non habet, quid comedat,vel soluat,an teneatur. remissiue.*
38 *Terminus an possit prorogari iuranti soluere intra certum terminum, ita vt non soluendo non incidat in periurium.*
39 *Prorogatio facta quo ad vnum,quo ad omnes censetur.*
40 *Cotractus ex conuentione legem accipiunt.*
41 *Contra iuramentum an quis venire possit sine peccato. remissiue.*
42 *Constitutio de sui natura respicit præterita,& non futura,nisi de præteritis caueatur fallit.num. 43.*
44 *Pœna violantis homagium quæ,remissiue traditur.*

ITem,si debitum debetur alicui homini pro quo debe-
1 tur hostagia,&c. Casus. Per † elongamentum factum à creditore debitori, vel eius fideiussori, vel alias, non rumpitur, nec inualidatur instru-
2 mentum. Hoc dicit. Sed † super elongamento, vel solutione statur iuramento Christiani creditoris in odium exactorum,tertiorum,vel aliarum pœnarum;secus de iuramēto Iudæi,vel pagani: vt *j. collat.6.curiæ Perpiniani.c.ad obuiandū difficultati*
3 *probationis,*&c. vide quæ ibi scripsi. ¶ Nota † ergo hic, quod per elongamentum alicuius debiti non præiudicatur securitatibus contractus,& instrumenti inde confecti,nec etiam iuramento; vt
4 dicitur hic.Sed † quo modo hic de iuramento potuit disponere dn̄s Rex,contra *c. clericus extra.de iureiurando,*vbi dicitur ꝙ iuramentum,semel solutū non violatur, nisi de nouo præstetur, quia ex quo semel liberatio contigit, amplius non tenetur *ff. de pac. l. fi.* Sed forte, quod hic dicitur, quod Sacramentum non valeat, minus est verum quo ad obligationem promissi;secus quo ad religionem iuramenti,& voti:quia vltra mentem iurantis, & vouentis non potest extendi quo ad Deum & Ecclesiam; nisi in iuramento addatur, quod etiam facto elongamento,illoq. elapso,soluet virtute iuramenti totiens, quotiens,&c. vt vidi fieri in aliquibus instrumentis: & illud fieri
5 est tutum. Sed † an Princeps possit facere gratiā iuris,vide notata in *Marga. fisci,8.dubio,vers.* 24.
6 Si † aliquis iurauit mihi, se facturum, vel soluturum certo termino,& sub pœna;si fuerit elongatus,solutus est à iuramento,& forte à pœna,nisi aliter dictū fuerit; sed in hostagijs seruatur hæc constitutio, quæ non potuit disponere de iuramento, & ideo solum loquitur de instrumento. Cogita bene super istis, quæ quotidie eueniunt, *ar.l.nam ad ead.ff.de legibus,*& cum hic sit speciale in instrumento debiti cum hostagijs iuratis, in alijs videtur ius commune, vt *l.1.ff.ad municipal.*

¶ Et

7 ¶ Et nota, † quod hæc constitutio solum loquitur de debito ad hostagia, quare cum sit cōtra ius commune, non extendam extra casum hic positū. Nam si aliquis se manuleuauit, vel aliquod factū certo termino promiserit se facturum cum iuramento, & homagio, ac pœna pecuniaria: si inde sibi fiat elongamentum, nocebit, nisi iterato præstetur: & fideiussores, quos inde dedisset, erūt liberati, nisi de nouo se obligauerint: quia ex quo semel contingit liberatio, amplius non tenētur: vt *l. fi. præalleg. ff. de pac. ff. de bo. po. contra. ta. l. post mortem. §. fi. C. de fideiussoribus. l. ex persona. C. locati, l. si cum Hermes. ff. loca. l. Item quæritur. §. fi.* vide etiam super hoc *Albert. de Cremona in tit. de multis quæstionibus extrauagantibus in maleficijs occurrentibus. §. Sed pone, quod ille potestas vult illi homini dare fiduciam, nota pro manuleutis.* ¶ Et nota, quod in
8 omni † iuramento est excepta superioris auctoritas. *extra. de iureiurando. cap. venientes.* In tantū,
9 quod † si quis est arrestatus per aliquem officialem, potest accedere ad principem, & mittere se in posse principis. & non dicetur violator arresti: & sic vidi practicari de honorabili Petro Pascasij, tunc iudice Gerundæ, & de Fra. Ortal. quidam tamen dicunt hoc verum, quando talis arrestatus timet oppresionem, alias secus: quia iuramentum & homagium debet seruari in forma specifica. *ar. extra. de iureiurando. c. ad nostram.* prima verior, & seruatur quotidie. ¶ Audiui, quod in ciuitate Gerundæ sit priuilegium, quod dominus Rex non possit elongare contra ciuem Gerundæ: & erat registratum in libro viridi curiæ Regiæ nunc amisso, in 31. folio, siue charta ipsius
10 registri. Item † debita iurata per dominum Regem nequeunt elongari, ne videatur actor periurij: & hoc est priuilegium in registro Iudæorum dictæ curiæ, folio 34. Et aliud est priuilegium in eodem registro, folio 84. Et aliud in folio 100. Et aliud in folio 146. ¶ Est aliud priuilegium, quod elongamenta debitorum non valent, nisi debitor assecuret debita, nisi iam essent assecurata ad cognitionem iudicis infra quindecim dies à die præsentationis elongamenti: vt in eodem registro Iudæorum folio 131. Et hoc verum, nisi fieret elongamentum ratione armatæ: vt in cōstitutione pacis & treugæ, incipienti: *In nomine sanctæ. §. Item statuimus, quod rescriptum.* & est Regis Iacobi. ¶ Veruntamen postea Rex Ioannes, dū erat Infans, fecit pragmaticam datam Barcinonæ quarta Iulij, anno à natiuitate Dñi 1369. alias 389. quod aliquis non posset gaudere guidatico & elongamento armatę ratione criminum commissorum post tabulam acordandi positam. Item fecit aliam pragmaticam datā quartadecima Maij, anno à Natiuitate Domini 1381. quod omnis acordatus pro debitis suis habeat assecurare cum iuramento & homagio in curijs Vicariorum & Baiulorum, de accedendo personaliter ad ipsam armatam, sub pœna etiam centum morabatino-
11 rum. ¶ Nota † tamen, quod solus princeps potest concedere dilationem temporalem: vt *l. quotiens. & l. vniuersa. C. de precibus Imperatori offerendis.* cum ibi notatis per *Cynum, Bartolum, & Bald.* & adde quę notantur latius per dominum *Iacobū de Calicio in Margarita Fisci, 8. dubio, vers. 33.* Ve-
12 rum † si dominus Rex & eius officiales in fide Regia guidauerint aliquem in persona, vel bonis, fides data erit seruanda per viaticum, *Quemā per*
13 *iniquum.* etiam hosti fides seruanda est: vt in *cap.*
14 *noli. 23. q. 1.* Item nota, † quod obtinens elongamentum siue dilationem à principe super debitis tenetur satisdare de soluendo in termino, alias nō gaudebit commodo dilationis: vt in alleg. *l. vni-*
15 *uersa. C. de precibus Impera. offer.* Hoc † verū, nisi iam alias fuerit sufficienter cautum: & ita se ha-
16 bet stylus curiæ. Nec † consueuit bis de eodem debito per principem elongari. ¶ Et quia de elōgamentis Regis aliqua dixi, vt sciatis quod in ipsis elongamentis Regis non consueuerunt elongari quædam debita, puta, facta cum iuramento,
17 & alia, ideo † inserui hic pragmaticā sequentē.

¶ Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, &c. Dilectis & fidelibus suis vniuersis, ad quos præsentes peruenerint, Salutem & dilectionem. Plura elongamenta personis pluribus & diuersis in recessu nostro de partibus nostri dominij, stylo, seu ordinatione curiæ non seruatis, meminimus concessisse. Verum cum nos deliberatione habita cū confessore nostro, inuenerimus prædicta elongamēta sic generaliter concessa non posse absque periculo & detrimento animæ nostræ obseruari. Ideo elongamenta prędicta ad stylum nostrę curiæ reducentes, intelligimus, & volumus, quod in ipsis elongamentis non intelligantur esse elongata debita, quæ debentur pro dotibus, seu sponsalitijs mulierum, pro venditione bonorum mobilium, vel immobilium, seu reddituum, nec quæ debentur cum iuramento, nec pro pignoribus traditis creditoribus, & ab ipsis possessis, nec ea quæ descendunt ex maleficio, nec legata testamentorū, nec commandas; cum talia secundum stylum nostræ curię non debeant elongari. Quapropter vobis dicimus, & mandamus, quatenus elongamēta prædicta per nos aliquibus concessa extra stylū curiæ nostræ, nec ea, in quibus non excipiantur prædicta, seruetis. Dat. Neapoli tertio idus Augusti, anno 1298.

18 ¶ Ex ista pragmatica nota, † quod non valet rescriptum contra stylum curię emanatum: quia est surreptitium atque nullum: vt *extra. de confir. vti. vel inuti. cap. ad nostram. & cap. seq.* Nec est creden-
19 dum, † quod emanauerit ex sciētia principis, nisi emanauerit secunda iussio, vel fuerit motu proprio principis, vel alias ex certa scientiā cū clausula non obstante concessā. adde quæ notantur per *Baldum in l. nec damnosa. & l. vniuersa. C. de pre.*
20 *Imperatori offe.* Et hoc maxime, † quando rescribitur contra iuramentum: quia non est verisimile, quod velit esse actor periurij: vt *C. si aduersus ven. l. si minor. in fi.* Sed quia in ijs, quæ sunt facti, princeps

princeps sæpe fallitur: vt *extra. de consti. lib. 1. c. 6. omnium enim habere memoriā,* & *C. de vere iure enucle. l. 2. §. Si quid autem.* ad idem *extra. de sententia*
21 *excom. cap. à nobis*. ¶ Item † excipiuntur hodie censualia & violaria: vt infra *collat. 10. cap. 1. Sunt*
22 *etiam communiter iurata*. Item † excipiuntur sententiæ arbitrales, & res iudicata, vt sit litium finis: vt *C. de iudi. l. apertissimi.* & *C. finem. extra. de dolo & contu.* de compromissis, & sententijs arbitralibus patet, quia per generales constitutiones iuratas est statutum, quod fiat ius de compro-
23 missis: vt supra *colla. 3. cap.* 14. Item † excipiuntur contractus mercantiles in iudicijs consulum maris, iuxta pragmaticam domini Regis Alfonsi datam Barcinonæ secunda die Octobris, anno à Natiuitate Domini 1424. Sed quia in præsenti
24 constitutione fit mētio de hostagijs, † quæro, an quis valeat obligare se ad hostagia in certo loco tenenda. Respondeo, in hac constitutione patet, quod sic: & *extra. de iureiurando. cap. ex rescripto.* vbi de hoc latius nota per *Henricum Boich.* Sed
25 quæro, † numquid rusticus poterit se obligare ad hostagia tenenda: quidam dicunt quod sic, sicut quilibet, cum sit liber homo. ad hoc *C. mand. l. in re mandata iunctis.* nota in *l. 4. ff. de vsufru.* Alij contra, potissime si dominum habent, etiam domino volente: per *§ Item quod nullus in constitutione pacis & treugæ, incipienti: In Christi nomine sit omnibus manifestum.* quia res aratoriæ prohibentur
26 pignorari † propter læsionem totius Reipublicæ. ergo multo fortius persona, cū personæ, &c. *authent. multo magis. C. de sacrosanctis Eccles. & l.*
27 *sancimus.* Item † rusticus est astrictus glebæ, quā dimittere non potest inuito dño: iuxta notata *C. de seruis fugitiuis. l. 1.* & vide *Roff. in lib. iur. ciui. tit. de ac. ex loca. §. Item quod si aliquis.* & vide cōstitutionem Domini Regis Petri Secundi supra *collatione 2. cap. Item in terris.* cum suis concordāt.
28 Verius videtur, † quod possit obligari, licet dominus possit eum expellere, nisi consensisset, iuxta ea quæ leguntur *extra. de app. c. dilectis.* Secundum G. Domenge quondam legum doctorē
29 Gerundæ. ¶ Sed † mihi videtur, quod de veritate iuris talis rusticus non possit obligari ad hostagia, nec ad captionem personæ, sine consensu domini sui, & mansatę suæ, iuxta constitutionem pacis & treugæ, quæ incipit: *Hæc est pax. §. nullus.* ad idem prædicta constitutio: *In Christi nomine. §. Item quod nullus.* & constitutio Regis Iacobi II. in prima curia Barcinonę. *cap. Item quod porterius.* & quæ ibi dixi supra colla. 2. quia cum dominus ius habeat in personam rustici, qui de iure huius patriæ, & alias per iuramentum astrictus est facere residentiam continuam in manso, & alias seruitutes præstare, maxime si iurauit, vt fieri consueuit, quod non intrabit ciuitatem, vel villā, vel locum, aut aliquid faciet in preiudicium domini: nec si postea iurauerit seruare hostagia, tenebitur, cum tale iuramentum sit contra primum licitum, & in præiudicium domini: vt *extra. de iu-*
30 *reiurando. cap. tua nos.* & *cap. cum contingat.* De † iouerijs, siue bubulcis dedicatis ad arandum videtur expeditum, quod pro debitis ciuilibus non possint capi: vt supra *collat. 4. in prima curia Barcinonæ cap. 39. Item quod porterius.* & vide quę ibi
31 scripsi. Sed † pro criminibus & delictis proprijs bene poterit rusticus, & etiā quilibet alius per curiam capi & puniri. quia in iuramento intelligitur semper excepta auctoritas superioris: vt *extra. de iureiurando, cap. venientes.* Verumtamē
32 de † cōsuetudine videmus rusticos obligari pro hostagijs, & capi pro debitis, si se obligauerint pro commanda, vel obligatione curiæ, sicuti alij non rustici: & credo quod consuetudo valeat, quā diu à dominis toleratur: alias forte secus, si contradiceretur, cum consuetudo huiusmodi esset irrationabilis, & non valeret, maxime contra iuramentum homagij & fidelitatis. *arg. extra. de consuetu. cap. fi. & de simon. cap. cum satis.* & *cap. ad hoc.*
33 Excepto † pro censualibus & violarijs, quibus omnes consenserunt, qui confirmarunt, vel non contradixerunt generali curię domini Alfonsi, Dei gratia nunc regnantis. vide quæ ibi dicam, & quæ scripsi in præallegato *cap. Itē quod porterius.*
34 Sed quia consuetudo prædicta est generalis, & à tanto tempore obseruata inconcussę, quod non extat memoria in contrarium, dicam quod valeat hodie obligatio rustici quoad hostagia & captionem, nisi prius iurasset residentiam & homiciam: quia contra iuramentum nusquam valeret cōsuetudo: & primum iuramentum licitum esset potius obseruandum domino hoc requirenti, nisi cōsensisset obligationi ipsius rustici sui, vti est dictum: & arg. eorum, quæ notantur *extra. de treug. & pace. cap. 1.* & *cap. decret. 4. di. §. leges.* Et hoc anno vidi, quod quidam rusticus domini Castri de Pubelo se oligauerat in persona ratione fideiussionis in quodam clamo pacis & treugæ dato per Bernardum Martini scriptorem Gerundę: cuius fideiussionis ratione dictus rusticus fuit captus. Petebatur à domino suo dicente quod ipse non consenserat obligationi: & ideo non poterat dictus suus rusticus in sui præiudicium captus detineri: & dū super his litigabatur, venit dominus Gubernator, dicens, se prius quam caperetur, illū guidasse, prætextu huiusmodi guidatici liberauit, & extraxit à captione dictum Andream rusticum: & ideo mansit dicta consuetudo inuiolata. nec allegabatur, quod priusquam fideiussisset, fecisset domino fidelitatis iuramentum: quia tunc non posset prętendi consuetudo contra iu-
35 ramentum, vt dixi. Sed † an valuer t Gubernator guidare existens extra Vicariam, vide quæ scripsi infra *collatione 6. curia Ceruariæ, cap. quia per*
36 *reseruationes.* ¶ Et prædicta faciunt † ad quæstionem, quam de facto habui in curia Episcopi Gerundensis. Vir & mulier se obligauerāt ad hostagia cum iuramento, ratione cuiusdam debiti. Mortuo viro vxor conuolauit ad secunda vota cum viro alterius loci procul: fuit postea monita

vxor

vxor per Officialem Episcopi, vt teneret hostagia Gerundæ, seruando iuramentum per eã præstitum ratione debiti memorati. Vir eius secundus requirebat vxorem, vt sibi adhæreret, seruitutes coniugales in domo ipsius viri præstando eidem, & quod à loco domicilij viri à ciuitate distante non discederet: & de his fuit oppositũ dictæ monitioni. Creditor dicebat, iuramentum de hostagijs tenendis fore omnino seruandum, cũ illud præstitisset antequam secundo nuberet. Dicebam pro vxore, quod matrimonium, vt fortius vinculum, superueniens soluebat ipsum iuramẽtum: sicut etiam simplex votum soluitur per sequens matrimonium: *extra. qui cleri. vel vo. cap. veniens. c. rursus. & cap. consuluit*: maxime, quia quãdo iurauit cum primo viro, non cogitauit, imo nec debuit cogitare: *extra. de eo qui duxit in matri. quam pol. per adul.* per totum casum secundarum nuptiarum: vt *extra. de iureiurando. c. clericus.* quia etsi directò iurasset non contrahere matrimoniũ, valeret matrimonium postea contractum, licet esset imponenda pœnitẽtia de periurio. & quia vir secundus, qui est caput mulieris, etiam sine culpa sua defraudaretur matrimonio suo, præsertim cũ iste duxerit illam pauperem sine dote. Obtinui, quod ipsa fuit absoluta ab excommunione, sed causa remansit indecisa, ne daretur alijs occasio, hac via forsitan malignandi. Sed ista reuera nihil habebat. Vnde omni casu absolui debuit; iuxta *cap. Odardus. extra. de solutionibus.* ¶ Quæro, quid si
37 quis † iurauit tenere hostagia in certo loco, vbi non habet quid comedat, nec vnde soluat: vide in *Summa Confess. libro 1. tit. 9. q. 19. Quid ergo, si quis*, &c. ¶ In textu, ibi; *nisi creditor omnes alios prorogaret*, supple. quo casu tale iuramẽtum, vel homagium esset absolutum, nisi de nouo præstaretur iuramentum & homagium de ipsis hostagijs tenendis. *arg. c. clericus. extra. de iureiurando.* & eo-
38 rum, quæ dixi supra. ¶ An † autem iuranti, se soluturum ad terminum possit terminus prorogari, ita quod non soluendo non incidat in periurium, dic per *Bartolum in l. 1. §. & post operis. ff. de noui operis nunt.* vide *Dyn. in auth. hoc inter liberos. C. de testamentis.* & *Albericum de Rosatis in l. cũ stipulatus. de verb. obli.* ¶ In textu, ibi: *vel nisi in char-*
39 *ta contineretur contrarium*: vt † quia forte dicitur, quod vno elongato omnes sint soluti, quia pacta seruanda sunt: vt *extra. de pactis cap. 1.* puta, quod diceretur in charta, quod vigore iuramenti & homagij volebant teneri, & valere instrumenta etiã prorogatione facta, quoad vnum, vel plures, vel omnes, totiens quotiens, &c. donec debitum esset persolutum: vel similia: quia tunc valeret, vt hic.
40 quia † contractus ex conuentione legem accipiunt: *extra. de regulis iuris. cap. contractus. lib. 6.* Et
41 an, † & quando quis sine peccato possit venire contra iuramentum, vide latius per *Innoc. extr. de elec. cap. venerabili.* & per *Angelum in l. si cendum. §. qui iurato. ff. qui satis cog.* ¶ In textu, ibi: *de debitis factis*, nisi hoc esset dictum, de præteritis non in-
42 telligeretur: quia † constitutio de sui natura respicit futura, & non præterita: vt *extra. de constit. cap. cognoscentes*: nisi & de præteritis caueatur: vt
43 *eo. tit. cap. vltimo*, vbi de hoc. Fallit † in *c. cum tu. extra de vsuris.* cum similibus. vide ibi. & de hoc nota in *authent. vt cum. de app. cog. in princ.* & *§. 1. collat. 7.* ¶ In textu in fine, ibi: *de cætero pro debitis*, intellige, scilicet, ratione mutui, quod consistit in numero, pondere, vel mensura, vt dixi supra *eadem collat. cap. 31. Item pro aliquo debito.* ¶ Et ibi, *rationibus prædictis*, scilicet, pro fine captionis, vel pro matrimonio: vt in dicto *cap. Item quod pro*
44 *aliquo debito*, &c. Et † de pœna violantis homagium vide infra *in curia Gerundæ, cap. 1.*

Capitulum XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatur hoc capitulum; cætera vide in littera.*

Item ꝙ nos non possimus facere gratias priuilegiorũ,
1 &c. Hoc † capitulum reuocatur infra *in curia Illerdensi, cap. 11. Item super capitulo facto*, &c. ¶ Et etiam hic reuocatur quoad personas Ecclesiasticas, *cap. 30. Item quod nos.* supra *eadem collat. in ista curia.* Vide & repete hic quæ ibi dixi. Adde sup. *collatione secunda, cap. 8. Item quod nos, vel antecessores nostri.*

De iudicibus tabulæ. Cap. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudices tabulæ tres assignari debent in quacumque Vicaria.*
2 *Constitutiones curiarum præteritarum obseruari debent.*
3 *Inquisitores tabulæ quamuis olim procederent sine libello, hodie tamen dantur coram eis querela, seu petitiones.*
4 *Libellus quid sit, & quid requiratur in eo, remissiue.*
5 *Figura iudicij quid sit, remissiue.*
6 *Inquisitores tabulæ de quibus inquirant & cognoscant, latius hic agitur. & num. 11.*
7 *Iniuria facta à subditis per officialem non est leuis.*
8 *Iniurians officialem puniri potest ad mortem.*
9 *Officiales non sunt condemnandi pro leui errore.*
10 *Iudex quamuis male iudicando sit in culpa, non tenetur tamen actione iniuriarum.*
12 *Inquisitores tabulæ iurant de bene & fideliter se habendo.*
13 *Inquisitores tabulæ cognoscere possunt ad partis petitionem de debitis ex contractibus officialium.*
14 *Iudex an debeat iudicare secundum conscientiam, remissiue.*
15 *Suspecti tabelliones dari non possunt pro testibus recipiendis, potissimum in inquisitionibus.*
16 *Receptio testium an committi possit in inquisitionibus, remissiue.*

Item quod assignetur nunc per nos vnus miles, & vnus ciuis, & vnus iurisperitus in qualibet Vicaria, &c. Hæc est prima constitutio, per quam fuerũt dati tres iudices, siue inquisitores tabulæ officia-
1 lium. Et in summa breuiter hoc intendit. † Assignari, siue delegari debent per dominum Regem tres iudices in qualibet Vicaria, qui sine libello, & sine

& sine figura iudicij, siue placiti simpliciter, &
de plano cognoscant, si constitutiones curiarum
generalium sint fractæ, & quod emendetur si fra-
ctæ fuerint, & adaptetur ad eorum iudicium. Vl-
2 timo † mandat, omnes constitutiones curiarum
præteritarum obseruari Cathalanis. Hoc dicit in
3 longo. Nota † hic, quod inquisitores, siue iudices
tabulæ procedunt sine libello. Sed hodie dantur
etiam querelæ, siue petitiones, & seruatur forma
constitutionis. infra *colla. 6. curia Montissoni, Regis*
4 *Petri Tertij. c. iudices tabulæ.* dic vt ibi. Quid † sit
libellus, & quæ requirantur in eo, vide *extra. de*
libelli oblatione per totum. & per *Goff. in Summa eius*
tituli. & adde quæ dicam in *constitutione Perpinia-*
5 *ni. cap. quia sæpe contingit.* Sed † quid sit figura iudi
cij, & quæ importent ista verba, quæ sæpe in lit-
teris & commissionibus apponuntur, dic latius
per *Bartolum in extrauaganti Domini Henrici Im-*
peratoris, quæ incipit: *Ad reprimendum. collat.* 11.
& per *glossam, & modernos Canonistas in c. sæpe. extra*
de verb. sig. in Clem. & adde quæ dicam in *cur. Per-*
pinian. c. causæ. adde quæ dicam infra *collat. 3. in cu-*
ria Barcino. cap. 7. Item ordinamus de consilio. §. & de-
6 *nuntiationes.* Secundo † nota hic, de quibus habent
inquirere dicti inquisitores, quia de obseruatione
vel violatione generalium constitutionum de-
bent se intromittere, & non de alio, quando in-
quirunt ex officio per istam constitutionem. Sed
hodie etiam debent indagare contra officiales ta-
bulam tenentes, si fuerunt negligentes in custo-
diendo & defendendo, & manutenendo iurisdi-
ctionem & iura Regia. Item si commiserūt fraudē
pro denarijs, vel alia de causa, in damnum domi-
ni Regis, & in diminutionem iurisdictionis Re-
giæ. Item super ordinationibus curiarum seruā-
tis, vel non seruatis. Item super iniurijs factis
quibuscumque: & ita habes hic casum, in quo iu-
dex inquirit ex officio contra iniuriantem, etiā
sine querela partis: quod forte est verum, quādo
iniuria est atrox iuxta notata per *Ioannem Fab. de*
iureiurando super Rubrica. potest dici, quod etiam
in non atroci sit hic speciale per has constitutio-
nes, quæ non distinguunt inter iniurias. Item in-
7 iuria, † quam facit officialis subditis, nō est leuis.
arg. C. vbi. cap. fisca. l. vniuersi. quia cui plura com-
mittuntur, ab eo plura exiguntur: vt *C. de Episco-*
pis & clericis. l. presbyteri, quæ est canonizata. 5. q.
8 *6. cap. presbyteri.* Sicut † econuerso iniuria facta
officiali non est leuis, imo potest puniri ad mor-
tem, iuxta notata per *Baldum in feu. tit. de pace te.*
§. iniuria. & vide infra *in curia proxima, c. 1. in pri-*
9 *mis.* Nota tamen, quod † officiales non debēt pro
quolibet leui errore condemnari: sed debet in eis
potius inspici bona fides, secundum *Baldum in l.*
10 *quamuis. ff. de cond. & deb.* Vnde † si iudex male
iudicando fuerit in culpa, non tamen tenetur in-
iuriarum. arg. *l. sed & si. §. vltimo. ff. ad l. Aquiliam.*
adde quæ notantur infra *ead. collat. in tertia curia*
Barcinonæ, cap. 7. in §. quinto super omnibus, &c. Item
11 generaliter inquirunt super omnibus, super qui-
bus ipsi officiales, seu eorum aliquis deliquerint
in eorum officio, vel tenendo officium. Et de his
12 diligenter & fideliter exequendis præstant ho-
die ipsi inquisitores iuramentum & homagiū: vti
habes latius infra *eadem collat. in 3. curia Barcinonæ*
cap. 7. Item ordinamus de consilio, &c. vide ibi. adde
quę dixi supra *eadem curia, cap. 12. Item quod nos,*
13 *& nostri,* &c. Sed † licet isti inquisitores & iudi-
ces tabulæ per istas constitutiones non inquirant
ex officio de debitis ex contractibus officialiū:
attamen si coram eis dentur petitiones, possunt
de eis cognoscere: vt dicam infra eadem collat. in
curia Illerd. *cap. 7. Item statuimus, volumus etiam.*
pro quo facit infra *collat. 6. in curia Montissoni. c.*
iudices tabulæ. præalleg. & ibi latius dicam Deo
duce. & adde quæ notantur infra in *curia proxima*
cap. 17. Item statuimus, volumus, & concedimus. ¶ Et
14 vtrum iudex † debeat secundum suam consciē-
tiam iudicare, vide *Henricum Boich extra. de con-*
stit. c. 1. dist. 2: & *Gui. 1. q. 7. cap. exigunt.* & per
Henricum extra. de offi. ordi. cap. si sacerdos. 2. dist. &
per *Gui. 2. q. 1. in primis.* ¶ Hoc etiam caue, quia
15 non † debent dari suspecti tabelliones pro testi-
bus recipiēdis, præsertim in istis inquisitionibus:
de quo vide quæ notantur in *authent. de trien. &*
semisse. § & quod. super verbo, *artificis. collat. 3.* Sed
16 an † in his possit fieri commissio, vide *Ioannē de*
Imola in Clem. 1. de offi. dele. & adde supra in *curia*
proxima c. 13. Item quod aliquis iudex.

Capitulum XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Officiales etiam dominæ Reginæ & primogenitorū te-*
nentur obseruare generales constitutiones. & de ra-
tione nu. 2.
3 *Incolæ omnes Cathaloniæ tenentur obseruare generales*
constitutiones.

1 ET *in omnibus capitulis,* &c. Dicitur hic, † quod
omnes officiales etiā dominæ Reginæ & pri-
mogenitorum, & aliorum tenētur obseruare ge-
nerales constitutiones Cathaloniç, vt hic: nimi-
2 rum, quia † solus princeps legibus solutus est
de iure communi. vt *l. princeps. ff. de legibus.* ¶ Et
3 omnes † incolæ Cathaloniæ tenentur constitu-
tiones seruare: infra in *curia proxima, c. 18.*

Capitulum XXXX.

SVMMARIVM.

1 *Dominus Rex confirmat constitutiones præstito iura-*
mento.

1 P*Raedictas siquidem,* &c. Hic Dominus † Rex
firmat, & mandat ab omnibus seruari istas
constitutiones, atque inde præstitit iuramentum,
& per stipulationem concessit inde publicū in-
strumentum. Actum Barcinonæ in Ecclesia Fra-
trum Minorum, pridie Nonas Februarij, anno à
Natiuitate Domini millesimo ducentesimo no-
nagesimo nono. Et est finis secundæ curiæ
Barcinonę Domini Regis Iaco-
bi Secundi.

(*)

SEQVI-

SEQVITVR CVRIA GENERALIS celebrata in ciuitate Illerdensi per dictum Regē Iacobum II. & continet nouendecim constitutiones, siue capitula:vt ecce.

Capitulum I.

SVMMARIVM.

1 *Rex volens exequi, quod tenetur ex debito Regalis officij, declarat, corrigit, emendat, addit, ac noue ordinat super capitulis curiarum.*

IN *Dei nomine. Cum nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, & Murciæ, ac Comes Barcinonæ. Intendentes ad pacem, & iustitiam; & bonum statum, & reformationem, & tranquillitatem etiā terræ nostræ, & prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, mandauerimus curiam generalem Cathalanis in ciuitate Illerdensi, conuenerunt*, &c. ¶ Hoc pri-
1 mum † capitulum in effectu breuiter dicit: dominus Rex volens exequi, quod ex debito Regalis officij tenetur, declarat, corrigit, emendat, & addit, ac nouiter ordinat super capitulis curiarum, sequentes octodecim constitutiones, siue capitula faciendo.

De tabula. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Tabula licet olim teneretur de biennio in biennium, tenetur tamen hodie de triennio in triennium.*
2 *Officialis condemnatus per fraudem, corruptionem, aut magnam culpam, tenere non potest amplius officium Regium.*
3 *Officialis pro leui culpa potest syndicari in tabula.*
4 *Officialis, inquisitione pendente, non potest obtinere officium Regium.*
5 *Culpa magna equiparatur dolo.*
6 *Inquisitores ex officio inquirere debent contra officialē suspensum, vel remotum.*
7 *Querelantibus an silentium imponatur, nisi querelas dederint, & probauerint intra tempus.*
8 *In inquisitione generali constare debet crimen esse commissum.*
9 *In inquisitione speciali debet fieri interrogatio an delinquens fuerit talis, vel talis.*
10 *Inquisitio generalis contra aliquem licet sit prohibita, attamen permittitur contra officiales. inferuntur duæ prouisiones ad hunc effectum nu. 11. & 12.*
13 *De iuribus singulorum inquiritur.*
14 *Commissarij prohibentur in Cathalonia.*
15 *Iudex an ex officio, & sine querela partis procedere potest contra iniuriantem, distinguendo traditur.*

IN *primis super primo & secundo capitulo dictæ curiæ Barcinonæ*, &c. ¶ Hæc constitutio loquitur de tabula officialium, & diuiditur in tres partes. ¶ In prima parte recitatur, quod olim mandabatur tabulā teneri de biennio in biennio per sexaginta dies, vsque ibi, *ordinamus etiam*. Sed hęc prima pars hodie est correcta, quia tabula tenetur
1 de † triennio in triennium, quod finiet in carnipriuio proxime venturo, anno à Natiuitate Domini 1440. vt infra *cap. proximo, Statuimus, ac etiam ordinamus*. Et quidam facit capitulum, siue initium capituli. ¶ Et seruatur forma quatuor mensium hodie tradita per dominum Regem Petrum Tertium in curia Montisoni, infra *collat. 6. cap. 9. iudices tabulæ*. vide ibi. Et hoc de prima parte. ¶ In secunda parte, ibi in §. *Ordinamus etiam*,
2 dicitur, quod † capitulū: *Item quod omnis Vicarius. in curia 2. Barcinonæ supra proxima, in §. & si condemnatus fuerit*, &c. in parte detrahendo corrigitur hic: ita videlicet, quod ille §. tantum habeat locū in officiali condemnato propter fraudē, & corruptionem, aut propter magnam culpam ab eo commissam, tunc enim numquam posset tenere officium Regium, vt ibi dicitur: alias autem, licet fuerit officialis condemnatus pro leui culpa, tamen bene poterit redire ad officium: & ita debet intelligi cætera capitula, siue constitutiones, quæ dicunt officialem condemnatum non posse tene-
3 re officium Regium. Non † tamen prohibet ista constitutio, quin pro leui, vel alia culpa possint officiales ad alias pœnas & interesse condemnari, & syndicari in tabula; nihilominus tamen finita tabula poterunt redire ad officia Regia: no tamen debent officiales pro quolibet leui errore in syndicatu, siue tabula condemnari: vt *ff. de condi. & deb. & de l. quamuis*. & ibi notat *Bal.*, quem vide ibi. & in *l. obseruare. §. proficisci ff. de officio procon-*
4 *sulis*. Sed † interim inquisitione pendente nullatenus poterunt tenere aliquod officium Regiū: & ita loquitur *cap. 22. Item quod in curia Montisoni*. supra in curia proxima præcedenti. dic vt
5 ibi dixi. & quod littera hic dicit: *magnam † culpā*, dic, scilicet, quæ dolo comparatur: vt *ff. de verbor. signif. l. magna*. & adde quæ ibi notantur. & in *l. qui Nerua. ff. depositi*. ¶ In tertia parte, ibi, *hoc etiā ad-*
6 *dito* dicitur, † quod inquisitores, ex quo sibi fuerit denuntiatum per aliquem, debēt inquirere ex officio suo contra officialem suspensum, vel remotum: & tenentur procedere, alijs in præcedentibus capitulis primo & secundo proximę curiæ in suo robore duraturis. vide hic in inquisitione generali. Sed, vt dixi, hodie debet seruari ordo *c. iudices tabulæ. in curia Montisoni*. per quod impo-
7 nitur silentium † querelantibus, nisi querelas dederint, & probauerint intra tempora ibi contenta. vide ibi. Sed nihilominus credo, quod isti inquisitores per hanc constitutionem, & supra in curia proxima *cap. 38. Item quod assignetur*. quæ nō corriguntur quoad hoc, possint & teneantur ex officio inquirere, & iuxta merita inquisitionis punire & castigare officiales culpabiles repertos, & eos condēnare, & cōpellere ad satisfaciendum iniuriatis, lęsis, & damnificatis per illos, antequam Rex, & eius fiscus aliquid inde recipiant, vel habeant, iuxta constitutionem, supra eadem *collat. 4. in curia 2. Barcinonæ. c. 9. Item quod nos, vel officiales nostri non recipiamus*, &c. vide quæ ibi dixi. & supra *collat. 3. cap. 15. Item ordinamus & statuimus, quod maleficia inuenta*. ibi etiā dixi de hoc. Et ista nota, quia sunt valde vtilia & necessaria Reipublicę, sed male seruantur per inquisitores tabularum, etiam propter magnam negligentiā fisca-

de triennio in triennium; vt dixi supra cap. pro-
3 ximo. De † materia curiarum audio quod *Iacobus de Calicio* fecit solemnem tractatum. ibi videre poteris latissime, adde tamen quæ scripsi infra *coll. 7. curia Dertusæ super præmio*, in verbo, *curias*.

De Abatutis. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Abatut dicitur qui non soluit plane vt decet. declaratur nu. 2.*
3 *Princeps auferre potest iniuriam iuris, & non iniuriam facti.*
4 *Effectus infamiæ sunt de iure positiuo.*
5 *Collegium Cardinalium restituit famam. idem erit de Regibus non recognoscentibus superiorem. num. 6.*
7 *Papa non restituit laicum ad famam.*
8 *Imperator an in terris Ecclesiæ restituat famã.*
9 *Fama & infamia quid sit, & quot modis irrogetur. remissiue.*
10 *Dignitate concessa an sit dispensatum super infamia. remissiue.*
11 *Carceratio ob explorandum crimen non infamat; secus est quandoque ad puniendum crimen.*
12 *Carceratus propter delictum atrox infamatur de facto.*
13 *Infamia facti quæ sit. remissiue.*
14 *Damnatus ob crimen iniuriarum est infamis.*
15 *Infamiæ effectus facti est.*

ITem super capitulo faciente mentionem de campso-
1 ribus abatutis, &c. Casus. Qui † non soluit plane;
2 & vt decet, dicitur abatut. Quod † est verum de campsoribus, mercatoribus, draperijs, curritoribus, & pallerijs: vt dixi supra in *curia proxima. c. 6. & 7.* vide ibi. In textu, ibi: *Et in hoc non intendi-*
3 *mus ad infamiam.* Hoc verũ de † infamia iuris, quã Princeps potest auferre: secus de infamia facti, quæ omnino aboleri non potest, quia infamiam facti solus Deus potest amouere. nota *glos. extra. de purga. cano. ca. ex tuarum.* Et sic princeps eã tol-
4 lere non potest, sed eius effectum: quia † effectus infamiæ sunt de iure positiuo, non de iure naturali. *ff. de Sena. l. Cassius.* ¶ Notat *Inno. ext. de sen. &*
5 *re. iudi. cap. cum te.* quod † collegium Cardinalium famam restituit. Reges autem famam restituere nõ possunt. Quod intelligo de Regibus, qui sub-
6 sunt Imperatori. Secus † credo de Rege nostro Aragoniæ, & alijs Regibus & Principibus Hispaniarum, & Franciæ, qui superiorem non recognoscunt in temporalibus: licet alij teneant cõtra. *extra. qui fi. sunt le. c. per venerã. 63. di. c. Adrianus. in glo.* super verbo, *Prouincias.* & *C. de off. præfecti Prætorio Africæ. l. in nomine Domini.* & *7. q. 1. c. in*
7 *apibus.* Papa † tamen non restituit laicum ad fa-
8 mam. ¶ Sed quid † de Imperatore, an in terris Ecclesiæ possit restituere famã; & videtur quod sic; quia est voluntariæ iurisdictionis: & quia hoc cõpetit in signum vniuersalis dominij. & est iurisdictionis non circumscriptæ, nec coarctatæ. secundum *Bald. super alleg. cap. cum te.* dic vt ibi notatur per *glos. & Doct.* & *in c. sciscitatus. supra. de rescrip-*
9 *tis.* ¶ Quid sit fama, & quid infamia, & quot modis irrogetur, vide *glos. 3. q. 7. §. porro.* vbi de hoc. & vide *Azonem in Summa. C. quibus ex ca. in fa. ir-*
10 *ro.* An † concessa dignitate videatur dispensatũ super infamia, vide *glo. in l. Imperial. C. de nuptijs.*
11 Carceratio † ob crimen explorandum non infamat; vt *l. 1. C. de his qui notantur infamia.* Secus si ob crimen puniendum quandoque: vt ibi notat *glos.*
12 Carceratus tamen † propter atrox delictum in-
13 famatur de facto ibidem. Quid † sit infamia facti, declarat *Cy. in Rubrica & l. nulla. C. de his qui notantur infamia.* & ibi vnde iurgat, & quando cognoscatur. & nota bene *eod. tit. l. ea quæ.* Item no-
14 ta, † quod damnatus ex crimine iniuriarum est infamis. *C. e. l. decuriones.* etiamsi vilissimo sit iniuriatus: vt *C. eod. tit. l. neminem.* Item nota, quod ef-
15 fectus infamiæ † facti est, vt quis à dignitate repellatur, nisi in subsidium. *glos. in dicta l. nulla.* Item quia fraternali instituto rumpit testamentũ, qui alias non rumperet: vt ibi *glo.* adde alios, quos ibi addit *Iacobus de Arena.*

De campsoribus. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Campsorum bona sunt tacite obligata creditoribus. amplia num. 2.*
3 *De materia campsorum. remissiue.*
4 *De hypotheca tacita dotis. remissiue.*

I*Tem ordinamus & statuimus, quod bona cuiuslibet*
1 *campsoris;* &c. Casus. Campsorum † bona creditoribus suis sunt tacite obligata. Hoc dicit. No-
2 ta summarium. ¶ Item † nota, quod textus dicit, quod sint ita obligata: & tãtum valet, ac si specialiter, vel generaliter essent cum instrumento
3 expresse obligata. De † materia istorum dixi su-
4 pra *in curia 6. & 7.* adde infra *cap. proximo.* Et de tacita hypotheca dotis vide *C. de rei vxo. ac. §. & ibi Cy. & alios Doctores moderniores.*

De eodem. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Campsor non potest tenere tabulam cambij, nisi eam assecurauerit cum fideiussoribus idoneis. num. 2.*
3 *Fideiussores qui idonei dicantur. remissiue.*
4 *Vsurpans insigna officij sibi non pertinentis tenetur de crimine falsi.*
5 *Pœna falsi quæ sit traditur large.*

I*Tem quod aliquis campsor non teneat tabulam cam-*
1 *bij*, &c. Casus. Nullus † campsor audeat tenere tabulam cambij cum tapitis, aut alijs pannis, & storia in aliquo loco Cathaloniæ, nisi prius assecurauerit: pœna falsariorum contrafacientibus imminente. Hoc dicit. ¶ Et erit ista securitas in quibuscumque ciuitatibus, & villa Perpiniani, pro duabus mille marchis argenti: in alijs vero villis Cathaloniæ pro mille marchis tantum: prout infra in *curia Ceruariæ, capitulo, Item etiam ordinamus, quod quicumque.* vide ibi, quia quod hic
2 dicitur de quantitate cautionis, corrigitur ibi, & additur, quod etiam fideiussores idonei præ-
3 stentur. Et † qui fideiussores dicantur idonei, vide quæ scripsi supra *eadem collatione in curia prima Barcinonæ. cap. 1. quod omnis Vicarius.* Sed quia hic in fine dicitur: *Qui contrafecerit tãquã falsarius puniatur*

ter sunt triennales. ad hoc *C. si certum pe. l. 3.* secus
4 est de perpetuis: vt *ff. eiusdem l. præsidus.* nisi in his
quę vi curiæ venderentur. à quibus etiam perpetuos prohibent huiusmodi constitutiones. vide, & adde quæ leguntur & notantur *ff. de contrahen. emptio. l. non licet.* & *l. qui officy.* Item adde quæ scripsi supra *collat. 3. c. 12. Itē ordinamus & statuimus, quod si aliquod monasterium,* &c.

De Bouatico. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Venditio Bouatici approbatur.*
2 *Dalmatius de S. Dionysio fuit Regens Cancellariam Regis Martini.*
3 *Ius bouatici quid sit, traditur.*
4 *Bouaticum an fuerit introductum de iure communi. remissiue.*

ITem super illo capitulo, quod incipit: *Item quod nos, vel successores nostri non possimus facere donum,* &c.
1 Hic † agitur de bouatico, & reuocatur capitulū 30. supra in curia proxima. vide quæ ibi dixi. Huius bouatici venditio approbatur infra in ista curia *cap. 16. Item quod ex certa scientia.* Et audiui ab honorabili Dalmatio de Sancto Dionysio legum Doctore quondam Gerundę, qui fuit † Re-
2 gens Cancellariam domini Regis Martini fælicis recordationis: qui Dalmatius interrogatus, respō-
3 dens dixit mihi, quod † ius istius bouatici erat, quod quotiescumque Rex moriebatur, nouus Rex exigebat ab omnibus hominibus Cathaloniæ tertiam partem bonorum mobilium cuiuslibet hominis. quod ius erat valde graue. Istud dixit mihi secunda die Iulij, anno à Natiuitate Domini 1425. & amplius nullum interrogaui. De
4 eadem † materia loquitur capitulum sequens. Sed an bouaticum fuerit de iure communi, vide quæ scripsi infra *eadem collat. & eiusdem curia Ilerden. cap. 16. Item ex certa scientia,* &c. super hoc sunt instrumenta facta de dicta venditione. ibi videre poteris. Credo quod sint in archiuo Domini Regis, & ciuitatis Barcinonæ.

De eodem. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Rex facere potest gratias de bouatico Prælatis, personis Ecclesiasticis, & hominibus eorum.*
2 *Bouatici materia per quem tractetur.*

ITem super capitulo facto in dicta generali curia, &c.
1 Reuocantur † hic duo capitula curiæ præcedentis, & restituitur domino Regi facultas faciēdi gratias & priuilegia de bouatico Prælatis, & personis Ecclesiasticis, & hominibus eorum: non obstantibus dictis duobus capitulis: quorum vnū est supra in curia proxima 33. & alterum 37. vide ibi. cętera dic per te. Super isto bouatico, quod hodie omnino est sublatum, vt constat in chartis venditionum ipsius bouatici, quas ipse Rex habet iurare, antequam sibi pręstetur fidelitas à vassallis: vt supra in curia proxima *cap. 19. Item quod nostri successores in Comitatu Barcinonæ.* De † isto bo-
4 uatico tangit *Iacobus in Margarita Fisci. in 3. dub. vers. 248.* & *Bar. in l. quod ad præsens. C. de sacrilegis.*

De confirmatione libertatum. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia, libertates, consuetudines, & vsantiæ curiarū confirmantur.*

ITem ordinamus & statuimus, quod omnia priuilegia,
1 &c. Hic † expresse confirmantur priuilegia, libertates, constitutiones, & cōsuetudines, & vsantiæ, cuicumque tam in generali, quam speciali, & omnes ordinationes curiarum præteritarum, quæ non obuient capitulis istius curiæ. adde pro cōcordant. supra *collatione secunda. in curia secunda Barcinonæ. cap. Idcirco nos.* & infra *in curia proxima. capitulo 1.*

De Sarracenis. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Sarraceni, si non sunt serui priuatorum, debent portare capillos in rotundum, vt cognoscantur, sub pœna hic contenta.*
2 *Iudæi portare debent habitum distinctum à cæteris, vt cognoscantur.*
3 *Non habens in ære debet luere in corpore.*

ITem ordinamus & statuimus, quod quilibet Sarra-
1 *cenus franchus,* &c. Sarraceni, † qui non sunt serui priuatorum, debent portare capillos in rotundum, taliter vt inter Christianos cognoscantur, sub pœna quinque solidorum, domino loci, vbi degerit, applicanda: quam si soluere noluerit, vel non potuerit, luet in corpore decem assotos
2 publice in platea. Hoc dicit. Sic † etiam Iudæi debēt portare signum, vel habitum distinctum, vt à cæteris populis distinguantur: vt *ext. de Iudæis. c. in nonnullis.* Et nota hic, quod † qui non habet in
3 ære, luit in corpore: de quo tamen dic vt legitur, & notatur *C. de seruis fugitiuis. l. quicumque.* cū suis concordant. & nota per *Henricum,* & *Ant. de Butrio in c. Odoardus. extra. de solut.* de quibus tangam aliqua infra *ead. collat. curia proxi. c. 21.* vbi tractatur materia cessionis bonorum.

De exceptionibus nullitatum. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Nullitates contra sententiam sunt proponendæ infra decem dies. & num. 7.*
2 *Litis contestatio est necessaria, quando imploratur officium iudicis, ad declarandum processum nullum.*
3 *Iudex secundæ appellationis summarie debet cognoscere de nullitate sententiæ iudicis primæ appellationis.*
4 *Malitys obuiandum est.*
5 *Lites sunt abbreuiandæ, & non debent fieri immortales.*
6 *Lites ex litibus nasci non debent.*
8 *Decem dies ad dicendum de nullitate currunt à die scientiæ de momento in momentum: & an idem sit respectu nullitatis sententiæ interlocutoriæ. nu. 9.*
10 *Reclamatur intra biduum ab interlocutoria sententia.*
11 *Nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis iudicis, vel ex defectu potestatis litigantis opponi potest elapsis decem diebus.*
12 *Sententia nulla ratione personæ, seu potestatis procuratoris quando sit. remissiue.*
13 *Sententia lata cum falso procuratore ratificari potest per dominum. fallit nu. 14.*

15 *Rex ex sua regalia potest de plenitudine potestatis rescindere rem iudicatam absque appellatione. & ratio traditur num.16.*

17 *Gubernator, nec alius, sine speciali mandato principis, non potest rescindere rem iudicatam.*

18 *Princeps ratificare potest quod est nullum ipso iure; licet inferior id non possit.*

19 *Nullitas proponi potest coram iudice appellationis, agendo, & excipiendo.*

20 *Constitutio ista non procederet, quando nullitas opponeretur per viam actionis.*

21 *Nullitate opposita incidenter per viam actionis, opus est libello, & litis contestatione.*

22 *Nullitas opposita incidenter per viam exceptionis finitur, finita causa appellationis, etiam per desertionem.*

23 *Nullitas proposita principaliter per viam actionis non perimitur, quamuis perimatur causa appellationis.*

24 *Nullitas proponi potest contra sententiam principaliter per viam actionis infra triginta annos; licet per viam exceptionis non posset incidenter deserta appellatione interposita à dicta sententia.*

25 *Nullitas immixta causæ appellationis, elapsis fatalibus perit; sicuti & ipsa appellatio.*

26 *Fatalia an currant in causa nullitatis. remissiue.*

27 *Iudex appellationis simul debet cognoscere de appellatione & nullitate simul propositis. limita numero 28. quando nullitas fuisset prosequenda per viam actionis.*

29 *Executio sententiæ an retardetur ob oppositam nullitatem, remissiue.*

30 *Nullitati renuntiari non potest.*

31 *De nullitate, & intra quantum tempus agi possit. remissiue.*

31 *Processus nullus est ipso iure, vbi iudex certus est se non habere iurisdictionem.*

32 *Sententia lata super exceptione est interlocutoria.*

33 *Sententia in dubio est diffinitiua.*

34 *Ab excipiendo de nullitate exclusus non præcluditur, quo minus agere possit de nullitate per viam actionis. contrarium dicitur num.35.*

36 *Exceptio nullitatis aduersus sententiam secundæ appellationis an admittenda, & quomodo, traditur.*

37 *Rex potest reuocare sententias etiam transactas in iudicatum absque appellatione, seu supplicatione, declaratur numero 38. & 39.*

40 *Præclusa via per exceptionem nullitatis post decẽ dies implorari tamen poterit officium iudicis aduersus sententiam.*

41 *Restitui in integrum implorari potest per modum exceptionis, infra tamen quadriennium. vt num. 42.*

33 *Nullitas opponi non potest contra tres sententias cõformes. limitatur nu. 44. & 45.*

46 *Iuramenti calumniæ & malitiæ materia. remissiue.*

47 *Summarie verbum declaratur.*

48 *Nullitatis exceptio quomodo probanda, & differentia inter nullitatem notoriam, & eam quæ non apparet; traditur.*

49 *Sententia nulla reconualescit, si pronuntietur aliqua.*

50 *Actus nulli ratificari possunt.*

I*Tem ordinamus & statuimus pro euitandis malitiis, & pro litibus abbreuiandis, quod si aliqua exceptio nullitatis*, &c. Ista est notabilis, & practicabilis, & famosa constitutio, atque menti tenenda: & rubricatur, Qualiter exceptiones nullitatum opponantur. Et nigrum in summa breuiter hoc intè-
1 dit. Casus. Nullitates † hodie infra decendium contra sententiam proponendæ, vel allegandæ. Et postquam fuerit super appellatione pronuntiatum, vlterius nullitas non poterit contra eãdem sententiam opponi. Et si contra sententiam appellationis nullitas opponatur. facto sacramẽto calumniæ per opponentem, ex tunc infra decem dies summarie cognoscatur, alias nullatenus
2 admittenda. Hoc dicit. Et aduerto, † quando imploratur iudicis officium, vt declaretur processus nullus, est necessaria litis contestatio, secundum *Innocentium in cap. iudicis officium. extra. de off. iudi.* & *Gui. in spe. eo. tit.* secus quando agitur de nullitate per viam actionis, vt inferius dicetur. Item
3 videtur, † quod quando contra sententiam iudicis primæ appellationis opponitur nullitas, de illa seorsim & summarie debet cognosci coram iudex secundæ appellationis; vt in *cap.* [illegible] *curia Montisson. in f.* Et diuiditur hoc capitulũ in tres partes. Secunda ibi, *Et* [illegible] *primus*. Tertia ibi, *Sed si forsan*. ¶ Ex prima parte nota primo,
4 quod † malitijs est obuiandum, & non indulgendum. *extra. qui matri. accu. possu.* [illegible] *& ff. de rei vendi. l. in fundo.* ¶ Secundo nota, lites fore
5 breuiandas, † ne fiant immortales, *C. de iudic. l. properandum. extra. de dolo & contu. cap. finem.* & *c. venie*
6 & *C. de agris & cens. l. litibus.* prouidendum; † enim est, ne lites ex litibus oriantur: *extra. de causa pos. & propri. cap. pastoralis.* Tertio nota hic ius nouũ,
7 quod † exceptiones nullitatum habent proponi infra decem dies, infra quos est licitum appella-
8 re. Et, † non currunt isti decem dies, nisi à tẽpore scientiæ: vt *C. de tempore appel. authen. hodie.* & currunt de momento in momentum, vt ibi nota. Et hoc verum, quando nullitas opponitur sentẽtiæ diffinitiuæ, vt hic dicitur. Secus ergo, si oppone-
9 retur † contra interlocutoriam, quia quod non mutatur, &c. vt *l. præcipimus. C. de appel.* olim per priuilegium ciuitati Barcinonæ concessum per Regem Iacobum, cuius charta data Barcinone 14. Kalendas Septembris, anno Domini 1158. nõ poterat in Barcinona appellari interlocutoria, sub pœna centũ Morabatinorum; sed postea idẽ
10 Rex † statuit, quod nullus ab interlocutoria valeat appellare, nisi à manifesto grauamine: vel nisi euidentẽ contineat errorẽ, seu contra ius fuerit pronuntiatũ: & tũc intra triduũ habet cognosci, quod est per stylũ curiarum Barcin. interpretatũ, nẽpe, secũdo die habet reclamari corã ordinario, qui dabit duos delegatos, cũ quibus intra sex dies habent determinare, an bene fuerit interlocutum necne: vt latius dicitur in priuilegio de litibus
11 abbreuiandis. Et † habet locũ ista cõstitutio, siue nullitas appareat per processũ, siue nõ, vt in [illegible]

6 [illegible]

c.curiæ Montissoni.c.12.Constitutio edita,&c.vbi de hoc: dum tamen non fuerit nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis iudicis: vel ex defectu procurationis,seu potestatis aut personæ litigãtis:quia paria sunt personam nõ esse legitimam, & iudicem non habere iurisdictionem. *ff.quod cũ falso.tu.auc.l.falsos.*& ibi notat *Bal.*& ita communiter istæ constitutiones intelliguntur & practicantur.pro quo faciunt notata *extra.de crim.fals. c.2.*& *in Cle.ad compescendas de sequestra po.& fruc. in glos.fi.*& melius notata per *Ant.de Butrio in cap. in litteris.extra.de offi.deleg.in 3.q.*& per *Ioannem de Imola in l.si expressim.ff.de app.& in dicta Clem.* & *in c.1.de re iudi.in Cle.* Vnde si talis nullitas opponatur,de illa erit prius cognoscendum: quãdo

12 autem dicatur † sententia nulla ratione personæ seu potestatis procuratoris, vide quod legitur & notatur *de procura.in nostra præsentia.* & *C.eod.tit.l. licet.*& *l.non ideo minus.* & *ff.quod cum falso tu.l.1.*& *l.interdum.*& *C.in quibus ca. inte.resti.non est nece.l.si*

13 *tutor.*Nota tamen, † quod sententia lata cũ falso procuratore potest ratificari per dominum, siue fuerit lata pro eo,siue contra eum:vt *ff.rem ratam haberi.l.ratam.*& not.per *Bart.in l.si mater.§.hoc in re vtimur.ff.de excep.rei iudi.* & vide *Bar. & Bald. in l.falsus. C.de furtis.*& *Inno. de rescriptis.c.ex par. de cam.*& *in c. in nostra.de procura. in glo.vlti.*& melius per *Bal.*ff. *qui satis cog.l. Iulianus.in 5.q.*Fallit

14 tamen, † quando fuit obreptum Principi.vt notat *Bal. in alleg.cap. filius.*vide in *Speculo tit. de impug.sen.§.1.vers.Item tractatur valida sententia*,&c. dic melius per *Bart. de Sali. C.in quibus ca.in integ. rest.non est nece.l.si tutor.*& *l.non eo minus.de procura.* & *l.licet.*& per *Bald. in l.Iul.ff. qui satis cogantur.*

15 Vlterius nota,† quod dominus Rex ex sua regalia,& de plenitudine potestatis potest procedere rem iudicatam rescindendo absque appellatione

16 nam coram † Principe magis habet locum veritas,quam rigor iudiciorum:vt *ff. de quæstionibus.l. 1.§.si quis vltimo.*& ibi *glos.*& *Bar.* & per hoc *l.diui fratres.ff.de pœnis.* per hoc etiam *l.glo.in l.fin. C sen.ream.non posse.*& nota latius per *Iac. de Calicio*

17 *in Margar.fisci.8.dubio.vers.quarto.* Non † autem credo,quod hoc possit Gubernator,vel alius,sine speciali mandato principis, licet quidam cõtra.

18 Item nota,quod † princeps potest ratificare id, quod nullum est ipso iure. *9.q.2.c.1.in gl.f.3.q. 5.hoc quippe.2.q.1.in primis.extra.de accu.c.ad petitionem*,sed inferior hoc non potest.vt notatur latius in *Margarita fisci.8.dubio.vers.117.*

¶Quarto nota,quod ista constitutio expresse dicit de exceptione nullitatis.Et ita videtur secus, si de nullitate quæratur per viam actionis: quia

19 de † nullitate potest agi agendo,& excipiendo etiam coram iudice appellationis:vt notatur per *Innocentium* & *Baldum extra.de appellationibus.cap. dilecto.in glos.magna.*vide ibi latius per *Henricum Boich*; quia ista constitutio dicendo hic de exce-

20 ptione nullitatis,videtur † secus dicendũ,quando agendo quæritur de nullitate: quia quod per constitutionem non mutatur, &c. *C.de appelat.l. præcipimus.*& quod est omissum,iuri veteri est relictum;vt *ff.soluto matrimonio.l. si cum dotem.primo responso.* quia casus omissus habetur pro omisso: vt *ff.de liberis & postumis.l.commodissime.* §. *si alterius casus.* & melius in *l.Gallus.§.si quid tamẽ.* per *Bart.* & non videtur par ratio, quando per viam agendi siue actionis agitur de nullitate:quia tunc

21 est † necessarius libellus, & litis contestatio, secundum *Innocentium in c.1.de officio iudicis. extra.*

22 & *Gui.in spec.tit. de officio iudicis.* secus † quando incidenter per viam exceptionis de nullitate agitur,quia tunc finita causa appellationis, etiã per desertionem finitur causa nullitatis propter cõnexitatem:& ita loquitur hic, & melius in præallegato *cap.constitutio edita.*vbi dicitur, quod super nullitate,quam omiserit proponere, vlterius minime audiatur.& ibi dicam latius, Deo duce.

23 Sed † quando agitur per viam actionis de nullitate seorsim,tunc etiam finita, vel deserta causa appellationis non est finita,nec perempta causa nullitatis,quando principaliter mouetur per se: sed triennio finiretur:iuxta *l.properãdum. C.de iudi.* tamen denuo moueri potest: & idem in causa reductionis ad arbitrium boni viri, quia ista est prima petitio,& prima instantia,siue prima causa,quam alia non præcesit: quod est notandum secundum *Innocentium* & *Baldum in alleg.c.dilecto*, vbi etiam nota,quod ille,qui appellat, si corã iudice appellationis non prosequitur,nec introducit appellationẽ, nec agit tãquam appellans, sed solũ agit de nullitate,nõ debet audiri,iuxta quosdã:sed *Inno.*contra,& bene: & hoc si appellatur à diffinitiuã,secus si ab interlocutoria, secundũ eũ, & *Bal.*& iuxta hoc credo intelligẽdas istas cõstitutiones,quæ expresse loquuntur de exceptione

24 nullitatis,nõ de actione.Et † sic nota,ꝙ licet deserta appellatione nõ posit opponi de nullitate, incidenter:tamẽ poterit principaliter agi de nullitate sententiæ, intẽtando iudicis officiũ infra triginta annos:vt notat *Io. de Imola in c.si appellatione.de app.in Cle.in vlt.glo.*vide ibi notata ad materiã huius constitutionis: & adde quę notat idẽ *Ioan.in Cle.vt calumnijs.de re iudi.in 3.q.in vers.totũ quod dictũ est.* Vnde distingue iuxta ista iura Cathaloniæ:quia aut opponitur exceptio nullitatis infra decẽ dies,iuxta istam constit.& tũc seruatur quod dicitur hic,& in *alleg.c.cõstitutio edita.* & poterit denuo agi per officiũ iudicis: aut omittitur proponi infra decẽ dies:& tũc amodo nullatenus audietur;vt in *alleg.c.constitutio. Angelus in l. Papæ.§.si filius.ff.de inoffi.testam.* dicit,ꝙ quãdo nul

25 litas † est immixta causę appel. ꝙ post tẽpora fatalia nequit appellãs prosequi causã nullitatis.nã ex ijsdẽ fatalibus perit nullitas,quibus iniquitas: attamẽ de nouo potest nullitas intentari, nõ obstante lapsu fataliũ,iuxta notata per *glo. in l.si expressim.ff.de app.*& sic intelligit, ipse *Angel.* nota per *Ioan. An.in Cle.sæpe.de verb.sig. in glossa magna.* Item dicit,ꝙ vi exceptionis potest consequi restitutio

ftitutio, si etiam petatur: quod dic vt ipse *Ange-*
26 *lus* notat *in præallegato* §. *si filius*. ¶ Sed vtrum tē-
pora fatalia currant in causa nullitatis, vide per
Bart. in l. si expressim. ff. de app. & per *Bal. in feu. quo*
temp. miles inuesti. pe. debet. c. vno. §. 2. & per *Io. de*
Imola in dicta Cle. q. 3. vers. totum quod dictū est, &c.
vbi dicit, quod si dictum fuerit, dico sententiam
nullā: & si qua est appellatio, tūc etiā deserta ap-
pellatione potest prosequi causa nullitatis, iuxta
Bar. in alleg. l. si expressim. & *C. quādo prouo. nō est nece.*
27 *l. 1.* Ex† secunda parte nota hic, quod vbi appel
latur, & nullitatis exceptio simul proponitur, iu-
dex ad quē poterat primo de nullitate cognosce
re, & hoc erat de iure cōmuni: vt notat *glo. in l. 1.*
C. quando prouo. non est nece. Sed hodie simul habet
cognoscere de vtroque, scilicet, de appellatione,
& nullitatis exceptione: vt in præalle. *c. cōstitutio*
edita. & si de nullitate omiserit, ad eā redire non
28 poterit, iuxta quosdā: quod credo verū, †nisi per
viā actionis vellet prosequi nullitatē, dādo libel-
lum, & seruato iuris ordine, iuxta prædicta, & no
tata in alle. *c. 1. de offi. indi.* adde quæ dicā *inf. colla.*
6. curia Montissoni. c. constitutio edita, quæ, vt dixi,
non habet locū in nullitate, quæ prouenit ex de-
fectu iurisdictionis, vel potestatis: vnde si aliqua
istarū opponatur, de ipsa prius & seorsim est co-
gnoscendū, tāquā de præiudiciali: & quādo pro-
29 pter † obiectionē nullitatis retardetur executio,
& quando nō, vide *Bal. super Inno. extra. de no. ope.*
nunt. c. significantibus. & vide notata *in c. 1. de re iu-*
30 *di. per modernos.* Et nota, † ꝙ nullitati nō potest
renuntiari, secundū *Bal.* vt dixi infra *coll. 4. in cu-*
ria 3. Barcin. c. 21. in tract. cessionis bonorum, in q. an
valeat renuntiari beneficio cessionis. Quo iure, & in-
31 fra † quantum tempus possit agi de nullitate,
dic per *Io. de Imola in alleg. Clem. 1. in glos. agendum*
31 *de nullitate.* Vlterius nota extra tex. † ꝙ quan-
do iudex est certus se iurisdictionem non habere,
tunc totus processus est nullus ipso iure: vt notat
Inn. ext. de app. c. si duobus. iudici ergo cōstare debet
de iurisdictione sua: super quo vide quæ legūtur
32 & notantur *ext. de offi. dele. c. cū de iure.* Itē † nota,
quod sententia lata super exceptione perimitur
interlocutoria: vnde si ab ea appelletur, nō potest
appellans prosequi nisi causas in appellatione
expressas: quod latius notat *Gui. in Rosario 21. di.*
33 *c. decretalis.* super verbo, *cum ergo.* Et nota, † quia
dicit, *sententiam*, quia debet intelligi de diffiniti-
ua: quia illa proprie dicitur sentētia. nota in *l. 1.*
ff. quando app. lic, quia hoc, cū sit contra ius, debet
restringi, secundū *Gui. in l. si ex causa.* §. *nunc. ff. de*
mino. In tex. ibi: *contra eandem sententiam*, &c. se-
cus ergo est contra sententiam appellationis, &
hoc sequitur in tertia parte, ibi, *sed si forsan*: & ꝙ
sequitur in textu, *deinde exceptio aliqua*, &c. facit
34 pro his quæ dixi: quia†licet fuerit præclusa via
excipiendi de nullitate, tamen agi poterit seor-
sim, dādo libellū, saltē super nullitatibus, de qui-
bus cognitū nō fuerit per iudicem appellationis.
quia repulsus à via excipiendi non est repulsus à
via agendi: sicut quandoque cōtra repulsus à via
agendi non est repulsus à via excipiendi: vt not.
ext. de app. constitutus. & *Io. de Imola in alle. Cle. vt*
35 *calumnijs de re iudi.* Quidam † tamen dicunt cō-
tra, vt sit litium finis, vt dictum est: quorum dictū
potest esse verum, vbi esset consuetudo fori, iux-
ta notata per *Io. de Imola vbi sup. in vers. quo antē*
iure, &c. Sed vbi consuetudo aliud non inducat,
credo quod primo dixi fore verum de iure: quia,
vt dixi, satis est quod abbreuiantur lites, quia am
plius excipi nō poterit, nec inde impedietur exe-
cutio propter exceptionem nullitatis, quæ alias
esset perpetua, iuxta regulam, Quæ temporalia
sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendū.
de hoc notatur per *Henri. extra. de restit. in integ. c.*
sustitata. in 2. di. vers. ratio est, &c. ibi vide qualiter
intelligatur dicta regula: & textus hic dixit, pro
litibus abbreuiandis & malitijs euitādis, quæ ma-
litiæ fiunt, seu fieri præsumūtur maxime in exce
ptionibus, quę alias essent perpetuæ: exigitur id
circo iuramentū calūniæ, seu malitiæ, quādo ex-
36 ceptio nullitatis proponitur † contra sententiā
secundæ appellationis, à qua nō potuit tertio ap
pellari: vt *c. ne lice. in vna eadē causa tertio prouo. in*
rubro & nigro. & tūc si proposita fuerit exceptio
nullitatis infra dictos decē dies, de illa cognosce-
tur summarie: & si proposita non fuerit, vel si pro
posita fuerit, sed non infra decendiū; vel si infra
decendiū fuerit proposita, tamen non fuit iura-
tum de calumnia, siue malitia, tunc eadem exce-
ptio minime admittetur: & hoc dicit in vltima
37 parte. Sed, vt dixi, † Rex potest ex sua regalia,
absque supplicatione, vel appellatione reuocare
suas, vel suorum officialium sententias iniquas,
etiam in rem iudicatam transactas. & est tex. secū-
dum *Ant. de Butrio in Cle. 1. de sequestra po. & fruc.*
& not. per *Iac. Calic. in suo Curiali. 6. dub. vers. cum*
ergo dominus Rex. sub vers. vlterius aduerte. Et hoc
38 credo † verum, dummodo in Cathalonia non fa-
ciat contra huiusmodi constitutiones, quas iura-
uit obseruare, vt patet in fine cuiuslibet harū cu-
riarum constitutionum huiusmodi: vel dic, quod
istæ constitutiones per verba generalia non de-
rogant regalijs principis: & ita vidi iudicari sę-
pius in Audientia Regia. Et nota, quod dicit, *ea-*
dem; quia forte alia proponi poterit in hoc casu,
39 ex quo est præclusa via appellandi: quod † cre-
derem verum, si aliqua nullitas ad notitiam noue
perueniret, iurando tamen, quod de nouo perue-
nisset. *arg. extra. de excep. c. pastoralis.* & *de offi. de-*
le. cap. insinuante; saltem per viam agendi. de quo
vide per *Imo. extra. de app. c. nouit.* & dicam super
40 *c. constitutio edita.* Sed licet † per hanc constitu-
tionem sit præclusa via excipiendi de nullitate
post decem dies: tamen poterit succurri per offi-
cium iudicis, iuxta notata per *Ang. in l. plane. ff. de*
peti. here. secus si esset exclusa via, seu potētia de-
41 fensionis. ¶ Quæro † an per modum exceptio-
nis possit peti restitutio in integrum? Dic quod
sic, prout legitur & notatur *ff. de iureiurando l.*
nam

nam postea. §. *si minor.* Et forte concessa restitutione
poterit opponi nullitas, vel alia læsio, sicut fit in
querela, & in contra tabulas *ff. de inoffi. te. l. Papi-*
42 *nianus.* §. *si filius.* Sed † etiam quando per viam
exceptionis petitur restitutio in integrum, habet
peti infra quadriennium: vt notat *Ioan. de Imola*
in Clemen. ante de resti. in integrum, super glos. in ver-
bo *prolabi.* de quo dic latius per *Angelum, in l. Pa-*
pinianus. §. *si filius. ff. de inoffi. testa.* ¶ Si vero quis
43 contrarias † tres concordes reportauerit senten-
tias, non poterit opponere de nullitate, donec
44 executio † earum secuta fuerit: vt *extra. de resu.*
45 *di. cap. 1. in Clement.* nisi † forsan opponatur nul-
litas ex defectu iurisdictionis, de quo vide ibi *La-*
pum, & *P. de Ancharrano,* quod limita per ibi no-
tata per *Ioan. de Imola super glos. contra se.* vide ibi
46 late. ¶ Sed † de iuramento calumniæ, & malitię
vide per *glos.* & *Doct. extra. de iuramento calum. cap.*
quamquam, lib. 6. & adde quæ notat *Matasal. in 65.*
47 *& 66. notabilibus.* ¶ Et quod hic dicit, † *summarie,* adde,
& sine figura iudicij. ex solis actitatis in instantijs
præcedentibus coram iudice primitiuo, & iudice
primæ appellationis: vt habes in allegat. *cap. con-*
stitutio causa; vide ibi latius de hoc. Debet tamen
pronuntiare in scriptis, sicut quando proceditur
in causa secundę appellationis: vt infra in *curia*
Montisalbi Regis Alfonsi Tertij, colla. 5. cap. 30. Item
pro abbreuiandis litibus, &c. adde quæ ibi dicam.
48 ¶ Et † prædicta forte vera, quando fuit proposita
nullitas apparens ex processu, vel quæ verisimi-
liter poterat sciri. Secus quando opponitur alia
nullitas, quę ignorabatur, & haberet de nouo pro
bari: vt quia dicit sententiam fuisse venalem, &
sic nullam: vt *cap. venales. 2. q. 6. & est. l. C. quando*
prouo. non est ne. l. venales, tunc enim habet probari
venalitas, quæ non apparet ex actitatis, & sic de
alijs; & hoc maxime, quando exceptio nullitatis
opponitur contra sententiam secundæ appella-
tionis, tunc enim debet summarie cognosci, vt
hic; quo casu non videntur loqui dictæ constitu-
tiones Montisalbi, & Montissoni; vel saltem re-
stitueretur in integrum ex clausula generali, pro-
pter nullitatem, quæ de nouo peruenisset. *ff. ex qui.*
49 *ca. ma. l. 1.* §. *verba, vers. Item si qua.* ¶ Sed † notan-
dum etiam vltra prædicta, quod sententia nulla
propter defectum iurisdictionis, si pronuncietur
aliqua, conualescit, secundum *Inno.* & *Bald. extra.*
de rescriptis, cap. super litteris. ad quod faciunt no-
tata per *Inno. extra de confir. vtili vel inutili. cap. 1.*
circa medium. & adde quæ notat *Inno. in cap. cum*
causam, extra. de testi. super verbo, *præsumptione.* Et
50 qui † actus nulli possint ratificari, & qui non,
vide *Henric. in cap. causam de testi. in 6. di.*

De recusatione delegatorum. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus quomodo recusetur, hic traditur, & declaratur num. 33.*
2 *Iudex ordinarius quamuis de iure ciuili non recusetur vt suspectus, de iure tamen Canonico procedit dicta recusatio.*
3 *Princeps ex sua prærogatiua cognoscit in sua curia etiam extra Vicariam de causis recusationum ordinariorum. Sed an idem sit in recusatione delegatorum, traditur num. 4.*
5 *Sententia lata per iudicem delegatum, non obstante recusatione, an valeat, vel sit retractanda. remissiue.*
6 *In iudice quæ consideranda sint traditur.*
7 *Processus factus per iudicem recusatum est nullus ipso iure.*
8 *Suspiciones proponens debet antea iurare de calumnia etiam non requisitus, alias teneret processus factus per iudicem recusatum.*
9 Primitus *verbum dicit ordinem, & formam.*
10 *Recusandi delegatum forma traditur.*
11 *Iuramentum calumniæ quæ contineat traditur.*
12 *Causa recusationis est proponenda coram recusato, sed probanda coram arbitris.*
13 *Iudex suspectus debet se abstinere, si causa suspicionis est notorie vera, iusta, & legitima.*
14 *Iudex recusatus, si causa recusationis est notarie friuola, vel falsa, potest procedere in causa.*
15 Breuiter *verbum extendi non potest vltra decem dies.*
16 Illico *verbum, extendi non potest vltra tres dies.*
17 Confestim *verbum declaratur, idest, quam primum fieri poterit.*
18 *Cum recusatio sit proponenda ante litem contestatam, ideo debet iurari de calumnia ante constitutionem litis, declara vt num. 19.*
20 *Iuramentum de calumnia non præstatur in facto notorio.*
21 *Notorium non est probandum.*
22 *Recusans calumniose iudicem est condemnandus in expensis.*
23 *Expensarum condemnationem euitare non potest recusans calumniose iudicem propter opinionem Doctorum.*
24 *Iuramentum calumniæ non euitat condemnationem expensarum.*
25 *In expensis quis condemnari, vel absolui debeat. remissiue.*
26 *Appellari potest ab omissione condemnationis expensarum.*
27 *Arbitri dati in causis suspicionum faciunt litem suam, omittentes condemnationem expensarum contra recusantem calumniosum.*
28 *Statutum disponens, quod victus victori condemnetur in expensis, addit iuri communi; & quæ vtilitas in hoc sit, traditur.*
29 *Statutum loquens per verba eadem, quibus vtitur ius commune, nihil noui addit, sed recitat tantum ius commune.*
30 *Officio iudicis quod venit, peti non potest iure actionis.*
31 *Expensarum multa genera traduntur. remissiue.*
32 *De modicis expensis non est curandum.*
34 *Partes si nolint eligere arbitros in causis recusationum quid faciet delegatus, traditur.*

Item ordinamus, & statuimus, quod si aliquis proposuerit, seu allegauerit iudicem delegatum sibi fore suspectum, &c. Casus breuis. Forma recusandi delegatum

1 gatum traditur hic. Vel aliter recusans † delegatum debet coram eo causas sufficientes proponenere, quas debet cum iuramento calumniæ aduerare, & postea coram arbitris vno ab vtraq. parte electis probare. Qui arbitri debent de causis suspicionum allegatis cognoscere: & si causa, vel ratio suspicionis vera, vel sufficiens non fuerint, recusantem in expensis sine remedio condemnare, loci consuetudine contraria non obstante. Hoc dicit. Etiam in longo. Et cōfirmatur præsens cap. infra in *curia Gerundæ, cap.* 14. Consueuit hic poni Rubrica de iudicibus suspectis, quod tamen intellige de delegatis, vt littera dicit hic in nigro;
2 quia † ordinarius iudex non recusatur de iure ciuili, sed debet associari adiūctus neutri parti suspectus. vt *C. de iud. authen. Si contigerit.* & notatur in *l. apertissimi* secus est de iure canonico. *extra. de foro compe. cap. si quis contra clericum.* & *de app. cap. cum*
3 *speciali.* vbi de hoc. Notandum tamen est † valde, quod Princeps ex sua prærogatiua cognoscit in sua curia etiam extra Vicariam de causis recusationum suorum officialium ordinariorum: vt in *cap. l. ext. ex suspecto. extra. de foro competenti;* quia sicut potest ad eum appellari omisso medio, sic per viam recusationis, secundum dominum *Antonium de Butrio.* & *Iacobum de Calicio in suo Curiali, 7. du-*
4 *bio, vers.* 63. Item forte † in recusatione delegatorum, licet idem *Iacobus* ibi contra per hanc constitutionem. Sed non obstat, quia constitutio generaliter loquens non comprehendit regaliam: vt dixi supra *colla. 2. de causis Vicariarum.* ¶ In tex.
5 ibi, *fore suspectum.* Sed si forte † iste delegatus non obstante recusatione huiusmodi sententiam tulerit, an valeat, vel possit retractari, vide *extra. de exc. cap. cum inter priorem glos. 4.* & *in cap. quia suspecti. 3. q. 7. in glos. forte.* Et sic nota hic, quod iudex
6 non debet dari suspectus. Item † in iudice sunt consideranda quæ continentur in hoc versu: *Conditio, sexus, etas, discretio, fama,* hoc est, conditio, scilicet, ne sit seruus. 3. q. 7. §. *tria.* sexus, ne femina. 30. *q. vlti. mulier.* Fallit in *cap. d. lectis de arbitris,* vide ibi. Ætas requiritur, vt sit maior viginti annorū *ff. de arbi. l. cū lice. vel adminus.* 18. *ff. de re. iudi. l. quidam consulebant.* & hoc locum habet etiam in delegato: vt *extra. de offi. dele. cap. cū vicesimum.* Discretio, scilicet, ne careat iudicio, idest, discretione. 3. q. 7. §. *tria.* Fama, scilicet, ne sit criminosus, idest, infamis 3. q. 7. *infames,* & §. *tria.* Infamia tamen licet faciat ne ordinarius possit iudicare de merito vitæ, sententia tamen infamis iudicis, vel criminosi tenet, nec repelli potest ordinarius propter talia iudicando, donec tolleratur in officio suo. 8. q. 3. *cap. nemo.* Sed delegatus potest repelli per exceptionem: vt *extra. de rescriptis, cap. decernimus.* & nota per *Aug. ff. de iudi. l. cum prætor.* §. *non autē.* In tex. ibi, *cessantibus opinionibus,* dic, scilicet. Doctorum, scilicet, *glos.* & *Bart.* & aliorum in *l. apertissimi. C. de iudi.* & in *l. quia poterat. ff. ad Treb.* &
7 vbi tenet *Bart. post Hostien.* quod † processus factus per iudicem recusatum est nullus ipso iure, licet *Inno.* contra in *cap. cum speciali, extra. de app.* quia *Inno.* dicebat se non legisse textum qui hoc diceret, sed *Bartol.* allegat *tex. in l. vnica. C. si. quacunq. po. prædi.* & respondet, quod non est speciale in hoc, quod processus sit nullus, sed in eo est ibi speciale, quod ordinarius recusatur. Hoc dicit *Bart. in l. quia poterat.* & ita hodie reiectis opinionibus contrarijs seruamus in Cathalonia formam constitutionis huius. ¶ Sed caue, quia ante-
8 quam † quis causas suspicionum proponat, debet de calumnia iurare etiam non requisitus, alias nihil ageret, & processus factus per iudicem valeret, & teneret, secundum Raymundum de Gornallo quondam iurisperitum Gerunde antiquum, qui vidit hoc de facto seruari, vt asseruit Raymūdus de la Via Licentiatus in legibus, de cuius libro hoc habuit Franciscus Serra legum Doctor, & ego ab eo. Sed contra videtur in littera infra in verbo, *proposuerit*: tamen dominus Andreas Corneyll, eandem apostillam habet in libro suo: & idem G. Domenge, quem tenet hodie Benedictus Traginerij in decretis Licentiatus; & ita secundū dictam apostillam, sequendo opinionem prædictorum, semel iudicaui in facto quæstionis, quæ ducebatur inter nobiles Ioannem de Proxida, & Guillermum Hugonis de Rochabertino; & fundatur in littera, propter verbum *primitus.* quia dicit tex. *facto calumniæ primitus Sacramento.* quia
9 verbum † *primitus* dicit ordinem, & formam. Et
10 sic † nota practicam. Si volueris delegatum recusare dices sic. ¶ Quia durum est coram suspecto litigare, & vos, domine iudex delegate, sitis ex causis supscriptis mihi valde suspectus; ideo meo Sacramento calumniæ, quod primitus præsto in posse notarij seu scriptoris huius causæ, causas suspicionis huiusmodi credens fore veras, vos cū præsenti recuso, & suspectum dico, & propono, pro eo quia estis mihi inimicus, vel partis aduersę consanguineus; & hoc probaturum coram arbitris, iuxta formam constitutionum Cathaloniæ eligendis me offerens, eligo in arbitrum pro mei parte honorabilem G. Anglesij legum Doctorem, qui vna cum alio arbitro per aduersarium eligendo, de causis prædictis cognoscant, & determinēt. Interim vero non procedatis in causa, alioquin de nullitate protestor, &c. & semper de expensis, &c. contra partem aduersam. Et proposita huiusmodi recusatione, ilico iudex, qui recusatur, debet assignare parti aduersæ, vt arbitrum eligat; quo electo idem iudex præfiget terminum congruum arbitris sic electis, infra quem cognoscant de causis suspicionis propositis, coram quibus pars recusans dabit testes, vel alias probabit. Et tunc arbitri si probatum fuerit, debent pronunciare illum iudicem fore suspectum; alias si probatum non fuerit, iudicabunt recusationem inualidam, condemnando recusatorem in expensis occasione ipsius recusationis facti, & ex tunc delegatus poterit procedere, recusatione huiusmodi non obstante. Si vero arbitri discordabunt, vt sæ-

pe

pe sit, tunc delegatus poterit eos cogere, vt concordent, vel tertium assumant; & intra certum terminum causam recusationis decidant, alias, procederetur iuxta formam *cap. legitima, ex n. 4. de appel. lib. 6.* Dic ibi notata per *glo. ss.* & *Dom.* Sed si arbitri declarauerint, & ab eorum sententia, vel ab eis, si alias grauauerint, appellabitur ad delegantem, iuxta decretalem *extra. de officio dele. ga. cap. ab arbitris. lib. 6.* Dic vt ibi, & prout notatur in *cap. suspicionis. eod. tit.* in antiquis. Et nota, quod dicit hic, *de iuramento calumniae*, & supra *cap. proximo*, quia non solum debet iurare, & cum iuramento adserere, quae proponuntur, sed etiã debet iurare
11 omnes clausulas quae continentur † sub iuramento calumniae, iuxta hos versus:

Illud iuretur, quod lis sibi iusta videtur.
Et si quaeretur verum non inficietur.
Vt lis tradetur, dilatio nulla petetur.
Nil promittetur, nec falsa probatio detur.

De his notatur *extra. de iuramento calumniae, cap. in-*
12 *haerentes.* ¶ In textu, ibi, *coram delegato.* Nota † ergo, quod causa suspicionis coram recusato est proponenda, sed non probanda, quia forsan prouocatus obesset: vt in dicto *cap. suspicionis*, in antiquis, & idem de *appella. cap. Secundo requiris.* & in *cap. cum speciali, in 4. glo. ss.* & in *allegat. cap. legitima.* Sed probabitur coram arbitris, vt est dictum. Et
13 praedicta † vera, quando causa suspicionis est dubia iuris, vel in facto. Si vero sit notorie vera, & notorie iusta, legitima, rationalis, & sufficiens causa suspicionis, tunc iudex recusatus debet omnino illico silere, & causam remittere; vel delega-
14 tioni renunciare. Si † autem causa suspicionis proposita esset notorie talia, vel notorie friuola, & minus legitima; tunc etiam iudex recusatus potest, non obstante friuola recusatione, procedere: nec tenetur causam recusationis notorie friuolã admittere: vt *extra. de causa po. & propr. c. cap. cum olim*: de quo dic latius per *Henric. in allegat. cap. cum speciali, in di. 1.* ¶ In textu, ibi, *qui arbitri per*
15 *partes breuiter eligantur.* Nota, † quod dicit, *breuiter*, & non apponit certum terminum; vnde videtur, quod sit arbitrarium, dummodo non vltra decem dies, quia ex tunc non posset appellare. *ar. supra cap. proximo.* ad hoc. *ff. de iure deli. lib. 1.* & *extra. de offi. dele. cap. de causis.* & *de re iudi. que ad con-*
16 *sultationem.* Sic alibi in casu simili dicit lex. † *illico.* vt *C. de iudi. l. fi.* & exponitur, *ilico*, idest, intra triduum: & ita notatur in *l. apertissimi*, super verbo, *eligere. C. eod. tit.* & ita videtur, quod isti arbitri debeant infra triduum eligi. & hoc est, quod vult dicere hic breuiter, secundum Gui. Domenge, & credo, quod bene ad hoc facit viaticus, *Quonia ex conquestione subiectorum*, ibi, *in quibus casibus infra triduum.* ad idem *C. de errore aduo. l. 3.* de verbo, *confestim*, vide. *C. quando dies legati cedat, l. cum fine*, ibi
17 exponitur † *confestim*, infra ante litem contestatam, alibi exponitur, *confestim*, idest, quod citius poterit: vt *ff. ad Tertull. l. 2. §. confestim.* ¶ In textu, ibi, *facto calumniae primitus sacramento.* Hoc est ius

18 nouum, quia † in hoc casu iuratur de calumnia ante litem contestatam, quia huiusmodi recusatio habet proponi ante litem contestatam: vt *extra. de re iudi. cap. inter monasterium.* & regulariter non iuratur de calumnia, nisi in exordio litis, vt *extra. de iuramento calum. cap. quamquam, lib. 6.* sed hoc fuit statutum propter vitandum calumniam, quia saepe calumniose, causa morandi, & subterfugiendi iudicium, recusationes huiusmodi proponebantur, ad idem supra *cap. proximo.* & infra *curiae Montissoni cap. 34. vt tollatur omnis occasio malignandi, &c.* & *extra. de elec. cap. vt circa lib. 6.* praeterea
19 quidam hoc *cap.* intelligunt in † exceptione facti, quia super exceptione iuris non iuratur: vt notatur extraordinarie *C. de iuramento calumniae. l. 1.*
20 Immo † plus dicunt super facto notorio nõ iurari, quia probatione nõ indiget: *extra. de cohabi. cleri. & mulie. cap. tua.* praesertim cum iuramentum loco probationis succedat: vt not. in dicta *l. 2.* & si
21 fieret iuramentum, esset superfluum, cum † tale notorium non sit probandum, vt notatur *C. qua aduo. de l. 1.* & *ff. qui sat. cog. l. si. vero. §. 1.* & *in alleg. cap. tua.* licet quandoq. probetur notorium: vt *extra. de ele. c. bo. me. magis. & de iureiuran. c. nostram 3.* Tamen de facto in qua unq. exceptione nullitatis iuratur in practica, iuxta formam huius constitutionis, à qua non est tutum recedere cũ sint iuratae, & stricti iuris. ¶ In tex. ibi, *non obstante consuetudine, vel vsancia, &c.* puta, forte erat consuetudo, quod ratio expensarũ reseruaretur in diffinitiua, & talis consuetudo tollitur hic: vt saltem metu expensarum à proponendo calumniosas recusationes compescantur: sic *extra. de dolo, &*
22 *contu. cap. finem.* est ergo † hic casus, in quo victus victori condemnabitur in expensis sine remedio; hoc est, nõ obstãte, quod dicat se errore deceptũ,
23 siue error fuerit iniuriae, siue in facto. Nec † excusabitur propter opinionem Doctorum, nec alias, quia sufficit ita esse scriptum: vt *l. prospexit. ff. qui*
24 *& a quibus ma.* Et † habes hic expressum, quod iuramentum calumniae non excusat à condemnatione expensarum, quod latius prosequere per *Ioan. de Imola in allegat. Cle. vt calumnijs, in 3. q. vers.*
25 *vltimo dicit hic Pan.* Sed † quando debeat quis condemnari, vel excusari ab expensis, distingue late per *Bal. in authen. generaliter. C. de Episcopis, & cleri. in vers. ex praedictis antẽ sic concludo, &c.* Item
26 nota, † quod ab omissione condemnationis expensarum potest appellari, vide quod scribit *Iacob. de Aren. in l. Paulus. ff. de re iudi.* & hoc tenet *Anton. de Butrio.* vide, & adde quę dixi infra *collat. prox. tit. 29. Item pro abbreuiandis litibus, vers. vl-*
27 *timo nota.* Et si forte † condemnationem huiusmodi facere omiserint, isti arbitri tenebuntur; quia fecerint in hoc litem suam: vt *C. de pactis. l. si quis*
28 *in conscribendo.* ¶ Et nota, † quod tenet *Bart.* quod statutum disponens, quod victus victori condemnetur in expensis, videtur addere iuri communi, hoc scilicet, quod pro expensis nascitur actio victori contra victum, scilicet, conditio ex illo statuto,

tuto, & ideo si lata sit sententia in principali, & nil dictum sit de expensis, poterit victor inchoare agere pro expensis, vt notatur in *l.3.§. fi. ff. de le.3.* Sed *Matthæus de Matasalanis* hoc dictum *Bar.* non putat verum, quando verba statuti diriguntur ad iudicem, dum dicit, *condemnetur*, scilicet, à iudice; & ideo non potest nasci conditio ex statuto per regulam, quam ponit idem. *Bart. in l.1. de*
29 *condic. ex l.* Item † quia statutum loquens per eadem verba, per quæ ius commune, nullum vinculum addit, sed videtur mere recitatorium: adde quę notat *Bald. extra. de rescriptis. cap.1.* super *Inno.* & vide per *Angel. in l. non solū. ff. de rei vēdi. l. ius autem ciuile.* à contrario sensu *ff. de insti. & iure*, & per *glos.* nota & *Doctores in cap.1. de consti. lib.6.* & sic debet intelligi, quod officio iudicis mercenario fiat condemnatio in expensis *l. terminato. C. de fruc. & litis expensarum simul.* Sed secundum ipsum *Matthæum* dictum *Bartoli* potest saluari, si statutum fiat per verba, quod victus victori teneatur, vel obligetur in expensis; sicut est infra *ead. c.17. Item statuimus, volumus, & concedimus. in §. & pars, quæ fuerit condemnata, teneatur soluere,* &c. vide ibi. Nam tunc illa obligatio debet producere actionem. *l. licet ea obligatio. ff. de procura.* sed iure communi non est nata obligatio, nec actio pro expen
30 sis; quia † regula est, quod id quod venit officio iudicis, non potest peti iure actionis, vel obligationis: vt *l. qui per collusionem. §. fi. ff. de actio. empti.* & *l. si quintus. ff. de an. le.* secundum *Matthæum de Matasalanis in 80. notabili.* secundum quod videretur, quod in ista constitutione, quæ dicit, *condemnetur*, venient expensę officio iudicis; sed in *cap.17.* infra *ead.* venient iure actionis, quia tex. ibi dicit, *teneatur*, & sic faciat pro his quæ ibi dixi. ¶ Et
31 de † multiplici genere expensarum dic per *glos. in l. in fundo. ff. de rei vendicatione.* Hoc tamen scias,
32 quod † de modicis expensis non est curandum:
33 vt *ff. commodati. l. in rebus. §. possunt.* Et hoc † cap. forte solum habet locum, quando vnus est solus delegatus, qui recusatur, cum tex. hic loquatur in singulari, dum dicit, iudicem delegatum sibi fore suspectum; secus quando essent duo, vel plures delegati dati cum clausula; *quod si non omnes, vel si ambo,* &c. vt in *cap. Si duo.* & *cap. cum plures. extra. de offi. delegati. lib.6.* quia quod non mutatur, &c. vt dixi supra *cap. proximo.* quia huiusmodi constitutiones non sunt extendendæ contra ius commune: vt dixi supra *ead. collat. in curia prima Bar-*
34 *cino. cap.35. circa fi.* ¶ Sed † quid si partes nolint eligere arbitros, dic, quod eliget ipse delegatus: vt notatur *extra. de app. cap. Secundo requiris.* vide ibi *glos.* & *Doct.* Item adde quæ dicam infra *collat. 5. cap.13. Item statuimus, vt omnis,* &c. vel forte procedet iudex non obstante recusatione infortuiter posita.

De bouatico. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Bouatici venditio, & remissio confirmatur.*
2 *Bouaticum an sit soluendum de iure, vel de consuetudine, traditur.*

Item, *quod ex certa scientia,* &c. Hic confirmatur
1 venditio, † & remissio bouatici, iuxta seriem instrumenti, quod hic potest inseri: & adde quæ dicta sunt in pluribus capitulis loquentibus de huiusmodi bouatico, scilicet, supra *collat. ista.*
2 ¶ Quidam dixerunt, † quod bouaticum etiam erat de iure communi soluendum: vt *C. de agris, & cens. l. immunitates, lib.11. & de murileg. l. quod ad præsens li. & authen. de man. prin. §. coges. colla.3.* Alij dicunt, quod non, nisi per illos qui consueuerunt. *C. de auro coro. l.1. lib.10.* adde supra *c. collat. in curia 2. Barcino. cap.28.* cum duobus capitulis sequent.

De iudicibus tabulæ, & cautionibus expensarum. Capitulum. XVII.

1 *Inquisitores tabulæ debent eligi tres, miles, ciuis, iurisperitus.*
2 *Iudicum tabulæ creatio pertinet ad dominum Regem, & eo absente, seu impedito, ad suum locumtenentem, vel procuratorem generalem.*
3 *Electio notarij tabulæ spectat ad eius iudices.*
4 *Iudex inquirens per calumniam tenetur inquisito in expensis.*
5 *Iudex faciens contra ea, quæ sunt à iure determinata, non excusatur.*
6 *Officiales in iudicio tabulæ nihil debent soluere iudicibus, & notario, nisi fuerint expresse condemnati.*
7 *Condemnatus in iudicio tabulæ debet etiam condemnari in expensis.*
8 *Iudices tabulæ omitentes condemnationem expensarum faciunt litem suam.*
9 *Expensæ omissæ in condemnatione facta per iudices tabulæ possunt etiam peti condictione ex constitutione.*
10 *Expensæ, quæ petuntur condictione, ex lege peti possunt etiam post sententiam.*
11 *Iudex in causis summarijs non debet recipere sportulas, & ratio traditur num. 12.*
13 *Iudex in causis miserabilium personarum non recipit sportulas.*
14 Teneri *verbum importat necessitatem.*
15 *In iudicio tabulæ vtraq. pars cauet in expensis, & non valet consuetudo in contrarium, sed per officiales non seruatur licet male. num. 21.*
16 *Irruitur contra notarios plus sapere volentes, quam oportet.*
17 Cauere *verbum simpliciter prolatum ab homine inducit nudam promissionem; secus si prolatum fuerit à lege, cum eo tunc requirantur fideiussores idonei.*
18 *Cautio iuratoria præstatur in defectu alterius.*
19 *Cautio iuratoria non admittitur in iudicio tabulæ, & de ratione.*
20 *Constitutio debet intelligi, vt aliquid commodi afferat.*
21 *Consuetudo seu præscriptio non inducitur ex actis nullis.*
22 *Cautio expensarum per querelantem præstari debet in primo mense tabulæ.*
23 *Processus factus in iudicio tabulæ non præstitâ cautione expensarum non valet.*
24 *Tempus vbi est de substantia debet attendi; & non illud,*

illud, quod praecedit, vel sequitur.

25 *Statutum respiciens initium alicuius actus non habet locum in contingentibus post initium.*

26 *Proceditur contra nolentem assecurare in iudicio tabulae pro ut contra contumacem.*

27 *Contumacis poena regulariter est, ut condemnetur in expensis, si reus est: si vero actor, denegatur sibi audientia; referuntur ad hoc quaedam litterae Regiae, & num. 35.*

28 *Obligatus dare fideiussorem liberatur iurando se illum non invenire.*

29 *Fideiussor non solum dicitur idoneus ex patrimonio, sed etiam ex fide.*

30 *Fideiussor si sua sponte offerat debitum; & petat, quod sibi actio cedatur contra fideiussorem, an audiatur. remissive.*

31 *Fideiussor ut sit idoneus, multa requisita traduntur.*

32 *Fideiussorem reperire in aliena patria est difficile.*

33 *Fideiussor datus in cautione praetoria si efficiatur non solvendo, caveri iterum debet, & num. 48.*

34 *Fingens dubium est puniendus.*

36 *Refertur dispositio Regia, seu pars illius, idem nu. 38. & num. 41.*

37 *Interpretari illius est cuius est condere.*

39 *Stellionatus poena tenentur malitiose inobedientes Principi.*

40 Comminando *dictio habet vim peremptorij.*

42 *Iudices tenentur de suo non receptis idoneis fideiussoribus.*

43 *Refertur Regia littera servanda in iudicio tabulae.*

44 *Obligatus ad satisdandum non liberatur dando pignora.*

45 *Cautiones praetoriae sunt intelligendae cum fideiussoribus.*

46 *Appellatione satisdationis à lege prelatae venit satisdatio cum fideiussoribus.*

47 *Cautionis nomine de iure civili venit simplex cautio, nisi persona fuerit suspecta, & interesse magnum.*

49 *Paria sunt non dare fideiussorem, vel dare eum, qui tutus sit exceptione.*

50 *Fideiussorem reperire non est facile.*

51 *Contra officiales nedum procedi potest in iudicio tabulae, verum etiam & coram Rege ante finem triennij.*

52 *Non tenentur fideiussores, si officiales fuerint condemnati per dominum Regem extra iudicium tabulae.*

53 *Officialis de iure communi syndicari potest durante officio.*

54 *Casus in quibus officialis syndicari possit ante tempus syndicatus, remissive.*

55 *Officiales non debent regulariter conveniri ante depositum officium, nisi ob publicam utilitatem, & in casibus relatis num. 56.*

57 *Baiuli pro debitis sunt conveniendi coram vicarijs.*

58 *Sagiones quamvis pro contractibus conveniri nequeant, coram iudicibus tabulae, servatur tamen contrarium.*

59 *Fideiussores dati per officiales non tenentur pro eorum contractibus, declaratur num. 60.*

61 *Princeps denegare potest audientiam ei, qui primo non adiuit ordinarium.*

62 *Princeps supplet, & punit defectum iustitiae repertum in suo officiali.*

63 *Princeps ex sua praerogativa potest ante tempus tabulae punire officialem delatum.*

64 *Baiulus ob oblatum ensem clerico simplici fuit absolutus in casu, de quo hic.*

65 *Officiales triennales trahi possunt durante officio per dominum Regem extra Vicariam, & Baiuliam.*

66 *Regalia est Regis deponere officiales.*

67 *Pro crimine alibi commisso conveniri quis possit in loco domicilij, traditur.*

1 ITem † *statuimus, volumus, & concedimus, quod eligantur de praesenti per nos unus miles, & unus civis, & unus notarius, in qualibet vicaria,* &c. Hic loquitur de iudicio tabulae; & dividitur praesens capitulum in partes septē. ¶ In prima parte ponitur iudicum, & notarij tabulae electio. ¶ In secunda, ibi, *siquidem*, ipsorum iudicum inquisitio. ¶ In tertia, ibi, *praeterea*, dictę tres iudicum, & notarij praedictorum solutiones. ¶ In quarta, ibi, *& pars*, partis victae expensarum condemnatio. ¶ In quinta, ibi, *Et quod de caetero*, de servando has, & praeteritas constitutiones domini Regis promissio. ¶ In sexta, ibi, *Tamen qualibet*, expensarum iudicij tabulae à partibus pręstanda satisdatio. ¶ In septima, & ultima, ibi, *Salvo*, ponitur quaedam do-
2 mini Regis retentio. ¶ Ex † prima parte nota, quod delegatio iudicum tabulae sive creatio pertinet domino Regi, vel eo absente, vel impedito, eius locumtenenti, seu procuratori generali; & de materia huius vide, & adde, quae dixi supra *ead. collat. in secunda curia Barcino. cap. Primo, quod om-*
3 *nis*, & *cap. se.* Item nota, † quod olim dominus Rex eligebat notarium tabulae per hanc constitutionem, sed hodie spectat notarij electio ad eosdem iudices; ut infra in *curia Montisalbi Regis Alfonsi Tertij, cap. 4. Item cum iuxta*, cum suis concordantijs, ibi positis. ¶ Item nota hic casum expressum, *Non ergo Baiulus generalis*, sicuti temere Barcinon. factum fuit anno 1468. Sed totum fuit per illustrem primogenitum Regis Renati postea revocatum, in quo Gubernator dat iudices tabulae domino Rege absente à terra ista, hoc est, à Regno Aragoniae, & Regno Valentiae, & Principatu Cathaloniae, & Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniae, & terris omnibus cismarinis: quod forte alibi non reperies ita clare. Sed adhuc non vidi practicari. ¶ Ad secundam partem adde, & vide quae dixi clarius supra *collat. ista in curia proxi. cap. 38. Item, quod nunc assignetur.* Sed praedicta fuerunt temporalia, quę continentur usq. ad tertiam partem. Sed per sequentes constitutiones fuit renovatum, & servatur amodo, quod de triennio in triennium pro tabula tenenda assignātur isti tres iudices, & ipsi eligunt notarium, ut dixi. Nota ta-
4 men, † quod iudex, qui per calumniam inquirit, tenetur inquisito ad expensas, secundum *Bald.* quem vide in *authen. generaliter in fi. C. de Episcopis*
4 *& cleric.* & *in l. sancimus. C. de iudi.* Itē nota † quod iudex faciens contra ea quae sunt à iure determinata, non potest excusari, *secundum Bald. in dicta authen.*

neraliter, super verbo *forensem*, vide quæ ibi no-
18 tantur latius, & *C. de procurat. l.* 1. Si vero † aliam præstare non poterit, de iure communi, sufficit præstet iuratoriam cautionem, quia succedit in locum fideiussoriæ, dum tamen duo iurentur scilicet, quod fideiussor non inuenitur, & quod facient, quod incumbit, secundum *Bald.* latius in *authen. generaliter. C. de Episcop. & cleric. in au-*
19 *then. generaliter.* Sed † forte secus est in casu isto de iure Cathaloniæ per hanc constitutionem, quæ debet indistincte intelligi Hebraice, vt littera sonat. vt seruetur æqualitas, ex quo enim officiales assecurant tabulam cum fideiussoribus, iustum est vt dantes querelas in tabula contra eos, similiter assecurent cum fideiussoribus, alias iudicium claudicaret, quod fieri non debet, *argu. extra. de reg. iur. cap. non licet actori. lib.* 6. cum suis concordantijs: alias de vento seruiret hæc consti-
20 tutio, quod fieri non debet, quia imo † lex, & constitutio debet ita intelligi, vt aliquid commodi afferat: & hæc lex siue constitutio pactionata in curia generali edita, & iurata debet intelligi stricto modo, & non extendi per subauditiones, & glossulas; nec aliter interpretari. quia talis interpretatio haberet fieri secundum formam constitutionis infra *ead. colla. in curia Gerundæ, cap.* 10. Nec obstat si aliquando extitit aliter obseruatum, quia id forte fuit de consensu partium; vt in *authen. generaliter. C. de Episcop. & cleri.* quia aliter acta contra huiusmodi constitutionem
21 sunt nulla, & ex actis † nullis non inducitur consuetudo, nec præscriptio, præsertim attenta executoria Reginali infrascripta. per quam aufertur huiusmodi iudicibus, & inquisitoribus potestas contrarium faciendi, & decernitur irritum, & inane quicquid in contrarium fuerit attentatum. & iste intellectus est bonus, ex quo habetur aliquid specialitatis, & vtilitatis. Item pro hoc faciunt prouisiones Regiæ hic insertæ, & quod dictum est in *cap. iudices tabulæ*, infra in *curia Montissoni.* adde quæ dixi supra in *curia proxima, cap.* 21. *Item quod omnis firma.* ¶ Sed videmus, quod licet querelantes caueant in tabula pro expensis, tamen officiales querelati non cauent; ea forsan ratione, quia iam in principio regiminis officij, assecurauerunt de tabula tenenda cum fideiussoribus, vt dixi supra in *curia proxi. ca. . . . ximo, quod omnis.* adde quæ ibi dixi. Item nota, quod textus, hic dicit, *in principio*, ergo patet, quod hu-
22 ius cautio † expensarum debet præstari in primo mense, vel saltem antequam assignetur secundus mensis, qui datur ad probandum; & ita di-
23 cit ordinem: vnde videtur, quod si † non præstita huiusmodi cautione expensarum fuerit processus approbandus, quod non valeat processus tanquam factus contra ordinem iuris; vt *l. prolatam. C. de sent. & interlo. o. iudi.* quia vbi tempus est
24 de † substantia, illud debet attendi, & non illud, quod procedit, vel sequitur: vt *ff. de hered. insti. l. si alienum. §. in extraneis*, & *ff. qui satis cogan. l. sciendum. §. possessor.* & ibi notatur per *Angelum.* facit & melius, quod notat *Bald. de pace constantiæ. §. si quis*, aut in verbo, *non admittemus*, cum simil. hoc etiam probatur in *authen. generaliter. C. de Episcopis, & cleri.* ibi, dum dicit, *nisi prius actor in libello,*
25 &c. Item vbicumq. † statutum refert se ad initium alicuius actus, nunquam vendicabit sibi locum in contingente post initium, quia hoc non potest esse nisi per interpretationem extensiuam, quam statuta non recipiunt: vt *ff. de ver. ob. l. quidquid astringendæ*, & nota *Angelum ff. de peti. hæred. l. Sed & si lege. §. de eod.* ¶ Item etiam nota, quod hic dicitur: Et si aliquis nolit assecurare, vel soluere partem suam, quod procederent contra eum tanquam contra contumacem. Ecce duo dicit.
26 Primum, † quod si nollet assecurare, quod procederetur contra eum velut contumacem, hoc est,
27 quod condemnaretur in expensis: quia † regulariter hæc est pena contumacis: vt *extra. de procur. cap. querelam*: vel si est actor, denegaretur sibi audientia: & ita prouidit dominus Alfonsus Rex Dei gratia nunc regnans per suas litteras tenoris sequentis.

¶ Alfonsus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Maioricæ, Sardiniæ, & Corsicæ, Comes Barcinonæ, dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Rossilionis, & Ceritaniæ. Fidelibus nostris iudicibus tabulæ officialium, quæ pro nunc tenetur in ciuitate Barcinonæ, Salutem, & gratiam. Non sine ingenti, & graui admiratione percepimus, quod vos quadam ducti præsumptione responsionem per nos vobis factam cum magno, & maturo ac digesto consilio cuidam vestræ consultoriæ nobis per vos missę super dubio vobis orto in obseruatione cuiusdã constitutionis, & alijs in ipsa nostra responsione mentionatis: quæ Responsio siue littera est seriei sequentis.

¶ Alfonsus Dei gratia, Rex, &c. Fidelibus nostris iudicibus tabulæ officialium, quæ pro nunc tenetur in ciuitate Barcinonæ, Salutem & gratiam. Visa littera, quam de prouisione per vos facta super obseruatione cuiusdam constitutionis domini Regis Iacobi incipientis: Item statuimus, volumus, & concedimus, quod eligantur de præsenti, &c. quam ad nostram Celsitudinẽ transmisistis, visa etiam copia prouisionis eiusdem in prætacta littera interclusa, cum qua remisistis nobis decisionem dubij super obseruatione dictæ constitutionis ex altercatione partium coram nobis exorti, petentes per nos vobis super illis responderi: visa etiam constitutione prætacta, visa insuper quadam charta, seu quodam priuilegio serenissimi domini Regis Petri memoriæ celebris abaui nostri, per quam voluit consiliarios, probos homines, vniuersitatem, & singulares Barcinonæ, posse offerre petitiones eorum contra officiales dictæ ciuitatis absq. præstatione securitatis in dicta constitutione contenta; & quod dicta charta, seu dictum priuilegium duraret vsq. ad primam curiam generalem

Q Catha-

Cathaloniæ, prout in ipsa charta hæc, & alia seriosius intuentur: visisq. alijs super materia ista videndis, respondentes prædictis, dicimus, & mandamus vobis de certa scientia, & expresse, quatenus attento, & considerato, quod prædicta constitutio fuit generalis, & in generalibus curijs Cathaloniæ edita siue facta; & quod ante dictę Regiæ prouisionis impetrationem in dicta ciuitate obseruabatur, & extitit obseruata: attento etiam, quod dictum priuilegium fuit consiliarijs, & probis hominibus Barcinonæ indultum, cum præfinitione temporis diu est effluxi; vt ex tenore eiusdem priuilegij liquide demonstratur: & per lapsum dicti temporis ciues, & habitatores Barcinonæ, sicut, & alij incolæ Cathaloniæ Principatus, ad obseruationem dictæ constitutionis absq. aliqua dubitatione tenentur. Quodq. licet in vestra prouisione prædicta contrarium asserere videamini, non absq. alicuius captatis ignorantiæ demonstratione, de qua estis merito arguendi; dubia tamen non est, nec interpretatione aliqua eget, iam dictam constitutionem iuxta illius tenorem, & seriem per quoscumq. petitiones aliquas, vel demandas contra officiales prædictos offerentes, vel offerre volentes faciatis firmiter, & inuiolabiliter obseruari, eorum petitiones aut demandas eis aliter nullatenus admittentes. Cum sit ex causis prædictis, & alias per iustitiam sit fiendum. Datum in Monasterio Sancti Cucufatis Vallen. die decimotertio Iulij, anno à Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo decimo nono. De Funes Vic.

28 Aduerte, quod de iure communi, vbi † quis tenetur dare fideiussorem; si non potest, liberatur iurando: vide *glos. ff. in ius vo. vt eant aut satis. l.* 1. & iura quæ allegantur *ff. qui satis cogantur l.* 1. & ibi habes formam iuramenti, quia prius iurat, quod non potest satisdare, postea iurat princi-
29 paliter. Item nota, quod † fideiussor dicitur idoneus, non solum ex patrimonio, sed ex fide:
30 *ff. de verb. obli. l. decem.* Item † si fideiussor sua sponte vult offerre debitum, & petere, vt sibi actio cedatur contra confideiussorem; an audiatur, vide *ff. de fideiussor. l. si dubium tenet.* vide *Cyn. in l.* 2. *C. eod.* & tangit *Bart. in l. fideiussoribus.* §. *ex causa. ff. eodem tit.* vide supra *collat.* 3. *cap.* 5. & *me-*
31 *lius* infra *collat.* 5. *cap.* 18. Et ad hoc † vt fideiussor dicatur idoneus, requiritur, quod sit locuples, & quod possit de facili conueniri; & quod sit de foro, & quod non sit in loco tutissimo, nec sit tyrannus potens, vel nobilis, contra quem de facili non potest fieri executio; vel quia est priuilegiatus; & idem tenet *Bart.* de aduocato cauillo so. Item, quod non sit homo mendax, vel litigiosus: vt *ff. qui satis cogant. l.* 2. & *l.* 1. *si quis in ius. vo. non ierit.* & nota *Bart.* & *Antonium de Butrio*, &
32 *Angelum in allegat. l.* 2. Item nota, † quod difficile est inuenire fideiussorem in aliena patria: *ff. de*
33 *iudi. l.* 2. §. *legatus.* Item † nota, quod si fideiussor in cautione prætoria efficitur non soluendo, debet iterum caueri: vide *Angelum ff. qui satis cogant. l. si fideiussor.* & quod dicitur in dicta responsione, quod priuilegium fuerat indultum; tu dic, quod immo non valebat, sed erat nullum, quia fuit contra constitutionem: vt supra in *curia proxima, cap.* 17. *Item quod nos, vel successores nostri faciamus*, &c. Nota insuper, quod dicitur, *dubia*: dic, quod ideo non erat locus consultationi: vt *C. de rela. l.* 2. &
34 *per totum.* & qui † fingit dubium, debet puniri: vt *ff. de offic. pr. fecti prætorio. l. p nult.* Ite n nota ibi, *interpretatione*, quę si foret necessaria, haberet fieri sub forma constitutionis: infra in *curia Gerundæ, cap.* 10. de qua dixi supra in *curia proxim. cap.*
35 *Item si in aliquo.* vide ibi. Item † nota, *aliter*, idest, nisi in principio assecurauerint pro expensis: vt dixi supra, super verbo *in principio.* Sed quid si contra factum fuerit? Respondeo, non valet, secundum *Iaco. de Aren.* de quo vide latius per *Bald. de pace constantiæ*, super verbo, *non admittemus, in* §. *Si quis autem*, &c. in *q. si statutum dicit, talis non audiatur*; &c. vide quæ dicam infra *colla.* 6. *in curia Montissoni, cap. iudices tabulæ*, super verbo, *minime audiatur.* Et ita apparet, quod huiusmodi petitiones cum cautione expensarum habent intra primum mensem dari, alias habetur vt contumax, & nullatenus debet vlterius admitti: vt hic. Sed debet haberi perinde ac si nullatenus petitio data fuisset: vt intra in sequenti littera, ibi, *& procedatis deinde ac si infra tempus*, &c. ad idem *C. de Episcopis & cleri. authen. generaliter.* ibi dum dicit, *nisi prius in libello*, &c. Nota insuper ibi, *per iustitiam*; ergo de iustitia hic fuit responsum, & ita facit ius apud omnes, secundum *Inno.* qui ita notat *extra. de procura. cap. petitio in glos.* super verbo
36 *reprobamus.* ¶ *Non † ipsam responsionem seu mandatum nostrum prainsertum obseruare curastis; sed potius interpretari, & in dubium reuocare, assignando vt relationem fidedigna percepimus, personis, quæ petitiones seu demandas contra olim officiales nostros coram vobis dederunt, certum terminum ad dicendum proponendum, & allegandum. An prædicta per nos vobis responsa, & in nostro magno, & solemni consilio determinata fieri debeant, vel ne, volendo per nos de certa, & matura digesta interpretari ac sententiare.* & ma-
37 le † quia illius est interpretari, cuius est condere: vt *extra. de senten. excommun. cap. inter alia.* & *C. de le. l. vlti.* & *ff. de præto. stip. l. in prætorijs*, & *extra. de iudi. cap. cum venissent.* vide ibi *Innocentium*,
38 & *Henricum.* ¶ *Quare † de tanta præsumptione vos fortiter nec immerito redarguentes, ac reseruantes ad nos pœnas, quas pro his iam indubie incurristis.*
39 (forte, *l. penult. ff. de offic præfec. Præto.* & † pro inobedientia, si malitiose neglexerunt, tenentur crimine stellionatus, secundum *Inno.*) *Vobis iterato dicimus, & præcipiendo mandamus expresse ac de certa scientia, sub ira, & indignationis nostræ incursu, ac pœna mille florenorum auri de Aragonia, de bonis cuiuslibet vestrum irremissibiliter habendorum, & nostro applicandorum ærario, quatenus præinser-*

insertam nostram responsionem ; & constitutionem in ipsa mentionatam iuxta earum series efficaciter obseruando, omnibus, & singulis personis, quæ coram vobis petitiones, seu demandas contra dictos nostros olim officiales, & quosuis alios tabulam tenentes dederint, assignetis, visis præsentibus, ad præstandum securitatem in dicta constitutione contentam, terminum sex dierum. (dic quod hæc assignatio non est de necessitate in hoc casu, quia textus constitutionis huius dicit, quod teneatur cauere in principio; ergo iam est tempus statutum ab ipsa constitutione. Sed hoc fuit hic de gratia, propter casū disceptationis huiusmodi, quæ fuerat orta occa-
40 sione dicti priuilegij extincti.) (Nota † verbum, *cōminando*, &c. quia habet vim peremptorij: vide *Angelum in l. papæ. §. si quis potest. de peti. hæredi.*) *comminando eisdem, quod nisi infra dictum per vos præfigendum terminum, dictam præstiterint securitatem, petitiones seu demandæ contra dictos officiales coram vobis oblatæ habebuntur per vos pro non oblatis: & procedatis deinde ac si infra tempus à constitutione statutum demandæ prædictæ oblatæ nullatenus extitissent.* (Idest, nullo modo, vel nulla ratione; sic exponit *gl. s. Guidonis.* secundum *Papam de consecrat. di. 1. cap. solent plures.* Et ita denegatur audientia, ex quo non cauit in termino assignato: & est hoc vnum de remedijs Prętorianis. Facit. *l. diffamari. C. de inge. manu. & ex-*
41 *tra. de excep. cap. pastoralis. & † qui matri. a ca. po. cap. cum in tua.* cum similibus.) *sicq. omnino per vos fieri volumus pro ipsarum constitutionum executione, & obseruatione, iustitia dictante, omni consultatione, & alia quauis cunctatione cessantibus. Et caueatis attente, ne quæ nostra condit authoritas, per vos in contemptum de cætero deducantur; quoniam opere indubie sentietis, quam durum est nostris non obtemperare iussionibus, & mandatis, maxime in tam digesto, & maturo concilio ordinatis. Dat. in Monasterio Sancti Cucufatis Vallen. sub nostro sigillo minori decimanona die Augusti, anno à Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo decimonono. De Funes Vic.* ¶ Ecce ergo per pragmaticas, & declarationes Regias præinsertas habes clarum, quod dantes querelas in iudicio tabulæ, nisi caueant idonee pro expensis, repelluntur velut contumaces: hoc est, ac si querelas non dedissent; & sic in non dando querelas tempore debito contumaces fuissent, & sic amodo nullatenus audirentur: vt *in cap. iudices tabulæ*, infra in *curia Montissoni*. Et nota, q
42 iudices, qui tenentur recipere bonos fideiussores, si excipiant malos, vel minus idoneos, obligantur ex hoc ad interesse partis, vel reipublicę, quando respublica læditur, secundum *Bald. in authent. generaliter.* super verbo *periculo. C. de*
43 *Episcopis, & cleric.* post ea † etiam, quod executione præmissorum emanauit alia littera Reginalis, quæ fuit seruata in iudicio tabulæ Gerundæ, anno à Natiuitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimotertio, quæ littera est tenoris sequētis. *Maria Dei gratia*, &c. inseratur tota,

44 Vtrum † autem obligatus ad satisdandum liberetur dando pignora, vel sit necesse, quod det fideiussores, breuiter habemus *tex. in l. promissor Stychi. §. fin. ff. de constitu. pecunia.* vbi dicitur, quod non liberatur dando pignora; quia periculum potest esse in conseruatione pignorum, & labor est in custodia eorum: sed *Angelus l. soluitur. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol.* refert dominum suum Doctorem dixisse, quod si non potest de facili dare fideiussores, liberatur dando pignora, alias non. Sed an possit dare, nec ne, stetur eius iuratoriæ cautioni. vt *l. 1. ff. qui satis cogantur.* vide de hoc per *Angelum*, qui ibi dicit, quod non dicitur quis securus, nisi datis fideiussoribus, vel pignoribus: & hæc constitutio dicit, *assecurare*, à cuius verbis non est recedendum, quia à forma pacti, & statuti non est recedendum: & huius constitutiones sunt leges pactionatæ, & iuratæ. Et in prætorijs cau-
45 tionibus † cum fideiussore intellige, nec sufficeret dare pignora, secundum *gl. s. in authent. offeratur. C. de lit. const.* vide ibi *Bartolum.* Item nota,
46 quia † appellatione satisdationis à lege prolatæ intelliguntur fideiussores, non pignora: vt *l. prætoriæ. ff. de præto. stip. Guill. ff. de consti. pe. l. si autem:* secus, quando profertur ab homine secundum *An. in Spica.* in verbo *cautio*, quandoq. tamen loco cautionis fideiussoriæ succedit iuratoria: in *au-*
47 *then. de nuptijs. §. quandoq. vers. si vero.* Nota † tamen, quod vbi à iure ciuili profertur cautio, intelligitur de simplici, nisi persona sit suspecta, & interesse magnum: *l. si creditor de priuil. creditorum*: vide *Bart. in l. si prius. ff. de no. oper. nu.* in q. 3.
48 Item † si quis tenetur cauere cum fideiussoribus, & fuerint effecti non soluendo, iterato cauere tenetur: *ff. eod. tit. l. præto. §. hoc edictum.* Item nota,
49 quod † paria sunt non dare cautionem, & dare tutam exceptione. *ff. ad Vell. l. quamuis. §. si tamen.* & *l. quotiens. ff. qui satis cogantur.* Sed quia hæc constitutio procedit vltra annullando, videtur, quod nisi satisdetur in forma specifica, scilicet, in principio, & cum fideiussoribus, non sufficeret dare iuratoriam, vel æquipollentem: iuxta notata per *Bald. in l. 1. ff. de lib. & postu.* pro hoc facit infra *cap. proxim.* quia habet iurari, ergo habet seruari in
50 forma specifica: vide quæ ibi dicam. Nota † etiam quod non est facile reperire fideiussorem: vt in *authen. de deposito. coll.* ¶ Secundo dicitur hic, vel *soluere partem suam.* supple in expensis siue salarijs iudicum, & notarij tabulæ; sed hoc hodie non tenet, quia iudices debent solui ex emolumentis Regijs, vt dixi. ¶ Sequitur vltima pars, ibi, *Saluo, & retento*, &c. Et ista clausula in fine huius capituli posita refertur ad omnia prædicta
51 in isto cap. contenta: quasi † dicat, licet iudicibus tabulæ per hanc, & alias constitutiones sit concessum inquirere, cognoscere, & punire, ac procedere contra officiales depositos, & suspensos tabulam tenentes, tamen si quis maluerit conqueri domino Regi, vel suis officialibus, quod hoc possit facere, & hoc sit in sua electio-

ne: & subaudi etiam ante finem triennij; & tunc erit in beneplacito Regis, an velit illum conquerentem ante tempus tabulæ audire: vt infra *collat.5.curia Montisalbi, cap. 17. Item statuimus, & ordinamus, quod si aliquis officialis noster regendo.* &c. vide quæ ibi dicam. Sed forte ibi loquitur, quando dominus Rex vult officialem tenendo officium ex officio punire; quia illud est in beneplacito Regis. Sed si aliquis voluerit officialem triennalem ciuiliter conuenire, & conqueri de eo ante tempus tabulæ domino Regi, hoc erit in electione conquerentis: an velit spectare iudicium tabulæ, vel habere recursum domino Regi, vel suis officialibus illi querelato superioribus: & ita loquitur hic, non calumniando textus huius constitutionis: quia expedit iura concordari: vt *extra. de elect. cap. cum expediat*
52 *lib.6.* Sed † fideiussores dati pro tabula non tenebuntur, si per dominũ Regem, vel alium extra iudicem tabulæ ille officialis, pro quo fideiusserunt, fuerit condemnatus: vt *ff. iudi. solui. l. cum*
53 *apud*. Et de † iure communi potest syndicari officialis durante officio, de eo quod commune sit rationi officio opprimendo: nota *gl. ff. ex qui. ca. ma. l. sed & si per prætorem. §. hac clara allegat. in authen. vt diffe. iudi. §. si tamen.* facit vsatic. *alium namq.* quia Princeps tenetur succurrere oppres-
54 sis. Casus, † in quibus officialis potest ante tempus syndicatus conueniri, vide in *Authent. vt iudi. sine quoquo suffra. collat.* 2. Sed quidquid sit, tamen de facto seruatur; quod in electione domini Regis est, an ex officio, vel ad partem querela procedat contra officialem ante tempus tabulæ, vel ne, quia non est qui ipsum dominum Regem cogere possit, & dicere ei valeat: *Cur ita facis?* Iob 11. cap. Sed durum est, quod aliquis cogatur spectare iudicium tabulæ, & tamdiu maneat forsan omnibus bonis suis spoliatus; maxime si est aduena, contra vsaticum, *Item inuiolabili obseruatione.* Sed verius videtur, quod hæc electio sit illius qui conqueri voluerit. Sed non aperit, an hæc electio detur ante depositum officium, vel post: vnde credo, quod si vult conqueri ante tempus tabulæ, tunc sit in electione domini Regis, & ita loquitur cap. præallegat. *Item statuimus, & ordinamus, quod si aliquis officialis noster.* Sed post depositum officium tunc sit in electione conquerentis, & ita loquitur hic. Sed tunc non tenebuntur fideiussores dati pro tabula. Sed
55 ante † depositum officium non possunt regulariter conueniri, non enim debent officiales trahi extra terminos administrationis sibi commissę ante finitam administrationem: vt *C. de decurio. l. curiales, vltra. lib.* 10. nisi forsan propter publicam vtilitatem, vt ibi dicitur; & est publica vtilitas, vt si deliquerit, puniatur: interest enim Reipublicæ crimina puniri: vt *ff. ad l. Aquil.*
56 *l. ita vulneratus.* cum simil. Sed † super ijs breuiter etiam credo dicendum, quia aut officialis, de quo quis conqueri vult, est perpetuus, vt gubernator, & tunc potest conueniri coram domino Rege durante officio; & hoc, ne perpetuo cesset ius habendi: vt *l. præsidis. ff. si cer. pe.* faciunt notata in *l. pars litterarum. ff. de indi.* & in *l. nisi finita. §. fin. ff. de tutela & ratio. distraben.* & idem de officialibus dubijs, puta, quia sunt dati ad beneplacitum, vt ibi. Aut ille officialis est temporalis, & tunc aut quæris de minoribus, puta sagionibus, & huiusmodi; & tunc indistincte etiam durante officio poterunt conueniri: vt *ff. de iniurijs. l. nec magistratibus.* & in *authent. vt differendo, iudi. §. si tamen. collat.* 9. & *ff. ex qui. ca. ma. l. inter. cos. §. 1. & de milite. l. seruante.* Aut quæris de maioribus magistratibus, puta, Vicarijs, & Baiulis, & tunc aut conuenitur ratione obligationis contractæ ex delicto: & tunc in Cathalonia spectabitur tabula, nisi dominus Rex interim velit cognoscere: vt dixi supra, & *latius in allegat. cap. 17. Item ordinamus, & statuimus, quod si aliquis officialis noster,* &c. Aut ratione contractus voluntarij: & tunc de iure communi non poterant conueniri; restituebatur actio, si esset præscripta, vel perempta. vt *ff. de offic. præsid. l. senatus,* vbi de
57 hoc. Sed † de iure Cathaloniæ Vicarius faciet iustitiam de Baiulo, & econuerso durante officio: vt infra in curia *Montissoni. cap. 23. Officiales nostri ordinarij.* Sed, vt dixi, sagiones, & huiusmodi minores officiales quotidie conueniuntur coram Vicarijs, Baiulis, & alijs iudicibus ordi-
58 narijs. Sed † quæro an isti sagiones possint pro contractibus suis conueniri in iudicio tabulæ? Videtur, quod non, quia ad officium iudicum tabulæ solum spectat cognoscere de ijs quæ deliquerint in officio, vel tenendo officium, & alijs, quæ notantur supra *ead. collat. in secunda curia Barcino. cap.* 38. *Item quod assignetur,* &c. Sed contra-
59 rium seruatur. Sed † an fideiussores pro tabula dati ratione officij teneantur pro ipsis contractibus: videtur, quod non, quia de hoc non videtur cogitatum. Sed contrarium vidi seruari de
60 officialibus maioribus. Et prædicta † vera sunt in ordinarijs. Sed quid iuris sit de delegatis, vide per *Anton. de Butrio extra. de rescriptis, c. quia non nulli. in q. quæro, cum glos. vers. sed si hoc iudices.* & *q. quæro coram quibus iudicibus,* &c. cum sequen. & adde quæ notantur in *l. iubemus. C. ad. l. Iul. repetun.* & dicam in dicto *cap. ordinarij.* & vide notata per *Guid. de Cug. in l. Senatus consulto. ff. de offi.*
61 *præsid.* Nota tamen, † quod præcipuum est solius Principis, quod aditus à subdito super iustitia consequenda potest denegare audientiam, nisi
62 prius fuerit aditus ordinarius. Item † potest defectum iustitiæ repertum in suo officiali supplere, & punire: vt in *authent. de mandatis Principum. §. & non permittere.* & *§. si vero. collat.* 3. de quo etiam nota per *Iaco. de Calic. in suo Curiali. 7. dubie. vers.* 128. Et quod hic dicit, *vel officialibus suis,* &c. intellige vt textus dicit, scilicet, de prædictis: puta de expensis, & huiusmodi ciuilibus; secus forte si ageretur criminaliter ad punitionem officialis

63 lis quia † tunc est prærogatiua Principis, vt ante tempus tabulæ euocet officialem delatum: vt infra *collat. 5. curia Montisalbi. cap. 17. Item statuimus, & ordinamus, quod aliquis officialis noster,*
64 &c. vide quæ ibi dicam. ¶ Sed pone. † Baiulus Gerundæ abstulit ensem cuidam mecanico clerico, tamen simplici, quam contra inhibitionem publice deferebat clericus: ille obtulit petitionem pro dicto ense coram Officiali Episcopi contra dictum Baiulum, durante eius officij regimine. Vidi coram Gubernatore declarari, quod absolueretur Baiulus qui fuerat excommunicatus, eo quia non responderat dictæ petitioni. Secus dicebatur, si ille clericus esset presbyter, vel alia persona, quæ notorie esset Ecclesiasti-
65 ca; cogita quid de iure fuerit. ¶ Sed † an tales officiales triennales, & huiusmodi potuerunt durante officio trahi extra Vicariam, vel Baiuliam per dominum Regem: dic, quod sic, eo quod constitutiones generales non comprehendunt regalias, nisi caueatur expresse; & ita seruatur, &
66 deponere officiales est de regalijs: de quo vide in *Curiali domini Iacobi de Calicio 7. dub10. vers. 56.* & *vers. 64.* & *vers. 143.* & dixi supra *ead. collat. in secunda curia Barcin. cap. 18. Item cum quilibet.* &c. *circa fi.* ¶ Item † an, & quando quis
67 possit pro crimine alibi commisso conueniri in loco domicilij, vide in addi. *spe. tit. de compe. indi. addi. §. 1. vbi quid si conuenitur.* in additione *antequam extraneus ferum,* &c. & tenet, quod sic in accusatione; secus si per viam inquisitionis agatur, rationes vide ibi latissime.

De obseruatione constitutionum. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Cathalani debent præstare sacramentum, & homagium de seruandis constitutionibus, reliqua vide in littera.*
2 *Dolus, & contemptus sunt puniendi.*
3 *Contemptus est non curare mandatum, imo aspere illud transgredi.*
4 *Deputati Cathaloniæ coegerunt officiales curiæ Regiæ Gerundæ ad præstandum sacramentum, & homagium pro seruandis iuribus patriæ.*
5 *Violatoris iuramenti, & homagij pœna traditur.*
6 *Violator guidatici qualiter puniatur. remissiue.*
7 *Violantis constitutiones seu canones pœna. remissiue.*
8 *Crimen an probetur per instrumentum. remissiue.*

ITem ordinamus, & statuimus, præsenti curia approbante, quod totum id, quod in ista curia est ordina-
1 tum. &c. Casus. Omnes † Cathalani tenentur præstare iuramentum, & homagium de obseruando quidquid in hac generali curia Illerden. est ordinatum. Et contrauenientes debent per dominum Regem compelli cum iuuamine totius terræ suæ. Hoc dicit singulariter: & vtinam fieret similis constitutio de præstando huiusmodi iuramentum, & homagium per omnes officiales, antequam iurarent officia, & per alios quotiens essent requisiti de seruando omnes, & singulas constitutiones, & iura communia huius patriæ edita, & facienda in curijs generalibus Cathaloniæ, & contra eas non faciendo scienter, & maxime præstaretur à iudicibus, & iurisperitis, tam in iudicando, quam in consulendo, & aduocando, & esset iustum: argumento hic, & *C. de iudi. l. rem non nouam.* & prodesset plus quam constitutio, quæ incipit, *lo fruyt.* infra *collat. 9.* ¶ Et ideo
2 dixi, *scienter,* quia † dolus, & contemptus puniri debet, quia crimen non committitur sine dolo: vt *l. nec extra. C. de fal. cum sim.* Et est proprie † contemptus non curare mandatum, sed aspere transgredi, vel quia frequenter facit contra præcepta legum; de quo vide latius per *Ioan. de Imola in Cle. eos, de sepulturis, super glos.* in verbo *scienter.* vide *ar. 81. di. cap. quicunq.* Secus est ergo, si per simplicitatem, vel ignorantiam aliquando fiat contra legem, vel constitutionem, & ideo cauendum est sub qua forma huiusmodi, vel simile homagium præstetur; & ideo semel, cum fuissem iudex tabulæ, feci præstari hoc iuramentum, & homagium, & tunc non licebit iudicibus alterare formam; & secus acta sunt nulla: vt dixi supra *cap. proxi.* Et licet ista constitutio de facto non seruetur, credo tamen, quod deberet obseruari, non obstante contraria consuetudine, iuxta notata per *Hostien. extra. de iuramento calumniæ. cæterum.* Et
4 vide, † post quam hæc scripseram, quod domini Deputati Cathaloniæ coegerunt officiales curiæ Regiæ Gerundæ præstare iuramentum, & homagium de obseruando vsaticos Barcinonæ constitutiones, & capitula concessa tribus brachijs Cathaloniæ in curijs generalibus ipsius Principatus Cathaloniæ; & dicitur, quod de hoc habent potestatem à dictis capitulis; sed non vide
5 aliter. ¶ Quæro † hic qua pœna puniatur violator iuramenti, & homagij. Respondeo: communiter dicitur, quod ex violatione iuramenti, & homagij non oritur delictum, nisi inspecta causa, super qua iuramentum, & homagium fuerint interposita; quia non ex verbis stipulationis, sed ex facto oritur delictum. Et ideo si fuerint interposita super crimine, oritur ex violatione delictum secundum, quod maius, vel minus crimen erat, seu esset, si probatum esset crimen, super quo interponuntur. Si vero fuerunt interposita super contractu, vel causa ciuili, non oritur crimen ex violatione; sed alias punitur temeritas secundum naturam, ac vim contractus, vel causæ ciuilis arbitrio iudicis: argum. pro ijs omnibus in *l. si vnus. §. pactus ne peteret, vers. sed si pactum. ff. de pactis.* facit *l. 1. §. si quis sub conditione. ff. vt le. no. caue. cum concordan.* ibi in *glos. allegat.* & vide notata per *Bartol.* ibi & *ff. de iniurijs. l. non solum.*
6 *§. iniuriarum.* ¶ Sed † qualiter puniatur violator guidatici Regij, vide notata per *glos. in vsat. simili modo,* & in *vsatic. moneta,* & in textu adde quæ dicam infra in *curia Gerunda, c. primo.* ¶ Item
7 qualiter puniatur transgressor constitutionis, vide infra *collat. 6. curia Perpiniani. cap. cum secundum.* Et de pœna violantis canones vide per *Ioan. de Imola in Cle. 1. de ætate, & qualitate.* ¶ Item an

8 an † crimen probetur per instrumentum, vide per *Ioan. An. extra. de verbo. signifi. c. constitutionem. lib. 6.*

Capitulum XIX.

SVMMARIVM.

1 *Prælati, religiosi, & Ecclesiasticæ personæ iurant constitutiones.*

2 *Libertas Ecclesiastica in quibus consistat, traditur.*

ITem prælati, & religiosi, & personæ Ecclesiasticæ,
1 &c. Hic † ponitur firma, & consensus prælatorum, religiosorum, & personarum Ecclasiasticarum, qui consentierunt prædictis constitutionibus in quantum possint; salua libertate Ecclesiastica, & iure Ecclesiç. ¶ Quæro † hic, in quibus
2 consistit libertas Ecclesiast ca. Respondeo, libertas Ecclesiæ consistit in priuilegijs, siue super têporalibus, siue super spiritualibus, à Papa, vel Imperatore Ecclesiæ vniuersali concessis. Secus de concessionibus alicui Ecclesiç singulari factis; secundum *Inno. & Bald. extra de sen. excom. cap. nouerint.* & idem notat *Archidi. in cap. 1.* super verbo, *libertatem, de iure patro. lib. 6.* & vide *Bart. in authen. cassa, & irrita. C. de sacrosanct. Eccles.* & adde supra *colla. 2. cap. 11. promittimus, & volumus.* Et hic est finis curiæ Illerden. quæ acta fuit anno 1301.

SEQVITVR CVRIA IN VILLA Montisalbi edita siue celebrata per dictum dominum Regem Iacobum Secundum, quinto Nonas Maij, anno Domini millesimo trecentesimo septimo. Et continet quatuor capitula tantum, prout ecce.

Capitulum I.

SVMMARIVM.

1 *Confirmantur constitutiones curiarum.*

2 *Cathalanorum legalitas erga Regem suum notatur.*

IN Dei nomine, Nouerint vniuersi, quod cum nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Sar-
1 *diniæ, & Corsicæ, Comesq. Barcino.* &c. Hic † confirmantur omnes libertates, & omnes vsatici, consuetudines, constitutiones, & ordinationes curiarum, quæ non fuerint per curiam Montissoni, su-
2 pra *colla. 3.* reuocatę. ¶ Et nota † hic legalitatem Cathalanorum erga Regem suum. Item adde quę notantur supra *colla. 2. in curia 2. Barcino. Regis Petri Secundi,* &c. *idcirco nos Rex prædictus.*

De pace, & treuga. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Procedendum quo modo sit contra feudatarios seu emphiteotas eiectos à pace, & treuga, & quando præiudicari possit domino directo, & inseritur ad litteram capitulum curiæ, declaratur num. 3.*

2 *Præposteratio ordinis an vitiet actum, remissiue.*

ITe supplicastis nobis nomine proprio, & nomine alio-
1 *rum,* &c. Casus. Qualiter † procedatur contra feudatarios à pace, & treuga eiectos, hic habetur. Et de hoc habemus hodie capitulum curiæ Regis Petri Tertij, quam celebrauit Barcinonæ nona Iunij, anno à Natiuitate Domini 1380. cuius capituli tenor talis est: ¶ *Item senyor, que com algun abus se introduesca en lo proces de pau y de treua, co es, que com algun es gitat de pau y de treua, la cort los fa derr ocar les forses, masos, y altres alberchs que tenē sots senyoria, y alou daltre: axi quel senyor per quis te lo feu de aquelles forses, o cases enfiteoticals, o feudals quis derroquen es damnificat. E no sia rahonable cosa quels dits senyors, qui non han culpa, porten damnatge per forset, o delicte de sos feuaters pagesos, o emfiteotes. Quens placia senyor que sia prouehit que lo dit abus de aqui auant ces: y que les forses, masos, y altres alberchs quis tenen per altre no deguen esser enderrocats per culpa dels feuaters pagesos, y emfiteotes.* ¶ *Plau al senyor Rey. Si donchs lo senyor del alou noy era consent, o dane sustenment al gitat de pau y de treua apres ques request ne fos.* De hac materia dic latius per dominū *Iaco. de Calicio in suo Directorio pacis, & treugæ, in 23. dubio principali. §. quæro an habeat hoc locum, vers. Item senyor.* ¶ Et quia hic agitur de pace, & treuga, non curo amplius prosequi, quia sufficit dictū Directoriū. Sed nota hic, ꝙ in ijs mādatur procedi iuxta formam constitutionis pacis, & treugę, *c. Notū sit cunctis,* & *c. Ad honorē.* & *cap. In Christi nomine sit omnibus manifestum, quod nos Iacobus,* &c. Dat. Barcino. 12. kalendas Ianuarij, anno Domini 1228. Et isti cōstitutioni totaliter stamus, & etiam alijs, in quantum non contradicant isti constitutioni, *In Christi nomine*, statim designatæ. ¶ Item nota, quod quidquid contra formam huiusmodi constitutionis fit, seu proceditur, est ipso facto irritum, & inane, vt hic dicitur in littera: vnde quod fit contra formam iuris, est ipso facto nulllum: quia plus stamus ordini, & formæ iuris, quam rescripti: vt *extra. de rescriptis, cap. causam, quæ.* Sicut quod fit contra formam mandati, nō valet: vt *eod. tit. cap. cum dilecta.* dic vt ibi notatur per *glos.* &
2 *Doct.* ¶ Sed vtrum † peruersio seu præposteratio ordinis debiti vitiet, & quando, distingue latius per *Henricum in præallegat. cap. cum dilecta. extra.*
3 *de rescriptis.* in antiquis. ¶ Vltimo † nota hic, quod dictum capitulum curiæ prçinsertum non seruatur in feudatarijs, qui sine aliquo medio feudum tenent pro domino Rege: vt dicitur in *hoc cap. Item supplicastis,* &c. *in fi.*

De saluaguardia. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Pennones Regij pro guidatico speciali poni non potest in loco iurisdictionis richorum hominum, vel militum, limitatur tempore guerræ generalis. num. 2.*

3 *Ponere pēnones, vel saluaguardiā solū pertinet ad Regē.*

4 *De saluaguardiæ materia, remissiue.*

5 *Rex non potest à se abdicare regaliā releuandi oppressos, & miserabiles.*

6 *Pennones non sunt ponendi in Ecclesia, quamuis sit intra terminos castri.*

7 *Loca exempta sunt in diœcesi, licet non de diœcesi.*

8 *Castra quæ sunt in franco allodio, licet sint in Regno, non tamen sunt de Regno.*

9 *Ecclesiæ sunt de territorio vbi sunt situatæ, quantum ad protectionem.*

Princeps

10 *Princeps ex officio debet protegere miserabiles.*
11 *Princeps non eximit à iurisdictione Ordinarij, quē recipit in sua speciali protectione.*
12 *Pœna violantis guidaticum, remissiue.*
13 *Iudex tenetur seruare securitatem datam malefactori, limita vt nu. 14.*
15 *Littera de saluo conductu non sunt danda delinquenti.*
16 *Vsque ad sententiam contra eum, cui datur saluus cōductus.*

ITem ad supplicationem dictorum richorum hominū, & militum, &c. Casus. Pennones † Regij ratio-
1 ne guidatici, vel protectionis, siue saluæguardiæ specialis non possunt poni in aliquo loco, qui sit infra iurisdictionem castrorum vel locorū richorum hominum, vel militum. Hoc dicit: vsque ibi: *Et etiam quod in protectionibus*, &c. Et nota, φ ex hac constitutione videtur, quod ad hoc quod dominus Rex non possit imponere pennones, vel guidatica, duo requiruntur. Primum, quod locus sit infra iurisdictionem castri vel loci. Secūdum, quod huiusmodi iurisdictio castri vel loci sit richi hominis vel militis. Ita quod si vnū horum deficiat, videtur quod iuste dominus Rex possit istos pennones ponere. & hoc etiam videtur innuere præsens constitutio in fine, ibi: *Et nō intelligimus, quod richus homo, vel miles*, &c. Et hæc
2 omnia sunt intelligenda, † excepto tēpore guerræ generalis Regni & patriæ: quia tunc dominus Rex, & eo mortuo, vel absente, Gubernator, aut Vicesgerens, in quem residet potestas Regia, posset libere pro conseruatione pacis communis ponere pennones, & saluasguardias, & protectiones; & cuncta facere vice Regia in omnibus, & vbicumque, sicut faceret ipse Rex, si præsens esset, pro vtilitate, & conseruatione ipsius Regni, quia omnia siue quibus, &c. ¶ In textu, ibi. *Vel Vicarius*, per hęc verba non dedit dominus Rex potestatem, quod procurator, vel vicarius, aut alius officialis possint ponere pennones, vel sal-
3 uamguardiam: cum † solum ad ipsum Regem ex regalia pertineat: vt *l. fi. C. de eroga. mili. anno. libro* 12. Sed pro eo dixit, quod fieret de facto, quod non valeret: pro quo vide in *Clem. quamquam. de vsuris*; & huiusmodi saluaguardia, siue guidaticū Regium in vsatico, *Simili modo*, vocatur emparamentum: vt est declaratum infra *collatione sexta curia Perpiniani, cap. Quia per aliquos trepidantes*, &c. Tenendum est ergo, quod sit propria regalia solius domini Regis ponere istam: saluāguardiā, & ita tenet etiam dominus *Iacobus de Calicio*, vt postea vidi in suo *Curiali, 7. dubio. vers.* 88. & videtur de hoc casus in *auth. de mandatis Prin. §. titulos. collat. 3.* vbi textus dicit: *Soli Imperatori*, &c. Et
4 de † ista saluaguardia nota per *Bartolum in l. ys. C. de excusa. numerorum. lib.* 10. & per *Henricum Bosch in c. ex parte. de priuileg.* & per *Cynum in l. denuntiamus. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt.* & est bonus textus in cap. *sex differentiæ. 23. q. 3.* vide de hoc *Iacobum de Calicio* vbi supra, quia ipse respondet contrarijs prędictis, quæ fieri possent de verbis huius capituli. De Guardianis vide *Doctores in vsat. In baiulia, vel guarda. in q. an guardia, siue protectio Papæ eximat ab ordinarij potestate.* & adde notata per *Doctores in vsat. Simili modo.*
5 Vlterius nota, † ex hac constitutione & mente ipsius, quod dominus Rex nō potest à se abdicare hanc regaliam, quando teneatur releuare oppressos & miserabiles, de quo tetigi in *vsat. Iste*
6 *sunt.* vide ibi. In textu ibi infra, quæro, † quid si Ecclesia sit infra terminos castri, numquid poterit ibi ponere pennones. Videtur quod non. *arg. cap. fi. §. simili modo.* cum sua *glossa. extra. de priuil.* & *extra. de excep. Prælat. in Clem.* quia, vt notat *Hostien. in c. nimis. de iureiurando*, loca exēpta sunt
7 in † diœcesi, licet non de diœcesi. Sicut possessio-
8 nes † & castra, quę tenentur in francho allodio, sunt in Regno, licet non sint de Regno: & ita sufficit, quod Ecclesia sit infra terminos castri, licet non sit de terminis castri. Et vide *Henricum in c. dilectus. de capellis monachorum. in 2. dl.* & *in c. dilecto. de officio Archi.* vide pro hoc bonum *textum de rel. do. cap. constitutus. in prin. Bald. in l. si quis in*
9 *hoc genus.* dicit, † quod Ecclesiæ sunt de territorio vbi sunt situatæ, quantum ad protectionem, non quantum ad impugnationē. Facit quod notat *Gui. ff. de in ius vo. l. quia plerique.* Facit quod de hoc notat idem *Baldus in l. cunctos populos. C. de Summa Tri. & fi. Catho.* Item adde quæ dicam infra *eadem collatione, in curia proxima cap. 9. in vltima quæstione. Sed numquid Episcopi*, &c. ¶ In text. ibi. *Castrorum*, Doctores dicunt, quod quādo iurisdictio loci vel castri est tota richorum hominum, vel militum, quod dominus Rex non debet ibi ponere pennones. Et super declaratione istorum verborum, & huius constitutionis vide *Henricum extra. de præscrip. c. si diligenti.* Ex his verbis etiam nota hic, quod si aliquis habet tantum iurisdictionem in aliquo loco vel castro, & locus vel castrum est alterius, quod non habet locum hoc capitulum quod est valde notandum. Adde quæ dixi supra in verbo *Vel Vicarius.* ¶ In vers. *Et etiam quod in protectionibus*, &c. hic est secūda pars huius capituli, in qua respondet tacite obiectioni. Diceret aliquis: Ergo patet hic, quod in locis alijs, in quibus richi homines vel milites iurisdictionem non habent, dominus Rex poterit libere ponere pennones: quod videtur contra supra *ead. collat. curia 2. Barcin. cap. 18. Item cum quilibet sit, & debeat esse in guarda*, &c. ideo dominus Rex hic respondet, quod intelligatur, quod ipse in istis protectionibus & guidaticis factis & faciendis intendit vti, sicut vtebantur dominus Rex Iacobus Primus auus istius Iacobi Secundi, & vt alij, scilicet, Petrus Secundus, & Alfonsus Secūdus vsi fuerunt. ¶ Sed qualiter vsi fuerunt, credo, quod in personis miserabilibus, & Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, & alijs locis religiosis, & eorum procuratoribus, aduocatis, nuntijs, & seruitoribus, & huiusmodi. Ad hæc facit in *Sacramen-*

10 *Legitima iura non mutantur per conuersionem parentum.*

11 *Iudaei nedum possidere possunt bona mobilia & immobilia, verum etiam & alodialia.*

12 *Rex de iure communi non habet intentionem fundatã super bonis Iudaeorum.*

13 *Rex potest imponere quaestias & tallias Iudaeis degẽtibus in ciuitatibus & villis Regijs.*

14 *Ritus Iudaeorum super lucranda dote seruatur etiam post conuersionem.*

15 *Vxor infidelis conuersa habet priuilegium dotis.*

16 *Beneficia impendi conuenit conuersis nouiter ad fidẽ.*

17 *Iudaeus reuocare potest donationem filio suo Iudaeo, siue Christiano, ex quo filius manus impias in ipsum iniecerit.*

NOuerint vniuersi, quod nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Maioricae, Valẽtiae, Comes Barcinonae, & Vrgelli, ac dominus Montispesulani, per nos,
1 &c. Casus. Iudaei, & Sarraceni † possunt libere ad fidem Catholicam conuerti, & baptizari absque alicuius contradictione, prohibitione statuti vel pacti, ac consuetudine contraria obsistentibus nullo modo. Hoc primo. ¶ Secundo † dicit,
2 quod tales conuersi nil amittunt de bonis & iuribus suis, quae prius haberent, salua legitima filiorum & proximorum, quam post illius obitũ petere possunt, & non ante. Hoc dicit vsque ad *c.*
3 *Statuimus insuper.* Hic ergo habes, quod † dominus Rex per hanc constitutionem videtur remittere ius suum, si quod forte sibi competebat in dictis bonis Iudaeorum conuersorum. arg. *extra. de dona. c. pastoralis.* quia ex quo nil sibi retinuit, videtur donasse. Et quia ipse cõsentit, sua iura perdit: vt in *lib. feu. quibus modis feu. amit. c. 1. §. praeterea. cum simil.* & ibi dicit *Iacobus*, consenserit, scilicet, tacite, vel expresse: vt *de prohi. feu. alien. c. 1.*
4 & ibi nota. Et ita videtur, quod † conuersi habeant sedentia sua in franco allodio: de hoc tamẽ vertitur quaestio de facto, ideo cogita melius. Vl-
5 terius † nota, quod sicut isti Iudaei & Sarraceni possunt libere conuerti, nec possunt aliquatenus impediri: sic nec possunt inuiti compelli ad recipiendum baptismum: vt habuisti supra *colla. 2. c. 53. Item quod de Iudaeis,* &c. dic vt ibi. Ratio est,
6 quia † res est voti ab initio, est etiam diuini praecepti, ita quod nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire Regnum Dei, *Ioan. 3. cap.* Sed nullus debet praecise compelli ad fidem suscipiendam: vt *extra. de bap. c. maiores.* Sed semel sponte susceptam tenere compellitur: vt *extra. de haereticis. c. contra Christianos. lib. 6.* dicas vt
7 ibi. ¶ Item nota, quod † conuersi ad fidem retinent omnia bona mobilia & immobilia, ac se mouentia: vt hic, & *extra. de Iudaeis. cap. Iudaei. §. si qui praeterea.* & ibi *Henr. Boich.* etiamsi fuerint de vsura: vt supra *ead. coll. in 2. curia Barcin. c. Item quod si Iudaeus,* &c. quod est etiam confirmatum supra *c.*
8 *proximo.* Item nota, † quod olim Papa Benedictus XIII. & Rex Ferdinandus statuerunt fauore fidei & conuersorum, vt possent conuersi à Iudaeis priuari spe legitimae successionis, quae alias ab intestato posset eis pertinere. Sed audiui, quod fuit ex post reuocatum, & aliter statutum, non multũ
9 curo de his. Sed pone, † quod aliquis Iudaeus fuit conuersus sub tempore constitutionum praedicti olim Papae, & Regis Ferdinandi. Sed casus successionis non contingit, nisi post dictam reuocationem: an dicta reuocatio nocebit illi conuerso: videtur quod non, quia iam erat ius illi conuerso quaesitum saltem ad rem, propter spem dictarum constitutionum, & reuocatio praedicta respicit futura, &c. cogita, quia hic essent plura dicenda pro, & cõtra. Sed fauore fidei non credo aequum dictũ, cõuer-
10 sum debere fraudari in aliquo. Itẽ nota, † quod iura successionum, quae debentur iure naturae, seu legitimę, regulariter non mutantur per conuersionem parentum. Et est ratio, quia per baptismũ crimina tolluntur: sed matrimonia & caetera iura naturalia non mutantur: vt *extra. de diuortiis, cap. gaudemus. Rub. 1. in fi.* Item nota, quod Iudęi pos-
11 sunt † habere mobilia & immobilia propria, vt hic: & ita patet, quod possint possidere etiam alodialia: vt dixi supra *colla. 1. in curia Barcin. Regis Iacobi I. c. 6. Item inuiolabili.* quamuis dñs Rex su-
12 per † alienis Iudaeorum & Sarracenorum habeat plenũ dominiũ, & eas habeat in propriũ patrimoniũ & peculiare: non tamen videtur quod super bonis Iudaeorum, & seruitutibus specierum fundet intentionem suam de iure communi, iuxta notata per *Ant. de Butrio* post *Hostien. & Io. An. in c. nimis*
13 *extra. de iureiurando.* Potest † tamẽ Rex ipsis Iudeis in ciuitatibus & villis Regijs degẽtibus imponere quaestias & tallias pro libito voluntatis: quia nemo est qui sibi dicat: Cur ita facis? Nec est miserendum miseriae Iudęorum, quam merentur propter peccata sua & parentum suorum, quae cõmiserunt aduersus Dñm & Christum eius. Sed si conuertantur ad fidem, possidebunt libere bona quae prius habebant: vt hic dicitur. adde quae scripsi supra *coll. 1. in curia Gerundae. c. 6. Iudaeus etiam.*
14 Et facit haec constitutio in ar. † quod post conuersionem seruetur ritus Iudaeorum super lucrãda dote. de quo dixi in *c. Item quod si Iudaeus,* &c.
15 sicut & † vxor infidelis conuersa habet priuilegium dotis: vt notatur per *Ant. de Butrio in alleg.*
16 *c. gaudemus. in q. 1.* vide ibi. Vlterius † nota literam, ibi, *vt sicut tales,* &c. in fi. quia nouiter ad fidẽ conuersis gratias & beneficia impendi conuenit à fidelibus, sicut legitur de dragma perdita inuẽta, & de oue perdita inuenta, *Lucae 15. & Matthaei 18. cap.* Sed pone. Pater Iudaeus filio suo Iudaeo
17 vel Christiano † fecit donationem: filius postea conuersus manus impias in patrem iniecit: quaero, an donatio possit per patrem Iudęum reuocari? Videtur quod sic. *extra. de dona. cap. fin.* Neque obstat huiusmodi constitutio, quia hoc casu est culpa filij, cui parci non debet in ijs quae sunt de iure naturali. arg. *C. de in ius voc. l. venia.* Facit in *Deuteronomio c. 21. Si genuerit homo,* &c. Et de hoc habeo quaestionem in facto inter bona struchũde magistro

magistro, & Bude. G. de magistro filium suum conuersum Gerundæ.

De iniurijs. Rubrica. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Iniurians conuersum ad fidem Catholicam debet puniri pœna pecuniaria arbitrio iudicis.*
2 *Pœna vbi certa est, non potest relinqui iudicis arbitrio.*
3 *Iniuria facta conuerso an tollatur per solum iuramentum. remissiue.*
4 *Pœna iniuriantis conuersum applicatur fisco.*
5 *Iniurians nedum tenetur, sed etiam qui prabet ei auxilium.*
6 *Iniuria tollitur dissimulatione, & non reuiuiscit per pœnitentiam.*
7 *Procurator interuenire potest in actione iniuriarũ ciuiliter intenta.*

1 STatuimus insuper, &c. Casus. Qui † conuerso ad fidem Catholicam suam pristinam conditionem improperat, dicendo ei, Renegat, tornadis, o retallat, vel simile verbum, debet pœna pecuniaria arbitrio, iudicis infligenda puniri. Hoc dicit. Sed opponitur contra, & videtur quod pœna viginti vnciarum auri Valenciæ debeat infligi: vt in vsat. Barcino. *Si quis Iudæo vel Sarraceno.*
2 & ita ex quo pœna est certa, non imponetur arbitraria solutio. Dic vt dixi supra *eadem coll. curia 2. Barcino. c. 9. Item quod si Iudaus, vel Iudaa*, &c. Et adde quæ notantur per *gl. s. & Doct. in l. Sancitio le-*
3 *gum. ff. de pœnis.* Sed † an talis iniuria tollatur per iuramentum, vsa. *Si quis alicui criminalem foliã dixerit.* dic vt ipso vsatico notatur latius per *Iac.*
4 *de Calicio.* Sed † cui applicatur pœna dictæ iniuriæ? Resp. fisco: sed nihilominus poterit iniuriatus agere actione iniuriarum ad criminationẽ, iuxta ea quæ leguntur & notantur *insti. de iniur. §. pœna*, quia pro vna iniuria potest agi ciuiliter, & criminaliter: vt *insti. eod. §. in summa.* Et nõ so-
5 lum † tenetur iniurians, sed etiam qui iniurianti præbuit auxilium: vt *insti. eod. tit. §. non solum antẽ.*
6 Et † dissimulatione tollitur, sed non reuiuiscit per pœnitentiam: *vt insti. eod. tit. de iniurijs. §. hac actio.* vide quæ ibi notantur per *glo. Io. Fa. & Bal.* vide, & adde quæ dixi infra *eod. c. 7. vers. quinto*
7 *super omnibus.* Sed quæro, an † in actione iniuriarum interueniat procura. Resp. quod sic, quando agitur ciuiliter: vt *ff. de procura. l. licet in popularibus. §. 1. & ff. de iniurijs. l. si vnius. §. procuratorẽ.* & nota per *Io. Fab. insti. de iniurijs. §. penult. in glos.* super verbo *actionem.* & per *Angelum in dicta l. licet.* & per *Io. de Imola in Cle. non potest. de procu.*

De Iudæis & Sarracenis. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Iudai & Sarraceni debent compulsi venire ad audiendum pradicationes verbi Dei.*
2 *Pueri Iudaorum & paganorum an baptizari possint inuitis parentibus. remissiue.*
3 *Fratres Pradicatores & Minores possunt pradicare Iudais & Sarracenis absque licentia. declara. nu. 4.*
5 *Nullus pradicare potest, nisi habita licentia ab homine, vel à iure.*
6 *Pradicatores qualiter se debeant habere in pradicãdo.*
7 *Cogi quamuis quis non possit ad suscipiendum baptismum, cogetur tamen ad audiendum verbum Dei.*
8 *Ad audiendum verbum Dei admittitur, qui non admittitur ad Sacramenta Ecclesia.*
9 *Fides qua sit. remissiue.*
10 *Fides quot modis sumatur. remissiue.*
11 *Iudai qualiter iurent, & testificentur in causis Christianorum, quam habent cum Iudais.*
12 *Verbum Dei incarnatum est Christus Dominus noster.*
13 *Peccat non minus qui verbum Dei negligenter audit, quam qui corpus Christi cadere permittit.*

VOlumus etiam, & statuimus, quod quandocumque
1 Archiepiscopus, Episcopi, & fratres, &c. † Iudæi & Sarraceni debent venire ad audiendum prædicationes verbi Dei, quando per Archiepiscopũ, Episcopum, aut Fratres Minores & Prędicatores fuerint conuocati: quod si neglexerint, per officiales Regios debent compelli venire, omni excusatione cessante. Hoc dicit. Et à *cap. nouerint supra ead.* hucusque fuit vna constitutio, quæ in hac curia confirmatur, & fuit data Illerdæ 4. idus Martij, anno Domini 1242. & etiam fuit confirmata per Papam, vt dictum fuit supra eadem curia. & *ad eorum supplicationem*, & quod hic dicitur etiam de iure canonico habetur *extra. de Iudæis. c. quam sit. §. insuper.* dic vt ibi notatur: de his etiam habetur in quadam extrauaganti Benedicti XIII. qui fuit depositus in Concilio Constantiensi, quę incipiebat: *Et si Doctoris gentium*, &c. quæ postea fuit, vt audiui, abolita per Martinum Papã quintum, qui fuit in dicto Concilio electus. Et similiter eodem prætextu cum dicta extrauaganti emanauit quædam pragmatica Regis Ferdinãdi, quæ postea fuit reuocata per Regem Alfonsum nunc regnantem filium dicti Ferdinandi. Non tamen fuit reuocata huiusmodi constitutio, nec dicta di-
2 cti *c. Quam sit*, vt credo. Vtrũ † pueri Iudæorum & paganorum possint, inuitis parentibus baptizari, dic latius per *Henricum Bohic extra. de Iudæis c. sicut Iudæi.* Et nota, quod † Fratres Prædicato-
3 res & Minores possunt prædicare Iudæis & Sarracenis absque alia licentia, attenta confirmatione dicti Innocentij Papæ Quarti. & per hoc potest limitari *Cle. dudum. extra. de sepul.* & est ratio
4 huius, fauor fidei. Vel † forte hæc constitutio loquitur de Prædicatoribus & Minoribus, iuxta dictam Cle. præsentatis diœcesano. & idem videtur de alijs Religiosis in dicto *cap. quam sit. §. insuper.* vbi dicitur, quod Religiosi, & alij clerici idonei ad prædicandum verbum Dei, habita Prælatorum suorum licentia, possunt libere prędicare gentibus verbum Dei. Sed ibi loquitur de gentibus, id est gentilibus & alijs infidelibus extra terram Christianorum degentibus: hic vero loquitur præsens capitulum de Iudæis & Sarracenis degentibus intra Cathaloniæ Principatum. & sic
5 in terra Christianorum, vt vides. ¶ Ex † prædictis etiam collige, quod nullus potest prædicare, nisi habita licentia ab homine, vel à iure: vt *extra. de hæret:-*

hæreticis.c.cum ex iniuncto. & nota in dicto *c. quam sit.* in *glos.* super verbo, *requisita & habita.* Et qualiter † se debent habere prædicatores in prædicando, vide quæ leguntur & notantur per *Ioan.43.di. c. sit rector.* Item † nota, quod dicet quis non possit cogi ad recipiendum baptismũ, tamen potest cogi vt audiat verbum Dei: vt sic habita occasione possint facilius venire ad fidem, vt hic vides. Et ita † admittuntur ad audiẽdum verbum Dei, qui non admittuntur ad reliqua Ecclesiæ Sacramenta. arg. hic, & *ext. de sent. excom. c. responso.* debet enim dari occasio proficiendi. vt 23. *q.6.c. vides. in fi.* quia fides ex auditu est. *ad Rom. 10.c.* Et ad fidẽ omnes sunt inuitandi: iuxta illud: *In omnem terrã exiuit sonus eorum.* & illud. *Ite per vniuersum mũdum, prædicate Euangelium omni creaturæ; qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Matthæi vlt. cap.* Verũtamen Rex Alfonsus per suam pragmaticam concessit Iudæis, quod non possint extra callũ cogi pro audiendo verbo diuino, reuocando in his & quibusdam alijs pragmaticam patris sui. Sed nõ credo quod teneat pragmatica Regia contra hãc constitutionem iuratã, & iura canonica, maxime fauore fidei Catholicæ. Quid † autem sit fides, vide *Paulum ad Heb. 11.c.* & quæ leguntur & notãtur *extra, de summa Trini. & fide Catho. c. firmiter.* & quære latius per *Theologos in lib. Sent. 3. di. 33. c. 1.* & adde quę notantur per *Ioannem in Summa Confess. lib. 3. tit. 34. q. c. 2. p. sl hoc.* & *q. cap. 3.* & *q. cap. 4.* Quot † modis sumitur fides, dic per *glos. in c. monet st. 22. q. 1.* Qualiter † Iudæi iurent, & testificentur in causis Christianorum, quas habeant cũ Iudæis, vide in vsat. *Iudæi iurent.* & in vsat. *Statuerunt equidem.* Et † verbum Dei non minus est, quam corpus Christi: vt infra *q. 1. c. interrogo vos fratres.* vide ibi. Si intelligas de verbo incarnato, ipse est Christus, & ipsum verbum maius est ipso corpore assumpto. Vnde in Symbolo Athanasij: *Æqualis Patri secundum diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem.* Si de verbo prędicationis, tunc maior est Christus, & Christi corpus maius est. Sed † non minus peccat, qui verbum Dei negligenter audit, quam qui corpus Christi cadere permittit. quod intellige sane vt notatur in allegato *cap. interrogo.*

6
7
8
9
10
11
12
13

De tabula. Cap. 7.

SVMMARIVM.

1 *Tabula materia tractatur late, & diuiditur constitutio in octodecim partes.*

2 *Per hanc constitutionem corriguntur, & in parte confirmantur constitutiones antiquæ tractantes de tabula officialium.*

3 *Mutare officiales sæpius, & eos creare ad modicum tempus, vtile non est.*

4 *Tabula inuenta est, vt arceantur officiales temporales ab iniurijs & oppressionibus subditorum.*

5 *Depositio facta die feriata testis iurati die non feriata, vel qui iurauit infra terminum datũ ad probandũ, & deponit extra terminum, an valeat, remissiue.*

6 *Principis prærogatiua est, ponere, & remouere officiales.*

7 *Iudices tabulæ debent eligi de qualibet, seu eadem Vicaria, & ratio traditur nu. 9.*

8 *Vicarius esse non debet de eadem Vicaria, & ratio etiã traditur dicto nu. 9.*

10 *Iudices tabulæ eligunt sibi notarium, licet olim secus.*

11 *Iudices tabulæ habent salaria de emolumentis Regijs.*

12 *Inquiri contra semel inquisitos non debet iterum.*

13 *Fideiussores dati pro tabula officialium in quibus teneantur, traditur.*

14 *Sine instantia partis quis non damnatur. fallit n. 15.*

16 *Iudices tabulæ inquirunt in quinque casibus, qui enarrantur, & nu. 20.*

17 *Vniuersitas potest iniuriari, & delinquere.*

18 *Iniuria semel remissa conditionaliter, si decem daret, non remisisse non adimpleta conditione: sed agitur, vt se reponat in obligationem æstimationis.*

19 *Actio iniuriarum non datur, nisi fuerit animus iniuriandi.*

21 *Tonts verbum verificatur, quando quis non soluit debita.*

22 *Officium iudicis an cesset interueniente legitimo accusatore, traditur.*

23 *Iudex an ex officio debet procedere mortuo accusatore, remissiue.*

24 *Syndicus an possit accusare nomine vniuersitatis. remissiue.*

25 *Iudex an cogere possit aliquem ad accusandum. remissiue.*

26 *Officij emptor delinquit in officio.*

27 *Iudices tabulæ præstant sacramentum & homagiũ de inquirendo legaliter contra officiales.*

28 *Iudices tabulæ iudicare debent secundum allegata & probata, & non secundum conscientiam.*

29 *Appellari potest à iudicibus tabulæ.*

30 *Conscientiæ diffinitio traditur.*

31 *Iudicari secundum acta, vel secundum conscientiam quis possit.*

32 *Peccatum est, quod non est ex fide & conscientia.*

33 *Iudices tabulæ in iudicando non habent arbitrium.*

34 *Iudices tabulæ male iudicantes sunt puniendi. declaratur nu. 35.*

36 *Iudex quamuis habeat arbitrium iudicandi, recedere tamen nequit à forma iuris.*

37 *Iudicibus committuntur quæ tradi non possunt sub certa forma.*

38 *Arbitrium in quibus detur iudici, referuntur casus.*

39 *Iudex an arbitrium habeat eligendi alteram partem.*

40 *Arbitrium quando detur iudicibus, & quid operetur istud arbitrium. remissiue.*

41 *Sententia iudicum tabulæ nemini facit præiudicium, quoad possessionem, vel proprietatem; nisi tantũ quoad condemnationem, vel absolutionem criminis, seu culpa officialium. & ratio traditur num. 42. & declaratur nu. 44.*

43 *Officiales non tenentur de leuissima culpa.*

45 *Querelæ siue querimoniæ debent dari iudicibus infra mensem, reliqua vide in littera.*

46 *Litigans debet ire ad iudicem, & non è contra.*

Depo-

47 Depositio testis, qui non iurauit infra tempus, & examinatur post tempus assignatum in tabula, non valet: sed contrarium seruatur in practica.

48 Testis deponens die feriata, iuratus tamen die non feriata, an valeat eius depositio. remissiue.

49 Iuramentum calumniæ in causis tabularum admittitur.

50 Iuramentum calumniæ in iudicio tabulæ debet peti intra tempus probandi. idem dicitur de confessione partis aduersæ.

51 Petitio data per querelantem in iudicio tabulæ post mēsem, habetur pro non data.

52 Iudices tabulæ quamuis haberent arbitrium, debent illud regulare iuxta formam constitutionis.

53 Assignatio ad videndum iurare testes debet fieri in iudicio tabulæ.

54 Iuramentum calumniæ non tollitur, etiamsi procederetur summarie, & de plano sine strepitu & figura iudicij: nec valeret consuetudo in contrarium. n. 55

56 Inquisitoribus imputandum non est, si differāt causam infra terminum impediti per partes, ex quo velint testes repulsare.

57 Instantia in iudicio tabulæ non perimitur in iudicio tabulæ per elapsum triennij. & ratio traditur n. 58.

59 Causa ciuilis durat triennio, criminalis vero biennio.

60 Instantia querelarum pacis & treugæ, accusationum, & denuntiationum per nouam constitutionem perimitur biennio.

61 Causa naufragij perimitur biennio.

62 Causa restitutionis in integrum debet finiri intra quadriennium.

63 Contra officiales an agi possit per iniuriatum pro iniuria, & qualiter æstimabitur, late traditur.

64 Iniuriari dicitur quis verbo, vel facto.

65 Iudex in sententiando non dicitur facere iniuriam. declara vt nu. 66.

67 Purgari potest quis de iniuriis verbali.

68 Vsaticus, Si quis criminalem filium, declaratur.

69 Reconuentio an habeat locū in iudicio tabulæ, traditur.

70 Petitioni factæ in iudicio tabulæ an addi possit post mēsem. remissiue.

71 Rex & sui officiales impedire non possunt iudiciū tabulæ, quinimo tenentur mandare executioni iudicata in dicto iudicio. idem nu. 74.

72 Rex retinet, quod de sententia condemnationis in iudicio tabulæ possit facere gratiam de pœna corporali, post latam sententiam.

73 Testes, vt probent super inquisitionibus, debent deponere de loco & tempore delicti.

75 Iudices tabulæ vt suspecti possunt remoueri à iudicio, & Dominus Rex dat alios in eorum locum. nu. 76.

77 Clausula, Non obstante, quæ sit. remissiue.

78 Rex remittere debet actiones suas contra officiales ante iudicium tabulæ.

79 Remittentibus actiones suas non datur regressus, fallit quoad pœnam corporalem. nu. 80.

81 Depositionibus factis in executionibus contra officiales cognoscunt iudices tabulæ.

82 Inquisitores tabulæ habent merum & mixtum imperium, & sic possunt cōdemnare ad pœnam corporalē.

83 Officialis inferior homicidia dimittere nequit post latam sententiam, inconsulto Principe.

84 Remissio facienda non est officialibus tabulam tenentibus, parte conquerente non satisfacta.

85 Fideiussores officialium an teneantur ad pœnam, si ad eam fuerint officiales pro criminibus condemnati, traditur late. limita nu. 87.

86 Peccata suos debent tenere actores.

88 Contractus ex conuentione legem accipiunt.

89 In officialibus condemnatis quæ capitula curiæ sint seruanda, traditur late.

90 Officialis condemnatus in iudicio tabulæ per fraudem, corruptionem, aut magnam culpam non potest obtinere officium Regium.

91 Officiales condemnati pro leui culpa non desinunt obtinere officia Regia.

92 Iudex grauans & iniurians partem tenetur actione iniuriarum.

93 Iudex tenetur parti propter dolum actione iniuriarū.

94 Iudex non præsumitur malitiose procedere. fallit si de facto procedit. nu. 95.

96 Officialis personaliter debet comparere in iudicio tabulæ. declara in criminalibus nu. 97.

98 Iudices tabulæ defendere debent suam iurisdictionem pœnali iudicio.

99 Iudices quomodo iurisdictionem suam defendant pœnali iudicio, traditur.

100 Remedia 86. ad defendendum iurisdictionem enumerantur remissiue.

101 Prætor defendere potest alienam iurisdictionem.

102 Iudex ex officio potest mulctare.

103 Delegatus regulariter non potest mulctare fallit numero 104.

105 Arbiter an possit mulctare. remissiue.

106 Processus nouus quomodo requiratur ob impositionē mulctæ.

107 Appellatio admittitur ab impositione mulctæ.

108 Differentia inter pœnam & mulctam traditur remissiue.

109 Inobedientia commissa in iudicio est punienda.

110 Inobediens vt quis dicatur, debent præcedere tria edicta.

111 Contumax in prima citatione condemnatur in expēsis. declaratur nu. 112.

113 Trina monitio regulariter requiritur ad constituendum quem in mora.

114 Interpellatio vnica sufficit, quando agitur inter priuatos, vel pares, ad constituendum quem in mora.

115 Iudex potest mulctare aduocatos, testes, vel similes, si sint inobedientes.

116 Iudex an mulctare possit alienos à sua iurisdictione, eam sibi impedientes.

117 Iurisdictionem vnius alter impediēs ab impedito puniri nequit, ex quo sunt pares.

118 Inquisitor hæreticæ prauitatis punire potest officialē Episcopi impedientem processum inquisitionis.

119 Causa tabulæ contra officialē nō potest prætextu paupertatis illius euocari ad Regiam audientiam.

120 Causa tabulæ contra officialē ad instantiam agentis miserabilis euocari potest ad Regiam audientiam.

Indices

121 *Iudices tabulæ si sint duo superstites, possunt alium sibi eligere & associare in locum legitime impediti. declaratur nu.122.*
123 *Index tabulæ impeditus non potest conindicibus suis committere vices suas.*
124 *Index tabulæ vbi recusatur vt suspectus, debet seruari pragmatica Regis Petri hic inserta.*
125 *Rex debet eligere tres iudices tabulæ in qualibet Vicaria in fine triennij.*
126 *Rex non potest concedere rectoribus ciuitatum electionem, vt eligant iudices tabulæ.*
127 *Officialis condemnatus in tabula in re valoris quingentorum solidorum, vel minoris, non potest appellare à tali condemnatione.*
128 *De dolo opponi potest contra sententiam tabulæ.*
129 *Exceptio cedendarum an opponi possit in iudicio tabulæ, traditur.*
130 *Iudex faciens litem suam, & soluens non liberat debitorem, quod declaratur ibidem.*
131 *Nullitas opponi potest contra sententiam condemnationis minoris: & an in causa nullitatis dãdus sit libellus, & lis contestanda. remissiue. nu.132.*
133 *Appellare potest officialis condemnatus in iudicio tabulæ in re maiori quingentis solidis, vel etiã minori tangente infamiam, vel infligente pœnam corporalem. & nu.136. & nu.137. declaratur, quomodo valor ille quingentorum solidorum intelligatur.*
134 *Appellatus potest iuuari appellatione introducta per appellantem.*
135 *Fiscus non appellat à sententia lata contra eum.*
138 *Causa corporalis est maior quacumque pecuniaria.*
139 *Infamis nullum exercere potest officium.*
140 *Infamia præcedens prægrauationem non obest.*
141 *Testes idonei non sunt consanguinei vel affines in causa iniuriarum pro consanguineo vel affine.*
142 *Appellari semel potest in iudicio tabulæ.*
143 *Nullitas opponi potest contra sententiam latam in secunda instantia in iudicio tabulæ.*
144 *Supplicari potest à sententia lata in iudicio tabulæ, à qua appellare nõ liceret, sed contrariũ fuit seruatũ.*
145 *Appellari potest à sententia iudicis appellationis in iudicio tabulæ, si fuerit reuocatoria sententiæ iudicum tabulæ.*
146 *Quilibet adiuuari potest appellatione sui aduersarij. quod quomodo procedat, declaratur.*
147 *Coacervatio multarum summarum an fieri possit ad effectum, de quo hic, traditur.*
148 *Duo iudices assignantur in Cathalonia pro decidendis appellationibus in iudicio tabulæ: quorum vnus degere debet in ciuitate Barcinonæ, & alter in ciuitate Ilerdæ.*
149 *Iudices isti appellationum decidere debent causas appellationum infra triginta dies.*
150 *Iudices appellationum non possunt cognoscere de appellationibus interpositis contra formam constitutionis, nisi solum vt cognoscant an fuerit appellatum ritè, nec ne.*
151 *Iudices appellationum in iudicio tabulæ non cognoscunt de appellationibus interpositis in iudicio ante sententiam: sed contrarium seruatur nu.153.*
152 *Statutum loquens quod non appelletur à sententia loquitur de diffinitiua.*
154 *Iudices appellationum in iudicio tabulæ sunt ordinarij superiores iudicum, seu inquisitorum tabulæ. & ratio traditur ibidem.*
155 *Clausula,* Procedendo de die in diem, de hora in horam, ac sine figura iudicij summarie *quid importet. remissiue.*
156 *Appellatio est deserta si appellans præsentauerit suã appellationem infra triginta dies. audietur tamẽ appellans ope restitutionis in integrum.*
157 *Appellans impeditus prosequi & finire suam appellationem infra triginta dies subuenitur per restitutionem in integrum.*
158 *Triginta dies dati ad prosequẽdam appellationem in iudicio tabulæ currunt à die interpositæ appellationis & traditionis apostolorum.*
159 *Factum non dicitur cum aliquid superest agendum.*
160 *An appellationi sit deferendum, cognoscendum est, priusquam cognoscatur de meritis appellationis.*
161 *Iudex appellationis in iudicio tabulæ nõ astringitur determinare appellationem intra triginta dies, cum isti triginta dies præfigantur instantiæ appellationis, & non iudici.*
162 *Appellationis causa non efficitur deserta, si non declaretur intra terminum culpa ex quo stet per ipsum iudicem.*
163 *Rex potest mandare iudici appellationis in iudicio tabulæ, vt causam citò expediat.*
164 *Index appellationis in iudicio tabulæ potest ferre sententiam absentibus partibus.*
165 *Diffinitiua sententia ferri non potest partibus absentibus. fallit vt hic.*
166 *Sententia interlocutoria ferri potest super cancellatione processus.*
167 *Officiales perpetui durante tabula suspendi non debent ab officijs.*
168 *Officiales condemnati pro criminibus, pro quibus nequeunt regere officia, remouentur ab officijs, ampliatur nu.169.*
170 *Primogenitus Gubernatoris Cathaloniæ, & indices curiarum domini Regis & Gubernatoris non subijciuntur iudicibus tabulæ.*

ITem *ordinamus de consilio, approbatione, & consensu omnium prædictorum,* &c. Hic † tractatur
1 late de tabula officialium, & sæpius recurritur ad istam: & diuide eam in octodecim partes. In prima parte corriguntur, & in parte confirmantur tres constitutiones de tabula loquentes in littera designatæ, vsque ibi, *quod nunc de præsenti.* In secunda parte officiales tabulam tenẽtes ab officijs remouẽtur. In tertia parte, ibi, *& quod per nos,* &c. tres iudices tabulæ de qualibet Vicaria eligguntur, vsque ibi, *qui miles.* In quarta parte dicitur, ꝙ ipsi tres iudices vnum notarium eligant, & inquirant contra officiales remotos ad sumptus domini Regis, vsque ibi: *& inquirant, & indagẽt,* &c. In quinta parte dicitur, de quibus iudices tabulę debent inquirere, vsque ibi, *& iurent.* In sexta parte ponitur iuramentum & homagium, quod debẽt

R præsta-

præstare ipsi iudices, vsque ibi, *ita tamen, quod in proprietate*. In septima parte ponitur quædam protestatio, & etiam ponitur protestationis ratio. In octaua parte datur ordo & forma procedẽdi per iudices, ibi, *& denuntiationes*, &c. In nona parte, ibi, *& quod nos*, dominus Rex aufert impedimẽta iudicibus tabulæ In decima parte, ibi, *sed tamen nos*, dicitur, quod de condemnatione corporali, siuę fiscali Rex possit facere gratias saluis capitulis curiarum. In vndecima parte, ibi, *& quod dicti Vicarij*, dicit, quod officiales tabulam tenẽtes debent comparere personaliter, vel per procuratorem sufficientem. In duodecima parte prouidetur qualiter loco alicuius ex iudicibus impediti aliꝰ surrogetur. In decimatertia parte, ibi, *& tunc nos eligamus*, prouidetur, quod amodo de triennio in triennium tabula per iudices teneatur, & iudices tabulæ, siue inquisitores de qualibet Vicaria eligantur in carnispriuio Quadragesimę: & vlterius non prorogetur. In 14. parte prohibetur appellatio infra quingentos solidos, nisi fuerit causa famosa: ita tamen, quod non nisi semel valeat appellari. Ex hoc patet, quod in quacũque causa, in qua officialis dicatur violasse aliquam constitutionem Cathaloniæ, quia eam iurauerat obseruare, poterit appellare; quia officialis cõdemnatus de violatione constitutionis, efficitur infamis, nã consequenter efficitur periurus, & sic infamis: nã omnis periurus infamis est: vt *extra. de test. c. testimonium*. cũ ibi notatis. Et ita erit quandoque dare casum, in quo officialis condemnatus in causa minori dictorum salariorum poterit appellare propter infamiam, in qua si absolueretur, non posset pars aduersa appellare, cum quo ad ipsam partẽ agentem sit causa minor quingentis solidis. Sed quoad officialem, reputatur propter pœnam infamiæ: quæ maior est quacumque pecuniaria: fama enim præualet auro & argento: *6. q. 1. c. deteriores*. Vnde *Eccles. 40. c. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi quã mille thesauri*. Et *Prouerb. 20. c.* vbi dicitur: *Thesaurus desiderabilis*. & notat *Gui. 12. q. 1. c. Nolo*. & *11. q. 3 c. sũt*. vbi de hoc. In 15. parte, ibi, *Et nos nunc de præsenti, & postea semper*, prouidetur de iudicibus appellationum prędictarum. In 16. parte, ibi, *& iudex dictarum*, designantur, & diuiduntur ipsæ iudicaturæ dictarum appellationum. In 17. parte, ibi, *intelligatur tamen*, ponuntur quædã exceptiones de officialibus perpetuis. In 18. parte, & vltima, ab omni tabula excipiuntur & excluduntur omnes primogeniti, & Gubernatores, & iudices curiarũ suarum. Et hoc fit pro summa, quia aliter nõ posset congrue summari. Sed legam eam per partes, prout minus male potero. ¶ Nota ergo, quod in
2 prima † parte corriguntur, & in parte confirmãtur constitutiones, supra eadem collat. curiæ 2. Barcin. *c. Item quod vicarij & baiuli*, &c. vbi agitur de securitate officialium. & supra ead. coll. curiæ 2. Barcin. *c. Item quod omnis vicarius & subuicarius*, vbi eligebatur vnus iurisperitus tantum. & sup. eadem collat. curię Illerdæ, *c. Inprimis super primo & secundo*, &c. vbi mandabatur fieri inquisitio tabulę de biennio in biennium, &c. quæ omnia hic modificantur, & corriguntur per istam, in quantum illis contrariatur: in alijs vero confirmatur: quia quod non mutatur, &c. *l. præcipimus. C. de ap-*
3 *pellat*. Non † enim est vtile mutare sæpe officiales, nec eos creare ad modicum tempus: quia sciẽtes se modicum durare in administratione officij, emungunt plebiculas vsque ad sanguinem, & tãto dominantur grauius, quanto breuius: & qui recentes superueniunt, dissipant quidquid inueniunt: vt habetur in *Historia Ecclesiastica in Actibus Apost. cap. Herodes enim Agrippa magis diligebat*,
4 &c. in fi. Et † tabula inuenta est, vt arceantur officiales temporales ab iniurijs & oppressionibus subditorũ, de quibus mandatur hic inquiri. Vtrũ
5 autem † valeat depositio testis, qui iurauit die nõ feriata, postea facta die feriata, vel qui iurauit infra terminum datum ad probandum, & post lapsum termini deponit, vide *Bart. in l. supplicare. C. de litis pen.* & *Bal. ibi. & in Rubri. si ex falsis instrum.* & *Bart. in l. damn. §. Sabini. ff. de dam. in facto.* & *Io. An. in Clem. 1. de offi. dele.* Ex secunda parte. ibi, *remoueatur per nos*, quia videtur, quod officiales in fine triennij non possunt remoueri nisi per Regẽ, & ita vidi quosdam tenere: sed contrarium vidi seruari, quod etiam per iudices & inquisitores tabulæ remouebãtur: & credo quod bene, vbi fraus fieret: & fundatur ex alleg. *c. Item quod omnis. §. & quod iurisperitus*. vide quæ ibi dixi. Sed videtur ꝙ hæc tamquam posterior illam corrigat. Vnde dic
6 quod aut † Rex prouidit de nouo officiali, & ille debet spectari, nisi forsan in fraudem recusaret, vel retardaret assecurare: alias debet spectari successor, ne interim officium vacet, in damnum & periculum Reipublicæ, quia in mora modici tẽporis, &c. quod est æquum: & ita similiter vidi seruari, & tutius est seruari istam, quæ est posterior, & fauet prærogatiuæ principis, cuius est officiales ponere, & remouere: vt in *feu. quæ sunt regalia*. Ex tertia parte, ibi, *& quod de qualibet Vica-*
7 *ria*, nota, † quod isti tres iudices tabulæ debent eligi de qualibet Vicaria, vt hic dicit. Sed cõtra
8 est de † Vicario colla. 5. c. 13. & dixi supra colla. 1. *c. Item generali curia*. Sed cur tam varie? Respõ-
9 deo, † Vicarius est iudex pacis & treugæ, & soni emissi: & ad ipsum spectat tenere suam Vicariam in pace: & si esset de eadem Vicaria, esset suspectus in bandositatibus propter amicitias & parẽtelas, vt dicitur in allega. c. 13. & ideo Vicarius prohibetur poni de ipsa Vicaria. Sed iudices tabulę habent inquirere de forefactis officialium, quæ melius scientur & inuenietur per iudices de eadem Vicaria. arg. *extra. de elec. c. postquam*. & *de præsump. quanto*. cum simil. & ideo ratio diuersita-
10 tis satis patet. Ex quarta parte nota, † quod iudices tabulæ hodie debent sibi eligere notarium: olim erat secus, vt dixi supra in curia Illerdæ, *c. Item statuimus, volumus, & concedimus*, &c. Sed ad-
de

de infra curia Gerunda c.19.& quę ibi dicam. Itē
12 debent † habere stipendia de emolumentis Regijs. de quo vide infra collat. 5.c.5. Item de salarijs. & infra colla.6.curia Perpinani.c. ad hoc vt salariū. & ibi dicam latius. olim soluebantur per partes: vt alleg.c. Item statuimus.curia Illerdæ. ¶ In textu, ibi: contra quos non est facta inquisitio, subaudi, quia
22 si † alias esset contra eos inquisitio facta, nō deberet iterum inquiri, quia non iudicat Deus bis in idipsum. 13.q.vlt.c.fi. de hoc tamen dic vt notat latius Henri.extra de accu.c.de his. Sed tamē fi-
13 deiussores † dati pro tabula officialiū non tenētur pro maleficio per officiales commisso: vt C. de periculo eorum qui pro magistra.l.1.lib.11.& ff. de fideiussoribus. l.fideiussores magistratuum. quod intellige, vt ipsi fideiussores in persona puniātur pro officiali, nec tenentur curiæ pro pœna pecuniaria, in qua forsan officialis pro maleficio esset cōdemnatus: sed bene tenetur ad damna & interesse parti per officialem ex suo maleficio iniuriantē: & de hoc inquiritur per iudices, vt sequitur. Et
14 nota, † quod regulariter quis non damnatur sine accusatione, vel instantia partis: vt extra.c.vt eccl.
15 benefi.c.vt nostrum. Fallit † in casibus ibi notatis per gl.s. & Hostien. & in casibus, de quibus in hac constit. in 5. parte dicitur. adde quæ notantur in 1. parte spe.tit.de offi.iudi. §.1. circa princ. & vers. Item reperitur. & §.impedit quoque. & in spe.3.parte. tit.de inquisitione. §.quando autem. & adde quę dixi infra colla.6.curia Perpinani.c.volumus & concedi-
16 mus, quod non obstante. Ex quinta parte † nota, capitula quinque, de & super quibus debent inquirere isti iudices siue inquisitores tabulæ. ¶ Primo enim inquirunt, si officiales fuerint negligentes in custodiendo, defendendo, & manutenendo iurisdictionem & iura Regia. Secundo, si commiserint vel fecerint fraudem pro denarijs, vel alia de causa in damnū Regis, & diminutionē iurisdictionis Regiæ. Tertio, si seruauerint, vel non seruauerint statuta & ordinationes curiarum generaliū Cathaloniç. Quarto, super iniurijs factis per officiales vniuersitatibus, Ecclesijs, & alijs quibus-
17 uis personis. Nota hic, quod † vniuersitas potest iniuriari. Item & delinquere potest: vt nota. per Inno.in c.nouerint.extra de sent.excom. Sed si iniuria
18 fuerit † remissa sub conditione, si decem daret; an, si non det, posset iterū agi iniuria? Dic ꝙ non, sed potest agi, vt se reponat in obligationē tantæ æstimationis: vt ff. de condi.ob causam, l.si quis accepto. & nota Doct.in l.quæro. §.inter locatorem.ff.loca-
19 ti. Nota tamen, quod † iniuriarum actio non datur, nisi affuerit animus iniuriandi: & ideo magister non tenetur iniuriarum, licet plus quā debet verberet: sic iudex male iudicando, non tenetur iniuriarum, licet faciat litem suam: secus est si de facto procedat indebite ad captionem personæ, vel aliquid iniuriosum faciat. Quinto super om-
20 nibus † alijs, in quibus ipsi officiales, vel aliquis ipsorum deliquerint in officio, vel tenendo officiū: supra eadem colla.in 2.curia Barcin.cap.12. & 38. vide quæ ibi dixi. Potest etiam agi contra officialē pro ijs quæ in officio vel tenendo officiū cōtraxerit, puta, si emerit pannum, &c. etiam pro debitis per ipsos officiales cōtractis, in quibus potest agere personaliter, dum tamen fuerint cōtracta tēpore officij. Ita tenet Iacobus de Calic. in Curiali.8.dubio.vers. quæro quod si dominus Rex debeat mihi, &c. vide ibi latius. Idem Guil.Ricardi. & vide extra.de priuil.c.ex parte. & nota in spe.tit.de instrumento edito.§.minime vero.vers. de hoc autē quæritur, pone, &c. & hic, dum dicit, torts, quod est,
21 quando † quis non soluit debita sua. Sed quæro,
22 an † accusatore legitimo interueniente debeat cessare officium iudicis & inquisitoris, & eius inquisitio prius inchoata? Forte non in casu huius cap. propter formam huius cap. & propter iuramentum & homagium, quod inde præstant dicti iudices. Sed quid sit de iure communi, videas per
23 Bal. & Doct. in l.ea qui de. C.de accu. Item † an accusatore mortuo iudex ex officio possit procedere, vide Bar.ff.de li.ag.l.3. §.fi. vide etiam in 3. parte spe. tit.de inquisitione. §.1.vers. quia si impera-
24 tor. & in tit.de accu. §.5. Item † an syndicus possit accusare nomine vniuersitatis, vide Bart.ff. de
25 accu. l.2. & ibi glo. Item † an iudex possit aliquē cogere ad accusandum, vide ff.eod. l.in eum. In textu, ibi, in officio, vel tenendo officium: per hoc, ꝙ
26 hic dicit, in officio, dixi, quod ille, qui emit † officium pro denarijs contra generales constitutiones Cathaloniæ, deliquerat in officio: & quod poterat inde in tabula syndicari: quia in officio delinquit, illud illicite emēdo, & quia ideo emit, vt illud regeret. & ita vitiosum habuit ingressum. ad hoc ff. de iurisdict.om.iud. l.si quis id quod. vers. ꝙ si dum. licet quidam pronuntiauerint contra, & male, vt credo. adde quæ dixi sup. eadem collat. in curia 1.Barcino. c.4. Item quod Vicarij. vide latius quod scripsi supra eadem collat. in curia 2.Barcin. c.12. Item quod nos & nostri successores. Ex sexta
27 parte nota, † quod hodie per hanc constitutionem isti inquisitores siue iudices tabulæ præstant iuramentum & homagiū, quod bene & legaliter inquirent contra dictos officiales, & condemnabunt, vel absoluent ipsos secundum iustitiam, & eorum bonam conscientiam. Et nota, quod dicit, secundum iustitiam, scilicet, iuxta merita actorū, &
28 secundū istas conditiones, quia † nō sunt principes, qui possint iuxta conscientiā iudicare. Im-
29 mo † ab istis iudicibus poterit appellari, vt infra dicetur: quinimo Rex in Cathalonia non debet iudicare nisi per directum, vt in vsat. aliā namque. & infra colla.6.curia Ceruariæ.c.inprimis. Et nō est verisimile, quod hic curia generalis voluerit dare istis iudicibus tabulæ maiorem potestatem, quam habeat Rex.arg. l.si quando. C.de inoffic.testa. Et est
30 conscientia † discretio sciendi, vel non faciēdi aliquid secundū iudiciū rationis: extr.de præscrip. c.quoniam. & c. litteras. de resti.spo. Quando autem
31 possit, † vel debeat iudicari secundū acta, vel secundum conscientiam, lege & nota extra. de offi.

ordi.c.1. vbi de hoc per *Henri.* & 2.q. 7.c. *indicet.* & ibi per *Gui.* Et quod hic dicit textus, *secundum eorum bonam conscientiam*, expone, idest, *secundũ veritatem*, ita dicit *Bal. in l. & si inutiliter. C. de fideico. & æquitatem.* scilicet, moribus & iuribus debite
32 informatam, alias † quod non est ex fide & conscientia, huiusmodi peccatum est: *extr. de præscrip. c. quoniam.* non enim habent isti iudices in his li-
33 berum † arbitrium, quia solus princeps habet liberũ arbitrium: vt notat *Iac. in Marg. Fisci.* 8. *dub. vers.* 44. Nec credo, quod istis iudicibus datum sit liberum arbitrium, de quo vide notata per *Bart. in extra. ad reprimendum.* super verbo, *videbitur expedire*: & per *Io. de Imo. in Cle. sæpe. de verb. signific.* sed credo quod habeant arbitrium. Sed tamẽ gra
34 uatur, & oneratur hic conscientia istorum † iudicum: & si male iudicauerint, poterunt puniri: vt notat *glo.* & *Io. de Imola in Cle.* 1. *de iure patro.* quod
35 est † verũ ex officio, non tamen ad partem querelatam, vt notatur ibi. & in *c. statutum.* §. *assessore. de r. script. lib.* 6. Vnde quod hic dicitur *secundum iustitiam, & eorum bonam conscientiam*, debet legi & intelligi copulatiue, quia vtrũque requiritur, vt habeat locum pœnę: non enim simpliciter secundũ conscientiam iudicare debent, sed informare eã debent iuxta allegata & probata: vt hęc legũtur & notantur per *Io. An. extra. de re iudi. cap. cũ æterni. lib.* 6. vbi ponuntur similia verba, quæ hic sunt posita. & idẽ nota in *Cle. multorum.* §. *verũ de*
36 *hæreticis.* Item † si iudex vel potestas habet arbitriũ, non ob hoc debet discedere à forma iuris cõmunis: vt not. per *Dy. ff. de pœnis. l. respiciendum.* §.
37 1. Et † nota secundũ *Bal.* quod ea, quę nõ possũt sub certa regula tradi, iudicibus cõmittuntur: qui ex varijs causarum figuris decernent illud, q͂ eis
38 videbitur æquũ. Datur † enim arbitriũ iudicibus de causis, quandoq; ad exaggratione̅ pœnę: vt *ff. de pœnis. l. aut facta.* §. *fi.* vnde propter terribiles causas licitũ est leges transgredi, vt dicit *Inn. extra. de constitu. c.* 1. & potius debet iudex præuenire, quã præueniri, vbi non esset locus remedio: *ff. de iniusto. rc. l. si quis exheredato.* circa mediũ. quandoque datur arbitrium iudici ad mitigationem pœnarũ. Pone q͂ statutum dicit, Qui tale quid fecerit, ponatur ter ad trullum, vel baliareũ: est quidam senex, qui in primo trullo moreretur; certe potest mutare genus tormẽti: vt *ff. de his qui no. in. fa. l. quid ergo.* §. *pœna grauior.* Quandoque datur arbitrium propter incognitam hominũ voluntatem: vt cum dubitatur, an quis casu, vel dolo deliquerit. Nam qualitas personarum debet attẽdi in iudicis arbitrio ponderantis: vt *C. ad l. Cor. de sica. l.* 1. *arg. C. si quis Imperatori maledixerit. l.* 1. Sed certe aliquando datur arbitriũ propter nimiam negotiorum varietatem, vel propter differentiam circumstantiarum: similia verba, ponit *glo. ff. de le. l. neque leges*, ibi omnino videas. Porro & quãdoque datur arbitrium alicui propter hominũ incognitam fidelitatem, arg. *ff. man. l. creditor.* §. *Lucius.* Quandoque probationes sunt contrariæ. An
39 iudex † habeat arbitrium eligendi aliam partẽ: *ff. de re iudi. l. duo iudices.* & *extra. de elec. c. cum inter.* Respondeo, in Nouella ista ponit *Bald. in lib. feudorum. tit. ex quibus ca. feu. amit. cap. Obertus.* & adde quæ notantur in eodem *lib. feudor. tit. de pace*
40 *iuramento firm.* §. *iudices.* Quid autem † operetur huiusmodi arbitrium, quod quandoque datur iudicibus, nota late per *Io. de Imola in Clem. sæpe. de verb. signif. in glo.* super verbo, *defensiones legitimæ. in q.* 1. vbi etiam *glossa* sentit, quod idem importet ac si causa committeretur decidẽ a fine figura iudicij: quia potest tollere solennitates iudicij respicientes ordinem, non autem ea quæ instruunt, & decidunt causam: & ita defensiones legitimas auferre non poterit: quod facit pro his quæ dicã infra *eodem c.* in verbo, *videbitur faciendum.* Ex se-
41 prima parte habes, quod † sententiæ istorum iudicum nemini faciunt præiudicium quoad possessionem, vel proprietatem, nisi tantummodo quantum ad condemnationem vel absolutionem criminis, vel culpę officialiũ. Et est ratio, vt hic
42 subijcit textus. † quia isti iudices solum habeãt inquirere & pronuntiare de culpa & crimine officialium, & non de alia re; quod est valde notã-
43 dum. Et † quod dicit de culpa, intellige lata & leui; secus est de leuissima: de qua nõ tenentur officiales: vt notat *Baldus in præalleg.* §. *indices.* & adde quæ dixi supra in curia Illerdæ, *c. inprimis.* §.
44 *ordinamus etiam.* Et † hoc forte verum; quando proceditur per viam inquisitionis summarie ex isto capitulo. Secus si ageretur ciuiliter per viam petitionis siue querelæ partis priuatæ, iuxta formam *c. iudices tabulæ*, infra in curia Montissoni. vide ibi. Sequitur. § *Et denuntiationes.* Hic est octa
45 ua pars: in qua † dicitur, quod querelæ siue querimoniæ debent dari dictis inquisitoribus infra vnum mensem, qui incipit currere à die, qua tabula præconizatur: & postea infra tres mẽses iudices debent ipsas quæstiones determinare summarie, & sine figura iudicij, ex suo iudicio, vel alio modo quo eis videbitur faciẽdum, remotis timore, amore, mala voluntate, & omni fermento, & alia fraude. Sed hodie antiquerelas priuatorũ seruabitur forma dicti *cap. iudices*; vbi datur forma, qua omissa postea denegatur audientia. vide ibi. Et nota, quod littera dicit, *dentur iudicibus*: er-
46 go debet querelans † & litigans ire ad iudicem, non iudex ad eum: vt *l. iubemus. in fi. C. de Episc. & cler.* Faciunt pro his quæ notantur in *cap. iudices*
47 *tabulæ.* Sed † an valeat depositio testis, qui iurauit infra tempus, & examinatur post tempus in tabula assignatum. Videtur quod non: vt in allega. *c. iudices*, vbi dicitur, *alias quælibet pars minime audiatur.* contrarium tamen seruatur in practica: & ideo in hoc consuetudo regionis seruanda est:
48 vt *l.* 3. §. *fi. ff. de testi.* Item † quid de teste, qui deponit die feriata, sed iurauit die non feriata, vide per *Bart. in l. si supplicare. C. vt lites pen.* & *Bald. ibi, & in Rubrica. prox. de fals. instrumentis.* & *Bart. in l. damni.* § *Sabinus. ff. de damno infecto.* & *Io. An. in Clem.* 1. *de offi.*

59 *offi.dele.* Sed † quæro an in causis tabularum iu-
retur de calumnia. Resp. sic, iuxta notata per *Bar.*
in extrauagante domini Henrici Imperatoris, quæ in-
cipit, *Ad reprimendum. in glo. posita* super verbo, *fi-*
gura iudicij. ad idem *extra. de verb. sig. c. si pe. in Cle.*
& ibi nota per *glos.* & *Dd.* Facit, quia omni tē-
pore ante sententiam admittitur de iure proba-
tio per confessionem aduersarij, etiam post cō-
clusionem in causa: iuxta notata per *Bald.* & *In-*
nocentiū extra. de test. c. vltra tertiam. in vltima glos.
Inno. quæ est posita super verbo, *nequiuerit*, in fine.
50 Sed † credo fore necesse in iudicio tabulæ, vt in-
fra tempus probandi huiusmodi iuramentum, &
confessio petatur, alias postea non audiretur: vt
in alleg. *cap. Iudices tabulæ. en. la Mouaissoni.* Et si
51 petitio, vel denunciatio, seu querela detur post
mensem, pro non data habetur: & de hoc notatur
latius per *Bald. in l. nisi finita. §. si adhuc ff. de tu. &*
52 *ra. dis.* Et † quod hic in textu dicitur: *Eo modo,*
qui eis videbitur faciendum, subaudi, seruata tamen
forma dicti c. *Iudices tabulæ*, dummodo nil faciāt
contra constitutiones. quas ipsi seruare debent.
qui habent punire non seruantes. & adde quæ di-
xi supra, & latius per *Bald. in prealleg. extrau. ad*
reprimendum. super verbo, *videbitur expedire.* Sed
53 quæro † hic de vno, de quo vidi dubitari, quod
tamen competentius poneretur in allega. *c. Iudi-*
ces. Ecce in secundo mense assignatur agentibus
ad ponendum articulandum & probandū: pone,
actor vult producere testes ad probandum, vel
etiam reus in tertio mense: an sit facienda assig-
natio illi, contra quem testes producuntur, vt vi-
deat iurare testes. Quidam dicunt quod nō, & al-
legant pro se dictum *c. Iudices.* quod nil dicit de
iuramento, nec quod pars aduersa sit vocanda ad
videndum iurare testes. Ego semper dixi contra,
quia est casus à constitutione omissus. Item quia
alias testes essent ex vna parte recepti: & sic nul-
liter. *extra. de testibus. c. In nomine Domini.* cū suis
54 concordanti. s. Item † per hoc quod dixit, *sine fi-*
gura iudicij, non tollitur iuramentum prædictū, &
partis vocatio, quæ est de iure naturali, iuxta no-
tata per *Bartol. in alleg. extrau. ad reprimēdum.* super
verbo, *figura.* & *in l. 1. ff. de no. li. testa. in quæst. fi.* &
in Clement. sæpe. de verbor. signif. Dicam latius, Deo
55 duce, in alleg. *cap. iudices.* Nec † valet consuetudo
in contrarium, vt notat *Ioan. de Imola in Clem. pa-*
storalis. de re iudic. in §. Ceterū. Pro hoc etiam fa-
ciunt notata per eundem *Ioannem de Imola in Cle-*
mentina sæpe. de verborū significat. super glo. in verbo,
defensiones legitimæ. vide ibi late. & in *l. si vlt. vers.*
nunc superest. in octaua quæst. et si iurare etiā debet. Itē
nota, q̄ dicit, *timore, timore mala voluntatis, vt alia sint*
de remotis. & vide quę dixi supra *coll. 3. c. 3. Itē or-*
dinamus & statuimus, quod si oficialis, quādo intrabit. ad idē
facit *extra. de testibus. c. quoniam.* & q̄ ibi notatur.
59 ¶ Sed pone, quod ille, contra quem † inquiri-
tur, vult, reprobando testes, accusare illos de fal-
so, vel excipere de falso contra eos: cuius accu-
sationis, vel exceptionis prætextu inquisitores
non possunt diffinire causam infra terminum,
vel opponitur præiudicialis exceptio, quæ im-
pedit diffinitionem infra terminum: an imputa-
bitur inquisitoribus? Non videtur per ea quæ no
tat *Cynus in l. fina. C. de fide instrumentorum.* & ple-
nius in *l. 1. qui accu. pos. §. vltimo.* ad hoc faciunt
quæ notat *Innocentius extra. de iud. cap. signif. caue-*
runt. & melius per *Bartolum in l. si cū ipse. ff. de ex-*
57 *cu. tu.* Et † an perimatur iustitia in iudicio ta-
bulæ cœpta per triennium, iuxta *l. properandum.*
C. de iudicijs. Dic quod non, vt *Cynus, Bartolus,* &
Bald. not. in dicta *l. properandū.* Et est ratio, quia
68 non † posset iterato agi in tabula, iuxta consti-
tutiones huiusmodi: & ita perimeretur penitus
actio: & ideo seruatur illęsus ipso iure. Et ita de
consilio peritissimorum Doctorum Barcinonæ
semel pronuntiaui in causa tabulæ, quam Ioan-
nes Dominici ducebat contra honorabilem Ber-
nardum Gordiola Legum Doctorem, olim iudi-
cem Gerundæ, & compatrem meum, quem, iusti-
tia exigente, habui in dicta causa condemnare,
quia captum liberauerat à carcere infra decem
dies, qui dantur ad appellandum: propter quod
fecerat litem suam: cuius anima requiescat in pa-
59 ce. Amen. Regulariter vero causa ciuils † durat
triennio: vt in dicta *l. properandum.* criminalis ve-
ro biennio: vt *C. vt infra tempus crimina. quæstione*
60 *final. l. 1. & 2. & per totum.* Item † instantia que-
relarum pacis & treugæ, & accusationum, & de-
nunciationum per nouam constitutionem peri-
mitur biennio, vt in *curia dominæ Reginæ Mariæ,*
capitulo. A remouere. infra collatione dec. ma. Itē cau-
61 sa naufragij † perit biennio: vt notat *glossa in au-*
62 *thent. nauigia. C. de furtis.* Sed † causa restitutio-
nis in integrum habet finiri intra quadriennium:
vt *extra. de restitu. in integrum. c. 1. in Clement.* & *C.*
de tempore in integrum restitu. per l. fin. ¶ Ex supra-
dictis patet, quod iudices inquirunt de iniurijs
63 factis per officiales. Sed quæro hic, † an contra
officiales possit agi per iniuriatum de iniuria, &
qualiter ęstimantur. Respondeo, de iniuria facti
non est dubium, & ęstimabitur iuxta vsaticos
Barcinonæ: & vide quod etiam æstimabitur se-
cundum ius Romanum; & forte non bene, in ca-
su quo reperiatur certa ęstimatio illius iniuriæ fa-
cta per vsaticum, quia leges Romanas seruamus
in subsidium. vt in vsatico, *Iudicium curia.* in fine.
& *in curia dominæ Reginæ Mariæ. cap. assats.* cum si-
milibus. Sed de iniuria verbi videtur secus: quia
textus hic loquitur de factis, & non de verbali-
bus: sed contra credo, quia intelligo, factis, sci-
64 licet, verbo, vel facto: quia iniuriari quis dici-
tur verbo & facto, vt dixi in *glossa Sacramentalis*
Gerundæ. cap. 1. vide ibi. Verumtamen iudex sen-
65 tentiando † non dicitur facere iniuriam, nisi fue-
66 rit † sententia. per quam mandetur fieri captio,
vel infligi pœna corpori: & fortius crederem de
sententia excōmunicationis, quæ ligat animā. vi-
de *Inno. in c. sacro. de sen. excōmu.* de hoc tamen vide
per *Baldum in §. iudices. in feu. de pace iuramento*
firma-

67 *firmata*. Verum † tamen de iniuria verbali poterit se purgare: iuxta vsat. *Si quis ad aliquem criminalem foliam dixerit;* de quo vide per *glos.* & *Iacobum de Monteiudaico*, & *Doctores modernos*. quem
68 vsaticum dominus Iacobus de Calicio, & etiam alij intelligunt tantum loqui de criminali folia: secus de ciuili. vide latius per Iacobum de Calicio in dicto vsatico, qui alias incipit: *Si quis alicui criminalem foliam dixerit.* & ibi etiam scripsi in Commēto. Sed an in causa tabulæ habebit lo-
69 cum † reconuentio? Credo quod non, nisi forte de alia causa summaria. de hoc vide latius per *Io. de Imola in Cle. sæpe. extra. de verborum signif.* super
70 verbo, *summarie.* & super *glo. fin.* Sed † pone ꝙ est data petitio infra mensem, numquid elapso mense poterit addi libello? Vide per *Bartolum ff. de contrahen. emp. l. si fundum. in princ.* & per *Ioannē Fab. insti. de actio. §. si minus.* Et nota, quod hic nō adijcitur, quod elapso mense non audiatur, & ꝙ cap. Iudices tabulæ curiæ Montissoni dicit, Alias quælibet pars minime audiatur: forte non loquitur nisi de duobus mensibus, qui dantur actori & reo ad probandum: circa quæ cogita melius: quia videtur quod illa clausula, *alias qualibet pars minime audiatur*, refertur ad omnia præcedentia, & ita ad primum mensem, & communiter ita practicatur: vnde minime sunt mutanda, &c. in *l. minime. ff. de legi.* ¶ Sequitur §. *Et quod nos, seu procurator noster, seu aliquis alius officialis*, &c. Hic do-
71 minus Rex statuit, quod ipse, & sui officiales nō possint impedire in totum, vel in partem: nec sibi reseruare dictam inquisitionem, vel pronuntiationem eiusdem, vel partem eiusdem: quinimo teneantur mandare executioni iudicata per dictos iudices, siue inquisitores tabulæ, quantum ad
72 satisfactionem damni & iniuriæ, illis, quibus illud & eam intulerint. Sed † retinet dictus Rex, quod de sententia condemnationis, quoad pœnā corporalem, possit facere gratiam, postquam lata fuerit sententia, & nō ante. Hoc dicit vsque ad §.
73 *& si aliquis, vel aliqui.* Nota † ꝙ testes super inquisitione debēt deponere de loco & tēpore delicti in inquisitione contenti, alias non probant delictū: vt *l. 1. §. notandum. ff. de aleatoribus.* secundum *An-*
74 *tonium de Butrio in spica. ve. s. testes.* Ex † isto §. liquet, quod cognitio & iurisdictio istorum iudicū tabulæ non possunt etiam à Rege impediri: sic infra *collat. 8. in curia Regis Martini cap. 3. Item senyor quels Cancellers.* vide ibi. Et hoc est verum di-
75 recte, sed indirecte, si recusentur †, vt suspecti, bene poterunt quoad illam causam etiam remoueri, & sic impediri: sed tunc magis à iure, quam à Rege remouentur, & impediuntur. Sed licet isti iudices, siue inquisitores non possint impediri, vt hic dicit: tamen ex causa poterunt per dominum Regem remoueri: & isto modo poterit Dominus Rex impedire iudices tabulæ. Faciunt notata per *Ioannem de Imola in Clement. si principal. de rescriptis. in illa quæstione, An antē de causa*, &c. Sed
76 tunc † credo, quod dominus Rex deberet dare alios iudices pro obseruatione harum constitutionum: & in hoc ista constitutio est notabilis, &
77 de clausula, † *Non obstante*, vide *Bartolum in extrauagante, Ad reprimendum*, super verbo, *non obstātibus.* & adde etiam notata in alia *extrauag. Quoniam nuper*, super verbo, *mille librarum*, &c. Pote-
78 rit † tamen dominus Rex remittere ante tempus tabulæ actiones sibi competentes contra officiales suos pro fore factis commissis in officijs, vel tenendo officia: & poterit inhibere fisco suo, & alijs procuratoribus suis, ne agant pro prædictis contra ipsos officiales, sicut etiam quilibet potest suas actiones remittere, quia nemo inuitus agere compellitur: *C. vt nemo inuitus, in rubro & ni-*
79 *gro:* remittentibus † actiones suas non datur iterum regressus ad eas. vt *7. q. 1. cap. quam periculo-*
80 *sum.* Sed † secus est quoad pœnam corporalem, vt hic patet. Et fuit forsan illa ratio, quia lata sententia licet dominus Rex corporalem pœnā remittat, tamen remanet pœna, quod non possit redire ad officium, infra eodem §. *Et si aliquis vel aliqui*, &c. *Item quod prodest Reipublicæ, vt fiat satisfactio parti læsæ.*
81 Sed † pone quod in executione dictæ sententiæ facta per officiales regios fiunt oppositiones, quis de illa cognoscet? Videtur quod isti iudices tabulæ, quia functi sunt officio suo, & non habent executionem, sed cognitionem, & pronuntiationem, tamen vt hic dicit: vide vt dicam infra in *curia Gerundæ cap. 26. Item statuimus, & etiam ordinamus, quod aliquis homo*, &c. & *collat. 11. in constitutione censualium & violariorum. c. 5.* Item nota ꝙ
82 isti † iudices & inquisitores tabulæ possunt cōdemnare ad pœnam corporalem, vt littera dicit: ergo habent merum & mixtum imperiū, de quo vide per *Io. And. in addit. spec. tit. de syndico. super Rubrica, in additione, sciendum etiam, quod Hostiēsis,*
83 &c. Sed notādū, ꝙ nullus officialis inferior principe potest homicidia remittere lata sentētia, inconsulto Principe, secundū *Iac. in Curiali 7. dub.*
84 *vers. 137.* Vlterius nota, † quod dicit, *postquā tamen sententia lata fuerit:* ergo videtur, ꝙ ante sentētiam non possit officialibus tabulam tenentibus fieri remissio: imo forte nec post sententiā, donec satisfactum fuerit parti conquerenti de damnis & iniurijs: vt sup. *colla. 3. c. 15. Item ordinamus & statuimus, quod maleficia inuenta*, &c. & alleg. *4. curia Barcin. c. 9. Item quod nos, vel officiales nostri nō*
85 *recipiamus.* vide quę ibi dixi. Sed pone, † quod isti officiales in tabula sunt condemnandi pro crimine ad pœnam, nūquid fideiussores pro tabula ipsa dati tenebuntur ad ipsam pœnā. Resp. aut est pœna infligenda in corpus, & illa nō tenētur
86 fideiussores, quia † peccata suos debēt tenere auctores: vt *l. sancimus. C. de pœnis. & extra. de ijs quæ fi. à maio. parte ca. c. quæsiuit.* & generalis obligatio fideiussoris nō extenditur ad talem pœnā corporalē, quā quis non patitur ex cōtractu, sed ex maleficio tantū. Aut pœna illa est pecuniaria, & tunc aut est ex dolo, vel culpa officialis: & tūc de iure cō-

muni

muni non videntur fideiussores teneri, sed ob mi nistrationem Reipublicæ: vt *C. de periculo eorum*
87 *qui pro magistra. interue. l. vna. lib.* 11. quod † est verum, nisi fideiussores in omnem causam interuenerint; tunc enim tenentur ex pacto, quia nil tam naturale quam pacta seruari: vt *ff. de pact. l.* 1.
88 & quia † contractus ex conuentione legem accipiunt: *ff. depos. l.* 1. *§. si conuenit.* pro hoc. *ff. loca. quaro*, vide ibi. Itaq. mihi videtur, quod isti fideiussores tabulæ interueniant in omnem causam: vt supra *ead. colla. in* 2. *curia Barcino. cap. Primo, quod omnis*: & sic teneantur ad soluendum pœnam pecuniariam, ad quam fuerit condemnatus officialis, etiam ex delicto in officio, vel tenendo officium commisso; salua tamen determinatione cuiuslibet melius in iure sentiêtis. ¶ Sequitur §.
89 *Et si aliquis, vel aliqui dictorũ*, &c. dicitur, † quod in officialibus condemnatis debent seruari capitula curiæ Barcino. & Illerd. & dic Barcino. supra *colla. ista in* 2. *curia Barcino. cap. Primo, quod omnis.* & *cap. Item quod omnes Vicarius*; & dic Illerd. scilicet, *cap. in primis super primo, & secundo.* §. *ordinamus etiã*, &c. in quibus inter cætera dicitur,
90 quod † officialis condemnatus in tabula per fraudem, aut corruptionẽ, aut propter magnam culpam ab eo commissam; non possit amodo redire, nec tenere aliquod officium Regni, de quo
91 vide quæ in dictis capitulis dixi. Sed † si absoluti fuerint, poterunt redire ad officia, si ibi conferantur; & idem, si forsan fuerint condemnati pro leui culpa: vt in allegat. §. *ordinamus etiam.* Et no
92 ta, † quod iudex, qui iniuriose, vel iniuste grauat, & iniuriat partem, tenetur actione iniuriarũ:
93 *ff. de iniurijs. l. nec magistratibus.* Tenetur † enim propter dolum ad interesse partis, & actione iniuriarum. *ff. qui satis cogantur. l. Si vero. §. qui pro rei*; & facit *ff. de excu. l. seueriter.* & nota *Bald. in feu. tit. de pace iuramento fir. §. hac edi. tali. §. iudices.*
94 Non † tamen præsumitur, quod iudex malitiose faciat vbi pronunciat. *ff. de iniurijs. l. iniuriarũ. §. his qui.* & *§. idem Labeo.* & *insti. eod. in prin.* Secus
95 vbi † procedit de facto. *ff. de periculo* ... *& co. res vend. l. l. Et his. cum. l. fi.* Caueat ergo officiales, vt nõ procedant ad executionem personarum, vel bonorum, sine cognitione, & cosilio iusti processus præcedente, alias poterunt in tabula syndicari, etiam de iniurijs. ¶ Sequitur §. *Et quod dicti Vi-*
96 *carij, & alij*, &c. Hic dicitur, † quod officiales, qui debent tabulam tenere, habent personaliter, vel per procuratorem comparere & respondere, ac procedere coram dictis inquisitoribus, super omnibus supradictis, scilicet quinq. capitulis, siue articulis dictæ inquisitionis; & etiam querelis, siue querimonijs inde factis. Et † quod dixit,
97 *personaliter*, intellige in criminalibus, & alijs causis, in quibus quis tenetur de iure personaliter comparere: de quo legitur, & notatur in *cap. iur. extra. de iudi. lib.* 6. & quod dixit; *vel procuratorẽ*, habet verum in alijs; & regulariter quis non cõpellitur facere procuratorem in causis: de quo dic vt legitur, & notatur in *cap. querelam. extra. de procuratoribus.* & *C. eod. tit. l. vlt.* & *authen. quod ius. ibi posita.* & ideo, quod hic dicitur, quod compareant in tabula personaliter, vel per procuratorem, supple, & intellige, vt sit iuris, & rationis; sed si nullo modo defendant, poterunt puniri
98 velut contumaces: & isti iudices † tabulæ poterũt suam iurisdictionem defendere pœnali iudicio: iuxta *legem vnicam. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit.* dic vt ibi notatur per *Bart.* ¶ Sed
99 quia † dixi, quod iudices possunt suam iurisdictione defendere pœnali iudicio; quæro an hoc habeant necesse facere? Respondeo ex illo edicto, Siquis ius dicenti nõ obtemperauerit, oritur duplex actio secundum *glos.* ibi, *vel actio, & accusatio*, secundum alios: si igitur intentatur, necesse hoc habet facere, quia habet ius reddere postulanti. Sed si non intentetur, sed officiũ eius imploretur: tũc aduerte, quia prętor habet multa remedia, & iudex necesse habet facere, quod pars ei obtemperet. Et potest vnum remedium eligere, quod vult; & si illud nõ sufficit, ad aliud recurret; quod pareat: vt *C. de modo mulctarum. l.* 2. & *l. consentaneum. C. quo modo, & quando iudex.*
100 Octuaginta sex † remedia prætoris enumerat dominus *Iacobus de Calicio in sua Margarita presci. in* 6. *dubio.* §. *sed quia in casibus prædictis facta est mentio de mulcta etiam.* Et debet prætor incipere à minori; & si contemnatur, potest adhibere aliud remedium, quod magis timeri videat: *extra. vt lit. non contest. cap. quoniam frequenter.* ¶ Item
101 alienam † iurisdictionem similiter potest prætor defendere, secundum *Bart.* quem vide latius
102 in *allegat. l. vnica.* ¶ Item † nota, quod iudex ex officio potest mulctare, secundum *Bar. ibi in* 5. *q.* Et sufficit si dicat, quod veniat sub pœna certa:
103 vt in 6. *q.* ¶ Sed † an delegatus possit mulctare? Respõdeo, regulariter non: vt *ff. de iudi. l.* 2. §. 1.
104 Fallit † in *l.* 2. *C. de spor.* Sed quid † in arbitro?
105 dic vt *l. non ex omnibus. ff. de arbi.* & vide *Innoc. extra. de offi. dele. cap. pastoralis.* super verbo, *punire.*
106 ¶ Et † ad impositionem mulctæ non requiritur nouus processus, si indicatur propter contumaciam coram ipso iudice commissam; secus si ob contumaciam coram alio iudice commissam secundum *Bart. in dicta l. vnica in* 7. *q.* ¶ Quæro
107 etiã † an ab impositione mulctæ possit appellari? Respond. sic: *C. de appel. l. & in mulctis.* & *de verb. sig. l. si qua pœna*, secundum *Bart. ibidem in* 9. *q.*
108 ¶ Et differentias † inter pœnam, & mulctam nota per *gl. fi. in l. aliud. §. inter. ff. de verb. sig.* ¶ In-
109 super † nota, quod omnis inobedientia in quacunq. parte iudicij commissa; & in quacunque specie iurisdictionis commissa, est punienda, & potest mulctari: vt in *allega. l. vnica. §. ius dicendi*,
110 secundum *Bart.* ibi ¶ Item † quæro, an ad hoc, ꝙ quis dicatur inobediens, requiratur, ꝙ emanauerint tria edicta? Videtur, ꝙ sic: vt *l. consentaneum.* & *l. tres denunciationes. C. quomodo, & quando iudex.* In contrarium videtur dicta *l. vnica*, in eo, quod

plicantibus nobis humiliter syndicis antedictis. Tenore præsentium prouidemus, quod ipsa occasione non impediemus cognitionem inquisitorum seu iudicum præfatorum, quinimmo reuocamus cum præsenti omnes, & singulas litteras â curia nostra hactenus emanatas. Sic tamē, quod si aliquis forsitan recusauit, vel de cætero recusabit vnum aut duos ex dictis iudicibus, in recusatione tali generalis Cathaloniæ, constitutio obseruetur, quæ innuit super recusatione iudicum delegatorum certam formam; quodq. iudices seu inquisitores, qui recusati non fuerint, de huiusmodi recusatione cognoscant, iuxta formam capituli curiæ generalis Cathaloniæ continentis; Quod nos, nec procurator noster non impediemus in totum, vel in partem, nec nobis reseruabimus dictam inquisitionem, aut cognitionem, vel pronūciationem ipsius, aut partem eiusdem. Immo nos, & procurator, ac officiales nostri mādabimus, & mandari faciemus executioni quęcunq. per dictos inquisitores fuerint iudicata. Et interim durante cognitione recusationis, & in causa etiam quo fuerit declaratum, inquisitores, qui fuerint recusati existere, alij inquisitores non recusati valeant sibi alios inquisitores eligere loco illorum, qui tanquam suspecti fuerunt reuocati [scilicet, per declarationem illorum, qui non fuerant recusati; & non dicit, quod eligant loco illorum qui fuerunt recusati, antequā sint tanquam suspecti reuocati] cum quibus in negotijs possint procedere, & quæstiones ipsas colligere, & fine debito terminare. In casu vero, quo aliquis vellet omnes ipsos tres iudices recusare, non admittatur recusatio ipsa talis; quoniam verisimile non videtur, quod omnes ipsi tres inquisitores alicui sint suspecti. Mandantes, &c. Dat. Barcinonæ secunda die Februarij, anno â Natiuitate Domini, 1354.

¶ Ecce per hanc proxime insertam pragmaticam habes inter alia, quod in recusatione illorum iudicum tabulæ non omnino seruabitur constitutio Illerdæ præallegata; quia illa vult eligi arbitros, qui de recusatione cognoscant. Sed hic cognoscent alij non recusati iudices. & si duo recusati fuerint, alius solus non recusatus cognoscet; & ita semel ego solus non recusatus remoui honorabilem Ioannem de Segerjolis militem, & Petrum Mironi quondam ciuem Gerundæ, vt suspectos, & alios duos mihi associaui, iuxta formam huius cōstitutionis, in causa querelæ per nobilem Petrum de Monte Catheno oblatæ contra honorabilem Narcissum de Sancto Dionysio militem olim Vicarium Gerundæ. Et licet dictus nobilis appellauerit; attamē, datis refutatorijs, fuit declaratum per me, bene processum, & per dictum nobilem male appellatum, & causa redijt ad me, & socios adiunctos siue associatos. Sed in proponendo ipsas recusationes, & iurando de calumnia, & cæteris, debet etiam in ijs seruari forma dicti capituli curiæ Illerdæ: & ita loquitur, & intelligitur dicta pragmatica, quæ vult seruari formam datam in recusatione delegatorum: tamen subiungit, quod iudices non recusati de illa cognoscant. Cætera sunt clara. ¶ Sequitur §. *Et tunc nos eligamus, &c.*
125 hic est tertia decima pars, in qua dicitur, † quod dominus Rex eliget in fine cuiuslibet triennij dictos tres iudices tabulę in qualibet Vicaria, & quod nequeat vltra triennium prorogari.
126 Sed † nunquid dominus Rex hanc electionem per priuilegium poterit concedere Rectoribus ciuitatum? Forte non: quia foret contra hanc constitutionem iuratam; & posset esse magnum præiudicium; quia quandoq. isti rectores sunt odiosi, quandoq. nimis gratiosi officialibus tabulam tenentibus. Et intellige, quod si dominus Rex fuerit absens, eius generalis locumtenens, vel Gubernator Cathaloniæ illos iudices siue inquisitores dabit: de quo dic vt dixi supra in *curia Illerda, cap. 17. Item statuimus, volumus, & concedimus, &c.* ¶ Sequitur §. *Et si aliquis dictorū officialium fuerit condemnatus, &c.* Hęc est quarta decima pars huius capituli, in qua dicitur, quod
127 officialis † in tabula condemnatus in quantitate, vel re valoris quingentorum solidorum, vel minoris, non potest â tali condemnatione appellare. Hoc dicit vsq. ad vers. *Sed de condemnatione maioris valoris, &c.* Habes ergo hic casum inappellabilem, quod fuit statutum pro litibus abbreuiandis; & quia pro modico non debet sustineri appellatio; sic etiam in causis minoribus quinquaginta solidorum proceditur appellatione remota: vt infra in *curia Perpinani*, alias *Montissoni, colla. 6. cap. causæ.* adde quæ ibi dicam.
128 ¶ Item † poterit opponi de dolo, super quo vide *Ioan. An. in add. spe. tit. de appellatione. §. in quibus. vers. sed nunquid condemnatus.* in additione,
129 quę incipit, *vbi de interdicto.* Item † an poterit opponi exceptio cedendorum? Respōdeo, si fuit condemnatus ratione doli, non fiet cessio: sed si ratione culpæ, tunc minus culpabilis fiet cessio contra magis culpabilem, secundum *Angelum in l. vnde quæritur. §. sed si legis. ff. commodati.* Iudex
130 vero, † qui fecit litem suam, & soluit, non liberat debitorem, hoc verum, si ex dolo; secus forte si ex culpa. *ff. qui satis cogantur. l. si per alium. §. hoc iudicium.* vide quæ ibi notantur per *Angelum.*
131 ¶ Sed † nunquid poterat de nullitate opponi contra talem sententiam condemnationis minoris quingentorum solidorum? Credo quod sic, & seruabitur *cap. curiæ Illerdæ: Item ordinamus, & statuimus pro euitandis malitijs*, iuncto *cap. constitutio edita*, infra in *curia Montissoni colla. 6.* vide quæ in eis dixi; & adde quæ leguntur, & notantur in
132 *Clemen. 1. extra. de re iudicata.* Sed an † in causa nullitatis erit dandus libellus, & lis contestanda, dic vt scripsi infra *colla. 6. in curia Montissoni, cap. constitutio edita.* Exceptio enim nullitatis semper potest opponi, vt notatur per *Angelum. ff. ad Macedo. l. Sed si pater. §. quamquam.* dummodo

do

do in Cathalonia feruentur dictę constitutiones. ¶ In dicto *verf. Sed de cōdemnatione*, dicitur, quod
133 si officialis † in iudicio tabulæ fuerit condemnatus in quantitate, vel re valoris vltra dictos quingentos folidos, vel etiam de minori, tangente infamiam, vel infligente pœnam corporalem, poterit appellare femel tantum. Et fimiliter fi fuerit officialis abfolutus, poterit aduerfarius appellare femel tantum in cafibus, in quibus officialis condemnatus poffet appellare. Et etiam
134 quilibet † poterit fe iuuare beneficio appellationis alterius partis; fuper quo vide quæ notantur per *Doctores in l. omnem. C. quando prouo. non eft ne.* & *C. de appellat. l. ampliorem.* & vide *in fpe. in 2. part. tit. de appella. §. in quibus, verf. quid fi victus.* & adde quæ ibi not. *Ioan. An.* Nota tamen, quod fi
135 fuerit † contra fifcum lata fententia, fifcus non poterit appellare, iuxta *cap. curia Regis Martini*, quod incipit: *Item per tolre vexacions*, &c. quod intelligo tam de appellatione interpofita à diffinitiua, quam interlocutoria, vt ibi dicā, propter verbum *dalguna*, ibi pofitum. Item quia loquitur ibi indiftincte. Item quia magis videretur debere permitti à diffinitiua appellatio: vnde ea prohibita à diffinitiua videtur magis prohiberi ab interlocutoria, per locum à maiori negatiue: iuxta notata in *cap. cum in cunctis. de elec.* ¶ Vltimo
136 declarat † hæc conftitutio, quod quantitas fiue valor quingentorum folidorum, infra, vel vltra habet intelligi de contentis in vnica fententia, & non poteft multiplicari de condemnationibus factis in diuerfis fententijs. Hoc dicit vfq. ad *§. Et nos nunc de prafenti, & poftea*, &c. ¶ Nota er-
137 go, † quod fi fententia feratur fuper caufa, ex qua irrogaretur infamia, vel pœna corporalis; tunc perinde poterit appellari, ac fi caufa effet maior quingentis folidis, & eft ratio, quia caufa
138 famofa, † & corporalis eft maior quacunq. pecunia: vt *ff. de his qui notantur infa. l. quid ergo. §. pœna grauior.* ¶ Et intelligo de infamia, propter quam nequiret condemnatus redire ad officium; puta, fi fuerit condemnatus propter fraudem, corruptionem, vel magnam culpam: vt habuifti fupra in *curia Illerdæ cap. inprimis. §. ordinamus etiam*, quia fecus, fi propter leuē, vel leuiffimam culpam, vt ibi dixi; & hoc dicit hic textus, dum dicit, 2. *cap. curia Illerdæ*, quia loquitur de dicto *cap. in primis. §. ordinamus etiam.* ¶ Et regulari-
139 ter † infamis nullum officium exercere poteft: vt eft *glo. fingularis*, fuper verbo *facramentū*, *in l. 2. §. miles. ff. de his qui notantur infa.* fecundū *Bal.* Itē
140 nota, † ꝙ infamia, quæ præcefsit prægrauationem, de inceps in nihilū obeft, quia per prægrauationē demonftratur, falfam fuiffe, quæ neminē prægrauat. 28. *di. c. quia funt*, & 2. *q. 5. c. Mennam.* & ibi notat *Gui.* fuper verbo, *affligere.* Vlterius
141 nota, † quod confangu nei, vel affines non funt idonei teftes in caufa iniuriarum pro confanguineo, vel affine, fecundum *Bart. in l. Cornelia. ff. de iniurijs.* & per hoc limitatur *l. parentes. C. de teftibus.* vnde attende in caufis tabularum, in quibus agitur pro iniurijs, & multotiens contra officiales producuntur teftes confanguinei, vel affines;
142 quod eft ferendum per prædicta. ¶ Item † nota, quod dicit, *poterit appellare femel tantum:* iuxta *cap. curia Barcino.* dic fcilicet fupra *ead. colla. in curia 2. Barcino. cap. Item, quod omnis Vicarius. §. fed ipfe officialis poffit fe appellare ad nos femel tantum,*
143 &c. vide quæ ibi dixi. Sed † etiam contra fententiam huius appellationis credo, quod poterit excipi de dolo, & de nullitate, vt fupra dixi.
144 ¶ Sed † nunquid poterit fupplicari contra illā fententiam, etiam fi fuerit aliqua, ex quo non permittitur appellatio? Videtur, quod fic, iuxta notata per *Gui. in Rofario. in cap. fi quis in quacunq.* & in *§. anteriorum, 2. q. 6.* fuper verbo, *præfectura.* & hoc credo verum de rigore iuris communis. Sed contrarium audiui feruatum in audientia. Pro quo facit, quod dominus Rex fe aftrinxit non impedire, fed exequi iudicata per iudices tabulæ: vt fupra *ead. cap. §. Et quod nos feu procurator nofter*, &c. & in pragmatica prę inferta: & licet perquam durū, fufficit tamen quia ita fcriptum eft: vt *l. profpexit. ff. qui, & à quibus ma.* & 6.
145 *q. 3. cap. fcriptum.* ¶ Sed † quid fi iudex huius appellationis reuocat fententiam iudicum tabulæ, nunquid ab huiufmodi reuocatoria poterit etiam fecundo appellari? Videtur, quod fic; quia quod non mutatur, &c. vt *l. præcipimus. C. de app.* & videtur cafus omiffus; ergo fit iuri communi relictus: nec videtur par ratio: quia cū iudices tabulæ fint tres, nimirum fi non permittatur nifi femel appellari. Sed iudex appellationis eft vnicus, & ita non eft in tantum de eius fententia præfumendum; quia quod à pluribus quæritur, melius inuenitur: vt 20. *di. cap. de quibus.* & firmum eft iudicium, quod plurimorum fententijs confirmatur: *extra de offi. dele. prudentiam.* Sed dominus Antonius Agullana femel pronunciauit contrarium, & bene: pro quo facit *extra. de mutuis petitionibus, cap. prudentiam.* cum ibi nota. & quæ dixi in præalleg. *cap. Item, quod omnis Vicarius*, &c. in quarta parte. ¶ Item nota, quod tex-
146 tus hic dicit, † quod quilibet poteft fe iuuare appellatione fui aduerfarij: quod intelligo verum fuper illo articulo, fuper quo fuerit appellatum, & etiam fuper expenfis, fecus forfan fuper alijs: quia fi fententia continet plura capitula, & plures condemnationes, poteft ad altera, & à pluribus appellari: & fuper articulis omiffis tranfibit fententia in rem iudicatam: de quo dic vt legitur & notatur per *glo.* & *Doct. in l. omnē honorem. C. quando prouo. non eft ne.* & *extra. de tefta. cap. Raynutius*, & per *G. in fpe. in 2. parte tit. de app. §. in quibus, verf. 34.* ¶ Et iuxta hæc forfan intelligitur *verf. & non poffit intelligi, nec multiplicari*, &c.
147 quia † licet in eadem fcedula, & pronunciatione continuantur plura capitula, quæ contineant plures fummas, & diuerfas quantitates, atq. condemnationes, quod non poffint coacervari: fed melius

melius est inseruire huic litteræ, vt nō possit fieri multiplicatio de condemnationibus factis in diuersis sententijs. Sed de vna sententia singulari, quæ contra vnum officialem fertur pro vna vniuersitate, vel pro vno singulari, vel pro pluribus; & accipietur hic vna sententia Hebraice, prout vulgus capit vnam sententiam, quæ fit super vna causa, & vnico libello; licet contineantur in eo plures actiones, vel plura facta, dummodo vnica sententia terminentur, licet in sententia diuersæ condemnationes fiant: & videtur mihi, quod ita fuerit seruatum in practica, & vide quæ dicam infra *colla.6. curia. Montissoni, c. causæ.* ¶Sequitur §. *Et nos nunc de præsenti, & postea sem-*
148 *per*, &c. Hic † habes; quod pro determinandis appellationibus, quę emittuntur à dictis iudicibus tabularum, dominus Rex habet assignare, & deputare duos iurisperitos idoneos, scilicet, vnum in ciuitate Barcinonæ, & alium in ciuita-
149 te Illerdæ, qui † quidem duo iudices appellationum præstant sacramentum & homagiū domino Regi, quod determinabunt, & determinare habeant secundum iustitiam, & eorum bonam conscientiam dictas appellationes: hoc est, quamlibet earum infra triginta dies continue subsequētes, postquam appellatio facta fuit. Et quod ipsi iudices possunt procedere de die in diem, & de hora in horam summarie, & sine figura iudicij, prout sibi videbitur. Hoc dicit vsq. ad *vers. Et iudex dictarum*, &c. Ex isto §. habes, quod isti iudices appellationum habent cognoscere de appellationibus, quę interponūtur iuxta formā prædictam, scilicet, de condemnationibus, minoribus quingētis solidis, & tangētibus infamiā,
150 vel pœnā corporalē. ¶Quæro † ergo, nunquid poterunt cognoscere de appellationibus si de facto interponantur contra dictam formam? Et videtur quod non, cum sint iudices limitati: & quia per talem appellationem nullam non deuoluatur iurisdictio; quod credo verum, nisi quo ad hoc vt videant an sit appellatum contra formam. Et si apparuerit, quod fuerit appellatum in casu prohibito, & non concesso; declarabunt appellationem fore inualidam, & remittent appellantem condemnatum in expensis. Immo si forsan euidenter appareat ipsam appellationem fore interpositam contra dictam formam, non audient appellantem, nec citabunt partem appellatam, ex quo constet euidenter iurisdictionem non fore deuolutam per talem inualidam appellationem, cui iudices, quibus appellatur, non debent deferre, nec forte dare apostolos, & debuisset prouideri, quod notarius non reciperet talem appellationem, nisi in casu dubij, vt quia forte est dubium de infamia, vel huiusmodi: tunc enim in dubio est appellationi deferendum: iuxta notata *extra. de ap. cap. Romana.* & *cap.*
151 *cum appellationibus friuolis, lib.6.* ¶Quæro † etiā, quid de appellationibus, quæ quandoq. interponuntur ante sententiam? Videtur, quod de istis non loquatur huiusmodi constitutio, & quod dicti duo iudices apdellationis non se possint intromittere de talibus appellationibus interpositis ante sententiam; quia dicendo constitutio de appellationibus interpositis à sententijs,
152 videtur secus de alijs; quia vbi † statutum dicit, quod à sententia potestatis non appelletur, tale statutum restringitur, vt intelligatur de diffinitiua; & sic poterit ab interlocutoria appellari: vt notatur in *l.1. §. quod in sententia. ff. quando app. sit.* & hoc habetur in *l.1. ff. de offi. præ. præto.*
153 secundum *Bald.* Sed † contrarium seruatur in concusse, & credo, quod bene: alias si ad dominū Regem, vel alium appellaretur, iam ista via impediri posset inquisitio, & processus tabulæ; quod non est faciendum, vt dictum est supra §.
154 *& quod nos.* præterea † isti iudices appellationum sunt ordinarij superiores immediati istorum iudicum siue inquisitorum tabulæ, quo ad inquisitiones processus, & iudicia tabularum: quia dominus Rex se expediuit, quod non vult se intromittere in aliquo ante sententiam diffinitiuam, & solum reseruauit sibi executionem, ꝙ possit facere gratiam de pœna corporali, & fiscali, lata tamen prius sententia, vt supra visum est. Et dicendo de appellationibus à diffinitiua, vel secundum dictam formam, non prohibuit de appellationibus ante sententiam quæ non sunt contra dictam formam, sed præter. Immo committendo appellationes à diffinitiua, videtur fortius intellexisse de interpositis ante, cum isti sint ordinarij, & non delegati; quia dantur per legem huius constitutionis: vt *ff. de offi. eius cui. man. est iur. l. 1.* Sed quia raro est, quod ante sententiam appelletur in iudicio tabulæ, attenta forma data per *c. iudices*, infra in *curia Montissoni.* Ideo specialiter de talibus non expressit. Et hoc clarius probatur, & fundatur in *vers. Et iudex dictarum*, &c. qui sequitur: vbi expresse dicitur, quod iudex, qui assignabitur Barcinonæ, determinet appellationes factas ad dominum Regem. (Nota quia non dixit hic, *ante sententiam*, vel *post*; sed simpliciter loquitur: & ita de omnibus debet intelligi) per officiales, vel secum in tabula litigantes de Vicarijs, & Baiulijs Barcinonæ, & Vallen. Gerundæ, & Bisulduni, Ausoniæ, & Bagiarum. Vergæ, & Berguitani Riuipullen. & Villæ Franchæ, & Montisalbi. Et alter iudex appellationum, qui assignabitur in ciuitate Illerdæ, determinet appellationes ad dominum Regem factas de Vicarijs, vel Baiulijs Illerdæ, Rippecursię, Pallariæ, Ceruariæ, Tarregæ, Dertusæ, & Montanearum de Prades, secundum formā prędictam, scilicet infra dictos triginta dies, procedendo de die in diem, de hora in horam, ac sine figura iudicij summarie, & prout eis vide-
155 bitur. Et † quid hæc verba importent, vide *Bart. in extrauaganti, ad reprimendum*, super verbo, *summarie*; & super verbo *figura*, & super verbo,
156 *videbitur.* ¶Sed quid † si pars appellans fuit negligens,

gligens, non curando præsentare suam appellationem infra triginta dies, nunquid erit appellatio deserta? Credo, quod sic: & ita audiui, quod fuit pluries pronũciatum. Sed si forsan habuerit legitimum impedimentum? Credo, quod debeat audiri saltem ope restitutionis in integrum: iuxta notata per *Doct. extra. de app. cap. ex ratione.*
157 ¶ Sed † pone, quod fuit appellatio iudici ad quem infra dictos triginta dies præsentata, sed non potuit habere processum causę principalis, vel alias fuit impeditus appellans prosequi, & finire suam appellationem infra dictos triginta dies, erit ne deserta appellatio? Credo quod non, vel saltem deberet subueniri per restitutionem
158 in integrum. ¶ Sed quæro † quando incipiant currere isti triginta dies appellãti? Textus dicit, quod postquam appellatio fuerit facta. Sed intelligo facta cum omni effectu; vt quia sint dati apostoli, vel habeantur pro datis lapsis decẽ diebus, qui de iure huius patriæ dantur: iuxta *cap. infra* 10. & *cap. pars appellata. infra curia Montissoni collat. 6.* quia antea appellatio nequit prosequi, iuxta dictum *c. pars appellata.* & quod dicit textus, *postquam fuerit facta*, dic, idest, non ante: vel dic, facta, idest, perfecta; ita quod liceat prosequi, scilicet datis apostolis, vel dictis decem diebus, infra quos debuerunt dari; antea enim non dice-
159 tur facta, quia † non dicitur factum, cũ aliquid superest agendum: vt *l. fi. C. ad Sille.* Et nota *extra. cap. non solum. extra. de app. lib. 6.* quod antequã de meritis causæ cognoscatur, primo est cognoscendum: vtrum appellationi deferatur, seu sit deferendum, vel ne. Et cognito de ijs, siue pronunciato, seu interlocuto, quod deferendum sit, tunc de meritis ipsius causæ cognoscatur. Et sic
160 male † faciunt iudices habentes commissiones de ijs, qui antequam cognouerint; vtrum sit deferendum, vel ne, prohibitiones faciunt iudicibus principalibus; vt non exequantur sententias per iudices principales latas, etiam quod apostoli reuerentiales fuerint concessi per iudices principales parti apellanti: nam si negatiui apostoli fuerint concessi, tunc iudex principalis poterit prosequi suam sententiam: verumtamen si sententia fuerit iniusta, imputabitur ipsi iudici principali, qui talem protulit, & executus fuit sententiam. Sed tamen iudex appellationis postquam cognouerit appellationi fore deferẽdum, poterit facere inhibitionẽ. Adde quę notat *Arcos. & moderni. extra. de app. cap. Romana, & allegat.*
161 *cap. non solum lib. 6.* ¶ Vlterius † quæro, cum textus dicat, quod isti iudices appellationum habeant ipsas appellationes determinare infra triginta dies, à quo tempore currant eis? Videtur, quod postquam appellatio fuerit eis præsentata; vel forte postquam habuerint processum causæ principalis, cum antea non possint causas appellationis determinare, non viso processu. Verius dicas, quod isti triginta dies præfiguntur instantiæ appellationis, & non iudici appellationis: quia verbum, *habeant*, non astringit iudices ad determinandum infra tempus, sed astringit eos, vt secundum iustitiam, & bonam cõscientiam determinent: & de hoc præstant sacramentum, & homagium; nõ autẽ credo, quod talibus iuramento, & homagio se astringant ad infra ipsos triginta dies determinandum, quia esset eis impossibile: præterea infra subdit verbum *facultatis*, videlicet, quod possint procedere, &c. & in fine dicit, *prout eis videbitur faciendum.* Imo, quod si iudex appellationis requisitus negligat, vel non possit procedere, quod pars appellans seruetur illęsa, & non currant ipsi triginta dies ipso iure.
162 Et † ita audio, quod seruatur in practica: quod dummodo pars appellans diligenter prosequatur causam suæ appellationis, & per iudicem *appellationis* steterit, nunquam transiret causa
163 in desertionem. Sed † potest appellans habere recursum ad dominum Regem, vel Gubernatorem, & tarditatem iudicis deducere in querelam: vt *C. de temporibus app. c. l. cum anterioribus. §. illud etiam.* in fi. & sic cogi faciat iudicem appellationis, vt causam certo tempore determinet: quia licet dominus Rex non debeat impedire iudices tabularum, vt supra §. *& quod nos seu procurator*, tamen eos cogere poterit vt iustitiam faciãt, & causas cito expediant: vt dicto §. *illud etiam*, ne litigantes diu grauentur laboribus, & expensis appellatio *l. properandum. C. de iudicijs.* cum simil. & ita dominus Rex mandatis pœnalibus cũ litteris coegit me, & socios expedire causam, quæ vertebatur coram nobis tunc iudicibus tabulæ inter Ioannem Dominici, & B. Gordiola quondam iudicem ordinarium Gerundę, & vide etiã, quod iudex appellationis tabulæ Barcinon. per dominum Regem fuit coactus expedire causam, & ferre sententiam, per quã confirmauit meam sententiam, qua condemnaueram dictum Bernardum Gordiola olim iudicem ordinarium prædictum, seu eius hæredẽ, & fideiussores. Et dictus Ioannes non contentus de quantitate condemnationis, appellauit secundo ad Regem, & fuit prohibitus, & condemnatus: quia sibi non licuit appellare, nisi semel tantum, vt dictum est. Ad prædicta vide *Bart. & Bald. in l. properandum. C. de iudicijs.* & *Henri. Boich. in c. de causis, extra. de offi. dele.* Ego non fui iudex talis appellationis, nec litigaui corã eo; & ideo de eius practica aliter scribe-
164 re non valeo. Sed † quæro, an iste iudex appellationis possit ferre sententiam in causa sibi deuoluta, etiam partibus absentibus? De iudicibus principalibus tabulæ clarum est: per *c. iudices. curia Montissoni.* infra, vbi dicitur, quod in quarto mense non cessent ferre sententias: & idem credo de iudice appellationis, quia isti sunt omnes inquisitores. Item possunt procedere, & sine figura
165 iudicij: vnde nota, quod † regulariter non fertur diffinitiua sententia, partibus absentibus: vt notat *glo. in l. properandum. C. de iudi.* super verbo *terminis.* tamẽ fallit in causa appellationis interpositæ

positæ ad Papam, vel Imperatorem. Item vbi iudex potest procedere ex officio, secundum *Ioan. An. in c. cupientes. de elec. lib. 6.* Item vbi est data po
166 testas per statutum, vel à partibus. Potest † etiam ferri interlocutoria, per quam iudex pronunciat processum cancellatum quod latius notatur per *Ang. ff. de peti. hæred. l. si quis libertatem. super glo. 1. magna. ibi, vel aliqua non interueniente pauperi*, &c. ¶ Sequitur §. *intelligatur tamen, quod habet locum*, &c. Hic est decima septima pars huius constitutionis, in qua excipit ab eo quod supra dixit de remissione, & suspensione officialium, habentium ipsa officia ad imperpetuum, vel violarium, siue ad vitam tantum: quia isti tales possunt regere officia sua, dum fiet inquisitio contra ipsos: qui si inuenti fuerint in officio, vel tenendo officium deliquisse, debent puniri ad cognitionem, & arbitrium dictorum inquisito-
167 rū. Hoc dicit vsq. ad §. *quæ omnia*, &c. ¶ Nota † ergo hic speciale in officialibus habentibus officia perpetuo, vel ad vitam, vt durante tabula non remoueantur, nec suspendātur ab officijs. ¶ Sed
168 quid † si condemnati fuerint pro crimine, vel culpa; pro quibus alias condemnati nequeunt de iure, vel per has constitutiones regere talia officia, nunquid poterunt ab officijs remoueri, vel suspendi per sententiam, vel lata sententia quæ transierunt in rem iudicatam contra eos? Credo, quod sic: & hoc est, quod sequitur, quod puniantur ad cognitionem, & arbitrium inquisitorum: sufficit enim, quod habeant speciale durante iudicio: nec credere, quod tot iura, & signanter, constitutiones, quæ imponunt pœnas inhabilitatis, & amissionis officiorum, vnico verbo sint sublata. *C. de inoffi. testa. l. si quando. extra. de elec. c. Ecclesi. vestra quam si. in fi.* & quod dicit, *puniantur*, poterunt enim corrigi, & castigari pro modo culpę, vt dixi supra *colla. 2. c. Item concedimus, & ordinamus, quod inquiramus*, &c. & quod dixi, ad *arbitrium*, dic scilicet, iuxta arbitrium boni viri: vt *l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de leg. 3.* & adde quę scripsi supra *ead. ibi, ex sexta parte nota.*
169 ¶ Et scias, † quod prędicta habent locum etiam in officialibus Regijs, qui prouenerint ex quocunq. titulo à dominis qui tabulam antea non tenebant: vt infra *colla. 5. c. 7. Item volumus, statuimus, & ordinamus*, &c. vbi præsens *c.* cōmemoratur. Et tales sunt Baiuli villæ Turricellæ de Montegrino, & castri de Pals; quia baronia de Montegrino, & de Pals peruenit ad dominum Regem cambio, quod fecit cum nobili Vicecomite Ruppisbertini pro villa Sancti Laurentij de Samuga, & dicti Baiuli adhuc sunt naturales, & perpetui, vt olim erant ante dictam permutationem. ¶ Sequitur §. *quæ omnia seruentur*, &c. In hac vltima parte dicitur, quod prædicta omnia seruentur de cætero contra officiales futuros.
170 Exceptis primogenito, † & alijs Gubernatoribus Cathaloniæ, & iudicibus curiarum domini Regis, & Infantis, ac Gubernatorum prædictorum: quia tales excepti non subijciuntur iudicibus tabularum, licet teneantur alias seruare generales constitutiones Cathaloniæ. Hoc dicit vsq. in finem huius *cap. 7.* Rex enim, & Regina, primogenitus, Gubernator, & cæteri officiales iuxta constitutiones Cathalonię tenentur easdem obseruare, vt habetur infra *colla. 5. curia Montisalbi, cap. 36. insuper etiam.*

Capitulum. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Carcerariorum salarium taxatur.*
2 *Carcerarij delinquentes puniuntur ad cognitionem iudicum tabulæ.*
3 *Carcerarius pro locatione pannorum recipere non potest, nisi iuxta arbitrium officialis qui captum ceperit, & pœna traditur.*
4 *Pœna carceris non dicitur pœna mortis, nec debet esse ad mortem.*
5 *Inter vincula, & custodiā traditur differētia, remissiue.*
6 *Carcerati sunt videndi per iudicem, & prouideri debent de alimentis.*
7 *Delinquentes carcerati sunt relaxandi in diebus paschalibus, certis delinquentibus exceptis, pro vt hic declaratur num. 8.*
9 *Statutum dicens quod tali die carceratus debeat relaxari, est intelligendum iuxta terminos.* l. nemo. C. de Epicop. audien.
10 *Carcerarius non potest captum retinere in carceribus pro suo salario, licet pro alimentis sit secus, num. 11.*
12 *Capti à quibus sunt alendi traditur late.*
13 *Officialis incarcerans aliquem iniuste tenetur ei iniuriarum actione.*
14 *Creditore requisito renitente ministrare debitori capto alimenta intra triduū, debitor relaxatur, à carceribus.*
15 *Captus pro debito fiscali habens bona sufficientia dari debet manulenta.*
16 *Pupillus, & mulier non possunt carcerari pro debito.*
17 *Merum imperium habens solum potestatem habet incarcerandi.*

ITem ordinamus, quod salarium carcerariorum, &c.
1 Hic † præcipitur taxari salariū carcerariorum eo quod salaria immoderata exigebant: quod hodie est taxatum ad sex denarios Barcinon. vel ad quatuor Iacen. nisi vbi minus recipi consueuit: vt infra *ead. colla. curia Gerundæ, cap. 23. Item statuimus & etiam ordinamus, quod carcerarij*, &c. Secundo di-
2 citur hic, ꝙ si † isti carcerarij in aliquo delinquerint, puniantur ad cognitionem iudicum, siue inquisitorum tabularum: & ita carcerarij tenentur ad assecurandum pro tabula tenēda: vt supra *ead. colla. in curia 2. Barcino. cap. Primo, quod omnis.* & *cap. Item quod omnis Vicarius.* ¶ Sed † pro locatione
3 pannorum non potest recipere, nisi iuxta arbitrium officialis, qui captum ceperit, vel iudicis ordinarij. Et si contra fecerit carcerarius, ad amissionem officij perpetuo debet condemnari, & ad restitutionem eius, quod vltra prędicta receperit: vt infra *in curia Perpiniani, c. decretum de pœna effugientis carcerem.* vide infra in *curia Gerundæ, c. 27.*
4 *& in vsat. captus.* Nota, † quod pœna carceris non

dicitur pœna mortis, nec debet esse ad mortem: *ff. de emenda. seruo. l. 1.* secundum *Gui. in l. fi. §. fi. ff. de his quæ sunt sui, vel alieni iuris.* vnde per hoc videtur, quod officialis potest quem damnare ad pœnam carceris, licet non possit ad pœnam mortis.
5 vide *leges præallegat.* Item † nota, quod differentia est inter vincula, & custodiam: *ff. ex quibus causis*
6 *ma. l. succurritur.* Item † nota, quod carcerati debent per iudicem visitari, & videri, & prouideri de alimentis, & extrahi ad lauacrum: *C. de Episco-*
7 *pali. audi. l. iudices.* Item † in diebus Paschalibus aperiri debet carcer omnibus, præterquam certis delinquentibus, qui enumerantur in *l. nemo. C. de Episcopali audi.* & inter ceteros, cui facta est se-
8 mel remissio: vide ibi *Cy.* qui dicit illud † verum, vt possint extrahi, non vt in totum sint liberi, sed vt illis diebus quiescant, secundum *An. de Butrio in spica.* carcerati ergo poterunt dari ad manuleutā his diebus Paschalibus, vt interim quiescant: & est ratio, quia propter ferias nequit in causa procedi, ergo interim non debēt in carcere
9 macerari, exceptis ibi numeratis. Item † si statutum dicit, quod tali die carceratus debet excarcerari, debet intelligi de alio propter eandem causam non excarcerato, iuxta dictam *l. nemo*: adde quæ scripsi in *cap. per tal que mal. curia domini*
10 *Ferdinandi. colla. 2.* ¶ Sed † quæro nunquid carcerarius poterit ipsum captum retinere pro suo salario, postquam est à carcere liberādus? Dic quod non: sed aget contra eum si vult. *ar. l. ob æs. C. de actio. & obli.* & *l. omnes. C. de pœnis.* ita notant *Doct. in l. penult. ff. de pœnis,* pro hoc sunt constitutiones, quę prohibent captionem personæ pro debito fieri. vt supra *colla. 2. cap. Item, quod nullus miles.* & *collat. 3. cap. 25. Item statuimus, & ordinamus, quod aliqui homines,* &c. & *colla. 4. in curia prima Barcino. cap. 33. Item, quod aliquis homo non capiatur.* quod nota, quia quandoq. nostri carcerarij de facto abu-
11 tuntur contrario, & male, vt credo, nisi † forsan retinerent pro alimentis pręstitis in carcere, quia pro salario nullus debet personaliter retineri, per iura, & constitutiones præallegatas. Carcerarius enim interim prouidet captis in alimentis: vt *C. de Episcopali audi. l. iudices. ff. ad Sill. l. lege. & no. per glo. in cap. diffinimus. 17. q. 4. in glos.* quæ incipit, *sed quis prouidebit*. Sed si quis confugit ad Ecclesiam, ei interim prouidebit Ecclesia: vt *C. de his qui ad Ecclesiam confu. l. peruerti. in fi.* & notat *glos. 17. q. 4.*
12 *cap. diffinimus.* Et † circa hoc dicas, aut quis retinetur in carcere publico captus pro crimine, vel pro debito ciuili, vel fiscali. Si pro crimine, tunc officialis, qui cepit; vel is, ad cuius instantiam captus fuit, tenebuntur ministrare capto alimenta, si de bonis suis captus sibi prouidere non possit: & hoc vult dicta *l. iudices,* & nota *in spe. tit. qui fi. sunt l. §. primo. ver s. Item ij, qui in carcere detinentur.* Sed hodie de mala consuetudine, carcerarij statim quærunt eleemosynas pro alimonijs carceratorum pauperum: melius tamen est quam si fame perirent: deberent enim per iustitiam expediri, vt pœnas luerent, si quas merentur; alias cito liberarētur: vt *ff. de custo. & exhi. re. l. 2.* & melius *C. de custo. re. l. de ijs quos.* ibi, *aut conuictos velox pœna subducat,* &c. concordat *l. cum reis. C. de pœnis.* Si autem esset captus pro debito ciuili, non debet per officiales liberari quamdiu de suo aut alimonijs viuere possit; alias oficialis, vel iudex, qui ipsum captum expediret, sine iusta causa, teneretur ad debitum, & interesse; vt *C. de exac. tri. l. quotiens.* & notat *Ioan. Faber institut. de actio. §. fin. in q. Item circa hoc quæritur.* Et econuerso
13 si † officialis aliquem incarceraret iniuste, teneretur iniuriarum, quia per incarcerationem quis dicitur pati iniuriam: *C. qui. bo. ce. po. l. cum filij.* & notat *Henricus extranag. de solo. cap. Odoardus in prima dist.* adde quæ notat *Bald. in §. iudi-*
14 *ces in feu. de pace iuramento fir.* Sed † hodie si creditor requisitus noluerit ministrare alimenta debitori suo pauperi infra triduum, ex tunc lapso triduo post ipsam requisitionem, relaxabitur debitor à carcere: vt infra *collat. 11. cap. mes auant statuim, & ordenam. in fi.* & est capitulum tertium constitutionis censualium, & violariorum: vide ibi, & idem notat *Ioan. Faber insti. de actio. §. compensationes.* & dixi supra *eadem in curia cap. 21. Item ordinamus, quod omnis homo in §. pone, quod consuetudo est, vers. creditor tamen.* sed si creditores noluerint debitoribus suis captis in carcere prouidere in alimentis, & soluere ius, carcerati poterunt carcere liberari: vt in pragmatica domi-
15 ni Regis Iacobi Secundi. Si † vero erit captus pro debito fiscali, tunc debet dari manuleutæ, ex quo bona habeat quæ sufficiant: iuxta pragmaticam insertam supra *eadem collat. curia secunda Barcinon. cap. 21. Item quod omnis firma.* vbi vero detinetur captus in carcere priuato inuitus, detinens sibi habet prouidere in alimentis, quæ non recuperabit, cum inde puniri debeat pœna *l. vnica. C. de priua. carceribus.* Si autem volens detineatur captus, sibi ipsi prouidebit si habet vnde, alias Ecclesia ministrabit, vel de eleemosynis succurratur, ne fame pereat captus: quia necare videtur qui alimenta negat: *ff. de li. agno. l. necare.* & *47. di. c. sicut ij. in fin.* & *86. di. c. pasce fame morientem.* vide ibi *gl. f.* & adde quæ dicam infra *eadem in curia cap. 21. Item ordinamus quod omnis homo,* &c. vbi tractaui de cessione bonorum. Ad materiam huius capituli adde quæ dicam infra *collat. sexta curia Ceruariæ. cap. ordinamus etiam in 3.* Item no-
16 ta, † quod pupillus, & mulier non possunt carcerari pro debito, secundum *Bart. in l. neque. ff. de*
17 *in ius. vo.* qui etiam notat, † quod solus habens merum imperium habet potestatem incarcerandi. *l. 2. eod. tit.* adde quæ notantur infra *cap. proxim. in q. Item quæro nunquid incarceratio.* adde etiam quæ dixi de iurisdictione castri supra *collat. secunda in curia secunda Barcinon. cap. 43. Item, quod Vicarij nostri.*

De mero

De mero, & mixto imperio, ac Iurisdictione. Ca. IX.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum,* Et Constituimus, *& cap.* Constituimus, *confirmantur in tantum, quod sit nullum, & reuocatum, quod contra factum fuerit. num. 5.*
3 *Quæ contra leges fiunt debent haberi pro infectis.*
4 *Iurisdictionis species quatuor traduntur.*
5 *Iurisdictio tribus consideratur modis, vt hic,*
6 *Iurisdictio secūdū sui generalē denominationē definitur.*
7 *Iurisdictio dici potest omne, quod venit à iure.*
8 *Iurisdictionis secundum propriam causarum cognitionem tres species referuntur.*
9 *Causæ maxima iurisdictionis dicuntur quæ ascendunt summam trecentorum aureorum.*
10 *Causæ media iurisdictionis sunt maiores centum aureis, minores vero trecentis.*
11 *Causæ infima iurisdictionis dicuntur vsq. ad centum aureos.*
12 *Causa minima vsq. ad 50. solidos dicitur minima.*
13 *Causæ maxima iurisdictionis committi non possunt absq. causa.*
14 *Causa iurisdictionis media cōmitti possunt absq. causa.*
15 *Merum imperium tribus consideratur modis, vt hic, & explicatur per ordinem.*
16 *Causæ infimæ iurisdictionis competunt magistratibus municipalibus.*
17 *Imperium mixtum dicitur, quasi compositum sit ex imperio, & iurisdictione.*
18 *Merum imperium quid sit traditur large.*
19 *Merum imperiū quis habeat, sub distinctione traditur.*
20 *Barones, & plures alij hodie de consuetudine habent merum imperium.*
21 *Multi hodie superiorem non recognoscunt.*
22 *Relegatio est meri imperij.*
23 *Diffinitio bona debet conuerti cum suo diffinito.*
24 *Gladius naturalis, & ciuilis dicitur.*
25 *Fustigatio est meri imperij.*
26 *Incarcerationem esse meri imperij sub distinctione traditur.*
27 *Tortura an sit de mero imperio traditur sub distinctione.*
28 *Libertatis causam esse de mero imperio discrimine constituto dicitur.*
29 *Mutilatio est de mero imperio.*
30 *Mixtum imperium an, & quanto tempore præscribi possit, remissiue.*
31 *Merum imperium præscribi potest.*
32 *Præscribi possunt quæ concedi.*
33 *Iurisdictio propriè non præscribitur, sed acquiritur per consuetudinem, & potentiam superioris.*
34 *Iurisdictio bene præscribitur contra parē, vel inferiorē.*
35 *Decanus, & capitulū Ecclesiæ collegiatæ præscribere possunt potestatē excōmunicādi, incarcerādi, & stallādi canonicū, vicariū, & beneficiatos Eccl. delinquētes.*
36 *Possessio iurisdictionis qualiter acquiratur, vel amittatur, remissiue.*
37 *Iurisdictio quanto tempore præscribatur, traditur.*
38 *Rex, & quilibet alius habens generalem iurisdictionem in populo non perdit eam, quamuis non exercuerit per tempus immemoriale.*
39 *Iurisdictionis possessio aliter acquiritur contra subditos, qui sunt in quasi possessione libertatis; & aliter contra alium dominum, qui eos tenet, & possidet.*
40 *Merum imperium, & aliena regalia non præscribuntur de iure vsaticorum.*
51 *Census non præscribitur nisi possessione interuersa.*
42 *Regalia quæ sint, remissiue.*
43 *Imperium an perdatur per non vsum traditur.*
44 *Absoluens plures de pœna capitali, an videatur habere merum imperium, & an illud præscribat, traditur.*
45 *Vtens mero imperio mutilando longo tempore præscribit quo ad suspendendum.*
46 *Præscriptio cum sit stricti iuris, & odiosa, tantum habet de potentia quantum de actu.*
47 *Episcopi habent imperium in clericos.*
48 *Materia meri, & mixti imperij ac iurisdictionis, remis.*
49 *Episcopi an habeant territoriū in tēporalibus, traditur.*
50 *Episcopus potest vbiq. infra diœcesim exercere quæ sunt voluntaria iurisdictionis.*

ITem ordinamus, præsenti curia approbante, &c. Hic
1 expresse † confirmantur c. *Et restituimus*, & c. *Restituimus.* quæ loquuntur de restitutione possessionis, seu quasi, meri, & mixti imperij, ac iurisdictionis: vide quæ super eis dixi supra *colla. 3. in curia Barcino. dni Regis Petri II.* ¶ Et additur hic,
2 quod † si in aliquo de contentis in dictis duobus capitulis extiterit contra factum, quod illud sit reuocatum, & habeatur pro non facto. Hoc dicit,
3 Cuius ratio est, quia † quæ contra leges fiunt, pro infectis haberi debent: vt *extra. de regu. iuris. c. quæ contra ius fiunt. lib. 6.* vide quæ ibi notantur per *glo.* & *Dy.* & *Io. de Imo.* & adde quæ dixi supra *colla. 3. c. 8. Itē ordinamus, & statuimus; quod aliqua charta,* &c.
4 ¶ Circa prędicta nota. † quod quatuor sunt species iurisdictionis; videlicet, merum imperium, & mixtum; item prout remanet iurisdictio in sua specie; itē modica coertio, quę est quarta species, quam *glo.* adiunxit in *l. imperium. ff. de iurisdict. omnium iudi.* Iuxta quod est sciendum, † quod iuris-
5 dictio tribus modis consideratur. Primo, quantum ad sui generalem denominationē. Secundo, quantum ad superficialem ordinationem. Tertio, secundum propriarum causarum cognitionem. Et prout consideratur primo modo, videlicet, secūdum sui generalem denominationem, continet merum imperium, & mixtum, & omnes totas
6 causas. Videamus † ergo quid est iurisdictio secundum istum modum. Dico, quod iurisdictio est legitima potestas de publico introducta, cum necessitate iuris dicendi, & ęquitatis statuendæ: ita dixit *glo. in l. 1. ff. de iuris. omniū iudi.* Dicitur ergo legitima, & dicitur legitima duplici, vel triplici rei pectu, nam dicitur legitima, quia legitime fuit translata de populo Romano ad Principem: vt *ff. de consti. l. 1.* & *insti. de iure na. gen. & ciui. §. sed quod Principi.* Item dicitur legitima; quia à lege data, & secundum hoc continet merum imperium; quia datur à lege: vt *ff. de offi. eius cui man. est iurisdictio. l. 1. in prin.* vel potest dici legitima, quia data à Principe, & sic à lege, quia Princeps est lex & anima in terris. in *authenti. de consul. in prin. collat. 3.*

Et idem si sit introducta per consuetudinem. *C. de diuer.offi.l.viros,* quia talis consuetudo confirmata est per legem,& potest dici *lex.ff.de verb.sig. l.lege obuenire*. Dicitur autem potestas; quia ille, qui habet iurisdictionem, habet potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines.quare potestas potest dici, vt habetur in *l. imperium in secunda Rubrica.* & secundum hoc dicitur imperium. Item dicitur potestas, quia habet potestatem dandi iudicem: vt in dicta *l. imperium.in fi.* & secundum hoc continet merum imperium: *ff. de verb.sig.l.potestatis verbo.* Item dicitur de iure publico introducta,& hoc triplici respectu: primo de publico, quia publico loco redditur: vt *ff. de iusti.& iure.l.penult.* vel dicitur publica ideo,quia consistit in publica persona, vt in magistratibus, & similibus,quæ sunt publicę personæ: vt *ff. de iusti.& iure.l.prima.§.ius publicum.* ¶ Item sequitur cum necessitate iuris dicendi:pro tanto dicitur,*cum necessitate:* quia munus iudicandi est necessitas: *ff.de mu. & ho. l. munerum. §. iudicandi,*& consistit necessitas talis in duobus,scilicet,in adiudicando: quia quis necessario compellitur iudicare,& esse delegatus: vt *C.de aduo.diuer. iudi. l. sancimus.* & ideo ibi expone,*arbiter*,idest delegatus:quia arbiter non compellitur: *ff.de arbi.l.3.§. tametsi.* Item est necessitas, quia compellitur, quod audiat partes: nam est ei necessitas in examinatione,& executione causæ; vt in *authen. Vt iudices non spectent sacras iussiones; alias incipit Rubrica,in medio litis in prin.* & *§.primo,collat. octaua.* ¶ Item sequitur in diffinitione,*& æquitatis statuenda.*& dicitur pro tanto, quia iudex habet æquitatem attendere, vt dicitur in sententijs *extra. de app.cap.vt nostrum,& vt.ec.benefi.cap. vt nostrum.* & *ff. de eo quod certo lo. l. quod si Ephesi. in fi.* & in *vsat.nullus.*& in *cap.curia Regis Martini. cap. Item senyor quels Cancellers;*secundum hoc ergo iurisdictio continet merum imperium, & mixtum, &
7 omnes res, quia † omne quod à iure venit potest dici iurisdictio: *ff.vnde cog.l.1.* vt sic dicamus, *iurisdictio*,idest, *dicens ius*: vt in *authen. vt omnes obe. iudi. prouin. §. hoc considerantes.* ¶ Secundo modo consideratur iurisdictio secundum quemdam superficialem modum siue ordinationem, vt ordinarie procedatur: vt libellus detur; vt lis contestetur,& testes producantur, & similia. Sic sumitur *C. de peda.iudi.l. placet.* ¶ Tertio modo acci-
8 pitur † secundum propriam causarum cognitionem, vel considerationem: & tunc accipitur, vt quid per se stans, & tunc differt â mero imperio, & consideratur per se: & tunc diuide; quia quædam sunt causæ maximæ iuri dictionis, quædam mediæ, quędam infimæ, & hanc diuisionem voluit *glos.tradere. C. de peda. iudi. l. placet.* ¶ Causę
9 maximę † iurisdictionis appellantur illæ quæ ascendunt summam trecentorum aureorum, & dicuntur ideo maximæ; quia maximis personis transmittuntur: *C.de decurio.l.fin.§.penult.*& *in authen. de defen. ciui. §. & adiudicare.* Causæ autem
10 mediæ † dicuntur maiores centum aureis, minores trecentis aureis, nam de talibus summis cognoscit quicunq. magistratus. Infimæ autem
11 dicuntur † vsq. ad centum aureos:pro quo facit, quod tales sint infimæ, quia dicit textus. quod pro talibus summis minimis, vt quando sunt vsq. ad centum aureos, non dantur sportulę: in *authē̄t.de iudi.§.ne labor sine mercede.* Pro quo facit, quia nec patronus succedit in minimis summis, quādo est diues liberto in minima sūma,scilicet, in minori quantitate,quam centum solidi.*insti.*
12 *de succe.lib. §.sed nostra.* Sed † hodie in Cathalonia causa centum aureorum non minima reputatur. Sed vsq. ad quinquaginta solidos dicitur minima,de quo dic vt notatur infra in *curia Perpiniani colla.6.cap.causa.* ¶ Circa quod dico,quod
13 cum sunt † de maximis causis, non committuntur nisi cum causa,secundum quod dicitur per *glo. in allegat.l.principium,*& *in l.1.de offi.eius cui. man. est iurisdictio.* & de ijs, quæ sunt mixti imperij.
14 Dico tamen, quod † mediæ possunt committi, sine causa: vt in *authen.de defen.ciui.§. & adiudicare.*quia competunt iure magistratus,& ideo delegantur,vt in *allegat.l.1.§. quæ vero.* dicunt tamen quidam, quod in fine differunt ab ijs, secundum quosdam;quia habet necesse eas delegare; vt *C. de peda.iudi.l.2.*ista tamen opinio ibi improbatur in *glos.*& bene, vt puto, quia dico, quod delegabit si vult,& cognoscet si vult,tamen potest dici,quod istę differunt ab alijs in alio,quia eas habet necessario delegare,si sit impeditus alijs causis maioribus,nec potest delegare alias causas maiores. Nam non excusantur propter multitudinem infimarū, quia imputetur sibi, quia non delegauit infimas. Vel aliter dico, quod differunt, quia pro infimis non prętantur sportulæ.vt dixi in *authen.de iudi. §.ne labor.*pro alijs autem sic,vt ibi habetur. Item differunt, quia in talibus infimis non requiritur scriptura:in *authen.de man.prin. §. si is cui.C.de priuil.scho.l.quotiens.lib.10.*& tales sunt causę minores quinquaginta solidis, de quibus infra *collat. 6.*
15 *curia Montissoni, cap. causa.* ¶ Subsequenter † dico circa merum imperium, quod consideratur quandoque, vt per se existens;quandoque,vt coherens; quandoque, vt societatem contrahens cum iurisdictione. Dico ergo, quod quandoque per se,& principaliter, consideratur; & tunc ibi est dare causas maximas,medias,& minimas.Maximas,vt quia tractatur de causis capitalib⁹,quod potest esse tripliciter, vt quia de causa capitali ad litteram,vel de ciuitate perdenda,vel libertate.vt *ff.de bo.po.l.edicto prætoris. §. primo.* Item hic est reperire causas infimas, vt quod aliquis fustigetur,nam tunc merum est imperium,sine mixtura aliqua, quia tunc in corpus animaduertitur; & istæ causę leuiter transeunt. Nam transeunt ad magistratus, & ita ipsa habent imperium minimum: vt *de accusat. l. leuia crimina*, & *in authentica de defendend. ciui. §. & adiudicare.* & melius in *§. audient. collat. 3.* igitur hę coertiones

sunt

sunt meri imperij, quia non habent mixturam, & de facili transeunt, secundum quod iurisdictio: vt *ff. de offi. praefec. vigil. l. 3. §. 1. & §. fi.* Item consideratur quandoq. vt cohaerens, quia cohęret iurisdictioni, quia habet iurisdictionem in aliqua causa, & habet aliquod imperium; & tunc dicitur imperium cohęrens iurisdictioni: sic sumitur *l. 2. ff. de iurisdict. omnium iudi.* Nam iurisdictio sine aliquo imperio nulla esset: vt *l. fi. ff. de offi. eius cui man. est iurisdictio.* Item quandoq. consideratur merum imperium, vt societatem contrahens; & tunc dicitur mixtum imperium. Nam principaliter duorum fit commixtio: vt *ff. de iurisdict. omniũ iudi. l. 1. & l. imperium.* & sic apparet hoc quod dixi, videlicet, quod merum imperium diuiditur per
16 causas maximas, medias, & minimas. Et † infimę sunt, quę competunt magistratibus municipalibus, quod ipsi habent merum imperium; & hoc est verum, quia ipsi per se possunt fustigare, & curare villam, secundum quod praeses potest per se decapitare. Et quod magistratus per se habeat imperium, probatur *ff. de adop. l. 2. §. imperio.*

¶ Nunc veniamus subsequenter ad diuisionem
17 circa causas mixti imperij: dicitur † enim mixtum imperium, quasi compositum ex duobus, scilicet imperio, & iurisdictione; & hoc notatur in *gl. s. l. imperium*; & dicitur mixtum, non respectu maximarũ meri imperij, vt sunt causae capitales; sed respectu mediarum, in quibus requiritur causę cognitio; & infimarum, quę non sunt capitales, in quibus requiritur modica causae cognitio; & tale mixtum imperium habet locum in causis quae mero officio explicantur, vt in tutoris datione: vt *ff. de tutelis. l. muto. §. tutoris datio.* nam participat cum iurisdictione, quia non agitur principaliter ad animaduersionem. Item cũ mero imperio, quia datur tutor inuitus: *insti. de cura. §. 1.* & iudex dando tutorem facit aliquid ex suo officio, quia prouidet personę, & bonis pupilli; & in hoc etiam cum iurisdictione participat; & hoc plene habetur *ff. de tutel. l. muto. §. tutoris datio. & insti. de Attil. tu. §. fi.* Item praetoria stipulatio dicitur de mixto imperio; quia ibi vertitur causae cognitio, & concernit causam pecuniariam, & ex officio explicatur: vt *l. iubere. ff. de iurisdict. omnium iudicum.* Item adoptare est mixti imperij: nam non possumus adoptare sine causae cognitione, & explicatur per officium iudicis: vt *ff. de adop. l. 2. §. imperio.* Item idem est quando volo emancipare filiũ: *C. de offi. praeto. l. 1.* causę enim cognitio requiritur: vt dicta *l. 3. de adop. §. illud.* & ista dicuntur de in-
18 fimo mixto imperio. ¶ Quaero † ergo hic, quid est merum imperium, prout sumitur in dicta *l. imperium.* & in istis constitutionibus? Et dico, quod merum imperium est legitima potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi, & aequitatis statuendae in causis maximis, & medijs plenam causae cognitionem requirens, in infimis cohęrentibus summariam; & ista diffinitio potest
19 perpendi ex supradictis. ¶ Item † quaero, quis habeat merum imperium? Dic, aut quaeris de vniuersali imperio, & tunc solus Princeps: *C. de summa Trinitate l. 1. in authen. quomodo oportet. in prin. & in authen. de fide in fi. §. qui ait igitur imperium.* Aut quaeris de particulari imperio; & tunc plures habent, & praesides, & alij iudices, & Barones, & Comites: vt *ff. de offic. praesid. l. illicitas. §. qui vniuersas.* & in istis constitutionibus patet; & tale imperium particulare potest dupliciter considerari; vno modo quo ad solum exercitium: & tunc praesides prouinciarum habent imperium ex potestate commissa à lege: *de offic. eius cui man. est iurisdictio. l. 1. in prin.* alio modo quo ad proprietatem; & dominium; & tunc dico, quod soli principes habent tale: vt *in feud. quae sunt regalia. cap. 1.* & *C. vt nemini liceat sine iussu princip. l. 1.* & hoc intellige de iure scripto, quia non competit nisi
20 soli principi. *C. de bonis. vacam. l. 1.* Hodie † autem Barones, & plures alij de consuetudine habent, & quo ad dominiũ, & proprietatẽ imperiũ merũ: vt patet in istis constitutionibus, & in vsatico, *quia iustitiam facere.* & ita seruari videmus de facto; quia hodie scissum est imperium: *C. de studijs libe-*
21 *ralibus vrbis Romae. l. 1. lib. 11.* Item † sunt hodie multi, qui non recognoscunt Imperatorem in superiorem: *in feu. de eleric. violat. pacis. §. ministrales. & titul. de sta. & consuetud. contra lib. ec. factis. §. si vero dominus temporalis,* & sic intelligitur dicta *l. illicitas. §. qui vniuersas.*
22 ¶ Item † quaero, vtrum relegare hominem sit de mero imperio? Videtur, quod non, quia non perdit corpus, nec libertatem, nec ciuitatem; quod videtur necesse ad hoc vt sit de mero imperio, vt patet ex praedictis; & in *glossa dicta l. imperium.* Item quia in absentem profertur sententia relegationis.

Dico tamen contra, scilicet, quod sit de mero imperio: nam ille qui incidit in poenam relegationis, tenetur de *l. Iul. de vi.* & incidit in causam, quae est de mero imperio: vt *l. prima. §. primo. ff. de offic. eius, cui man. est iurisdictio.* Sed lex dicit alibi, quod relegatio, est poena corporalis: vt *ff. ad. l. Iul. de vi. & C. de vi pu. & pri. l. quoniam.* ergo relegatio est meri imperij: & quod sit, videtur per notata *institut. qui. modo. ius. pa. po. sol. §. relegati.* Nec obstat, si dicas, quod hic non vertitur gladij potestas; ergo non est de imperio: iuxta *l. imperium*, quia exponitur ibi, quod de mero imperio est habere gladij potestatem: ergo, &c. ergo non est de imperio. Sed non obstat, nam multa sunt alia, in quibus non vertitur gladij potestas; vt vidisti supra; quia in dicta *l. imperium.* non ponitur diffinitio imperij: vt dicit ibi *glossa in prin.* sed ponuntur ibi quaedam causae, quae sunt meri imperij, & est ratio;
23 nam † omnis bona diffinitio debet conuerti cum suo diffinito: *ff. de dolo. l. prima. §. 1. & ff. de pecu. l. quam Tuberonis in prin. & l. diffinitio,* & ideo argum. non obstat; vel posito, quod illa esset diffinitio, quae ponitur in tex. dictae *l. imperium,* adhuc

24 potest saluari,nam dico, † quod duplex est gla-
dius ; nam quidam est naturalis , vt quando quis
decapitatur,vel mutilatur. Item est alius ciuilis,
vt quod aliquis relegetur:& pro hoc *ff. de condi.*
& de l. intercidit. faciunt ad prædicta quæ notan-
tur per *Guid.in Rosario,5.q.vltima.c.delatori*.super
verbo,*liga*,& super verbo, *caput*. ¶ Iuxta prædi-
25 cta quæro, nunquid est verum , quod supra dixi,
quod fustigatio sit de mero imperio ? Videtur,
quod non;nam simplex magistratus habet pote-
statem fustigandi:vt *ff.de offi.eius cui nostra est iuri.*
l.1.&ff.de iurisdict.omniũ iudi.l.magistratibus.Dico
tamen , vt dixi,quod imperij est : quia tunc non
agitur de pecuniario cõmodo,sed de vindicta,mi-
nor enim pœna corporalis maior est omni pecu-
niaria:vt *ff.de pœnis.l.& in seruorum.* & *ff.de ijs qui*
notantur infa.l.quid ergo.§.pœna grauior.& per *l. &*
in seruorum tenet *Iaco.*&alij,quod sit de mero im-
perio:vnde dico;quod imperij est, non tamen de
maximis causis imperij;sed de infimis,vt dixi.
26 ¶ Item † quæro , nunquid incarceratio sit meri
imperij:& videtur,quod sic:*ff.in ius vo.vt eant.l.2.*
Item ille,qui facit carcerem priuatum , incidit in
crimen *l. Iul. magis*, & illa est meri imperij. *C. de*
priuatis carceribus.l. 1. ergo videtur esse imperij.
Sed contra videtur,nam imperium est habere gla-
dij potestatem , vt dictum est ; sed carcer non est
inuentus ad animaduertendum,sed ad custodien-
dum: *ff. de pœnis.l.aut damnũ.§.solent.*& *C.de custo.*
re.l.1.& vltima.ergo,&c. Item facit,nam ille po-
test incarcerare,qui non habet imperium:*ff.de ori.*
iuris.l.2.§.exactis.Item dum viri, qui sunt mino-
res magistratus,possunt carcerare:vt *ff.de furtis.l.si*
quis vxori.§.fugitiuum.C.de defen.ciui.l.defensores.
quid dicendum?Dico sic,quia aut quis incarcerat
iure alieno , qu a non habet imperium, sed suum
ministerium;vt defensor ciuitatis;& tunc non est
de imperio:vt *l.defensores*,& *ff.de offi. præfec.vigil.*
l.3.§.2.Si autem habeat iure proprio, tunc est de
imperio , & diuersimode ; vt si incarceretur pro
maximis causis,vt pro capitalibus,sit meri impe-
rij; si pro medijs , sit medij imperij;si pro infimis,
sit infimi imperij:*argu.in authen.de non alie.& per-*
mu.§.2.& de testa.mili.l.si certarum.§.1.& *ff. de pe-*
culio.l.huic quæritur.§.potest.ff.de pig.ac.l. si conuene-
27 *rit.* ¶ Item † quæro , nunquid quæstionare sit de
mero imperio? Videtur quod non,quia competit
minoribus magistratibus:vt dicta *l.3.de.§.2.de.offi.præfec.vigil.*ad hoc,quia video,quod aliquis tra-
ditur priuato quæstionibus. *ff. de condi. causa da.*
causa non se.l.penult. Item, quia dominus quęstio-
nat seruum.*ff. ad Sill. l. si percussor.in fi.* In contra-
rium videtur:quia ibi tractatur de animaduersio-
ne hominis;quia sæpe contingit, quod ibi homi-
nes moriuntur:*ff.de quæstio.l.1.§.diuus.*&*§.si.*&*§.*
*penult.*quid dicendũ? Dico,quod est de mero im-
perio, diuersimode tamen , secundum quod dixi
statim de carcere : quia si quæstionatur pro causa
capitali , tunc est de maximo imperio : si autem
pro media,est medij ; si autem pro minima , tunc
est infimi. ¶ Sed oppones contra hoc,nam in cau-
sa pecuniaria quis quæstionatur:vt si peto à te de-
cẽ,& producatur falsus testis,quæstionabitur ; vt
in authen.de testi.§.& iudices.& *C.de testi. l.nullum.*
dico,quod non obstat:nam ibi non ratione causę
pecuniariæ quæstionatur,sed ratione criminis in-
cidentis;quia commisit falsum , & ita debent in-
telligi iura,quæ dicunt , quod in causis ciuilibus
quis quæstionatur:nam verum est,cum ibi incidit
crimen.*C.de quæstionibus.l.interrogari. & de natura-*
28 *li.l.1.in fine.* ¶ Item † quæro,nunquid causa libe-
ralis sit imperij:& videtur,quod sic; quia ibi tra-
ctatur de libertate,ergo est imperij;vnde in causa
liberali tractatur de seruitute , & seruitus morti
æquiparatur.*ff.de reg.iuris.l.seruitutem*,& *de condi.*
&*de l,intercidit*.ergo est de mero imperio.Contra
videtur,quia minores magistratus etiam cognos-
cunt de libertate siue de causa liberali, ergo, &c.
C.de liber.& eorũ. lib.l.2.quid dicendum?Breuiter
dico,aut tractatur de causa liberali attento com-
modo pecuniario;quia tractatur solum an sit ser-
uus,vel liber,& tunc dico,quod est iurisdictionis:
ff.de arbi.l.non distinguemus.§.de liberali:& *extra.de*
resti.in integrum, cap.causa. Aut tractatur de causa
liberali , non attento commodo pecuniario ; sed
propter ingratitudinem libertus reuocatur in
seruitutem,& tunc est imperij:tamen propter vi-
litatem personæ datur libertas minoribus magi-
stratibus cognoscendi.*C.de lib. & eorum. lib. l. 2.*
29 ¶ Item † quæro nunquid mutilare sit meri im-
perij:& dico quod sic,& *glos.*voluit dicere hoc in
l.imperium, super verbo,*animaduertendum*.vbi di-
xit totum,vel partem:nam qui partem tangit to
tum tangere videtur,vnde tantum est ac si interfi-
ceret. *ff. de furtis. l. vulgaris est quæstio,* & habe-
tur de *pedi. infra cap. vulgaris.* & plus est aliquo-
30 tiens mutilare quam si interficeretur:vt in *authen,*
vt nulli iudi.§.penultimo. quid † de mixto impe-
rio?An & quanto tempore præscribi posit no-
31 ta per *Iaco. de Monte Iudai. in vsat.hoc quod iuris*
est sanctorum. ¶ Item † quæro, vtrum merum im-
perium posit præscribi : & videtur quod non,
quia de eo , quod quis debet puniri , non debet
habere præmium.*ff.de negot.gest. l. siue hæreditaria.*
de interdic.& rele.l.relegatorum. sed eo ipso, quod
quis vtitur mero imperio, quod non habet, inci-
dit in *l. Iul.mages.ff.ad l.Iul.mages.l.3.*& *C. de car-*
cere priua.l.vna ergo,&c. præterea iura imperialia
non possunt præscribi. *C. de præscrip. triginta, vel*
quadraginta annorum.l.comperit. sed nihil est magis
imperiale , quam imperium ; ergo præscribi non
potest.Præterea præscriptio nihil aliud est quam
quædam consuetudo vtendi mero imperio , sed
consuetudo mala est , quod vtatur quis imperio
quod non habet,ergo debet aboleri : in *authen. vt*
nulli iudicum.§.1.colla.9.C.de decurio.l.omnes. C.de
*cortali.l. 1.lib.12.C.de curiosis,& sta.l.1.eod.lib.*con-
trarium videtur,quia illa iura imperialia,quæ nõ
sunt concedibilia,præscribi non possunt ; tamen
alia , quæ sunt concedibilia , præscribi possunt:
vnde

vnde *l. comperit supra allegat.* loquitur in tributo, quod non est concedibile. & ideo sunt duo necessaria ad hoc vt valeat: scilicet, quod interueniat præscriptio, & concessio, quia alterum non sufficeret. *C. de fini. patri. l. si imperium.* tamen concessibile est: vt in *feu. quis dicatur Dux, Marchio. c. 1.* & *de clerı. viola. pac. §. ministrales.* & ideo ex quo est concedibile, & per consequens præscriptibile.
32 quia † quæ sunt concedibilia & præscriptibilia: vt *ff. de aqua plu. arcen. l. in summa.* & *l. quid prin. C. de diuer. offi. l. viros. lib. 12. arg. C. de emancip. liber. l. 1.* Nec obstat quod obijcitur primo, quod non debet habere primum: vnde debet puniri: nã habet locum, si mala fide vtatur imperio: secus autẽ si bona fide, quia tunc bene præscribitur, arg. *C. de fal. l. nec exemplum.* Vel aliter dico, quod ibi nõ est delictum, quia præscriptio non tollit delictum. arg. *C. de his qui a non domi. manu. l. fi.* & adde quæ notantur per *Henricum Bosch extra. de præscrip. cap. si diligenti. in di. vltima.* & quę dixi supra *collat. 2. cap. 45. Item quod si aliquis conqueratur de aliquo barone.* in fine. Iurisdictio † autem propriè nõ præ-
33 scribitur, quia est ius fiscale: sed per consuetudinem adquiritur, & patientiam superioris. nota in *authen. de defen. ciui. §. nulla.* Vel dic, quod contra superiorem inferior non præscribit, sed adquirit eam per consuetudinem: & ideo quandocumque vult superior, potest eam reuocare. Sed contra parem, vel inferiorem bene potest præscribi iuris-
34 dictio, vt notat *Inno. in cap. bona. de elect.* & *in c. dilecto. de offi. Archidi.* & ibi *Baldus.* Nota tamen, quod
35 Decanus, † & Capitulum Ecclesię collegiatæ possunt præscribere potestatem excommunicãdi, incarcerandi: & stallcandi Canonicum, Vicarium, & alios beneficiatos ipsius Ecclesiæ delinquentes: quia causæ meri imperij de iure canonico possun. præscribi, sicut & delegari. Ita est decisio dominorum de Rota, conclusione 453. quæ
36 incipit: *Item fuit dubitatum.* Qualiter † autem adquiratur, vel amittatur possessio iurisdictionis, vide per *Henricum extra. de capel. mo. c. dilectus. in 4. dist.* Item quæro, quanto † tempore
37 præscribatur. Respondeo, si ipse præscribit extẽdendo, & tunc sufficiunt decem anni: vt *C. de emãcipa. lib. 1. C. de diuer. off. l. viros.* Hoc verum de iure communi, sed de iure Cathaloniæ exiguntur triginta anni, iuxta notata in *cap. & restituimus.* supra collat. 2. in curia 2. Barcinonæ. Si autem de nouo præscribit, & tunc necessarium est tantum tempus, cuius non extet memoria in contrariũ. arg. *ff. de vsuris. l. hoc iur. §. aquaductus.* & *C. de fun. limit. l. quicumque. lib. 11.* & hoc verum, si habeat territorium, nam alias non præscriberet: & ita potest loqui. *C. de cursis. l. penultima. lib. 12.* Multa enim præscribuntur, quæ alias non præscriberentur. vt *C. de agris & cens. l. quemadmodum. lib. 11.* Et
38 nota, † quod dominus Rex, vel alius habens imperium, vel generalem iurisdictionem in populo, licet stet per tantum tempus, cuius contrarij memoria non existit, quod iurisdictionem nõ exercuit: non propterea perdit eam, etiamsi alius eam exerceat: nisi suspicetur se posse repelli, vel reuertens non admittatur: vt *ff. de adquir. poss. l. 1. §. deijciatur.* & *l. si. §. fi.* secundum *Innocentiũ.* & ibi *Bald. extra. de capellis mona. c. dilectus. in glossa.* super
39 verbo, *possessorum,* in fine. Item nota, † quod aliter adquiritur possessio iurisdictionis contra subditos, qui sunt in quasi possessione libertatis. Aliter contra alium dominum, qui illos tenet, & possidet. secundum *Innocentium* & *Baldum in dicto c.*
40 *Dilectus.* Sed † de iure vsaticorum Barcinonę merum imperium & aliæ regaliæ principis nõ præscribuntur etiam longinqua ducentorum annorũ possessione: vt in vsat. *Hoc quod iuris est sanctorũ.* super quo vide notata per *Iacobum de Calicio in sua Margarita Fisci dubio 8. vers. 159.* & *in suo Curiali. dubio 7. vers. 159.* adde etiam quæ notantur sup. *collat. 2. in secunda curia Barcin. c. & restituimus.* cum sequen. Per quæ cap. puto debet intelligi & limitari dictus viaticus, *Hoc quod iuris est sanctorum.* & titulus *C. ne rei dominicæ, & templorum.* Quod regaliæ non præscribantur, notat dominus *Iacobus de Arena in l. comperit. C. de præscriptione tri-*
41 *ginta vel quadraginta annorum.* Et † ibi notat *Cyn.* an emphiteota non soluendo canonem triginta annis præscribat: & dicit quod non, nisi interuer-
42 sa possessione. Sed † quæ sint regaliæ, vide in li-
43 bro feudorum cap. 1. Item quæro, † vtrum imperium perdatur per non vsum? Videretur, quod debeat dici, aut quod non fuit vsus, ideo quod casus non contingit, & ideo quod bene perdat, sed restituatur. vt *ff. de serui. ru. præd. l. at illicimus.* & *ff. de 3. actuque priu. l. 1. §. si propter,* alias autem si casus contigit, & non vtebatur quod perdat, quid dicendum? Si nos æquiparemus imperium seruitutibus rusticis, dico quod perditur, vt in dicta *l. at illicimus.* si autem vrbanis, non: vt *ff. de seruit. vrban. præd.* Hæc autem iura. Quid ergo dicendum? Breuiter dico, quod si non fuit vsus, quando contingebat casus, tunc perdidit per non vsum: quia videtur tunc male vti; quia non punit delinquentes: priuilegium enim meretur amittere, qui sua abutitur dignitate. *C. de aquæduct. l. eos qui. li. 11.* & *extra. de priuil. c. ex tuarum.* & *11. q. 3. c. priuilegium.* & *C. de Iudæis. l. Iudæi.* Vnde quia male vtitur sua iurisdictione, debet perdere imperium. *C. de Episcopis & clericis. authent. statuimus.* Si autem ideo non fuit vsus, quia casus non contingebant: & tunc non perdit, quia ipse tenebat furcas paratas, & iudices, & alios officiales: & sic non amittit: vt *ff. de seruit. vrb. præd. l. foramen.* Nam ex quo in parte vtitur, scilicet tenendo furcas & iudices suos, in totum retinet: vt *ff. quemadmodum seruitus amittatur. l. si stillicidij. §. is qui per partem.* ¶ Item
44 quæro, † numquid ille, qui absoluit plures de crimine capitali, videatur habere imperium: & hoc potest prodesse, si forte quęramus an præscripserit: & videtur quod non præscripserit, quia merum imperium consistit in animaduersione: vt dicta *l. Imperium.* Sed iste non animaduertit, sed immo magis

magis expulit: ergo non videtur præscripsisse animaduersionem, idest, imperium; quia quod du citur ad vnum effectum, non debet contrariũ inducere. *ff. de adimen. le. l. legatum inutiliter.* & *de cõdi. & de. l. cum tale*: & pro hoc. nam quidam sunt, qui possunt absoluere, & non condemnare. *C. de offi. precons. & le. l. si quid.* sic inquisitor hæreseos solus absoluit, sed non solus, sed cum Episcopo potest condemnare, vt in *Clemen. multorum. extra. de hereticis.* Contra videtur: nam ille potest condemnare qui potest absoluere. *ff. de reg. iuris. l. qui potest.* quid dicendum? Dico, quod aliquãdo quis potest absoluere per abnegationem: ita quod nõ potest condemnare; & tunc si condemnat, nõ propter hoc videtur habere imperium, nec potest cõdemnare. Si autem se habebat indifferenter, quia non magis valebat absoluere, quam condemnare: sed videbatur quod sic debebat fieri, tũc præscribit: & ita loquitur *ff. de regulis iuris. l. qui potest.* & sic potest condemnare. Sed in allegata *Clem. multorum* est speciale in causa hæresis, in qua & mul-
45 ta alia sunt specialia, vt ibi nota. Item † pone, si aliquis vsus fuit mero imperio, mutilando longo tempore, numquid præscribit quoad suspendium? *Iacobus de Calicio* dicit quod sic: quia quod partem tangit, totum tangere videtur. *ff. de furtis. l. vulgaris.* & *ff. quemad. ser. amit. l. si stillicidij.* in fi. & *de adqui. poss. l. possideri.* In contrarium allegatur casus *ff. de iti. actuque priua. l. 1. §. Iul.* Quid dicendum? Dico quod imperium iam adquisitum per mutilationem retinet: secus videtur in adqui
46 rendo; & ita loquitur *§. Iulianus*: quia † præscriptio est stricti iuris, & odiosa: & tãtum habet de potentia, quantum habet de actu. Et adde quæ notantur per *Henricum Boich extra. de capellis monac.*
47 *cap. dilectus. in 4. di.* Sed † numquid Episcopi habent imperium in clericos? Videtur quod non, quia imperium est habere gladij potestatem, quã Episcopi exercere non possunt, ergo nec imperium habere videntur per prædicta iura. Itẽ quia non habent territorium, quia non mandant sententiam executioni. *C. de Episcopali audientia. l. Episcopale.* & *l. si cui.* & *in authent. de sanctissim. Episc. §. si quis autem. collat. 9.* Contrarium videtur in *c. animarum. extra. de constit. li. 6.* Item adde quę dixi supra in *curia proxima cap. 4.* super verbo, *infra.* Dic quod suo modo habent imperium in Episcopatu ad arcẽdum clericos: in *authen. de alie. emfi. §. ad illos. coll. 9.* Vnde quia possunt exercere suã iurisdictionem, & dare perpetuum carcerem. *extra. de pœnis. cap. quamuis. lib. 6.* & illæ pœnę succedunt loco capitalis, & easdem vires habent. *ff. ad Iul. pecul. l. 3.* Et est casus *C. de Episcopis, & clericis.*
48 *authen. clericus.* Et de † materia meri ac mixti imperij & iurisdictionis vide per *Gui. de Cug.* & *Bar. in l. imperium. ff. de iurisdict. omnium iud.* & hęc sufficiant pro præsenti. Sed adde quæ scripsi de pręscriptione triginta annorum supra *collat. 2. in allegato cap. Et restituimus.* cum seq. quia in Cathalonia non habet locum regulariter minor præscriptio triginta annorum. adde etiam quæ notantur
49 *extra. de offi. ordi. c. cum Episcopus. lib. 6.* Nota † tamen, quod Episcopus, & sui officiales non possunt per territorium Regium ducere captos suos clericos sine licentia domini Regis, & suorũ officialium: vt *l. ad bestias.* in prin. *ff. de pœnis.* & nota *in Margarita Fisci 7. dubio. vers. 137.* Et vidi quod dominus Episcopus Gerundensis à domina Regina impetrauit licentias binas contra Abbates Balñ. & Villæ Bertrandi, vt Vicarius Regius assonaret, & ita seruatur, licet aliqui contradicant. Vnde dic, quod Episcopi vbique in diœcesi sua habent iurisdictionem in suos, & in ipsa diœcesi habent territorium fundatum de iure communi; & hoc est verum quoad iura Episcopalia, & iurisdictionem Ecclesiasticam, sed non quoad temporalia, quamuis Ecclesiastica, secundum *Innocen. de excep. c. cum. ven.* ad finem. De hoc nota latius per *Io. de Imola in Clem. Pastoralis. de re iudicata. §. caterum. in quæstione, Quæro in quo diuersificatur districtus, &c. vers. sed ipsi in sua diœcesi.* Et credo quod intra domos sæcularium Episcopus ingredi non possit causa capiendi clericos, nec etiam per vicos & plateas ciuitatis, & locorum domini Regis potest illos capere sine licentia curiæ sæcularis, quia licet domus & vici sæcularium sint in diœcesi, non tamen sunt de diœcesi, & Episcopus non habet iurisdictionẽ nisi in locis quæ sunt de diœcesi. Et hoc probat littera dicti *cap. cum Episcopus.* ibi, *in quolibet loco ipsius diœcesis,* hoc est, de ipsa diœcesi. & non dixi, in quolibet loco in ipsa diœcesi, vel infra diœcesim, quia loca Regia non sunt de
50 diœcesi, licet in diœcesi. Melius dic, † quod ea, quæ sunt iurisdictionis voluntariæ, potest Episcopus vbique infra diœcesim exercere, secus de illis quæ sunt contentiosæ iurisdictionis, iuxta notata per *Ioannem de Imola extra. de priuilegijs. c. Archiepiscopo. in glo.* super verbo, *exempta.* & super verbo, *crucem*: & ita intelligitur *c. cum Episcopus.* non enim in locis exemptis habet Episcopus iurisdictionem, licet sint in diœcesi, & multo minus in locis sæcularium, quàm in exemptis, quæ sunt Ecclesiastica: & in his sæpius vidi multos iurisperitos valde errare, non ponderantes verbũ *ipsius*, & verbum ibi positum, *non exempto*, quia locus sæcularium iudicum satis est exemptus, & intelligo ibi, non exempto, scilicet à iure communi, vel per priuilegium, quia sic loca Ecclesiarum sunt de iure exempta à iurisdictione sæculariũ, sic econtra loca sæcularium sunt exempta à iurisdictione Episcopi, qui non habet territoriũ in loco sæculari, nisi suo modo, vt est dictum: & hoc dico, salua tamẽ determinatione Ecclesiæ, cui me, & omnia dicta & scripta mea cũ humilitate submitto. adde quæ notant *Gui. & Io. de Imola in Cle. si. §. simili modo. de priuilegijs,* super verbo, *sua.*

De tabellionibus. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Habentes notarias & scribanias ab antiquo, possunt eas regere per se, vel per clericos, seu laicos aliter aptos.*

Item

ITem ordinamus, quod cap. &c. Hic confirmatur c. *Et specialiter restituimus.* curiæ Regis Petri II.
1 Et additur, quod † habentes ab antiquo notarias & scribanias, possint ipsas per se regere, vel per clericos, & laicos alias idoneos regi facere. De quo dixi latius in allegato *cap. & specialiter. supra colla. 2. c. 12.* vide ibi, & quæ dixi supra *colla. 3. c. 20.* & dicam infra *colla. 7. curia Dertusæ. c. præterea.*

De foro competenti. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Causæ Baiuliæ intra Baiuliam sunt terminandæ. quod fallit in causis patrimonialibus nu. 2.*

ITem ordinamus, quod capitula, &c. Casus. Sicut
1 causę Vicariæ intra eandem Vicariã, sic causæ Baiuliæ inter eandẽ Baiuliam debent terminari. Hoc dicit. Quod etiam habet locum in causis criminalibus: vt infra *coll. 10. c. volentes.* vide quæ ibi dicã, & adde notata sup. *colla. 2. c. 15. ubi q. causa Vicaria.*
2 Secus † seruatur in causis patrimonialibus; vt notat *Iac. in Margar. fisci, 8. dub. vers. 172.* vide ibi, & adde inf. in *curia dnæ Mariæ, c. prop. repos,* &c.

Vt vsurarij non vtantur officio publico, nec iurisdictione. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius non potest obtinere officium publicum, nec iurisdictionem. & ratio traditur nu. 3.*
2 *Christiani impune vsuras exercere non possunt.*
4 *Iudæi de iure communi canonico prohibentur præfici publicis officijs.*
5 *Vsura quæ sit traditur.*
6 *Vsura vnde dicatur, traditur.*
7 *Vsura non committitur nisi in rebus consistentibus in numero, pondere, vel mensura.*
8 *Vsura in quibus casibus est permissa, traditur.*
9 *Vxoris priuilegium faciendi fructus suos transit ad filios matrimonij.*
10 *Interesse remittitur petendo dotem. fallit in debito ex stipulatione.*
11 *Ad onera matrimonij quæ pertineant.*
12 *Misericordia est mutuare, vel donare ad releuandam inopiam proximi.*
13 *Notarij scienter conficientes instrumenta super vsuris sunt periuri.*

1 ITem † *ordinamus, quod aliquis vsurarius non possit tenere officium publicum, nec iurisdictionẽ.* Breuis est, & ideo totum tenorem inserui. Et non in-
2 telligas, quod Christiani possint † esse vsurarij impune: quia non permittitur: nam vtroque testamento prohibitæ sunt vsuræ, & etiam per leges: vt *extra. de vsuris. per tot.* & 14. q. 3. & 4. *C. de vsuris. authen. ad hæc.* & ibi nota. & in *authen. de ec. titu.* §. 1. quia sunt reprobatæ in Niceno Concilio, vt in *cap. quoniam. 47. dist.* Sed hoc dicit, quod si aliquis conuictus fuerit de vsura, non possit tenere officium publicum, nec iurisdictionem. Et
3 est ratio, † quia omnes vsurarij sunt infames. Et hoc cap. intelligo de Christianis vsurarijs, etiam non manifestis, dummodo probentur vsurarij: nã de Iudæis satis erat statutũ supra *collatione prima, cap. Item irrefragabili.* vide ibi. & etiam de iure cõ-
4 muni † canonico Iudæi prohibentur præfici officijs publicis: vt *extra. de Iudæis. c. cũ sit. c. ex spe-*
5 *ciali.* Quæro hic, † quid sit vsura? Respondeo secundum *Goffre.* Vsura est, quidquid sorti accedit intentione præcedẽte, vel pacto. Sola enim spe, vel spectatione vitium contrahitur vsurarum: vt *ext. de vsuris. c. primo.* & *cap. consuluit.* & 14. q. 3. *cap. si feneraueris.* quod intelligo verum, cum causa mutuandi principaliter ponitur in spe, vel spectatione lucri; vel emolumenti: alias si non principaliter hac intentione moueatur mutuator, sed ob charitatem, secundario autem sperat de aliqua retributione, non puto hoc vitiosum. arg. ad hoc 77. *dist. c. in singulis.* 59. *dist. si officia scelerata.* 61. *dist. quid proderit.* de hoc vide latius per *Ioannem in Summa Confessorum lib. 2. tit. 7. q. 1.* Item quæro, vn-
6 de † dicatur vsura? Respondeo secundum *Raymũdum:* Videtur vsura, quasi vsu æra, id est, vsus æris, idest pecuniæ: licet tamen nomine pecuniæ quidquid habent homines, contineatur: 1. *quæstione* 3. *cap. totum.* & *C. de constit. pe. l. generaliter.* Non tamẽ
7 dicitur † committi vsura, nisi in rebus tantũ, quæ consistunt in numero, pondere, & mensura. De quo dic latius in *Summa Confess. lib. & tit. præalleg.*
8 *q.* 13. Sed quæro, in quibus casibus † sit vsura permissa? Respondeo. permissa est vsura, vbi possessio Ecclesiæ detinebatur à laico violẽter: quia tunc clericus non tenetur fructus illius possessionis computare in sortem: vt *extra. de vsuris. cap. conquestus.* & tali modo licet rem suam cuilibet recuperare. Item vbi vsuræ petuntur vt interesse. Item propter onera matrimonij: vt in *c. salubriter.* Item ratione fideiussoriæ: vt *extra. de fideiusso. cap. peruenit.* & *cap. constitutus.* Item ratione dubij: vt in *c. nauiganti.* & intellige prædicta, prout latius notatur per *Ioan. in Summa Confes. lib. 2. tit. 7. q. 16.* & duabus q. seq. Item etiam soluto matrimonio mulier facit fructus suos, si fecerit inuentarium: vt in *cap. hac nostra. infra collat. 6. in curia Perpinian.* vi-
9 de ibi. Et † hoc priuilegium vxoris transit ad liberos illius matrimonij. per *l. assiduis. C. qui pó. in pigno. hab.* cum concordantijs. Sed an petendo do-
10 tem † videatur interesse remitti, vide *glo. ff. de dona. inter virum & vxorem. l. vir vsuras.* vbi *glo.* dicit quod sic. argumento *l. cum oportet. C. de bonis quæ li.* quod forte verum, nisi debeatur ex stipulatione. Sic est de pœnis conuentionalibus. Vide quæ notantur *ff. de eo quod certo loco. l. vltima.* in fine. Vnde cautum est simul petere interesse cum dote, vel saltem protestetur de interesse quando petit dotem, ne videatur tacite remitti. Et credo ꝙ
11 ad † onera matrimonij pertinent alimenta vxoris, & eiusdem matrimonij liberorum, & dotare filias, & huiusmodi: & ita defuncta vxore, si superfuerint filij ex illo matrimonio, adhuc dicãtur durare onera matrimonij, & eius priuilegia: vt *ff. soluto matrimonio. l. etiam.* & in alleg. *l. assiduis.* §. *exceptis.* cogita tamen melius. & adde quæ notantur per dominum *Antonium de Butrio* in alle-
12 gato *c. salubriter. extra. de vsuris.* Et nota, † quod miseri-

sericordia est mutuare, vel donare, vt releuet quis inopiam proximi: vt *ff. de dona. inter virum & vx. l. ea quæ.* ibi, *indulgentia tua.* & nota in *Summa Cõfesso. lib. & tit. prædictis. q. 20. numquid potest committi*
18 *ti vsura*, &c. Quid † de notarijs, qui super vsuris scienter conficiunt instrumẽta? Respõdeo, periuri sunt, quia quando creantur, iurant quod hoc non facient: ergo de cætero nec testificari poterũt, nec publica conficere instrumenta: ex hoc etiam sunt infames, quibus sunt actus legitimi interdicti. *extra. de testi. cap. licet ex quadam. §. 1. ad fin.* secundum *Hostiensem*, & *Ioannem*.

De salarijs iudicum. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Iudices de curia prohibentur recipere salaria & seruitia, sub pœna restituendi quod receperint in duplo. & nu. 2. sub pœna priuationis officij.*

3 *Iudices si de publico sint stipendiati, maiori ratione debent prohiberi à receptione muneris & seruitij.*

ITem ordinamus, quod capitulum. Hic confirmatur
1 *cap. ordinamus*, supra colla. 2. per † quod iudices de curia prohibebantur recipere salaria & seruitia: & hic etiam additur, quod si contra facerent, redderent salarium, quod recepissent, in duplo. Item confirmabantur infra in *curia Gerundæ c. 15.* vbi extendebatur ad iudices curiæ Infantis & successorum. Et omnia prædicta etiam fuerunt confirmata infra *collat. 5. c. confirmantes.* vbi additur, quod
2 si contra fieret, iudices non possent exercere pro domino Rege officium iudicandi. Et etiam infra *collat. 6. curia Montissoni. c. iuxta constitutiones*, prædicta fuerunt confirmata, & extensa ad laicos, milites, & alios de consilio vel de domo domini Regis. Et contrafacientes incurrebant infamiam, & priuationem officiorum. & processus & iudicia irritabantur. Sed vt mihi videtur, prędicta omnia sunt hodie abrogata per *capitulum, Los salaris, infra collat. 9. in curia domini Regis Ferdinandi.* Vide quæ ibi dicam. & adde quæ dixi in præalleg. *cap.*
3 *Ordinamus.* Sed † si prædicti iudices de publico essent stipendiati, sanctum & salubre esset Reipublicę prædicta capitula renouari, & omnino obseruari: quæ tamen non fuerunt moribus vtentium approbata. *4. dist. §. leges.* vide *glo. c. 1. de treuga & pace.* De salarijs vero in causis criminalibus nota in eadem *collat. 4. supra in curia 1. Barcinon. cap. 14. Item quod aliquis miles.* & melius infra *collat. 6. curiæ Montissoni c. Insuper ordinamus.* vide ibi.

De Sagionibus. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores tabulæ moderantur numerum sagionum, & puniunt delinquentes in officio.*

2 *Officiales vltra numerum ponentes sagiones, puniendi.*

3 *Sagiones delinquentes durante triennio puniuntur ante finem triennij per officiales ordinarios, vel alios superiores. & ratio traditur nu. 4.*

5 *Officialis creans sagiones tenetur de delictis per eos cõmissis circa officium.*

ITem ordinamus super capitulo facto, &c. Casus. In-
1 quisitores † seu iudices tabularum possunt numerum sagionum temperare, & illos delinquentes in officio, vel tenendo officium punire. Hoc dicit. Et adde quæ dixi supra *collatione 3. c. Item ordinamus & statuimus, quod sagiones ponantur*, &c quod hic confirmatur. Adde etiam infra *collatione 5. c.*
2 19. *Item volentes.* vbi † dicitur, quod officiales vltra dictum numerum ponentes sagiones, similiter puniantur. Adde etiam infra *collat. 5. c. 20. Item quod de cætero.* vbi dicitur, quod sagioniæ de cætero non vendantur, exceptis illis de Villa Francha, & Fontis Rubei, quæ recipiunt aliqua iura Regia, quæ in vsu iurisdictionis nõ consistũt.
3 Sed † pone, quod isti sagiones delinquunt durante triennio, numquid poterunt statim puniri ante finem triennij? Dic quod sic, quia sunt de minoribus officialibus, iuxta ea quę dixi supra *collatione proxima cap. 17.* in fine. super verbo, *saluo & resente.* Sed tunc per quem punientur? Respond. Videtur quod per iudices tabulæ, vt hic dicit. Sed quia iudices tabulæ non dantur nisi in fine triennij. vt vidisti supra eadem *collatione. cap. Item ordinamus. de consilio:* videtur, quod per officiales ordinarios, vel alios superiores poterunt puniri, iuxta notata supra in allegato *cap. 17. curia Ilerdæ, & C. de offi. & ec. prouin. l. omnes prouinciæ.* vbi habes, quod officiales cognoscunt de criminibus suorum sagionum, & inde eos puniunt: & idem in similibus: vt *l. per Orientem. C. de officio magistri milit.* Et ita vidi pluries obseruari, & practicari, & ideo minime sunt mutanda, &c. *l. minime. ff. de legibus.* & valde interest, quod isti viles sagiones, qui sæpe delinquunt, habeant promptam punitionẽ, ne habeat expectari finis triennij, quia si
4 interim non possent puniri, multa furta committerent, & fugerent quando immineret tempus tabulæ; sicut multos vidimus fecisse, contra quos opus fuit dare querelas pacis & treugę, quia furtũ commiserant fugiendo cum bonis aliorum.
5 Vlterius quæritur, an officialis † creans tales sagiones teneatur de delictis ipsorum? Respondeo, sic, de ijs quæ deliquerint circa officiũ sagioniæ, secus de his quę extra officium commisissent, iuxta notata per *Bart. in l. 1. §. familiæ. ff. de publica.* & *ff. nau. cau. sta. l. debet.* vide & adde quę notantur in *4. parte spe. tit. de iniurijs. vers. in summa.* & *ff. de his quæ deie. vel effu. l. si vero plures.* & *ff. de incend. ruina, naufragio. l. ne quid.* & *ff. loca. l. videamus.* & adde quæ dicam infra *collat. proxima curia Montisalbi. c. 18. Item statuimus & ordinamus, quod subbaiuli.*

De executione rei iudicatæ & arbitratæ. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Officiales Regij tenentur mandare executioni sententias & lauda. declaratur nu. 2. 4. & 24.*

3 *Appellatio aliquando est diffugium, maxime in compromisso, in quo fuit renuntiatum appellationi.*

5 *Compromissum valet, in quo adijcitur pœna & pactum, quod pœna soluta, vel non, mandetur sententia arbitralis executioni.*

6 *Compromissum valet, etiamsi in eo nec fuerit appositum iuramentum, nec adiecta pœna.*

Arbitri

7 *Arbitri sententia lata in vna ciuitate potest mandari executioni in alia ciuitate per iudicem ordinarium. & ratio traditur numero* 8.
9 *Transactio, nec compromissum fieri potest super re iudicata.*
10 *Actus, cui lex resistit, non valet.*
11 *Ad arbitrium boni viri non recurritur à sententia arbitrali, nisi iniquitas manifesta fuerit.*
12 *Iudex recursus confirmando sententiam condemnare debet in expensis recurrentem.*
13 *A sententia amicabilium compositorum non licet recurrere ad arbitrium boni viri, quid si fuerit declaratum partim per arbitros, & partim vt per amicabiles compositores. nu.* 14.
15 *Prorogatio compromissi facta per arbitros partibus absentibus, & non vocatis, non valet.*
16 *Sententia arbitralis quamuis generalis solum effectum habet in petitis, & non vltra. quid si fuerit expresse emologata. traditur nu.* 17.
18 *Nullitatis exceptio potest opponi aduersus laudum, quantumuis renuntiatum fuerit arbitrio boni viri.*
19 *Doli exceptio potest opponi aduersus laudum, nisi cum iuramento fuerit ei renuntiatum.*
20 *Dolo futuro renuntiari non potest.*
21 *Reductio ad arbitrium boni viri nō admittitur quoties arbiter habet potestatem auferēdi multum vel parū.*
22 *Arbitrium quando sit mandandum executioni sub distinctione traditur.*
23 *Iuramentum de stando laudo est seruandum, dummodo non tendat in periculum animæ.*

ITem ordinamus, quod capitulum factum per dominū Regem Alfonsum, &c. Casus. Dominus † Rex,
1 eius Vicarij, & alij officiales Regij tenentur mādare executioni sine diffugio, & malitia, sentētias seu arbitrationes tam arbitrorum, quam arbitratorum & amicabilium compositorum: & renuntiatio arbitri boni viri valet non obstantibus opinionibus contrarijs. Hoc dicit. Et quod dixi,
2 alij officiales Regij † habentes officium exequēdi, vt sunt bastonerij. Secus est de iudicibus, quorum non est officium exequendi. Et nota, quod dicit textus, *sine diffugio & malitia*. quia non poterunt dicere, Vadat iudex mecum, nec ob hanc malitiam subterfugere, dummodo sibi soluatur salarium oportunum, quia iudex non habet officium exequendi. Item videtur, quod debet fieri
3 executio non obstante appellatione, † quæ diffugium est quandoque, maxime in cōpromisso, vbi fuit appellationi renuntiatum. De materia huius dixi supra *collat.* 3. *c.* 14. *§. Item quod teneantur*, &c. quod etiam confirmatur hic, & infra *collat.* 6. *cur. Montisson. c. confirmantes*. vide quæ ibi dixi latius.
4 Sed quia † hic dicitur de officialibus Regijs, quæro, quid de officialibus baronum, & aliorum? Videtur, quod quoad illos relinquatur iuri cōmuni, quia dicendo, *de Regijs*, videtur secus de alijs. Contrarium credo hic, cum sit eadem æquitatis ratio, vt iudicata executioni mandentur. Et pro hoc videtur infra *in curia Gerundæ c.* 16. vbi addi-
5 tur, quod † valeat compromissum, in quo additur, pœna, & etiam pactum, quod pœna soluta; vel non sententia mandetur executioni: & infra *collat.* 6. *curiæ Montissoni, c. confirmantes*. vbi etiā ad-
6 ditur, quod † valeat compromissum & sententiæ arbitrorum, & arbitratorum, & amicabilium cōpositorum, siue appositum fuerit iuramentum, vel non, & etiam adiecta fuerit pœna, vel non: & ita seruatur in practica, etiam in foro Ecclesiæ, & sic minime sunt mutanda, &c. *ff. de legibus. l. minime*. Sed forte officiales non Regij contrafacientes nō dicerentur violatores istarum constitutionū, quæ expresse loquuntur de officialibus Regijs, licet alias facerent litem suam: quia omnes tenētur facere iustitiam, & seruare iura, & constitutiones Cathaloniæ: vt dixi supra curiæ Illerdæ cap. 18.
7 Quæro, † quid si arbiter tulit sententiam in ista ciuitate, an possit alibi executioni mandari ex mero iudicis officio? Respondeo quod sic, nec requiritur arbitri, nec alterius iudicis requisitio: sed quicumque iudex, cui subest condemnatus, poterit dictam executionem facere: vt *l. cum arbi-*
8 *tri. §. 1. C. de arbit.* Et est ratio † æquitas, cū enim arbitri non possint exequi per se, ergo eis nullā facit iniuriam alius exequendo, nec expectatur eius requisitio; secus in iudice, secundum *Bartol.* quem vide latius in *l. à diuo Pio. ff. de reg. iu.* Et
9 sciendum, † quod de re iudicata non potest cōpromitti, nec alias transigi, quia lis ficta nihil operatur: quod dic latius per *Angelum in l. cum ij. §. si cum lis. ff. de transact.* quia non valet actus, per
10 quem † circumuenitur lex, & cui lex resistit, vt ibi dicitur. Quod nota, quia quotidie de facto videmus seruari contrarium: quia post rem iudicatam fingitur lis, & sic fit compromissum, vel transactio; & tamen non valet de iure: vt ibi notatur. vide, & adde quæ scripsi infra *colla.* 6. *in cur. Montissoni. c. confirmantes constitutionem*. super ver-
11 bo, *iuramentum*. Item nota, † quod quando nō renuntiatum arbitrio boni viri, licet sententia arbitratorum sit contra ius litigatoris lata, non tamen retractatur, nec recurritur ad arbitrium boni viri, nisi iniquitas manifesta fuerit, ita vt promptam faciat fidem de iniquitate: vt *ff. vt in po. le. l. is à quo.* circa prin. & *ff. ad exi. l.* 3. *§. ibidem*, iuxta *Gui. de Sud.* qui ita notat in *l. Vnde si Nerua. ff. pro*
12 *socio*. Item nota, † quod si iudex recursus confirmet sententiam, condemnabit recurrentem in expensis; si vero infirmet, non condemnabit aduersarium in expēsis, quia excusabitur propter sententiam arbitrorum: vt in *authentic. de iudicibus. § oportet.* & *de leg.* 2. *l. qui solidum. §. etiam.* secundum *Gui.* Item etiam nota, quod à sententia amicabi-
13 lium † compositorum non licet recurrere ad arbitrium boni viri: quia vim transactionis obtinet: vt notatur in *authen. vt differentes iudices.* circa prin. *collat.* 9. Et ita iure isto in hac patria non habet locum reductio ad arbitrium boni viri, licet de iure Romano secus. Hoc tenet *Iacobus de Calicio*, quem vide latius super vsatico, *De omnibus namque communibus causis*: tamen quandoque vidi contra-

contrarium seruari, quando erat læsio enormissi-
14 Sed † quid si fuerint dati insimul arbitri & ar-
bitratores, ac amicabiles compositores, vt fieri cō
sueuit? Dic quod aut pronuntiauerunt vt amica-
biles compositores, & tunc idem, quia videtur
transactum. arg. *l. quæritur ff. de statu. ho.* aut tam-
quam veri arbitri, & tunc aut fuit renuntiatū, aut
non: in dubio tamen præsumo, vt res magis va-
leat, quam pereat. *extra. de verborum sign. f. c. Ab-
bate.* cum concordant. & adde quæ notant *Doct. in*
15 *c. quinta vallis. extra. de iureiurando.* Item † nota, ꝙ
prorogatio compromissi per arbitros facta absen-
tibus, & non vocatis partibus, non valet secundū
Bald. quem vide in *l. fi. C. de condi. inde.* Item nota,
16 quod † quandoque sententia est generalis, & pe
titio, & persecutio specialis: & tunc non obstat
in non prosecutione: vt *ff. de arbitris. l. de rebus.* de
quo dic vt notatur in *l. licet. & l. si cum pretia. C. de
iudicijs. & extra de pactis. c. quotiens.* & melius *c. 1.*
17 *de transact.* Sed † vbi sententia fuerit expresse e-
mologata, tunc indistincte valet. vt *l. cum antea. C.
de arbitris.* vide *gl. f. in l. age cum Gemmiario. C. de
de transact.* Sed posito, quod fuerit renuntiatum
18 arbitrio † boni viri, numquid poterit opponi
exceptio aliqua nullitatis, vel doli? Credo ꝙ sic,
quia de ijs non cauetur his constitutionibus: est
ergo casus omissus relictus iuri veteri, maxime de
nullitate proueniente ex defectu potestatis arbi-
trorum, vel compromittentium, vel quia excesse-
runt formam compromissi, nec habebit locum, vt
credo, in his casibus constitutio Illerdæ supra ea-
dem *collat. curia Illerdæ cap.* 14. vide ibi. De exce-
19 ptione † doli, nisi forsan cum iuramento fuerit ei
renuntiatum, credo quod opponi poterit, cum sit
subsidiaria, & de magna æquitate procedat: vt *ff.
de doli except. l. apud Celsum. §. si in arbitrum. & l. pu
re. §. vlt. & l. qui æquitate.* & quasi per totum. & *ex
tra. de arbitris. c. non fine.* de quo dic vt legitur & no
tatur per *Doct.* & signanter *Anto. de Butrio in cap.
quinta vallis. extra. de iureiurando.* & per *Henricum*
20 *in c. non fine.* Sed † tamen dolo futuro renuntiari
non potest: vt notatur in *c. quemadmodum. extr. de*
21 *iureiurando.* Et nota, † quod si arbiter habet po-
testatem auferendi multum vel parum; non potest
fieri reductio; secundum *Hostiensem:* & ponit *Bal.*
super *Innocen. in c. humilis. extra. de maio. & obe.* Vl
22 terius † ad videndum quando arbitrium sit mā-
dandum executioni, & quando non, sic distingue:
Aut enim iuramentum intercessit, & tunc indi-
stincte mandandum est executioni contra illum,
qui iuramento, vel fidei interpositione se obliga-
uit, dum tamen sit æquitati subnixum. *extra. de
arbitris. cap. 2. & 3.* in fine. & hoc notatur per *In-
nocentium & Hostiensem in alleg. cap. quinta vallis.*
Aut iuramentum non intercessit, & tunc subdi-
stingue. Aut enim arbitrium est ab vtraque parte
approbatum, & tunc indistincte mandatur exe-
cutioni. *extra. eod. tit. per tuas. & C. eod. l. cū antea.*
Aut non approbatur, sed infra decem dies recla-
matur, seu obijcitur, & tūc subdistingue: quia aut
fuit pœna apposita, & non est mandandum exe-
cutioni de iure communi, sed agendū est ad pœ-
nam. *ff. eod. l. diem proferre. §. vltimo. & l. Pomponius.*
Secus est per istas constitutiones. Aut pœna non
fuit apposita, & tunc subdistingue. Aut non appa
ret de euidenti iniquitate, & tunc non est mandā-
dum executioni, sed agetur ad interesse: vt in al-
legato *cap. per tuas.* Aut apparet de euidenti ini-
quitate continenti peccatum mortale, & tūc non
est mandandum executioni, nec ad aliquid agi po
test: & sic intelligitur *cap. non fine.* supra alleg. & *de
rerum permu. c. exhibita,* cum ibi notatis. & *c. expo-
sita. extra. de arbi.* verbo, *in irritum reuocetis.* & il-
lud quod notatur in *glo. licet. dicti cap. non fine.* Sed
23 si † iuraui stare arbitrio, siue æque, siue inique est
seruandum, dummodo non vergat in periculum
animæ: vt notat *Dy. extra. de regulis iur. cap. scienti.
lib. 6.* & sic intelligo *Innoc. & Hostiens. allega. cap.
quinta vallis.* vide tamen quę ibi notat *Antonius
de Butrio.* cętera vide *in spe. tit. de arbitrio.* Et nota,
24 quod Vicarij, Subuicarij, Baiuli, Subbaiuli, &
alij officiales bastonerij, iuxta istas cōstitutiones,
& alias de stylo tenentur, & consueuerunt facere
executiones tam sententiarum iudicum, quam
arbitrorum, quam censualium, & aliorum debito
rum: & tenentur ire absque præsentia iudicū vel
assessorum, dummodo habeant consilia exequēdi
ab ipsis data.

Vt nullus vtatur officio iurisdictionis, donec tabulam assecurauerit. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Officialis non potest vti officio suo, antequam tabulam assecurauerit. idem in suo locumtenenti. nu. 4.*
2 *Officialis potest facere locumtenentem de licentia principis, vel quando ad id adest consuetudo.*
3 *Locumtenens an imponere possit pœnam sanguinis, traditur sub distinctione.*
5 *Priuatus vtens iurisdictione punitur pœna læsæ maiestatis.*
6 *Merum imperium an præscribi possit. remissiue.*
7 *Acta facta per officialem non assecurantem tabulas sunt nulla.*

Item ordinamus super capitulis curiarum, &c. Ca-
1 sus. † Nullus officialis ad tabulam adstrictus,
vel locūtenens officialis debet vti officio, donec
assecurauerit de tenendo tabulam, iuxta genera-
les constitutiones Cathaloniæ: & qui contrafece-
rit, arbitrio inquisitorum punietur sicut priuata
persona, quæ officio publico vteretur. Hoc di-
cit. Et cōfirmātur hæc capitula supra, *cur. 2. Bar-
cinonæ c. Primo, quod omnis Vicarius.* & supra *curia
Illerdæ c. Inprimis.* vide quæ in eis dixi. Ex textu,
2 ibi, *& loca eorum tenentes,* &c. nota, † quod officia-
lis potest facere locumtenentem. quod est verum
de licentia Principis, vel vbi est cōsuetudo, alias
forte secus. de quo vide *Gui. de Cugno in l. aliquan-
do. ff. de offi. procons.* Sed an isti locumtenentes pos-
3 sint † imponere pœnam sanguinis? Respond. aut
imponuntur per ipsos officiales principales, &
tunc dic, quod non possunt locumtenentes exer-
cere

cere pœnam sanguinis,nec ea quæ sunt meri imperij.secus si fuerint dati locumtenentes à principe,vel à lege.nam lex dat merum imperiū, magistratus autem ipsum alteri conferre nō potest: vt *ff.de offi.eius cui man.est iuris.l.*1.secundū *Angel.* qui hoc latius notat *ff.qui po.in pig.ha.l.creditor.§.à Titio.* Secus tamen est de iure canonico; vt ibi notatur.adde quæ leguntur *extra.de offi.Vica.cap.Roman.1.lib.6.in glo.* super verbo,*ipsius*.ibi,*nec putes*,&c.Et nota,quod huiusmodi officia non debent dari ad imperpetuum: vt infra *collat.proxi.curia Montisalbi c.*15.*Item statuimus & ordinamus, quod capitulum factum per dominum Regem*,&c.Nota

4 ta † ergo hic, quod officialis, vel eius locūtenēs, vtens officio antequam assecurauerit, punitur vt priuata persona, & habetur pro priuato, sic ergo tenebitur crimine læsæ maiestatis, quia tali pœ-

5 na † punitur priuatus vtens imperio: vt dixi su-

6 pra *eadem colla. c.*9.*in versf.Item † quæro,utrū merū imperium possit præscribi.*vide ibi,& quæ notantur per *Doct.in vsat.Quia iustitiam facere.* & ibi *glos.*& *Iac.de Monteiud.* Sed credo quod poterit pœna mitigari bono arbitrio inquisitorum,vt dicit littera hic,& iuxta notata sup. *ead.colla.c.*7.*§.ex sexta parte.*

7 Et † credo, quod acta, quæ fecerit, sint nulla:nisi forsan cōmuni errore diu fuisset tolera tus:quod dic iuxta ea quæ leguntur & notantur in *l. Barbarius.ff. de officio prætoris*. & dixi latius supra *colla.proxi.c.* 4.*glos.fi.* Itē ꝙ dicit littera,*locūmtenens*,intelligunt quidam vt scripsi infra *coll. proxi.curia Montissoni cap.*18.

De rescriptis. Cap.XVII.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium,seu rescriptum contra generales constitutiones Cathaloniæ non conceditur.*

2 *Non præsumitur Regem rescribere contra propriū iuramentum.*

3 *Princeps an & quando possit reuocare constitutiones, seu priuilegia.remissiue.*

1 *ITem ordinamus,& promittimus*, &c. † Dominus Rex promittit se non concessurum priuilegiū vel aliud rescriptum contra constitutiones generales Cathaloniæ. Hoc dicit. Et repete hic quæ dixi supra *collatione* 3.*c.*8.*Item statuimus & ordinamus,quod aliqua charta*,&c.& *cap.*17. *Item ordinamus & statuimus,quod aliqua littera nostra*,&c. & in concor.& supra *eadem collat.in* 2.*curia Barcino. c.*4.*Item quod aliquod officium.*Et nota,quod ista promissio est iuramento firmata,sicut sunt omnes cōstitutiones,vt patet in fine earum; ergo rescriptū in contrarium est nullum,& præsumitur emanari præter cōscientiam Principis: & de hoc est concessio Regia facta ciuitati Gerundę:non enim est

2 præsumendum, † quod Rex contra suum iuramētum rescriberet, & quia nullus præsumitur immemor suæ salutis:vt in *q.*7.*c.vlt.* nec quod velit esse auctor periurij:vt *C.si aduersus ven.l.vlt.*Et an

3 & † quando Princeps valeat constitutiones & priuilegia reuocare,dic latius per *Iac. de Calicio in sua Margar.fisci.*8.*dub.versf.*36.

De saluaguarda. Cap.XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Rex,nec officiales ipsius debent sub speciali saluaguarda aliquos recipere, nec saluitates concedere.*

1 *ITem ordinamus super capitulo*,&c. Casus. † Sicut dominus Rex non debet sub saluaguarda speciali aliquos recipere, nec saluitates concedere: sic nec Procurator, Gubernator, Vicarij, & alij officiales Regij possunt hoc facere:sed contrafactum pro non facto habendum est. Hoc dicit. Et repete hic quæ dixi supra *eadem collat. curia Mōtisalbi cap.*3.*Item ad supplicationem dictorum*,&c. & in *secunda curia Barcinonæ cap.*18. *Item cum quilibet sit,& debeat esse in guarda*,&c. quod capitulum confirmatur hic.

De feudis. Cap.XIX.

SVMMARIVM.

1 *Succedens in ius alterius debet vti eius iure.*

2 *Vassalli militis effecti vassalli ciuis, iudicantur ratione feudi in omnibus quæstionibus,vt ante iudicabātur.*

3 *Dominus feudi debet dare iudices suis expensis vassallis & feudatarijs.*

5 Sos ops *verbum interpretatur.*

5 *Miles de consuetudine non facit homagiū ratione feudi hominū de pede,sed tātum sacramentū fidelitatis.*

6 *Baro,seu miles coactus per iustitiam dare pacem ,vel trengam rustico,debet præstare homagium domino Regi,& in posse officialis Regij.*

7 *Pares curiæ qui dicantur. remissiue.*

8 *Homines de pede non habent priuilegium militare.*

9 *Priuilegio militari qui gaudeant.*

10 *Ciues honorati gaudent priuilegio militari.*

11 *Burgenses non sunt milites, nec gaudēt priuilegio militari.*

1 *ITem ordinamus de consilio,approbatione,& consensu*,&c. Casus. † Qui in ius succedit alterius, debet vti illo iure, quo prædecessor vsurus erat. Hoc dicit.Et est de hoc regula iuris *lib.6.c.si quis in ius.* vide quæ ibi notantur. *& vt litis pen.c. Ecclesia S. Mariæ.& de sta.mo.c.recolentes.*vel sic.Casus ad lit-

2 teram.Si † dominium castri,vel loci,quod cōsueuerat esse militis,perueniat ad ciuem,vel hominē villæ,castellani,& feudatarij illius castri, vel loci,in omnibus placitis, & quęstionibus, ratione ipsius feudi iudicabuntur, sicut antea iudicabantur cum milite. Et debent assignare iudices pa-

3 res † curiæ,& facere eis dare *sos ops*;subaudi,quod dominus,qui dat iudices, debet eos procurare.& ita seruatur de consuetudine:vt scripsi in *vsatico, Bataya*:quia si reo, scilicet,vassallo in iudiciū vocato habet dare *sos ops*;fortius & iudici, quē dare tenetur suo sūptu:*l.suo victu.ff.de operis liber.* alias fatigaretur vassallus laboribus & expensis . Pro hoc est *glossa extra de rescriptis.cap.nonnulli.*adde in *spe.tit.de salarijs.§.dicturi. versf.salarium autem*. & hoc secundum *vsaticum Barcinonæ.* si ipsos traxerit extra feudum.Hoc dicit in longo.De hoc dic latius vt legitur & notatur in *vsat. Placitare.* &

4 quod hic dicitur † *sos ops*,est vulgare,& debet intelligi de expēsis,de quibus ibi dicitur *conductū*.

 vide

vide ibi *Iacobum de Monteiudaico*. & scripsi ibidem. Adde *glossam extra. de rescriptis. cap. nulli.* super verbo *extra duas dietas*, ibi, *Sed expensis*, &c.
5 Et nota, quod consuetudo † est Cathaloniæ, quod miles non facit homagium, ratione feudi, homini de pede, sed sacramentum fidelitatis. Sicut dicitur de clerico, qui non facit homagium, sed sacramentum fidelitatis: vt notat *Hostiensis in Summa, tit. de iureiurando. §. quot sunt. vers. vel dic:* & adde quę notantur in *l. 1. C. de nouat.* per *glossam* & *Doctores.* & adde quę dixi infra *in curia proxima. c. 1.*
6 Sed † pone, quod Baro, vel miles cogitur per iustitiam dare pacem, vel treugam, seu securitatem homini de pede, vel rustico, numquid pręstabit homagium de pace, treuga, vel securitate seruãda illi homini de pede? Quidam quod non, per dictã consuetudinem. Dico contra, quia hic homagium præstatur Regi, & in posse officialis Regij, & de consuetudine huius patriæ pax, & treuga, siue securitas cum homagio validatur. Non obstat infidelitate: quia ibi est iuramentum subiectionis, & ideo non præstatur homagium per militem ho-
7 mini de pede. Sed † qui dicantur pares curiæ, vide supra *colla. 2. cap. 60. Item in omnibus causis feudalibus*, &c. vide, & repete hic quæ ibi dixi. ¶ Sed
8 quero, qui † dicantur hic homines de pede. Et videtur, quod omnes, qui non habent priuilegium militare, & qui in iure ciuili dicuntur pagani. Et
9 qui † sunt illi qui gaudent priuilegio militari? Dic quod richi homines, barones, nobiles, milites, domicelli, & homines de paratico; qui alias dicuntur de genere, siue generosi, de quibus dixi supra *collatione 2. cap. 43. Item si aliquis conqueratur.* & *cap. 47. Item quod animalia militum.* & *c. 54. Item quod nullus miles.* & supra *collat. 4. in curia 1. Barcinona cap. 17. Item si forsan.* cum similibus. Sed
10 quid † de ciuibus honoratis, & burgensibus? Forte isti non dicentur de pede, quia iudicantur vt milites: vt in *vsat. Ciues & burgenses.* Sed verũ est,
11 quod † ciues burgenses non sunt milites, nec gaudent priuilegijs militaribus: ideo quoad contẽta in hac constitutione iudicabo eos vt pedones, siue homines de pede: quod satis probat littera in textu, dũm dicit: *Si dominium castri militis veniat ad ciuem, vel hominem villa.* & ita facit differentiã inter militem & ciuem, & parificat ciuem & hominem villæ: sic est infra *collatione sexta. in curia Montissoni, cap. corrigentes.* vide quæ ibi dixi super verbo, *nobilem militem*, &c. vide *Iacobum de Calicio in vsat. ciues.* & dic vt ibi in 3. *op. in vers. quare dicas quod speciale.* Et ita audiui practicari, quod honorabilis miles de Pulcro Podio noluit præstare homagium honorabili Rogerio Malarcij ciui Gerundę domino castri de Salis ratione feudi, quod dictus miles tenet pro dicto castro. Et hinc collige vnum de priuilegijs militaribus. Et adde etiam quę dixi supra *eadem collatione curia prima Barcinona. cap. 27. Item quod aliquis miles, vel homo de paratico*, &c. vide ibi alia priuilegia militaria.

De deposito & sequestro. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Officialis expendens res depositas penes se in toto, vel in parte, tenetur ad restitutionem cum duplo eius quod expenderit. & idem dicitur de scriptore curia, vel alia persona, qua teneret depositũ ratione officij. n. 2. quid si pecunia esset publica. nu. 5.*
3 *Sequestratio regulariter prohibetur. fallit nu. 4.*
6 *Actio depositi oritur ad restituendum etiam non commisso dolo.*
7 *Depositarius in quibus casibus teneatur de leui culpa, & de casu fortuito.*
8 *Depositi naturam egreditur, vt tantumdem restituatur.*
9 *Sequestrum quando fieri debeat. remissiue.*
10 *Nedum in dolo, & magna culpa est, qui rebus depositis seu commendatis vtitur ad vsum proprium, verum etiam furtum committit.*
11 *Captus pro debito ciuili debet teneri in lata custodia, & sine compedibus.*
12 *Casus fortuiti in quibus veniant. remissiue.*
13 *Sequestrationis materia traditur remissiue.*

1 I*Tẽ ordinamus de consilio, assensu, & approbatione prædictorũ*, &c. Casus. Officialis † Regius, qui denarios, vel alias res apud eũ ratione officij cõmẽdatas in totum, vel partẽ expenderit, tenetur ad restitutionẽ cum duplo eius quod expenderit, & nũquã de cętero tenebit officium Regiũ. Hoc dicit.
2 Et † idẽ est de scriptore curiæ, vel alia persona tenente depositum, vel sequestrũ ratione officij sui. Et nõ debent pretextu custodię, vel alterius laboris, quẽ inde sustineãt, salarium aliquod, vel seruitium accipere, vel habere: vt infra *colla. 6. cur. Perpiniani. c. denique confirmantes.* vide ibi. Et nota, quod
3 sequestratio † siue depositio pecuniæ, si fiat voluntarie, vel ex conuentione, est licita & permissa. Si vero fiat per curiam inuita parte, regulariter est
4 prohibita. Fallit in † casibus, quos nota *extra. de sequestra po. & fruct. cap. vlt.* & per *Goffre.* & *Hosti. in Summa eod. tit.* adde quæ notãtur latius per *Bal. C. de prohi. sequestra pecu. l. quotiens.* ibi, *Vlterius nota quod*, &c. Item per *Azonem* & *gloss.* in dicta *l. quo-*
5 *tiens.* Item † nota, quod si pecunia deposita esset publica, teneretur expendens crimine legis Iuliæ de residuis. de quo vide *C.* & *ff. ad l. Iul. de ambitu, pecu. & residuis.* & vide *Io. Fab. insti. de pub. iud. §. Item lex Iulia peculatus.* vbi nota, quod lex Iulia de residuis punit officialem, qui pecuniã ad certos vsus destinatã retinet sibi in toto, vel in parte: cuius pœnam habes *ff. eod. §. l. Iulia.* & distingue per *Ioannem Fab. vbi supra.* Item nota, quod actio
6 depositi † oritur ad restituendum etiam ante cõmissum dolum. *ff. depo. l. 1. §. plane.* Casus, in qui-
7 bus † depositarius tenetur de leui culpa, & casu fortuito, vide *ff. depo. l. 1. §. sæpe.* Contra naturã de-
8 positi † est, vt tantumdem restituatur. *ff. depo. l. Lucius.* adde infra *collat. 6. c. ad emendandum.* Et quã-
9 do debeat † fieri sequestrum, vide *Innocentium extra. de proba. c. in præsentia.* & per *Doct. in l. acquisitimum. ff. de vsuf.* adde quæ notat *Bald. ff. vbi pu. edn. de. l. si disceptetur.* & latius in *l. vnica. C. de sequestra pecunia.*

pecunia.praalleg. Et hic nota vnum casum, in quo officialis condemnatus non potest tenere officiũ Regium: & est ratio, quia est condemnatus de dolo, & magna culpa: sic supra in *curia Illerda cap. inprimis. §. ordinamus etiam.* Et sic nota, dolum, vel
10 magnam † culpam esse, vti in proprio vsu rebus commendatis siue depositis: quia furtum cõmittit, quia non habet iustam causam credendi dominum permissurum, & sic contrectat rem alienã, inuito domino, animo lucrifaciendi sibi; vt *ff. de furtis. l. inter omnes. §. recte.* & *l. qui re commodata.* cũ simi. vide in *Summa Confess. lib. 2. tit. 6. q. 27.* Et forte in casu huius cap. cõdemnatus etiã extra iudiciũ tabulæ ipso facto incurrit hãc pœnã, quia cõdẽnatus directa depositi efficitur infamis, nec poterit obijcere cõpensationẽ, sed cogetur soluere per captionem personę. Nec liberabitur cedendo bonis, cum sit condemnatus ex dolo. de quo dicã infra *c. proximo.* & adde quæ dixi sup. *coll. 2. c. 28. Itẽ quod nullus miles.* & sup. *colla. 3. c. 25. Item ordinamus & statuimus, quod aliqui homines.* & ead. *colla. 4. curia 1. Barcin. c. 34. Item quod aliquis homo nõ capiatur.* & adde infra *curia Gerunda c. 5.* Et vbi
11 quis † pro debito fiscali, vel commanda, aut alio ciuili possit capi, habet teneri in lata custodia, & sine cõpedibus: vt legitur & notatur *C. de exac. tribu. l. nemo carcerem. lib. 10.* vide ibi *Bar.* & *in l. sacrilegij. §. fi. ff. ad l. Iul. peculatus.* adde infra *cap. proxi.*
12 Et † in quibus veniant casus fortuiti, dixi supra
13 *curia proxima c. 7.* in fine. Et † de materia sequestrationis vide plenissime per *Gui. in Rosario 11. q. 1. c. quia res.* super *glo. hoc intellige.* in fi. & per *Io. de Imola extra de reg. iur. c. locupletari. lib. 6.*

De cessione bonorum. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Praconizandus est, qui iurauerit se non esse soluendo, ne inde quis decipiatur. idem est in campsore fallito, siue abatut. nu. 2. & declaratur nu. 5.*
3 *Cessio bonorum non liberat quem à carcere.*
4 *Creditor debet ministrare expensas incarcerato.*
6 *Iurãs, & probans se non esse soluendo debet liberari à carcere, & absolui ab excommunicatione. limita. nu. 7.*
8 *Cessionis materia per Canonistas vbi tractetur.*
9 *Ad cessionem bonorum nemo est compellendus per excommunicationem.*
10 *Excommunicatus est absoluendus ex officio vbi excõmunicatio non prodesset.*
11 *Cessionis beneficium fuit inuentum, ne iudicati detrudantur in carcerem.*
12 *Capi quis non potest pro debito. fallit, vt hic.*
13 *Debitor fiscalis capi potest de iure cõmuni: sed an liberetur cedendo bonis, traditur nu. 14.*
15 *Debitor dolose faciens quod non sit soluendo, potest capi, & extraordinarie puniri.*
16 *Clericus obligatus pro debito ciuili sub pœna captura, seu arresti, debet teneri arrestum tantũ in curia Ecclesiastica, in qua detineri non debet captiuus.*
17 *Miles calestis & sacularis non indiget cessione bonorum, ex quo non est carcerandus pro debito.*
18 *Obligatus ad factum cur non obligetur cedendo bonis.*
19 *Obligatus ad factum soluendo interesse quod liberetur quomodo intelligatur, traditur.*
20 *Obligatus ex delicto vel quasi, an liberetur cedendo bonis.*
21 *Cõmutatio pœnarum habet locũ in pœnis fiscalibus, non tamen in pœnis priuatorum, nisi eis consentientibus.*
22 *Obligatus pro debitis fiscalibus an liberetur cedendo bonis, traditur. & nu. 30.*
23 *Hares non conficiens inuentarium non potest cedere bonis. idem est in furante aliquam rem. nu. 24.*
25 *Hares celans in inuentario aliqua an perdat beneficiũ inuentarij, an vero teneatur in duplum, traditur.*
26 *Hares tenetur indicare bona.*
27 *Soluendo qui est, non debet cedere bonis.*
28 *Soluendo qui est, non debet carcerari, nisi prius discussis bonis. Fallit pro scriptura tertij, & commanda. n. 29*
31 *Carceris pœna propter inopiam aliquando imponitur.*
32 *Debitor fiscalis quamuis se absentauerit, vt capi nõ possit, non ideo debet banniri.*
33 *Negans debitum, & conuictus ac condemnatus opponere nequit compensationem.*
34 *Negans debitum, & conuictus non habet beneficiũ cessionis bonorum.*
35 *Bannitus capi potest die feriata.*
36 *Mulier condemnata pro debito non potest carcerari, fallit nu. 37.*
38 *Minor an possit cedere bonis, traditur distinguendo.*
39 *Milites nostri temporis carcerari non possunt.*
40 *Pyrata militare dicuntur sicut catulus in silua.*
41 *Milites qui esse non possint, traditur.*
42 *Milites obligati pro censualibus vel violarijs cũ scriptura tertij, vel commanda, incarcerantur.*
43 *Contractus censualium & violariorum approbantur.*
44 *Liber homo pro debito capi non potest in Cathalonia. fallit nu. 45.*
46 *Querelatus firmans ius, & tornans pignora pro pace & trenga debet obligari in persona & bonis.*
47 *Debitor excommunicatus quomodo sit absoluendus.*
48 *Inopia debitoris impedit effectum executionis.*
49 *Excõmunicatio lata, cessante contumacia est relaxãda.*
50 *In cõfessis nulla sunt partes iudicis, nisi in condẽnãdo.*
51 *Inanis est actio qua excluditur debitoris inopia.*
52 *Inopia priuilegio vt quis gaudeat, duo requiruntur.*
53 *Paupertas siue inopia quomodo probanda, traditur.*
54 *Excommunicationis exceptio non impedit cessionem.*
55 *Soluere non valens an sit incarcerandus & puniendus in corpore, traditur late.*
56 *Pœna sanior imponi nõ potest quã castigationis per ipsã vbi debet dicta pœna commutari in corporalem.*
57 *Cedenti non est dimittenda vestis. declaratur nu. 58.*
59 *Eunti ad supplicium dimittuntur vestes quas habet in dorso.*
60 *Cedenti dimittuntur quæsita per eum pro alimentis.*
61 *Debitor fiscalis ob contumaciam in soluendo capitur.*
62 *Cessioni bonorum non est locus, vbi viget consuetudo quod quis non capiatur pro debito ciuili.*
63 *Cessio bonorum non habet locum in obligato cum scriptura tertij.*
64 *Cessio bonorum an habeat locum in commanda, traditur distinctione adhibita. declara nu. 65.*

ITem ordinamus, quod omnis homo, & omnis fœmina, &c. Casus. Omnis † homo, qui iurauerit se nõ
1 esse soluendo, debet cum tubis præconizari per ciuitatem, villam, vel locũ vbi iurauerit, adeo vt nullus inde valeat decipi. Hoc dicit. Et eodẽ mo
2 do † debet præconizari campsor, & alius, qui per constitutiones dicitur abatut: vt supra in 2. *curia Barcin. c. 6. Item quod quilibet cãpsor, qui se abat,* &c. vide quæ ibi dixi. Et iuxta pragmaticam Regis Petri, quæ incipit: *Nos post.* datã Barcinonæ anno
3 1380. cessio † bonorũ non statim liberat à car
4 cere. Sed † creditor tenetur ministrare expensas incarcerato. de quo dicetur latius super constitutione censualium & violariorum. Et adde notata per *Iac. in suis libellis. tit. de cessione bonorũ.* Et nota, ꝙ in isto cap. non dicitur, Qui cesserit bonis, sed,
5 qui iurauerit se non esse soluendo. Ex † quo infero, quod licet quis non dederit libellum cessionis bonorum, vel dederit, sed non fuerit admissus, vel etiã repulsus; si tamen iurauerit se nõ esse soluendo, ꝙ statim habeat locum huiusmodi constitutio, quæ debet Hebraice ad litterã intelligi, & practicari: quia eadẽ vtrobique ratio, scilicet, vt nullus inde valeat decipi, cõtrahendo cũ tali, qui iurauerit se non esse soluendo: & vbi est eadẽ ratio, debet esse idẽ ius: vt *extra. de rescriptis. inter cæteras.* & quia hic est fauor Reipublicæ, qui debet ampliari, & non restringi. *extr. de reg. iuris. c. odia. lib. 6.* Itẽ infero, ꝙ † si quis iurauerit, & probauerit
6 se non esse soluendo, debeat à carcere liberari, vel ab excommunicatione absolui, licet non dixerit, Cedo bonis. Ad hęc facit *c. Odoardus. ext. de solut.* vbi nulla fit in textu mẽtio de cessione bonorũ: sed ponitur in tit. de solutionibus. Ex quo videtur, quod qui iurant se non esse soluendo, & præstant cautionem iuratoriam de soluẽdo, si ad pinguiorem fortunã deuenerint, licet libellũ cessionis non dederint, ilico debeant relaxari: nisi † for
7 san per creditorẽ exemplo probentur bona occultasse. & ita solẽnitas cessionis bonorũ non videatur necessaria. adde infra *e. c. q. qualiter fiat per dictum c. Odoardus.* vbi *glo.* dicit, quod si certus esset iudex, quod debitor nil posset soluere, vel si cessisset bonis, sententia excommunicationis nõ teneret, vel esset ilico relaxãda: & nota, quod illa *glo.* disiunctiue dicit, *vel cessisset,* &c. & nota eã. Et sic vitatur infamia, quã forte cedendo incurreret, saltem de facto: nam diceretur bonorum dissipator, vt *C. de cessio. bo. l.* 1. & nota *Hostien. in c. quidã. extra de renun. in antiquis.* & ita in multis practicaui in curia Episcopi Gerund. quoad vitandã excommuni-

communicationem. Et pro hoc facit, quia in toto corpore iuris canonici non reperitur Rub. de cessione bonorum, nec tex. qui de ea loquatur. Super hoc vide *Ruff. in libello iuris ciuilis. tit. de offi. iudi.* per quod petitur dari curatorem bonis: quamuis
8 cessionis huiusmodi materia satis late per Canonistas Doctores & *glo. in actio c. Odoardus.* pertractetur, præsertim per *Ant. de Butrio,* & *glo. c. lator. extra. de pig.* videatur contra. sed forte habet locũ de iure ciuili ipsa *glo.* vel quando quis vult euitare carcerẽ, secus in excõmunicatione: vt in *cap.*
9 *Odoardus.* Et hãc teneas, † quia per excõmunicationẽ, quæ medicinalis est, & nõ mortalis, non debet quis cogi ad cessionẽ bonorũ: imo debet relaxari sine difficultate cũ dicto iuramẽto, vt in *d.*
10 *c. Odoardus.* dicitur. Imo † etiã vbi alias excõmunicatio no prodesset, debet ex officio iudicis relaxari, etiam excõmunicato inuito, vel non petẽte, ne in excommunicatione discedat, quia nõ debet esse mortalis, vt dictum est: per carcerẽ vero non infertur periculũ animæ: & hoc videtur velle *glo. magna* in alleg. *c. Odoardus. in ve. f. si certus esset in*
11 *dex,* &c. Circa † prędicta quæro, ad quid fuit inuentũ beneficium cessionis bonorũ? Resp. ne iudicati detrudantur in carcerẽ: vt *C. de c. f. bono. l. 1.*
12 Sed † nũquid potest quis pro debito incarcerari? Dic quod de iure huius patriæ nullus pro debito capitur, nisi in casibus, de quibus dixi in *c. Itẽ quod nullus miles.* sup. in *curia Regis Petri II. coll. 2.* & in alijs locis per me alleg. sup. *c. proxi.* vide quę
13 ibi dixi. Sed † de iure cõmuni potest dici, ꝙ debitor fiscalis potest poni in carcere: vt *l. nemo. C.*
14 *de exact. tri.* Sed † an liberetur cedẽdo bonis. *Bal.* quod non, in *l. 1. C. eod. tit.* Sed distingue iuxta *Hẽri. extra. de solu. c. Odoardus. in 1. di.* & *Io. de Platea in l. nemo carcerẽ.* præalleg & adde quæ notat *Ruff. in suis libellis iuris ciuilis. tit. de offi. iudi.* quo petitur curatorẽ dari bonis: & ibi omnino videas de
15 hac materia cessionis bonorũ. De † debitore priuati potest distingui: quia aut dolose fecit, ꝙ esset non soluendo. & tunc debet detrudi, & extraordinarie puniri. *ff. quæ in frau. credi. l. fi. §. fi. ff. de admi. tu. l. ob f* ... *nus.* Si autem alias commisit dolũ in contractu, tunc potest detrudi. *ff. de mino. l. quod si minor, §. si quis seruus.* aut non dolose, & tunc nõ, nisi alias sit pro notoria & euidenti contumacia: quia tunc potest detrudi, si forte propter contumaciã non vult bona sua indicare, quę forte abscondit, quæ indicare tenetur; vt not. *C. eod. l. 1.* nam talis contumacia dolo æquiparatur: *ff. de admini. tu. l. si plures.* & iudex realiter citat contumacẽ: *C. quomodo & quando iudex. l. consentaneũ.* ergo cũ dolosus non euadat cedẽdo, nec verus contumax: imo cessio facta & admissa non iuuaret eum in casu, quo nollet indicare. quia cũ teneatur omnia dimittere, dolo facit si quid cælat, vel retinet: *ff. de man. l. dolus.* alias nõ video quod debeat detrudi pro debito ciuili: & si detrudatur, non debet detineri: prę sertim si velit cedere, vt dicta *l. 1.* & ita intelligatur *glo.* in alleg. *c. lator.* & hoc, nisi esset specialiter obligatus ad arrestũ & captionẽ personę, vbi est priuilegiũ, vel consuetudo. Facit ꝙ dicitur de obsidibus *ff. de testa. l. obsides. ff. de iure fi. l. diuus.* & ita fere videtur vbique. Quid si sit clericus, qui se
16 obligauit † ad captionẽ, vel arrestũ pro debito ciuili? Dicit *Io. Fab. insti. de ac. §. cõpensationes.* ꝙ debet tenere arrestũ in curia Episcopi, sed in curia sæculari non. Itẽ nec debet detineri in curia Episcopi clausus, nec vinculatus: vt notant *Doct. extra. de iureiuran. c. ex rescripto.* vide ibi in *Nouella.* Facit quod dixi supra *c. proxi.* & sup. *colla. 2. c. 29. Item quod nullus miles,* vide ibi. Sed *Io. de Platea in*
17 *l. per hanc. C. de ero. mili. anno. lib. 12.* dicit, † quod miles sæcularis & cælestis non indiget beneficio cessionis, quia non valet carcerari: alleg. *c. Odoar.* vide in *d. l. per hanc. §. si qua tamen.* ibi; *Ex quo infertur, quod neuter miles,* &c. Et hæc procedunt, vbi
18 quis est obligatus ad dandũ. Quid † si ad faciendũ? Videtur, quod non liberetur cedẽdo, quia causa. quare quis liberetur cedẽdo, est impotẽtia, quę non potest allegari; quia possibile est sibi facere: ergo non liberatur cedendo: præterea ex quo facere potest, & non facit, cõstat quod est in dolo: vt *d. l. dolus. ff. man.* & dolosus non gaudet huius-
19 modi beneficio, vt satis dictũ est. Vnde † illud cõsueuit dici, quod ille, qui est obligatus ad factũ. liberatur soluendo interesse, obtinet vbi vult, & potest præstare interesse: sed vbi non potest præstare interesse, non obtinet: vt *ff. de verb. obliga. l. in stipulat. §. fi.* plus quã frustratoriũ esset dicere ꝙ promissor facti eligẽdo interesse, quod nõ potest præstare, liberetur: *ff. de solu. l. Stychum.* in prin. *ff. de contra. emp. l. de empt. §. fi.* & ideo videtur quod possit compelli vt faciat si sciat, & possit facere, nec liberetur cedendo: & hoc apparet, quia libertus egenus compellitur edere operas *ff. de operis li. l. suo victu.* Bene tamẽ credo, quod stipulator debet facere expẽsas, vel dare tantũ tempus, ꝙ potuerit acquirere vnde faciat: vt *d. l. suo victu.* cũ *l. seq.* & faciunt hæc pro his quę dixi sup. *eisdẽ cur. & coll. cap. 8.* Et sic, quoad hoc, adhæreo opinioni, quæ asserit, scriptorẽ posse præcise compelli scribere quod conuenit. *ff. de noui op. nun. l. stipulatio. §. fine.* & credo quod non liberetur cedẽdo, & quod possit intrudi, si non facit per contumaciã, per ea quæ supra dixi. Et hęc procedũt, vbi debitor scit & potest facere ꝙ promisit: alias cũ deberet solũ condẽnari ad interesse, liberaretur cedẽdo bonis, cũ sit eadẽ ratio cum pecuniario debito. *ff. de ver. obli. l. stipulationes non diuiduntur. §. 1.* Nec hoc casu distinguo, an fuerit electa industria personæ, vel non. Sed vt dixi, hæc procedunt vbi quis te-
20 netur ex cõtractu. Quid † si ex delicto, vel quasi? Dic idẽ, sed pœna pecuniaria conuertitur in corporalem: *ff. de pœnis. l. 1. §. generaliter. ff. de in ius vo. l. penult.* etiã si ex culpa teneatur: *ff. de interdic. l. qui ædes.* Et ideo credo, quod si quis agat iniuriarũ, & concludat ad pecuniã, quod si reus condemnatus cedat bonis, quod se non liberat: sed pœna pecuniaria debet conuerti in corporalẽ per prædicta.

T 3 Facit

Facit ff. quod cum eo. l. quod si quis. §. quamquam. vide extra de solut. c. Odoardus. per Inno. & Ant. de But.
21 & Henri. Nota tamē, quod † permutatio pœnarū habet locum in pœnis fiscalibus, non tamen in pœnis creditorū, nisi eis consentientibus; vt ibi notant Inno. & Bald. quia in electione creditoris est, an velit cessionē bonorum admittere, an pœnā cōuerti in corpus. Sed si pœna vertatur in corpus de voluntate creditoris, liberabitur omnino debitor, secus si cessionē admittat. Et credo, quod si creditor semel admiserit cessionem, non possit amplius petere pœnā conuerti in corpus. Secus è conuerso, antequam pœna fuerit corpori inflicta. Et si forsan creditor nolit eligere, tunc iudex poterit cessionē admittere. quia debet mitiorē viam sequi; & præsumitur hoc ita creditorē velle, quia sibi vtilius est propter spem, quia forsan deueniet ad pinguiorē fortunam: ita postea in audiētia regia pluries obtinui. & vidi declarari ad mei ingentem instantiā in querelis pacis & treugæ, licet multi tenuissent cōtra, & ꝙ inuito creditore pœna pecuniaria cōuerteretur in corporalē, petēte debitore, quod absit. Dixi ergo, quod quis potest detrudi pro debito fiscali, vel quando se de
22 hoc obligauit. Sed † quæritur, nūquid in illis se potest liberare cedendo? Resp. non videtur, quia tunc nil esset speciale in casibus illis, quod tamē iura videntur supponere. In contrariū videtur expressum insti. de socie. §. Itē si quis. vide ibi Doct. qui tenent, ꝙ cessio bonorū etiam admittitur in debitis fiscalibus, & ciuitatis, licet aliter notetur per Bal. vt subijcitur inf. in q. nūquid debitor fisci. C. qui bo. ce. p. s. l. 3. recipiendo Rempublicā pro re fiscali, de qua per prius prædicatur: ff. de verb. sig. l. cum qui. & l. inter publicū. & probatur manifestius in vltimo casu. quia in obligando se ad arrestū, non videtur renūciare huic beneficio, cui etiam forte renuntiare non potest expresse, vt inf. videbitur. In quo ergo est speciale in illis duobus casibus? Resp. quia in illis casibus statim debitor intruditur, antequam fiat executio de bonis: vt d. l. nemo. in alijs solum, si dolose, aut contumaciter cōuersatur, quo minus soluere possit: & illi duo casus magnā habent prærogatiuam, secundū Io. Fab. Super hoc vide quæ notantur infra coll. 6. in curia Ceruariæ cap. Insuper confirmantes. &c. super verbo, bo-
23 norum. Quæro † an hæres, qui non fecit inuentarium possit cedere bonis? Videtur quod nō, quia præsumitur in eo dolus: vt in auth. de hæred. & fal.
24 § sancimus. Itē † si furatus est aliquam rem: C. de
25 le. l. nō est dubiū. Quid † si cedēs aliqua cælauerit? Resp. in duplū computatur; in l. fi. §. licentiā. C. de iure delibe. Sed vide ibi Bal. & Bar. qui aliter dicit in l. Paulus. ff. ad l. Fal. & ibi Io. de Im. tenet: quod per dictum beneficiū in Falsidia: sed quoad creditores tenetur ad duplum. Sed Bald. in §. licentiā, tenet, quod si dolose occultauit, ꝙ nil valet inuētariū, & sic perdit priuilegium. vide ibi latius. &
26 in constit. Hac nostra in curia Perpiniani. Sed † an teneatur indicare bona? Dic ꝙ sic: vt notat glo. &

Bal. in l. 1. C. eod. & C. quando & quibus quarta pars. l.
27 2. lib. 10. Vtrū ille † qui est soluendo, possit cedere bonis? Resp. secundū Bal. non, tali ratione, nā
28 non † potest carcerari de iure cōmuni nisi prius discussis bonis: vt notatur ff. de suspec. tu. l. 3. §. tutores. & per Inno. extra de re iudi. super Rubri. ergo superuacua cessio non debet per iudicem approbari: nam iudex non debet eā admittere, nisi causa cognita, & interest Reipublicę, ne quis re sua male vtatur: vt l. 1. ff. de his qui sui, vel alieni iuris
29 sunt. Fallit † in casu scripturæ tertij, & pro cōmanda, pro quibus statim, non discussis bonis, proceditur ad captionem. Secus est pro debito fiscali, & huiusmodi. de quo vide latius infra collat. 6. in curia Ceruariæ. c. insuper confirmantes constitutionem, &c. Numquid debito fisci liberetur cedē-
30 do † bonis? Resp. non, nisi eo casu quo paupertas excusat. l. sacrilegij. §. fi. ff. ad l. Iul. pecul. & hoc verum secundum Bald. si verisimile est, quod possit ab amicis acquirere pecuniam vnde soluat, alias
31 inopia eos excusat. nam † carcer est quædā multa, quæ propter inopiam interdum indulgetur: vt ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. fi. Verius dic, quod pro ista miseria est supplicandum fisco. vide tamen de hoc per Henri. Boich in c. Odoardus. in di. 1. vers. Aut est debitor fisci, &c. & per Doct. insti. de socie. §. Item si quis ex socijs. Dic, aut fisci debitor est contumax, & tunc non admittitur eius cessio aut est deuotus, & tunc aut est soluendo; & idem: aut non est soluēdo, & tunc debet admitti cessio: vt l. pater tuus. C. eo. tit. s. bo. ce. p. s. Sed quæro, si debitor
32 fisci † se absentauerit, vt capi non possit; an propter hoc loco carceris possit banniri? Glo. in l. 1. C. eod. dicit quod sic; quasi bannum succedat loco carceris: quod non est verū secundum Hug. quia primo quis bannitur. & postea carceratur. si personaliter inuenitur: & tamen bannum non confunditur cum carcere propter pœnam, & propter sortem, secūdum Bal. & ideo male faciunt officiales, qui quando sunt requisiti per litteras cōminatorias mercandi, vt capiant aliquem; vel per litteras officialis Ecclesiastici, vt aliquem excōmunicatum compellant ab excommunicatione exire. & illum debitorem, vel excommunicatum reperire nequeunt, statim banniunt illos. Nota ꝙ
33 si † negauerim debitum creditori, & postea sim conuictus & condemnatus. nō possum opponere compensationem; secus, si per confessionē fuero condēnatus, secundū Lud. de Roma. & al! g. glossam singularem in l. nemo ex his. ff. de reg. iuris. & in l. fi. in verbo, conuicta. C. de compen. vide Henri. Boich. extr. de pe. c. bona fides. Et per hoc videtur, quod taliter
34 conuictus † non gaudeat beneficio cessionis bonorū, cum fuerit dolosus; & oportet, quod cedēs bonis sponte cōfiteatur: vt notatur C. de ce. bo. l. 1.
35 Sed numquid † pro dicto banno potest capi die feriata? Resp. sic: quia omnis bānitus habetur pro fugitiuo: & ideo potest personaliter capi quocūque die: & nota in l. fi. C. de ferijs. & facit extra. de
36 Iuda. c. fi. secūdū Bal. Vlterius quæro, † vtrū mulier

lier

36 lier † condemnata pro debito possit carcerari? Dicit *Bald.* cum mulieri detur beneficium cessionis, vt *C. eod. l. penult.* in verbo, *vtriusq. sexus,* ergo si non cedit bonis, potest incarcerari. In hoc tamen sunt seruanda statuta, & consuetudines locorum, secundum eum. vnde de iure communi seruat *authen. nouo iure. C. de custo. reorum.* Sed hodie in Cathalonia seruamus constitutionem, quæ incipit, *à la condicio feminil,* &c. infra *curiæ dominæ Mariæ colla.* 10. & adde quæ dixi supra *colla.* 3. *c.* 25. *Item ordinamus, & statuimus, quod aliqui homines non pos-*
37 *sint capi,* &c. Fallit † in muliere tutrice, quæ potest capi sicut tutores; de quibus supra *collat.* 2. *in curia* 2. *Barcino. cap.* 29. *Item quod nullus miles.* & infra *collat.* 6. *curia Perpiniani, cap. præterea resecta.*
38 ¶ Item quæro, † vtrum minor possit cedere bonis? Respondeo, aut est pupillus, & non potest cedere bonis, nec etiam carcerari pro debito, quia satis est ꝙ ex debito paterno patiatur, secundum decretum, *ex proprio primum tantum.* Adultus vero potest cedere bonis cum iuramento; & si non facit, potest incarcerari. Vel dic, quod non tenetur iurare: vt *l. quæ sub conditione. ff. de condi. & de.* nec potest cedere bonis, nisi ad petitionem creditorum, & cum iudicis decreto, cum sit alienatio vniuersorum bonorum: vt *l. magis puto.* §. *ne passim. ff. de rebus eorum.* Nec carcerabitur, quia non stat per se quo minus soluat, sed per beneficium ætatis: quod beneficium non debet solui in carcere: vt *ff.*
39 *de le. l. quod fauore.* secundum *Bald.* ¶ Item † etiam quæro, an milites nostri temporis possunt carcerari pro debito contractus, vel vltimæ voluntatis? Resp. secundũ *Bald.* ꝙ non, quia veri milites sunt; alias falso vocabulo vterētur; ꝙ dicere, est fatuitas: & licet non habeant insignia obseruantiæ veteris, habēt insignia obseruãtiæ nouæ, quę loco veteris successit: *extr. de consti. c. trãslato.* Itē noui milites benedicũtur, sicut patet in *Pōtificali in parte* 1. *c.* 64. vbi ponitur de benedictione noui militis qui fiunt à Papa, vel eius mandato: alij autem noui milites, qui fiunt à laico, non benedicuntur: tamen, si fiunt à principibus, eadem priuilegia sor-
40 tiuntur. Et etiam loquitur de pyratis, qui † dicuntur militare, sicut catulus in silua: vt notatur
41 in *l.* 1. *ff. de bo. po. ex testa. mil.* quia † impugnantes securitatem nauigantium, & hostes publici, & infames, non possunt esse milites: vt patet ex eorum iuramento, & natura militũ: *ff. de mili. testa. l.* 1. & vide *ff. de re. mili. l. miles.* & *in l. penult. ff. de mili. testa.* secundum *Bald.* Sed *Bart. in l. miles.* videtur sentire contrarium; cum solum habeat locum in debito
42 contracto in castris. Videmus † tamen, quod milites obligati pro censualibus, & violarijs cum scriptura tertij, & pro cõmandis incarcerantur. Sed forte ideo est, quia expresse cauetur in constitutione supra *ead. colla. in* 1. *curia Barcino. cap.* 34. *Item, ꝙ aliquis homo,* & cum iuramento, in instrumētis consueuerunt renunciare omni priuilegio mi-
43 litari, & cuicumq. alij iuri: & contractus † censualium, & violariorum sunt hodie per nouam
44 constitutionem Cathaloniæ approbati. Itē † notã, quod regulariter in Cathalonia nullus liber homo potest capi in persona pro debito ciuili: vt supra *colla.* 2. *in curia* 2. *Barcino. cap.* 29. *Item, quod*
45 *nullus miles, vel alius liber homo.* Fallit † tamen in debito, commanda, & vbi est priuilegium, vel consuetudo scripta, vt ibi dixi: & nota etiam supra *colla.* 3. *in prima curia Barcinon. cap.* 34. *Item, quod aliquis homo non capiatur,* &c. Vnde vt detur, quod fideiussores, qui se obligant pro citato, pro pace & treuga, vel pro officiali, cum se obligent ex causa ciuili, non possint capi; quia aliqua constitutione non cauetur: nec reperio priuilegium, vel consuetudinem scriptam; licet secus viderim de facto seruari, quia non excipiebatur incontrarium: quid autem sit de iure tenendum, cogita am-
46 plius. Querelatus, † qui firmat ius, & tornat pignora pro pace & treuga; quando recipit ipsa pignora in commanda, seu ad manuleutam, & se obligat eã tornare curiæ, debet obligari in persona, & bonis, tã ipse quam fideiussores per ipsum inde dati: & ita fieri consueuit in curia Gerundæ: & credo idem in alijs curijs: quia curia non debet, nec consueuit dare personas, nec bona ad manuleutam, nisi cum obligatione personarum, & bonorum, quia sunt cautiones prætoriæ, & fiscales: & maxime, quando fiunt pro criminalibus, vel ex crimine descendentibus, vt sunt querelę pacium & treugarum; vt sunt commandæ puræ, in quibus habet locum personæ captio: vt in allegatis constitutionibus, & ita firmiter teneas: alias Vicarius in subsidium teneretur. Vnde caueant Vicarij, iudices, & assessores, ne faciãt litē suam, & factum proprium, recipiendo minus idoneam
47 cautionem. ¶ Nota † vlterius, quod debitor, qui non est soluendo, excommunicatus, quia non soluit, absoluitur cum cautione de soluendo, si ad pinguiorem peruenerit fortunam, præstita, secundũ *An. de Butrio,* qui ita summat decre. *Odoardus,* quod facit pro ijs quę dixi supra in prin.
48 ¶ Item nota † quod debitoris inopia licet non extinguat obligationis substantiam, impedit tamen inopia durante exactionis effectum. Et sic habetis vnam exceptionem tantummodo respicientem excutionis actum, & non obligationis
49 substantiam. Item † nota, quod excommunicatio lata, cessante contumacia, est sine difficultate
50 relaxanda, obligat tamen. Item † nota, quod in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in com-
51 pellendo. ¶ Item nota, † quod inanis est actio, idest, ineffectualis, quam inopia excludit debitoris. ¶ Item nota exceptionem competentem debitori contra executionem, & sic ius excipiendi commensuratur causæ productiuæ eiusdem: vt si causa est temporalis, sit temporale: & ideo exceptio inopiæ habet obstare durante inopia, & cessat superueniente pinguiori fortuna. ¶ Item nota, quod inopia, vt non excludens quem in obligatione perpetua, non impedit executionis officium, sed temporaliter, donec debitor deue-

neric

52 nerit ad pinguiorem fortunam. Et † vt gaudeat priuilegio inopię, requiruntur duo: primo, vt recognoscat debitum: secundo, quod cautionem præstet de satisfaciendo, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, secundum *An. de Butrio in alleg. cap. Odoardus.* Nõ ergo dicit, quod requiratur cessio, & sic faciunt pro his quæ dixi supra, quæ didici ab honorabili Narcisso de SãctoDionysio.
53 ¶Quæro † quando dicatur constare aliquem esse pauperem, vel inopem? Dicunt *Doct.* quod per famam; vt quia vere, & non ficte ostiatim ibat mendicando, hoc est signum paupertatis: hoc probato, nisi ex aduerso probent creditores, quia depositos habet: *extra. de depo. cap. 1. & 12. q. 1. cap. exemplum. C. de proba. l. ex persona. & ff. qui satis cogant. l. si vero. §. qui pro rei.* Vel probatur eo ipso, quod cedit bonis, postea enim non debet corpus eius detineri: *extra. de pig. c. 2. C. qui bo. ce. po. l. 1.* Et de hoc recurre ad notata per *Bar. ff. solu. matri. l. si constante.* & adde quæ scripsi in *cap. ne. ex beneficio. infra in cu-*
54 *ria Ferdinandi.* ¶Sed an † exceptio excommunicationis impediat cessionem, quæ petitur coram iudice? Videtur, quod sic: *extra. de indi. cap. intelleximus.* Dic contra, quia cessio subsequẽs est causa absolutionis. Facit *cap. ipso iure. vers. nisi, &c. extra. de rescriptis. lib. 6.* & est ratio; quia non petitur in figura iudicij, vt dicit *Fredericus de Senis suo consi-*
55 *lio* 188. ¶Opponitur, † & videtur, quod ille, qui non potest soluere, debet incarcerari, & tormentis subijci: *extra. de deposito. cap. grauis:* ergo non debet relaxari, nec absolui. Cuius contrarium dicit *decre. Odoardus*, & alia iura prælleg. Quare male præterea iura dicunt, quod qui non potest soluere, debet luere in corpore: *ff. de in ius vo. l. penult. & fi.* Solutio. Dicit *Inno:* quod quandoq. conuenitur quis ciuiliter ad interesse, & tunc siue ex contractu, siue ex maleficio, sufficit, quod bonis cedat quandoq. ciuiliter; ad pœnam applicandam parti, vel pœnitentiam imponendam; & tunc si debitor condemnatus non potest soluere, commutabitur talis pœna in corporalem, si placeat actori, & non eo inuito: *12. q. 2. cap. fraternitas:* quandoq. quis accusatur criminaliter ad pœnam applicandam fisco, quod semper est in dubio: vt notatur *ff. de sepulcro vio. l. 3. §. fi.* & dixi supra *colla. 4. in 1. curia Barcino. cap. 18. Item de gratia, &c.* nisi in casibus exceptis, & tunc inuito actore poterit fieri per iudicem talis commutatio: *extra. de sent. ex. cap. vt fame. glos.* quod si talis luit in corpore, liberatur à pœna pecuniaria, in cuius defectum in corpus luit: adde quæ dixi supra *eod. cap. in q. quid si ex delicto.* Nota, quod facta huiusmodi commutatione pœnæ, reus omnino liberatur. Ita, quod non tenetur ad pœnam pecuniariam, licet venerit ad pinguiorem fortunam, secundum *Angelum*, quem vide latius *ff. de in ius vo. l. fine venia.* & se-
56 cundum *Cy. ibidem.* Et etiam nota, † quod vbi pœna habeat commutari in corpus, non potest imponi seuerior pœna castigationis, per ipsam legem, & notatur *in l. si quis id quod. ff. de iurisdic.*
57 *om. iudi.* ¶Consueuit quæri, nunquid † vestis sit auferenda cedenti? *gl. s. insti. de actio. §. compensationes*, dicit, quod nihil debet dimitti, etiam vnus denarius: *ff. de cessio. bo. l. penult.* pro quo facit dictus §. Item facit, quod vestimenta tolluntur seruis mulierum facto diuortio. *ff. sol. matri. l. in his. §. 1.* Item quia in actione de peculio vestimenta æstimantur. *ff. de pecul. l. id vestimentum.* Item facit *ff. de capi. di. l. tutelas*, cum dicit, *nudus exulat. ff. de bo.*
58 *dam. lib. 2.* Hoc † consueuerunt *Doctores* dicere, quod vestis nobilis, siue notabilis, idest pretiosa ei auferetur: sed pãnicularia non *ff. de bo. dam. l. di-*
59 *uus.* & ita etiam tenet *Dy.* quia ei, † qui ducitur ad suppliciũ, vestes, quas habet in dorso, dimittuntur, secundum *Antonium de Butrio.* Quæsita ve-
60 ro † postea conseruantur vsq. ad alimenta, & sic deducto ne egeat: vt *ff. de reg. iur. l. cum in condemnatione.* vide ibi *glo.* quandoq. quis nõ cessit bonis, & tunc non habetur consideratio ne egeat: vt *extra. de fideiu. cap. peruenit.* vel ibi fit executio in solidũ propter periuriũ, nam dolosus non habet beneficium cessionis, sicut nec debitor Reipublicę: vt *C. de exac. tri. l. nemo.* Similiter nec ille tenetur ad factum pręcise, vt dictum est; & notat *Cy. in l. 1. C. eod.* & *An. de Butrio in decre. Odoardus.* Sed *An. de*
61 *Barrulo in dicta l. nemo.* dicit, quod † debitor fisci, si est contumax in soluendo, capitur, & traditur custodię militari: & intelligitur de lata custodia, quia non debet poni in carcere qui non multum distet à seruitute: vt ibi notatur, & dixi supra *c. pro*
62 *xi. in fi.* ¶Pone, † quod consuetudo est, quod nunquam quis pro debito ciuili incarceretur; sicut est per constitutiones Cathaloniæ, nisi se obligauerit cum scriptura tertij in curijs Regijs priuilegiatis, vel pro commanda: nunquid admittetur cessio? Secundum *Ioan. Fab.* videtur, quod non, quia causa cedendi cessat: & pro hoc facit *C. eod. l. propter.* vbi non admittitur cessio, cum per aliud remedium prouidetur: ergo quia per constitutionem prouidetur, ne incarceretur, non est locus
63 cessioni: & facit *C. eod. l. fin.* In obligato † cum scriptura tertij etiam non habet locum cessio,
64 iuxta priuilegium. Item †, nec pro commanda, cum denegans commandam teneatur ex dolo. Sed in commanda puto distinguendum, quia aut est commanda speciei, & tunc nisi reddatur, dolus committitur, & aduersus dolum non admittitur cessio bonorum. Aut est commanda quantitatis non consignatę, & tunc non committit dolum, si non habet vnde reddat, & sic habebit locum cessio: & per hæc potest limitari, quod dicit *Ioan. Faber.* facit *14. q. vlt. cap. Si res aliena.* & quæ ibi notantur. Sed de facto multotiens vidi cessiones admitti in quocunq. casu; & forte non bene, nisi
65 quando † subest veraciter extrema paupertas, & cessat dolus, quia tunc priuilegium non credo posse astringere ad impossibile. Pro hoc facit quę
66 dicam inferius. Item † nota, quod in loco, in quo est consuetudo, quod quis possit se obligare ad captionem personæ, potest quis renunciare cessioni

67 fioni bonorum. Et † vbi etiam non renunciauerit,si cedat bonis,nihilominus detinebitur captus, si obligauit se ad captionem,quia verba,&c. vt *l. si quando.ff.de leg.*1. Et si allegat solutionem, vel simile, interim detinebitur captus,dum litigabitur.Secus si negaret se obligatum ad captionem, vel diceret instrumentum falsum:vt notat *Io.Iac. in tit.de cessione bo.in fi.* vide & adde quæ dixi *collat.*2.*in* 2.*curia Barc.cap.*29.*Item,quod nullus miles,* & melius infra *colla.*5.*curia Gerunda,cap.*5.*Rubri. de deposito, & commanda,* vbi dicitur,quę sit com-

68 manda pura. Creditor † tamen tenetur capto ministrare alimenta, alias liberabitur à carcere, nisi possit ali de alimonijs, secundum *Ioan. Fab. insti.de actio.§.compensationes.* & dixi latius supra *ead.curia cap.*9.& vide *constit.censualium,*& *pragma*

69 *ticas Regis Petri Tertij.* ¶Sed † quid dices de illis qui habent priuilegium ne conueniantur nisi in quantum facere possint, habita ratione,ne egeāt, nunquid cedere possunt? *Ioan. Faber.* dicit quod non,per dictam rationem. Immo generalius credit,quod nunquam cessio debeat admitti,nisi creditores instarēt,& peterent eum,detrudi ; alias in foro Ecclesiæ excōmunicaretur:&hoc potest probari per dictam rationem,quia hoc beneficium est miserabile,& subsidiarium,vt non concedatur nisi propter necessitatem . Ergo gratis cedens non debet admitti:& hoc satis indicant tex.*C.eod.l.*1. *& fi.*vbi datur electio creditoribus,an velint eum admittere, vel differre, vt ibi legitur., quidquid *Doct.*ibi dicant;contrarium tamen vidi seruarį in practica,& forte non bene,quia sola necessitas,& non voluntas cedentis debet attendi, iuxta notata supra *ead. in verf. Vtrum ille qui est soluendo.*

70 ¶Quæro † an sententia excommunicationis lata contra debitorem existentem non soluendo valeat? Respondeo, aut est certum, quod est non soluendo:aut est incertum.Si incertum,valet sententia.Si vero est certum,quod non est soluendo, tunc *glos. in cap. Odoardus*, arguit, quod sit nulla, quia impossibilis.*ar.ff.quæ sent.sine ap.resc.in l.Paulus.& de regu.iuris.l. impossibilium,* dicit *glos.* quod si constat eum non esse soluendo, vel eum cessisse bonis, sententia est nulla;vel si est aliqua, est iniusta, & sine difficultate relaxanda; & iudex sibi tenetur ad interesse,& dicit *glos.*quod hoc est tutius, quod sententia teneat, licet sit iniusta pro concordia harum opinionum. *An. de Butrio* dicit, quod si inopia esset notoria, sententia esset nulla, velut lata contra notorium, tenendo quod dixit de rescriptis. *cap.ab excommunicato:* & *de re iudi. inter.*facit *de sen.exc.per tuas.*& *de re iudi.cap. inter cæteras.*& quod Paulus notat *de re iudi.c.pastoralis in Clement.*Si autem non esset notoria inopia,pro

71 cedat opinio *glos.ar.*11.*q.*3.*cap.*1. ¶ An † autem propter inopiam debitoris extinguatur obligatio,dic latius per *An.de Butrio,in cap.Odoardus.*vide infra §. *Vlterius potest quæri , an per cessionem.*

72 ¶ Sed † an per habentes priuilegium ne conueniantur nisi in quantum facere possint,tali priuilegio valeat renunciari:*Doct.*dicunt,quod si competat ratione priuilegiatę personæ, non poterit renunciari:*ff so.matri.l.alia.§.eleganter.* & notatur *extra.de dona.cap.*1. *in glos.*2. Si vero fauore contractus actione conceditur, potest, vt in actione pro socio & tutelę:*l.*8.*§.*1.*l.sequen.*&*ff. de re iudi. l.si conuenerit.*& *l.præce.* secundum *Hostien.* ¶ Ecce

73 quod † debitor volens cedere,habet recognoscere debitum,quæro; qualis debet esse ista recognitio? Dic,quod confiteatur in debita forma extra iudicium , vel fideiussores dabit, vel pignus, vel confitebitur in iudicio , vel patietur se condemnari facta probatione, secundum *An. de Butrio.* Sed practica seruat,quod cōfiteatur in iudicio,taliter,quod creditor releuetur ab onere probandi: alioquin si negauerit debitum , postea conuictus non poterit cedere nec compensationem obijcere,secundum *Ludouicum de Roma,*qui alleg.*glos.singularem.in l. nemo ex his.ff.de reg.iur.*& *in l.fi. verbo conuicta.C.de compen.*vide *Henri.extra.de depo. cap. bona fides:*quia mendacium punitur : vt in *authen. contra qui propriam.C.de non nu.pe.* nota *glos. in cap.*

74 *fi.de solut.extra.*Sed † quid si postquam cessit bonis,de nouo aliud contraxit debitum , nunquid gaudebit beneficio cessionis? Cōtra istū *Ioa. Fab.* dicit, quod non,nisi de nouo cedat , quod est ve-

75 rum † nisi sciens se non soluendo quando contraxit, renunciasset expresse beneficio, & iuri cessionis bonorum , iuxta notata per *Bart. in l. ob fanus.ff.de admi.tu.*& *in l. alia.ff.so. matri.* & *in l. extrā si filios.§.licet in dotalibus.*vide ibi *Bart,*qui no-

76 tat,† quod per pactum non licet creditori capere

77 debitorem auctoritate propria . Item , † quod per pactum non potest renunciari cessioni bonorum.Fallit tamē,quando dissipauit bona in fraudem . Item quando sciebat se non esse soluendo quando contraxit,secundum *Bart,* qui hoc latius notat in *allegat.l.alia.§.eleganter.* adde quæ notantur per *Doct.in l.*1. *C.de iure. dot.* quod credo verum , vbi etiam creditor ignoraret paupertatem debitoris , alias scientia cum scientia compensetur:*ar.ff.de dolo.l.si duo,* & scienti , & consentienti non fit dolus.vt *extra.de regu.iur.cap.scienti.lib.*6.

78 Sed quis † debitor possit cedere bonis, & quis non,distingue latissime per *Henricū Bosch extra.*

79 *de solut.cap.Odoardus,in* 1.*di.*¶Quæro † an cessione facta poterit debitor pœnitere? Respondeo secundum *Anton.de Butrio,*quod sic: vt *l.leg.Iul.C. qui bo.ce.po.*& tenet *Bart.in l.penult.* & *Cy.in l.* 1. *in* 6.*quæstione.C.eod.tit.*& *glos.*& *Doct.extra.de renun.*

80 *cap.quidam.*& *Bal.in l.*1.*præalleg.*¶Qualiter † fiat cessio bonorum,dicit *Bald.* quod secundum consuetudines locorum:vt *C.de exac.tri.l. missi opinatores.lib.*10. & simplici verbo quis cedit bonis sine aliqua solemnitate: vt *l. in causa.C.qui bo.ce.po.*, quidam tamen tenent,quod fiant solemnitates,vt percutiendo lapidem cum parte posteriori; quas solemnitates reprobat *Bald.* cum sint contra bonos mores:vide per eum *insti. de actio. §. sunt præ-*

81 *terea.in q.Item quæritur quæ solemnitas.*¶Quæro † si credi-

creditor renuntiauerit iuri carcerandi debitori, vtrum possit cedere bonis? Dic quod non, quia cessat ratio carceris, & ideo dietim prout lucrabitur tenetur creditoribus soluere, non attēto ne egeat: quia cessante ratione beneficij cessat benefi-
82 ciū: vt *l. fi. ff. de diuor.* ¶ Sed † quæro, an cessio possit fieri per nūciū, vel per epistolā, vel extra iudiciū? Respōdeo, sic: vt *ff. eod. l. fi.* & sufficit q inuentarium bonorum fiat coram creditoribus. Hæres
83 autem, † qui debet facere inuentarium, debet facere coram iudice. vt in *authen. de hæredi. & fal. §. sed quia adsunt.* non quia requiratur decretum iudicis, sed propter citandos, inuentarium autem
84 tutoris † debet fieri cum decreto: vt *l. veteris. C. arbitrium tutelæ.* & adde quæ notat *Bart. in l. fi. C. de*
85 *iure deli.* ¶ Quis † teneatur prouidere incarcerato in alimentis, dic vt dixi supra *ead. curia, cap.* 8.
86 Vlterius † potest quæri, an per cessionem bonorum quis liberetur ab obligatione? Respondeo secundum *Ioan. Fab. glo. in §. compensationes insti. de actio.* videtur quod sic à ciuili *ff. de fideiu. l. vbicumq.* Sed hoc videtur contra mentem dicti §. & aliorū iurium, quæ dicunt, quod nihilominus agitur contra ipsum cedentem etiam efficaciter, si idoneum emolumentum habeat; & sic prior remanet obligatio, quia si sola naturalis remaneret, ex ea sola non posset agi: vt *insti. de actio. in prin.* & ibi nota.
87 ¶ Consueuit † etiam quæri, vtrum possit renunciari huic beneficio cessionis bonorum. Et scias, quod *Doct.* post *Dy.* qui hoc notat *ff. so. matri. l. alia,* dicunt quod non. Et ideo credit *Ioan. Fab.* quod
88 constitutiones † synodales, y prouinciales, quas prælati faciunt, quod excommunicati non absoluuntur, etiam si cessionem fecerint, nec tradantur Ecclesiasticæ sepulturæ, non tenent per dictam *l. alia tamen*; quia hoc beneficium iuris etiam à canone est concessum per *cap. Odoardus.* quod inferior tollere non debet, nec potest. *extra. de maio. & obe. cap. cum inferior.* & *extra. de regu. iur. cap. indultum.* & vide ibi *Dy.* vnde prælati quo ad ista abutuntur in multis. Et faciunt hæc contra consuetudinem curiæ Episcopi Gerunden. vbi non admittitur cessio bonorum, si renunciatum fuerit cum iuramento; sed si appelletur, tunc officialis curiæ Metropolitanæ ipsam cessionem indistincte admittit. Et ex prædictis patet, quod nō valeat de consuetudine introduci, quod quis non liberetur, scilicet, à carcere, vel excommunicatio-
89 ne, cedendo bonis; cum † consuetudo non valeat contra bonos mores, & hoc beneficium moribus introducitur: vt *l. de quibus. ff. de le.* & *1. di. cap. mos*
90 *est, consuetudo.* Sed † modus cedendi potest de consuetudine introduci: vt quod incedat nudus, sicut fit in multis locis; in alijs locis est, vt incedat non cinctus, sed quod portet zonam in collo, & alibi fit, vt quando cedit ascendat supra lapidem in publico, & eleuata manu dicat: *Cedo bonis*, ter: & postea cum ano nudo sedeat, & ter lapidem percutiat; & demum fiat præconizatio per loca, in hac constitutione dicitur, & probatur per *l. nisi si*

opinatores. C. de exac. tri. lib. 10. vt dixi supra se-
91 cundum *Bal. in q. qualiter fiat.* ¶ Sed † quia in quæstione prædicta an beneficio cessionis possit renūciari, Doctores reperiuntur varij. Et super hoc dixit *Iaco. de Aren.* quod per pactum potest renunciari beneficio cessionis: nam iuri pro se introducto potest quis renunciari cum renunciatio non vergat contra bonos mores. Item quia potest se quis obligare ad carcerem iudicis, licet non ad carcerem creditoris: *de actio. & obli. l. obligationes.* Item non inuenitur lege cautum, quod hoc pactū non valeat: ergo valet. Item tres sunt casus. Quandoq. beneficium conceditur iure contractus. & potest renunciari: quandoq. propter reuerentiam personæ, & tunc non potest renunciari: vt *ff. de re iudi. l. si conuenerit,* quandoq. simpliciter per legem aliquam, propter aliquam æquitatē, & iste est casus noster; & similiter potest renunciari: vt *C. de pactis. l. si quis in conscribendo.* Item contrariorum eadem est disciplina. Sed valet pactum, ne quis posset carcerari: ergo & contra. Item pone, quod contrahitur cum mercatore, qui omnia bona sua habet in rebus mobilibus, & pecunijs, quæ de facili possunt occultari: & sic vt fraudibus occurratur, apponitur pactum, ne liceat bonis cedere: nā nemo diceret illud pactum iustum non esse, nam sicut pactum super eo quod est res mali exempli, non valet: ita econtra pactum, quod est boni exēpli, debet valere: vt *l. scire vt in po. le.* & *l. vtrum.* &
92 *l. ex ea parte. §. 1. ff. de condi. insti. filius.* Item † video in alijs beneficijs, puta in beneficio inuentarij: nam videtur, quod hæres possit ante factum inuentarium, & post, ei renunciare: de ante factis non est dubium quia potest facere actum contrarium, scilicet, adeundo absq. beneficio inuentarij. Idem videtur de post factis, quia per hoc obligatio non efficitur maior, cum de sui natura esset solidi persecutoria, licet efficiatur magis exercibilis. Item hoc pactum valet, ad replicandum: vt in *§. pactus*
93 *ne peteret.* Et † in summa duo sunt quibus renunciari non potest, scilicet iuri nullitatis: vt *C. ad Vellei. l. antiqua:* & quando renunciatio esset contra bonos mores, sed ista non est contra bonos mores: ergo valet: *ff. de pactis. l. pactum.* Præterea beneficium cessionis potest considerari ante factū, idest, ante cessionem; item post factum idest post cessionem. Et videtur, quod vtroq. tempore possit renunciari, præsertim cum iuramento; nam iuramentum est de iure naturali, quod est potentius quam ius ciuile, quod inducit cessionem bonorum, & est ius mere positiuum. Item contra hoc ius valet statutum ciuitatis; ergo & pactum; vt
94 notatur in *Rubri. de decre. decurio.* Item † valet rescriptum principis adiecta clausula, *non obstante,* &c. in statutis autem ciuitatum non est necessaria ista clausula. & ratio differentiæ est: quia statuta emanant cum deliberatione rescripta per importunitatem: vt in *l. 1. de petit. bonorum sublat. lib.* 10. & istam oppinionem tenet *Iaco. de Aren.* Sed in contrarium tenet *Dy.* quia dicit, quod contra natura-

ura-

turalem æquitatem est cárceris squalor: vt notat
95 *glos. in l. 1. C. eod.* & ibi *Cy.* Item † creditor potest argui de duritia. *ff. de seruis expor. l. seruus ea.* Itē creditor nihil officiat nisi vt arguat, *de rei. ven. l.*
96 *in fundo.* Item † liberi hominis caro & corium non possunt esse in obligatione, nec in co mmercio: vt *ff. de verb. ob. l. inter stipulantem. §. Sacram.* Et hanc opinionem tanquam humaniorem sequitur *Cy.* & etiam canonistæ *extra. de solu. Odoardus,* & *Iaco. de Bello Visu in authen. de fideiuss. §. quod autem.* Nec obstat iuramentum, quia non est iniquitatis vinculum: *extra. de iureiurando, cap. quanto,* & *22. q. 4. cap. inter cætera. Bart. in l. alia. §. elegan*
97 *ter. ff. so. matri.* quærit † an valeat pactum, ne liceat debitori cedere bonis, & recitat *Cy.* & *Iac. de Arem.* & concludit secundum *Ray.* *Mda Nubra,* quod non valet pactum per *glos. in l. ob æs. C. de ac. & ob.* & hoc putat *Bart.* verum, & dat duas limitationes: quia hoc fallit in illo qui vult cedere bonis, qui tamen dissipauit bona sua in fraudem creditorum. vt *l. fi. in fi. ff. de iis quæ in frau. credi.* quod tenet *Dy. insti. de ac. §. si quis in fraudem.* Fallit etiam, si tempore, quo contraxit, sciebat se nō esse soluendo: vt *l. 1. in fi. C. de iure dotium. alias est l. penult. ff. de iure dotium.* Hunc secundum casum *Bald.* intelligit, in eo qui sciens se nō esse soluendo, contraxit debitum, cum animo cedendi postea, vide per eum *insti. de actio. §. sunt præterea actiones. in viii. q.* videretur ergo ex præmissis fore tutum, quod in contractu debitor confitendo se pauperem, scienter renunciaret beneficio cessionis. quod nunquam vidi seruatum in instrumentis: verius credo quæ dixi supra *eod. cap. in q. Sed quid si postquam cessit.* Tu vero secundum *Bald.* concorda istas opiniones; & dicas, quod aut quæritur quantum ad effectum carceris; & non tenet renunciatio; quia non interest creditoris debitorem mori in carcere; & quia carcer non debet esse pœna, sed custodia; & quia derogaret libertati, cum carcer sit species seruitutis. Aut quantum ad effectum; vt quia cedit bonis, tamen insolidum teneatur, nō deducto ne egeat; & dico, quod quantum ad hunc effectum valet pactum: vnde quidquid de die in diem debitor lucrabitur, cogetur assignare creditori, saluo tamen necessario victu, qui non potest laborantibus subtrahi, vel abstinebit creditor ab operarū petitione. *ff. de operis li. l. suo sumptu.* alias *victu.*
98 Certum † est enim, quod quis potest se alicui obligare ad operas suas, & ad pretium operarum suarum, tam diu quoad soluatur pecunia
99 debita, quia † ista non est species seruitutis, sed est quidam modus soluendi debitum, & adhibita moderatione, & miseratione. Et hæc vera de
100 renunciatione expressa, sed renunciatio † tacita à lege approbata bene potest fieri indistinctè: ista autem renunciatio tacita fit per actum contrarium ipsius beneficij; vt quia pertinaciter negat, vel dolo, vel fraude factus est inops, quod præsumitur, si alienauit omnia bona sua, vel maiorem partem: vt *l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fr. credi.* siue simul, & semel, siue interpolauit: vt *ff. de le. 3. l. nomen. §. filio.* vel sua bona cōsumpsit in ludo perditionis: vt *ff. de vsuca. pro emptore. l. si quis cum sciret.* vel in meretricibus, quæ deuorant animas perditorum: *C. de natura. li. l. 1.* vel præponunt posteriores prioribus, quia hoc fieri non debuit; quia creditoribus debet solui, vel pro rata, vel secundum prius, & posterius, si habeāt hipothecas, nisi soluens hoc faciat de licentia legis, vel statuti: vt *C. de iure deli. l. fi. §. & si præfatam,*
101 & *C. qui ce. po. l. legis Iuli.* ¶ Et nota ex † superius dictis, quod pertinaciter neganti debitum denegatur cessionis bonorum beneficium: sic etiam
102 marito † neganti matrimonium denegatur beneficium, ne damnetur, nisi inquantum facere possit, deducto ne egeat: de quo dic latius per *Bart. ff. solu. matri. l. etiam.* vbi tenet, quod si negauerit matrimonium, perdit illud beneficium; secus si negauerit dotem datam, vel contractum celebratum. Sed an tunc iste maritus habeat cedere bonis? Forte non, sed sufficit, quod præstet iuratoriam cautionē, de qua habetur *C. de rei vxo. ac. l. vnica. §. cum autem in exactione.* & tunc forsan non haberet locum præsens constitutio: vide quę scripsi infra in *curia Perpinianis, c. hac nostra,* in verbo, *in dote. vers. ottauo quæro.* sic in socio, qui negat societatem: vt *l. si vnus. §. fin. ff. pro socio.* & *ff. de re iudi. l. sed si ita.* & *l. sed si dubitetur, post prin. ff. de fideiu.* simile in liberto, qui impetrauit ius annulorum aureorum, nam perdit illud si negauerit se libertum: vt *l. fi. C. de iure annu. aure.* facit quod notatur *C. de le. quod fauore.* & *ff. de le. l. nullus.* Itē
103 neganti † feudum auferri potest proprietas feudi, si scienter negauerit: vt in *feu. si de feu. controuersia fuerit inter dominum, & vas. cap. vassallus si feudum.* & *cap. vassallus feu.* & *de lege. Conradi. cap. vltimo.* vide *Iacobum de Calicio* super *vsat. Si quis*
104 *suum feu.* ¶ Vtrum † nihil habens possit cedere bonis? Respondeo sic, ratione spei, secundum *Ioan. de Platea,* & *glos. in lege cum & filij. C. de ce. bo.*
105 Sed † non intelligas, quod possit cedere bonis futuris, quia hoc est falsum, vt notatur alleg. *C. quæ res pig. vel hyp. ob. po. lege finali.* & *ff. de condi. indi. lege nam ea.* & *ff. man. lege. si tibi mandauero. §. is, cuius bona.* Sed quia effectus cessionis extenditur ad futura, vt nō conueniatur nisi in quantū facere
106 potest, secundum *Bald.* ¶ Vltimo † nota, quod bona cedentis non conceduntur creditoribus occupantibus, nec possunt creditores ea sua auctoritate diuidere; sed auctoritate iudicis debent vendi, & indemnitati creditorum consuli: vt *l. legis Iuliæ. C. qui bo. ce. p.* sic infra *colla. ead. in curia*
107 *Gerundæ proxi. c. 13.* Itē † non potest quis cedere bonis, ne publicis fugatur officijs, & honoribus:
108 vt *C. eod. l. propter.* Sed † filius familias, & filia familias si detrudātur in carcerē, possunt cedere
109 bonis: vt *l. cum & filij. C. eod.* ¶ Sed † filius emancipatus non potest damnari pro patre, sed bona donata sibi à patre potest defendere etiam creditoribus

toribus paternis, nisi emancipatio esset facta in fraudem, quia simulata emancipatio non valet: vt notat *Bald. C. eod. l. Si pactis*, vide ibi per eum, & dicitur facta in fraudem, quando de proximo est facta, vel incontinenti, secundum *Bart. in l. prima. §. is quoq. de collatione bonorum.* & *Ioan. de Platea in l. prima. C. de filijs familias. lib. 10.* ¶ Et hæc sufficiant pro presenti de materia cessionis bonorum. cætera dic per *Bal. C. eod.* & signãter in *l. vltima*, & per *Ioan. Fab. insti. de actio. §. compensationes.* & per *Antonium de Butrio*, & alios *Doctores Canonistas in cap. Odoardus. extra de solutis.*

De treuga, & pace Principis. Cap. XXII.

S V M M A R I V M.

1 *Pace, & treuga concessa per dominum Regem Sarraceno simpliciter, siue ad diem, non potest ab ea exiri, nisi facto praeconio, alias tenebitur ob damnum datum subditis.*

2 *Bellum prouocare contra infideles, & Reges Sarracenorum, an licitum sit.*

ITem *ordinamus, quod si nos fecerimus praeconizari habere pacem, vel treugã, cum aliquo Sarraceno*, &c.

1 Casus. Si † pax, & treuga fuerit per dominum Regem concessa alicui Sarraceno simpliciter, siue die adiata, & dominus Rex postea velit illas exire, debet id præconizando, & alias Vicarijs, & alijs officialibus, & consilijs vniuersitatum denunciare taliter, quod gentes possint sibi prouidere ne damnum incurrant. Et si pax, vel treuga fuerit prorogata, id præconizando per loca Regia, de quibus sibi videbitur, debet similiter intimari. Hoc dicit. Sed quid si dominus Rex non fecerit prædicta intimari, & propterea aliquis de eius subditis damnificatus fuerit, credo (salua venia Regiæ Maiestatis) quod ipse Rex tenebitur emendare; quia cum iuramento, & stipulatione se ad intimandum cum præsenti cõstitutione astrinxit; non est sine culpa negligentiæ, si obmiserit præconizationes huiusmodi facere fieri, & ideo circa ista debent Thesaurarius, Baiulus generalis, Secretarij, & alij officiales domini Regis esse at-

2 tenti, & soliciti. ¶ Et † an sit licitum prouocare bellum contra infideles, & Reges Sarracenorum, nota per *Inno. extra. de voto. & vo. re. cap. quod super ijs*, & de materia belli vide ibi, & *extra. de iure iuran. cap. sic 3. per Inno c.* Et repete hic quæ dixi supra *colla. 2. Rubrica de gabella salis, cap. concedimus.* & supra *curia Illerden. cap. 8.* cum suis concordantijs. Latiores remissiones ijs diebus vidi per *Iacobum de Calicio in suo tractatu*, quem vocauit *Viridarium militiæ.* circa principium. vide ibi. ¶ Adde quæ notat *Iacobus de Monte Iudaico in vsatico, simili modo.* & quę scripsi super *vsat. quoniam periniquum*, & *cap. sequenti.*

De præscriptione. Cap. XXIII.

S V M M A R I V M.

1 *Confirmatur capitulum de praescribendis debitis Iudaeorum per sex annos.*

ITem *ordinamus, quod capitulũ per nos factum*, &c.

1 Hic † expresse confirmatur capitulum, quod disponit de præscribendis debitis Iudæorum per sex annos: de quo vide supra *in prima curia Barcinone, huius colla. cap. 13.* incipit. *Item quod aliqua charta Iudaeorum, quae sit vsuris*, &c. & ibi dixi, adde quæ de præscriptis scripsi infra *colla. 11. c. vltimo.*

Capitulum XXIIII.

S V M M A R I V M.

1 *Ponuntur firmae curiae generalis.*

ET *praelati, & personae Ecclesiasticae*, &c. Hic po-

1 nuntur † firmæ curiæ generalis, quæ fuit acta in claustro maiori Fratrum Minorum Barcinonæ nonas Septembris, anno Domini 1311. & est finis ipsius curiæ. Deo gratias.

SEQVITVR GENERALIS CVRIA Cathalanis celebrata in ciuitate Gerunden. per dictum serenissimum Regem Iacobum Secundum, 19. kalendas Septẽbris, anno Domini 1321. & continet triginta constitutiones, siue capitula: prout ecce.

De raptatis bausię, vel proditionis. Cap. I.

S V M M A R I V M.

1 *Raptatus de bausia, vel proditione non est sustinendus in Cathalonia, nisi se voluerit excondire iuxta formam Capituli.*

2 *Primogeniti domini Regis non possunt iuuare raptatum volentẽ se excondire; licet in Infantibus domini Regis, & Baronibus secus sit.*

3 *De raptatis, & eorum duello. remissiue.*

4 *Raptatus victus qualiter puniatur. remissiue.*

5 *Violator iuramenti, & homagij qua puniatur poena, late traditur, & declaratur num. 11.*

6 *Homagium quid sit, explicatur.*

7 *Iuramentum, & homagium non seruans est infamis, & punitur de periurio, & fide mentita.*

8 *Violator homagij, & iuramenti de tenendis hostagijs delinquit, & tenetur de hostagio.*

9 *Proditor, & bausiator eo differũt; quod bausiator dicitur ad modum Cathaloniae, & proditor ad modum Aragoniae.*

10 *Bausiatores quandoq. puniuntur capite.*

12 *Clericus non praestat homagium, & declaratur, ibidem.*

13 *Proditor quot modis dicatur. remissiue.*

14 *Clericus obligari potest ad poenam amittendi beneficij.*

15 *Desmentire aliquem in praesentia Regis, vel iudicis, quo in casu sit licitum. remissiue.*

16 *Proditoris poena quae sit. remissiue.*

17 *Materia raptamenti, & bataliae. remissiue.*

IN *Dei nomine, Amen. Nouerint vniuersi, quod cum nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum*, &c. *intendentes ad pacem*, &c. *Et ad supplicationem dictae cu-*

1 *riae statuimus*, &c. Casus † raptatus de bausia, vel proditione, non debet sustineri in Cathalonia, nisi se voluerit excondire iuxta formam *cap. statuimus, quod nullus raptatus*, &c. supra *colla. 1. curiae Bar-*

2 *cinon.* Et † primogeniti Regni non debent raptatum iuuare, sed alij Infantes domini Regis, sicut alij Barones possunt auxilium. & fauorem præstare raptato se volenti excondire. Hoc dicit. Et repete

3 pete quæ dixi in *alleg.cap.statuimus*. Et adde † de raptatis,& eorum duello quæ scripsi infra *ead. c. 25. Item statuimus etiã & ordinamus, quod si aliquis*
4 *fuerit raptatus*. Et qualiter † puniatur raptatus qui victus fuerit, dic per *Iaco.de Calic.in vsat.bataya.in §.qualiter puniatur raptatus victus*,&c. Et quia violatores iuramenti,& homagij in hac patria inter cæteros iudicantur, saltem opinione vulgarium proditores,& bausiatores, iuxta foros Aragoniæ,& consuetudines,& vsaticos Cathaloniæ.
5 Quæro † qua pœna puniatur violator iuramenti, & homagij. Et communiter tenetur, quod si violetur pax, vel treuga, vel alia securitas cum iuramento,& homagio prę̃stita de non damnificando aliquem, si talem securitatem violauerit, occidendo, vel vulnerando, aut atrociter iniuriando; tunc fit pœna capitis, ad hoc in *feu.tit.de pace iuramento fir.cap.1.§.2.* Alias autem dicitur, quod ex violatione iuris, & homagij non oritur delictum, nisi inspecta causa, super qua iuramentum, & homagium fuerint interposita. quia nõ ex verbis promissionis, seu pacti, & conuentionis cum iuramento,& homagio, quæ ponuntur latius in instrumentis, sed ex facto oritur delictum. vnde ex violatione homagij, quod est factum, oritur delictum, & incurrit perfidiam domino Regi, cui iurauit. Et ideo si fuerit apposita super crimine, orietur ex violatione delictum; secundum quod maius, vel minus crimen esset, si probatum esset crimen, super quo interponũtur. Si vero fuerint interposita super contractu, vel causa ciuili, non oritur crimen ex violatione, scilicet, vt puniatur corporaliter, scilicet, pœna corporis afflictiua, quæ esset maior omni pecuniaria; sed alias punitur temeritas secundum naturam, ac vim contractus, vel causæ ciuilis arbitrio iudicis: argumentum pro ijs omnibus in *l.si vnus.§.pactus ne peteret.vers.sed si pactum.ff.de pactis.* vide notata per *Bart.in §.pactus*, & *ff. de iniurijs. l. non solum. §. iniuriarum.* ad prędicta facit *l.1.§.si quis sub conditione.ff.vt le.no.ca.* cum concor. ibi, in *glos.alleg.* vide in *vsat.Barcino.cap.omnes homines postquam.*
6 Quæro † quid sit homagium? Dic, quod est quædam fidelitas, flexis genibus, positisq. manibus inter manus recipientis, obsculo interueniente, promissa, solemnique stipulatione vallata. Et fit hoc modo, quia præstans homagium genibus flexis ponit ambas manus suas inter manus recipientis, & osculatur pollices ipsius recipientis, qui ipsum præstantem osculatur in ore, iuxta notata per *Guil.in 4.parte spe.titu.de homagio.* alias est *§. quoniam super homagijs.tit.de feudis.* & *in commemor. Petri Alberti, cap. licet de iure Romano.* Sed quod dixi de osculo oris, habet verum quando præstatur inter masculos; vt quia ambo, scilicet, præstans, & recipiens sunt masculi. Et idem, si ambæ sint mulieres. Si vero alter sit masculus, alter fœmina, propter honestatem seruandam, loco osculi oris fit osculum per prę̃stantem in humero dextero eius cui prę̃statur.
7 Et † nota, quod non seruans iuramentum, & homagium, est infamis, & debet puniri de periurio, & fide mentita, & de cætero non poterit testificari, nec credetur eius sacramento: vt in *vsatic. Item statuimus, vt si quis seniori suo.* vide quę ibi notantur per *Iacobum de Monte Iudaico.* Et si pro fidelitate à vasallo domino iuramentum, & homagium fuerint præstita, illa violans dicitur proditor, &c.
8 Ergo † violator homagij, & iuramenti de tenendis hostagijs, videtur delinquere, quia incurrit periurium, & perfidiam, & tenetur de damno: & per hoc poterit querelari de pace violata: vide quæ scripsi infra *colla. 10. in curia domini Regis Fer-*
9 *dinandi, cap. querelam.* dicitur proditor, & bausiator: scilicet bausiator ad modum siue morem Cathaloniæ, & proditor ad modum siue morem, &
10 forum Aragoniæ; licet † tales proditores, & bausiatores quandoq. capite puniantur: vt in *feu. de pace iura.firm. cap. 1. §. 2.* & *in vsat. Simili modo. in glos.* & vide *l.final.C.de la.lib.10.* & *ff. de re mili.l. omne delictum.§.exploratores.* & vide *vsaticum, Item statuimus, quod si quis seniori suo iurauerit.* & in *vsatico, Præcipimus, vt per iuria.* Et hoc nisi se excusaret, vt in hac constitutione dicitur; & ibi sequitur, casu quo tamen non est notorium, vel alias non probaretur. quia tunc, quando, scilicet, est notorium; non posset se escondire, vt in dicto *vsatico, Item statuimus.* Secus est hic, quia potest dicere, quod animo se defendendi hoc fecit. Et aliud est de iure Romano, aliud de iure Cathaloniæ; sic quod vltra non extendamus. Et hoc verum est vbi homicidium dicitur perpetratum; si autem
11 vulnera tantum, dic vt in dicto §. ¶ Et † prædicta quæ dixi de pœna violationis iuramenti, & homagij, intellige, cum iuramentum, & homagium præstantur inter partes; si autem Barulo, vel alij officiali Regio, vide *ff.de reg. iur. l. non. G. §. qui iussu in glos.* & *extra. de exce. præla. cap. grauem.* vide ibi *An.de Butrio*, & *in spe.tit.de feu.§.2.* & per
12 *Ioan de Blanosco in actione præiudiciali.* Tamen † homagium non præstatur à clerico, vt dicto *cap. grauem.* quod quidam dicunt esse verum in temporalibus, secus in spiritualibus, vt in dicto *cap. contingit.* vide ibi. de hoc tamẽ dic vt legitur & notatur *extra.de simo.cap.ex diligenti.* & latius in *cap. indignum de reg.iur. in antiquis.* & vide quæ dixi supra *colla.proxima.cap.19.* Et notat *Ioan. An.in dicto c.grauem*; quod homagium est quædam subiectio, quam homo homini in corpore facere tenetur. Circa ista credo dicendum, quod homagium non debet præstari; vt spiritualia propterea consequantur, quia esset simoniacum, vt in dictis *cap. ex diligenti.* & *cap. indignum.* Sed postquam quis licite adquisiuerit beneficium, vel dignitatem, cuius ratione debeatur superiori fidelitas, tunc pro fidelitate seruanda bene prę̃statur homagium etiam à clerico: & sic loquitur *cap. grauem, cum simil.* Et
13 quot † modis dicatur proditor, vide quæ notantur *cap.clericus in 1. 46. dist.* & per *Bart.in l. respiciendum. §. delinquunt. ff.de pœnis*, & quæ notantur
14 *C.qua res expor.non debent. l.2.* Item nota, † quod

 cleri-

clericus potest se obligare ad pœnam beneficij amittendi,& ad alias pœnas: *extra. de elec. cap. cum dilectus*, in fi. vbi de hoc,& de *accu. cap. super ijs*. Et
15 an † & in quo casu sit licitum desmentire aliquẽ in præsentia Regis, vel officialis. vide supra *colla. 1. in vsat. Cum temporalibus prædecessorum nostrorum*, & repete hic quæ dixi ibi. & in alleg. *c. statuimus*.
16 Et † quæ sit pœna proditoris, dicã infra in *curia*
17 *Perpiniani, cap. vt occasioni perpetrandi*. Et † de materia raptamenti,& bataliæ vide quæ dicam infra *ead. cap. 25. Item statuimus,& etiam ordinamus, quod si aliquis fuerit raptatus*: de quo vide ad saturitatem per *Iaco. de Calicio in tractatu suo Viridarij militia*.

De lezdis,& pedagijs. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Lezda, pedagia, mensuratica, & pensa quæ eo tunc de nouo à viginti annis erant imposita, auferuntur.*
2 *Iurisdictio lezdariorum pertinet ad ordinarios locorũ, & non ad Baiulum generalem.*

ITem *statuimus, quod capitulum*,&c. confirmatur
1 hic *c. curia Regis Petri II. supra colla. 2.* per † q̃ lezdæ, pedagia, mẽsuratica,& pensa tunc de nouo à viginti annis imposita sunt sublata, vt ibi: & contra factum debet haberi pro reuocato & non facto, Et emptores collectorum lezdarum,& aliorum iurium prædictorum, cum incipient ea leuare,& colligere, debent iurare in posse Baiuli loci de seruando,& tenendo dictum capitulum. Et prædicta etiam confirmantur infra *curia Perpiniani, cap. volumus etiam, & concedimus*. Et repete hic quæ dixi in *cap. 31. Item concedimus, dicta curia Regis Petri II.* In textu, ibi, *Baiuli loci*; ergo non sufficeret iurare in posse baiuli generalis Catha-
2 loniæ:& est hic argumentum, † quod iurisdictio lezdariorum,& huiusmodi pertineat ad ordinarios locorum, & non ad Baiulum generalem: de quo dic vt infra in *curia domini Mariæ c. ab feria de la present*. adde quę de vectigalibus scripsi inf. *collat. 6. curia Montissoni cap. prouidentes*. Et forte emptoribus,& collectoribus prædictis posset opponi quod non præstiterunt dictum iuramentum, sicut dixi in simili de procuratore fiscali infra *collat. 5. curia Montisalbi cap. 9. Item statuimus & prohibemus*. vide ibi latius.

De Vicaria. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Castrum cum suis terminis est illius Vicaria, in qua est situm.*
2 *Membra sequuntur caput.*

ITem *statuimus, q̃ capitulũ dicta curia*,&c. Casus.
1 Castrum † cum suis terminis debet esse illius Vicariæ vbi est caput castri, & non de alia. Hoc dicit. Adde supra *colla. 2. c. 33. Itẽ quod Vicarij nostri. & c. 55. Item quod Vicaria sint distincta*,&c. quod
2 hic confirmatur. Et nota hic, quod † membra caput sequuntur: vt *extra. de præscri. c. cum non liceat*.

De rescriptis. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Charta contra chartam non valet.*
2 *Rescripta, & priuilegia, licet sint stricte interpretanda quo ad præiudicium tertij; large tamen debent interpretari quo ad præiudicium rescribentis.*
3 *Princeps solum potest concedere priuilegium contra ius.*
4 *Rex an, & quando possit priuilegiũ reuocare. remissiue.*
5 *Rescriptum iuri contrarium quid sit, traditur.*
6 *Rescriptum contra ius consuetudinarium, & municipale an valeat, traditur.*

ITem *statuimus, quod capitulum factum*,&c. Casus.
1 Non † valet charta à curia Regis, vel primogeniti, & generalis gubernatoris emanata contra chartam prius iuste concessam. Hoc dicit, Et confirmatur hic *c. 8. Item statuimus, & ordinamus, quod aliqua charta*,&c. supra *colla. 3.* vide, & repete hic
2 quę ibi dixi,& in concor. Et nota, † quod scripta & priuilegia licet sint stricte interpretanda quo ad præiudicium tertij, tamen large debent interpretari quo ad præiudicium rescribẽtis: vt notat *Ioan. de Imo. in c. si de beneficio. extra. de praben. li. 6. in*
3 *4. notabili*. Item nota, † quod rescribere, vel priuilegium concedere contra ius, soli principi cõuenit: vt *l. fi. C. si contra ius, vel vti. pu.* & *l. si quãdo. C. de inoffi. test.* & notatur latius per *Iac. de Cal. in Marg.*
4 *fisci. 8. dubio. vers. 35*. Sed † an, & quando Rex valeat priuilegiũ reuocare, dic latissime per dictũ *Iac. de Cal. in alleg. dubio. vers. 36*. adde quæ notãtur per *Doct. in c. suggestum. extra. de decimis*. & in *c. si de*
5 *terra. de priuilegijs*. Item † nota, q̃ illud rescriptum est iuri contrarium, in quo nulla causa reperitur, nec finalis, nec impulsiua ad concedendum statuta contra legem,& tale prohibet impetrari: vt notat *Bal. in l. nec damnosa. C. de preci. Impera. offe*. Quæro
6 vtrum † valeat rescriptum contra ius consuetudinarium, vel municipale? *Bal.* dicit quod non, quia censetur obreptũ principi, nisi fiat mentio in rescripto de illa consuetudine, vel statuto: nec tales consuetudines,& talia statuta, cum sint facti, ignorantur per Principem: vt *extra. de consti. c. 1. lib. 6.* vide *Bal. in l. omnes cuiuscunq.* alias *quoscunq. C. si contra ius, vel vtilitatem pu.* adde quæ notantur in *l. rescripta. C. de precibus imperato. offe*.

De deposito,& commanda pura. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus per puram commandam potest capi in persona, & ratio traditur num. 14.*
2 *Obligatus pro commanda an liberetur cedendo bonis. remissiue.*
3 *Commanda pura dicitur, in qua non est appositus dies certus, iuramentum nec fideiussor, declaratur num. 4.*
5 *Commendatarius potest capi in persona pro commanda facta sine instrumento.*
6 *Testes, & instrumẽta parẽ vim habẽt quo ad probationẽ.*
7 *In deposito exuberat bona fides.*
8 *Pro commanda quis capi non debet, non constito prius de ea, vel per confessionem, instrumentum, aut testes. idem num. 10.*
9 *Iuramentum deferri potest in actione depositi.*
11 *Depositi natura est, vt quocunq. tempore petatur, restituatur illico.*
12 *Compensatio nõ admittitur in decimis contra Ecclesiã.*
13 *Depositi natura est, vt depositario plene confidatur.*

Pro

15 *Pro simplici contractu regulariter quis non capitur.*

ITem statuimus, quod capitulum, &c. Casus. Obli-
1 gatus † cum publico instrumento commandæ puræ, scilicet, in quo non sit certus terminus, iuramentum, vel fideiussor, potest capi, & teneri captus in persona. Hoc dicit. ¶ Et etiã cõfirmatur hic *cap.25. Item ordinamus, & statuimus, quod aliqui homines non possint capi. supra colla.3.* & adde quæ dixi ibi, & supra *colla.2. curia Barcin.c.29. Item quod*
2 *nullus miles*, &c. & *in concor.* ¶ Sed an † obligatus pro commanda liberetur cedendo bonis, vide latius supra *coll.4. in tertia curia Barcino.c.21.* ibi po-
3 sui materiam cessionis bonorum. Et nota † hic, quod illa dicetur commanda pura, in qua non est appositus certus terminus, & non est ibi iuramen-
4 tum, nec fideiussor. Et † hoc verum, nisi ratione personarum aliud præsumatur: vt in Iudæis, & vsurarijs: infra *colla.6. curiæ Perpiniani cap. ad evi-*
5 *tandum.* vbi de hoc. ¶ Sed quæro, † an pro commanda facta sine instrumento possit commandatarius capi in persona. Et videtur quod non, ar. huius *cap.* à contrario quia dicit, *contra quem ostensum fuerit instrumentum.* facit *l.penul. C.depo.* & quæ ibi notat *Bar.* quia instrumentũ depositi habet paratã executionem; ergo à contrario secus, vbi nõ ostenditur instrumentum. Dic contra: vt in *alleg. c.25.*
6 Et regulariter † parem vim habent testes, & instrumentum: vt *C.de fide instrumentorum. l. in exercendis.* Et *extra. de testibus cogen. c. preuenit in 1.* Et hic non attenditur scriptura, sed natura contra-
7 ctus depositi, † in quo exuberat bona fides: vt *extra. de depo. c. bona fides*, & ne ad perfidiam referatur: & ita ratione perfidię, & doli debet capi, nec liberabitur cedendo bonis: iuxta notata in dictis capitulis præallegatis: vide latius tractatum ces-
8 sionis bonorum in *allega. cap.21.* Sed † quod hic dicit, quod ostendatur instrumentum, &c. est duplici ratione, quia prius quam aliquis capiatur, habet constare de commanda, scilicet, vel per confessionem, vel per instrumentũ, aut per testes, alias capi non deberet, nisi esset periculum de fuga: vt dicam in *curia domini Ferdinandi c. als procuradors*
9 *fiscals.* Nota † tamen, quod etiam in actione depositi iuramenti delatio locum habet: vt *C.de re. cre.*
10 *de iureiuran. l. in actione.* Et ita † oportet, quod ostendatur commanda, vel depositum aliquo probationum genere: antequam ad captionem procedi valeat per hanc constitutionem: ita quod vbi non apparet instrumentum, non habet paratam executionem, nisi confiteatur debitor, quia oportet, quod probetur per testes rite receptos, oblato libello, & lite contestata: vt *extra. vt lit. non contest. per tot.* vt dicam latius infra *colla. 6. curiæ Perpiniani, cap. ad euitandum*, super verbo *inter subscriptas personas, vers. Item nota, quod depositum*, &c. vide ibi latius. postea vidi *Matth. de Matasalanis*, qui hoc tenet in suo *sexto notabili*, & refert ita dixisse *Rogerium de Peru.* per alia verba. Item, & si probetur per instrumentum, oportet, quod in tali instrumento non sit terminus, iuramentum & fideiussor, quia si aliquod istorum interfuerit, non
11 diceretur commanda pura: quia † natura depositi est, vt quocunq. tẽpore petatur, ilico restituatur, & per hoc excluditur terminus, nec admittitur cõ-
12 pensatio: sicut † nec admittitur in decimis cõtra Ecclesiam: vt notat *Ioan. Fab. insti. de actio. §. in bonæ fidei, super gl. §. quod tu.* in fi. Item est de natura depo-
13 siti, † vt depositario plene cõfidatur, quod excludit iuramentũ, & fideiussor, quia de sola fide depositarij debet plene confidere, qui pure deponit. Et ita ratione perfidię est de iure, & per has constitutiones introductum, vt denegans, & recusans
14 soluere commandam, capiatur: cuius † ratio est, quia committit dolum, & delictum, & ita de iure communi capitur: vt notatur *14.q.1.c. si res.* & *extra. de depo. c. graui.* Secus vbi est ficta, vel simulata cõmãda, vel vbi habet mixturã myrrhæ, & aloes, hoc est, iuramẽtũ, vel fideiussores. Et idẽ forte de pignore, quia eadem, immo maior est ratio; quia minus confidit qui pignus recipit, cum tutius est pignori incumbere, &c. *insti. de ob. quæ ex quasi delic. nascun. §. furti.* Et adde quæ dicã infra in *curia Perpiniani c. ad euitandum.* Item adde quæ notat
15 *Matthæus in 6. not. prælleg.* Sed † regulariter pro simplici contractu quis non capitur: vt *C. de ac. & ob. l. ob æs.* & *extra. de pig. c. lator.* vide quæ ibi no. & supra *colla.2. curiæ 2. Barcino. cap. Item, quod nullus miles*, &c. cum suis concor.

De sono emisso. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Emittens sonum de viafors fictitie, & dolose punitur pœna concitatoris populi.*

ITem statuimus, quod capitulum, &c. Temporalis
1 fuit † hæc constitutio, quæ pœna concitatoris populi puniebat emittentes sonum de viafors fictitie, & dolose: de quo dic, vt dixi in *Summa Soni emissi, q.14.* Et confirmatur *hic constitutio, Item quod officiales nostri*, &c. supra *ead. collatione, in 1. curia Barci. c.21.* quæ similiter loquitur de Sono emisso, quod etiam fuit confirmatũ supra *ead. colla. in 2. curia Barcino. c.26. Et etiam capitulum.* vide quæ ibi dixi. Et facit hoc *cap.* ibi, *nos habita*, etiã pro ijs quæ dicã infra *curia & coll. proxi. c.17. Itẽ statuim⁹, & ordinam⁹, ꝙ aliquis officialis noster.* &c.

De bannis. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij, & alij officiales Regij non debent imponere bannum in terris Baronum, & ratio traditur num.2.*
3 *Legislatorem prohibuisse sufficit, vt actus contra legem factus sit nullus.*
4 *Bannorum materia traditur remissiue.*
5 *Iudicium vtrum ciuile, vel criminale sit, ex quibus dignoscatur, traditur.*
6 Territorium *verbum dicit iurisdictionem hic.*

ITem, quod capitulum factum, &c. Casus. † Vica-
1 rij, & alij officiales Regij non debent imponere bannum hominibus, vel honoribus territorij castrorum Prælatorum, Baronum, & aliorum; & si contrafecerint, non valet. Hoc dicit cum *c.33.* supra *curia prima Barcinona huius Collationis*, quod

credo q̃ dicatur violator iurium, qui sine dolo faceret contra mentẽ istarum constitutionũ, dũmodo verba earum non offenderet. Et qui nimis astute interpretatur, infamia notatur. vt *C. de legi. l. 2.* & notatur per *glos. cap. venerabili. de sen. excom. in*
6 *antiquis.* Quis † autem possit de priuilegijs iudicare, dic per *Henri. Boich* & *Ant. de Butrio in cap.*
7 *cum venissent. extra. de iudicijs.* Item † quæro, quando dicatur constare de mente constitutionis? Respondeo: dicit *Bal.* quod quando statutum fundatur in ratione naturali, infra quã est de iure naturali, vel gentium, quia tunc dicitur apparere de mente, ac si esset in ipso statuto scripta. de quo vide latius per *Bald. post glos.* & *Doct. in l. non du-*
8 *bium. C. de legibus.* Item † nota, quod fiet huiusmodi interpretatio sine iudiciario ordine, sicut quando est quæstio iuris, videlicet, an valeat consuetudo, vel ne, talis quæstio potest dirimi sine ordine iudiciario: de quo supra *colla. 2. in curia secunda Barcino. cap. 3. Idcirco nos Rex.* Et idem vbicunque est quæstio de viribus, vel intellectu alicuius constitutionis: vt notat *Innocen. in cap. cum inter vos, extra. de constitu.* in fine. ¶ In textu, ibi, *& aliarum præteritarum*, subaudi, nedum futura-
9 rum. quia † semper constitutio de sui natura respicit futura; *extra. de constitutionibus, cap. cognos-*
10 *centes. & cap. finali,* quod † est verum regulariter. Fallit quando ibidem exprimitur, quod ad præterita extendatur, vt hic. Item fallit in causa *extra. de vsuris, cap. cum tu.* vide *Doct. in allegat. cap. fi.*
11 vide infra *eadem curia, cap. 17.* ¶ Vlterius † nota, quod regulariter interpretatio Principis ius facit: vt *extra. de senten. excommun. cap. inter alia:* & *de verb. sig. cap. cum olim.* & *C. de le. l. prima, & fi.*
12 Fallit † in istis constitutionibus Cathaloniæ,
13 vt hic vides. Item nota, † quod statuto non potest prohiberi interpretatio, quia naturalis est; & eius oppositum est impossibile: *ff. de ori. iu-*
14 *ris. l. 2. §. ex ijs.* vide ibi *Baldum.* Sed † si statuto cauetur, quod non possit interpretari, vel glossari, intelligitur de glossa hominis, non legis. *C. de adulterijs, l. quamuis.*

De bonis damnatorum. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum de bonis homicidarum, & damnatorum confirmatur.*
2 *Contra defunctũ nõ inquiritur nisi pro criminibus læsæ Maiestatis, hæresis, falsæ monetæ, & ex quo apportauerit res prohibitas ad partes Ægypti, & tantum intra triennium post eius mortem.*
3 *Forma adnotandi bona delatorum, remissiue.*

I*Tem statuimus, quod capitulum per nos factum, &c.*
1 Hic † confirmatur capitulum de bonis homicidarum, & damnatorum: de quo vidisti supra *ead. collat. in secunda curia Barcinon. cap. 34. Item, quod nos vtemur, &c.* ¶ Et additur hic, quod si contra factum fuerit, sit reuocatum, & habeatur pro non facto. Et faciũt pro ijs quæ dixi supra *ead. c. 7.* super verbo, *& addentes.* vide ibi. adde infra *collat. 5. c. 30. Item statuimus, & ordinamus, quod in-*
2 *quisitores, &c.* vbi habes, quod † contra defunctum non inquiritur, nisi pro criminibus læsæ Maiestatis, hæresis, falsæ monetæ, & eorum qui res prohibitas portauerint ad partes Ægypti, & tunc infra triennium post illorum obitum; & non ante:
3 vide ibi. De forma † annotandi bona delatorum, vide in quadam pragmatica Regis Petri Tertij, data Barcino. 4. nonas Decembris, anno â Natiuitate Domini 1339. & vide quæ dicam infra *collat. 27.* in fine.

De obseruatione curiarum. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Officiales, & loca Reginarum obseruare tenentur constitutiones, & capitula curiarum pœna hic contenta.*
2 *Acta contra constitutiones an valeant, remissiue.*

I*Tem statuimus*, &c. Hic confirmatur *cap. 39. Et in omnibus*, supra *ead. collat. in secunda curia Barci-*
1 *no.* vbi † dicitur, quod loca, & officiales Reginarum teneantur obseruare contenta in constitutionibus, & capitulis curiarum: vide quæ ibi dixi. Sed quid si contra faciant; dic quod punientur pœna in eadem constitutione, quam violauerint apposita, si quæ fuerit; alias extraordinarie: iuxta notata infra *collat. 6. curia Perpinian. cap.*
2 *cum secundum.* Sed † an valebunt acta contra constitutiones, vide quæ dixi infra *collat. 6. curia Ceruaria, cap. 2.*

De abatuts. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Abatuts debent publicari voce praeconis. idem num. 6.*
2 *Abatuts puniendi sunt pœna capitis.*
3 *Fallitorum bona vendi debent pro satisfaciendis creditoribus.*
4 *Gratia fieri non potest fallitis, nisi satisfactis creditoribus.*
5 *Barones, & alij ad requisitionem domini Regis, & suorum officialium tenentur punire pœna capitis fallitos.*
7 *Publicantur qui iurant se non esse soluendo.*
8 *Campsor, & alij falliti tenentur ex delicto, vel quasi.*
9 *Falliti non euadunt carcerem, nec alias pœnas, cedendo bonis.*
10 *Falliti tradi non possunt manulentæ, nec habent beneficium feriarum, nec aliarum dilationum.*
11 *Bona fallitorum non possunt occupari per creditores propria auctoritate.*
12 *Pactum valet, vt creditor possit sibi solui propria auctoritate.*
13 *Pro commanda contracta sine instrumento obligatur quis in persona.*
14 *Executio Realis facienda est per iudicem loci, vbi res est sita, vel reperitur.*
15 *Rex nequit facere remissiones, nisi pars læsa satisfacta fuerit, in casibus hic traditis.*
16 *Guidaticum concedi non potest fallitis, sed de facto aliter fit.*
17 *Actus contra constitutionem an valeat, remissiue.*
18 *Consuetudine an potuerit introduci, vt remissiones fiant parte non satisfacta, & an valeat ista consuetudo; late explicatur.*

adiecta clausula, quod teneantur de damnis & iniurijs querelantibus facere ciuiliter dumtaxat iustitiæ complementum. & sic seruatur de stylo, & consuetudine, quæ est optima legũ interpres: *ff. de legibus. l. si de interpretatione.* & *extra. de consuetu. c. cum dilectus.* Et talis consuetudo satis potest tolerari, dummodo delatus remissus non omnino per talem remissionem depauperetur: & sic iniuriatus emendam consequi non posset; non enim videtur æquum, quod curia primo pro crimine pecuniam exigat, & postea nequeat fieri emenda damnum passo. Pone enim, latro furatus est mihi centum: curia pro remissione criminis exigit à latrone ducenta, quibus solutis non superest facultas emendandi mihi illa centum: certe non laudarem illam consuetudinem, quæ est cõtra hanc constitutionem, & similes.

De recusatione delegati. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *De recusatione bonorum confirmatur cap.*

1 ITem *statuimus, quod capitulum*, &c. Hic † confirmatur simpliciter capitulum curiæ Illerdæ, ꝙ loquitur de recusatione iudicum delegatorum. vide quæ dixi in dicta *curia Illerda cap.* 15. quod incipit: *Item ordinamus & statuimus, quod si aliquis proposuerit.*

De salarijs iudicum. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Salaria iudicum curiæ prohibentur.*

2 *Iudicibus dare quando sit licitum, vel illicitum. remissiue.*

3 *Iudex ordinarius non debet recipere salarium pro reddenda iustitia, nisi in casibus expressis à iure, constitutione, vel consuetudine.*

4 *Recipere aliquid pro seruanda iustitia, an sit peccatũ. remissiue.*

1 ITem *statuimus*, &c. Loquitur hic † de prohibitis salarijs iudicum curiæ, & additur hic, quod ipsi iudices iurent seruare *cap.* 13. *supra ead. colla. in tertia curia Barcinonæ.* Sed non seruatur, vt ibi dixi: & adde quæ dicam latius in *curia Ferdinãdi cap. Los salaris.* & *cap. seq. infra collat.* 5. *c.* 24. *Itẽ
2 confirmantes.* Et nota, † quod multis modis datur iudicibus, quod quando sit licitum, vel illicitum dicã, Deo duce, latius in alleg. *c. los salaris.* & adde quę dixi sup. *colla.* 3. *c.* 3. *Item ordinamus & statui-
3 mus, quod aliquis officialis noster*, &c. Et † nota, ꝙ regulariter iudex, vel alius officialis ordinarius nõ debet recipere salarium pro reddẽda iustitia, nisi in casibus à iure, vel constitutione, aut consuetudine expressis: quia qui tenetur aliquid facere, debet illud facere proprijs expensis, nisi vbi reperitur expressum à iure, vt notat *Henri. Boich extra de simo. c. cum sit Romana.* Sed an sit simoniacũ,
† vel peccatũ, † recipere, vel dare aliquid pro seruanda iustitia, vel exhibenda, dic per *Henricũ in c. nemo. extra. de simo.* vide *gl. s.* & *Doct. in cap. cum ab omnis. de vita & ho. cleri.* & *in auth. vt iudices sine quoquo suffragio.* & *in auth. iusiuran. quod pri. ab his.* & *in auth. scriptum exemplar. colla.* 2.

De arbitris. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Sententia arbitri & arbitratoris valet etiam pœna soluta.*

2 *Officiales debent mandare executioni sententiam arbitri.*

3 *Arbiter non potest statuere terminum executioni suæ sententia arbitralis.*

4 *Recursus ab arbitrio non admittitur, etiam si dolo fuerit arbitratum, quando tali recursui fuerit renunciatum, declaratur ibidem. Fallit num.* 5.

6 *Opiniones Doctorum an sint sequendæ. remissiue.*

7 *Communis opinio habetur pro veritate.*

8 *Laudum latum per arbitrum excommunicatum, est nullum.*

9 *Arbiter pronuntians per sordes, vel extra potestatem, ac contra acta, debet emendare quod facit.*

10 *Arbiter an possit esse testis, & allegare suam turpitudinem. remissiue.*

1 ITem *statuimus, quod capitulum*, &c. Casus. † Valet sententia arbitri & arbitratoris etiam pœna soluta: si dictum fuerit in cõpromisso, *pœna soluta, vel non, remotis opinionibus contrarijs.* Et debet
2 mandari † executioni per officiales, iuxta constitutiones, quas confirmat præsens capitulum. Hoc dicit. Cætera vide supra *collat.* 3. *c.* 14. §. *Item quod teneantur*, &c. Item vide quæ dixi supra *ista collatione in curia* 3. *Barcinona. cap.* 15. *Item ordinamus, quod capitulum factum*, &c. ponit *Bar. in l.* 3. *ff. de re
3 iudi.* quod † arbiter non potest statuere terminũ executioni, quod est verum, secundum *Antonium de Butrio*: sed si partes emologant compromissũ, talia sunt velut sententiæ pars. Et dicunt quidã, quod hodie per has constitutiones sunt ita remotæ dictæ opiniones, quod ex quo fuerit renuntiatum per partes, amodo non poterit haberi recur-
4 sus, † etiam si dolo fuerit arbitratum inique: ꝙ credo verum, nisi pars aduersa dolum commiserit, vel nisi in subsidium, iuxta notata per dominũ *An. in cap. quinta vallis. extra. de iureiurando.* Dum
5 tamen † non sit enormis læsio. super quo vide latius per *Bartolum in l. societatem.* §. *arbitrorum. ff. pro socio.* & per *Albericum de Rosat. in l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig.* Item si quæras, vtrum opinio
6 nes Doctorum sint fouendæ, & sequendæ, distingue per *Henricum Boich extra. de decimis. c.* 1. Nota
7 tamen, † quod communis opinio habetur pro veritate: vt *C. ne de sta. defunctorum, l. si mater.* de hoc *in l. si vicinis. C. de nuptijs.* adde quæ notãtur per *Mathaeum de Matasalanis in tractatu de electione opinio-
8 num.* Et nota, † quod arbitrium arbitri excõmunicati est nullum; vt notat *Gui. in c. à iudicibus.* 2. q. 6. Quod credo verum de vero arbitrio & arbitratore boni viri, quia non cadit in seruum. *ff. de verb. signi. l. si illa.* & excommunicatus seruus est peccati: 2. q. 7. §. *quia ergo.* & notat *Gui. in Rosario super glos. in alleg. c. à iudicibus.* Vbi etiam nota secundum *Hostiens.* quod si euidenter liqueat, quod dictum arbitrium iniquitatem peccati cõtineat, ordinarius ex officio suo hoc emendari faciat: *extra.*

nulla ipso iure, nec valeret priuilegium, vel rescriptũ, si concederetur in contrarium: vt supra
2 *ead. cap.* 17. De iuramento aduocatorum, & procuratorum fiscalium curiæ domini Regis vide infra in *curia domina Maria, c. per repos.* Et prædicta extenduntur ad quoscumque ipsa officia regen-
3 tes tam in Gubernatione Cathaloniæ, quã in Gubernatione Rossilionis & Ceritaniæ: vt infr. *colla. 9. curia domini Ferdinandi. c. la constitutio feta.* Item est quoddam *cap. curia Regis Martini*, alius est eiusdem Ferdinandi, incipiens: *Item com poch valria posar*, &c. vbi dicitur, quod Gubernator iurat, sed eius Assessor debet de prædictis præstare iuramẽtum & homagium, & idem est de vicegerentibus: ita tamen quod Gubernator de consilio Assessoris, vel locumtenentis habeat ferre sententias diffinitiuas & interlocutorias tormentorum, seruatis constitutionibus Cathaloniç, & alijs iuribus, & secus acta sunt nulla. Et si aliter non præstitis ipsis iuramento & homagio vsi fuerint, puniantur, sicut si essent priuatæ personæ: de quibus tamen sententijs, & interlocutionibus appellationes delatorum debent admitti, nisi condemnati essent personæ antea de alijs criminibus diffamatæ, de qua infamia habeat constare per informationem summarie receptam. Et dominus Ferdinandus etiam concessit, quod sui officiales habe-
4 rent † præstare iuramentum & homagium de seruando capitula curiæ Regis Martini. vt in illo *c. Que placie a vos senyor.* Et ideo super his est satis bene prouisum, sed forte quandoque male obseruatum. Est etiam aliud capitulum Regis Ferdinandi, incipiens: *Item senyor com segons les constitutions*, &c. vbi etiam dicitur, quod in hac constitu-
5 tione cauetur. Et nota, † ꝙ illi Assessores debent spe præmiorum, & non aliqua vi allumi, & debẽt esse iurisperiti: vt *C. de domesticis. & assesso. l. studiorum labor.* & *C. de statuis & imaginibus l. & virtutũ.* adde quæ notantur infra *colla.* 5. *cap.* 11. & 12. Itẽ vide quæ scripsi infra *collat. 6. curia Montissoni, c. licet Vicarius.* super verbo, *assessores.* Et de officio Gubernatorum dic vt dixi in *curia Ceruaria, cap. præterea quia per reseruationes.* infra *colla.* 6. & inf. *collat. 7. cap. vlterius statuimus.* & melius in *c. prouidentes. dicta curia Montissoni colla.* 6.

De salario nuntij vel procuratoris. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Nuntius vel procurator pro exigendo debito pro dieta, quod salarium consequi potest. & num.* 3.
2 *Nuntius vel procurator vnicum salarium habere debet pro dieta, licet ad plura accesserit loca.*
4 *Procurator an vltra salarium possit exigere sumptus & expensas, traditur.*
5 *Salarium stipulatũ in fauorẽ stipulatoris in instrumẽto est exigendũ, quamuis sit vltra ordinariũ. ratio n.* 6.
7 *Violans ex contẽptu legem Principis peccat mortaliter.*
8 *Nuntius vel procurator recipiens maius salarium, quã taxatum, qua plectatur pœna traditur.*
9 *Notarius an vltra salarium itineris exigere possit salaria scripturarum, traditur.*

ITem statuimus, & etiam ordinamus, quod aliquis iuuenis, vel procurator, &c. Casus. Nuntius, vel
1 procurator † missus extra locum domicilij creditoris pro exigendis debitis domini sui mittentis, non potest habere pro suo salario nisi duodecim denarios tantum pro qualibet die, siue equitando iuerit, siue pedes. Et si plus receperit, punietur. Hoc dicit. Emanauit ad reprimendã malitiam draperiorum, & aliorum, qui iuuenes suos mittebant vt procuratores, & exigebant salaria plura & immoderata, forsan in fraudem vsurarũ: & ideo plenius est prouisum. infra *colla. proxima. cap. 27. Item approbantes.* vbi præsens capitulũ approbatur, & additur, quod notarius, qui cum illo
2 nuntio, † vel procuratore ibit, similiter nõ possit habere nisi vnicum salarium qualibet die, licet eadem die ad plurima loca accesserit, & cõtra multos fuerit protestatus. Et hoc seruari debere intẽdit in locis, in quibus procuratores draperiorum pro protestando, vel pro debitis recuperandis accedere erat consuetum, vt hoc totum habes in *d. c. Item approbantes.* Et ex prędictis nota primo, ꝙ
3 dictus † nũtius vel procurator creditoris domini sui non potest exigere nisi salarium duodecim de-
4 nariorum pro dieta. Sed † numquid poterit vltra salarium exigere sumptus & expensas? Forte sic: quia victus victori, &c. *C. de iudi. l. properandum.*
5 Sed † pone, quod in instrumento debitor promisit soluere certum salarium nuntio, vel procuratori, puta decẽ solidos pro qualibet die, vel quinque solidos, prout fieri consueuit, nũquid poterit illos decem. vel quinque solidos stipulatos exigere? Videtur quod non. per hanc constitutionẽ, quæ vult quod non possit exigere nisi duodecim denarios. Dic contra, quia pacta seruanda sunt, nec ista consuetudo pactum prohibuit: sed taxauit salarium, vbi forsan alias de salario non conuenisset inter partes; & ita vti sæpe videmus, & etiam poni quotidie in instrumentis censualium
6 & violariorum, & aliorum debitorum: tũc † etenim debitori promittenti, & quandoque etiã iuranti non fit iniuria: vt *extra. de regulis iuris. cap. scienti, lib.* 6. Ad idem *extr. de pactis c.* 1. & *c. quotiẽs.* nisi forsan factum esset in fraudem vsurarum. *arg. extra. de pig. c. illos vos.* cum simil. & supra *ead. coll. in* 1. *curia Barcino. c.* 13. *Item ꝙ aliqua charta Iudaeorum.* & melius infra *collat. 6. curia Perpiniani c. ad euitandum.* ibi, *cum ex conditione personarum.* In ciuitate Barcinonæ audiui est iam alias taxatũ salarium hoc procuratorum, etiamsi plus fuerit in instrumento stipulatum. Et licet taxatio huius cõstitutionis nimis fuerit tenuis & arcta, quia non distinguit an procul, vel prope accesserit, tamen seruanda est: vt *l. prospexit. ff. qui, & à quibus.* Immo
7 peccat mortaliter, qui legem Principis ex contemptu violat: vt *extra. de maio. & obe. c. Si quis venerit.* Et forte officiales, qui iurant seruare has cõstitutiones Cathaloniæ, habebunt iudicare secũdum hanc constitutionẽ, non obstante pacto partium habito in contrarium: ꝙ forte non valet, tãquam

quam factum contra constitutionem prohibitũ, quæ prohibet vltra haberi pro salario: vt *C. de legibus. l. non dubium.* quia si plus haberet, debet puniri, vt hic dicitur in tex. & hoc credo verius de rigore. Facit alleg. *l. prospexit.* & *c. scriptum. 6. q. 3.* Vnde huiusmodi costit. & alleg. *c. Item approbante*, egent interpretatione, vel alia declaratione, si controuersia litigãtium occurrat. Item nota, ꝙ tex. dicit. *Et si plus inde haberet vel reciperet, puniatur.*

8 Sed † quæro, qualiter punietur? Resp. Forte tamquam calũniator tenebitur in quadruplũ infra annum, post annum vero in simplũ eius, quod vltra duodecim denarios pro dieta receperit: vt *ff. de calum. l. 1.* vel punietur tamquã violator cõstitutionis: vt dixi supra *coll. 2. c. prædictas siquidẽ.* & nota per *gloss. in l. 1. C. ad l. Iuliam maiestatis.* vel dic quod punietur extraordinarie arbitrio ius dicentis, & tenetur crimine stellionatus: vt *C. & ff. de crimine stellionatus. per totum.* adde quæ dixi latius infra *colla. 6. curiæ Perpiniani c. cum secundum.* Item nota quod dicitur de notario; quod non debeat habere nisi vnum salarium pro qualibet die licet ad plurima loca & contra multos accesserit.

9 Sed † vltra salarium laborũ itineris consueuerũt notarij & scriptores exigere solita salaria scripturarum & instrumentorum: & vtinam in illis non excederent metas rationis: vt infra *collat. 6. curiæ Montissoni c. cum notarij.* & *extra. de rescriptis. c. statutum. §. notariũ. li. 6.* Et prædicta faciunt cõtra sagiones, qui plures litteras requisitorias ad eundem locum portantes, pro qualibet exigunt salarium, ac si pro vna tantum littera exhibenda accessissent. Adde quę dixi supra *collat. 3. c. 26. Item ordinamus & statuimus, quod aliquis sagio.*

De rusticis, & hominibus proprijs, & solidis.

Capitulum XXII.

SVMMARIVM.

1 *Rustici, & homines solidi contra eorum dominos non sunt defendendi per dominum Regem. limitatur nu. 2. & declaratur nu. 7.*

3 *Rusticus quis sit. remissiue.*

4 *Borderius est quasi minor rusticus.*

5 *Hominum solidorum sunt tria genera, rusticus, borderius, & iuuenis.*

6 *Rex potest defendere rusticum, si iniuste per suum dominum opprimeretur.*

8 *Rustici & homines de redimentia voce præconis positi fuerunt in possessione libertatis malorum vsuũ per Ioannem Regem Nauarræ Locumtenentem generalem Regis Alfonsi.*

9 *Priuilegia & consuetudines scriptæ valent, quod rustici, & homines de redimẽtia sint liberi omnino à suis dominis, si per annum & diem steterint populati in ciuitatibus, locis, & castris Cathaloniæ. declara n. 10.*

11 *Homo solidus non liberatur per tonsuram inuito domino receptam. declaratur nu. 12.*

ITem statuimus, & etiam ordinamus, quod aliquis rusticus, borderius, vel quiuis homo, &c. Casus. Rustici † & homines solidi, non debent per dominum Regem, nec quemuis alium contra dominos illorum defendi pro aliquo quod fecissent, vel venissent contra dominos suos. Hoc dicit primo.

2 Secundo, ibi, *Sed si prædicti*, &c. dicitur, † quod si ipsi rustici vel homines solidi, antequam essent à dominis suis pręuenti, se transtulissent ad populandum in ciuitatibus & locis domini Regis, & aliorum, quod tunc possint defendi, nisi essent de locis vbi consueuerunt se redimi, quia tunc ante redemptionem illorum defendi non debent, saluis constitutionibus, priuilegijs. & consuetudinibus scriptis. Hoc dicit in lõgo. Et de materia huiusmodi habuisti supra *colla. 2. c. 25. Item quod in terris*, &c. quod commemoratur infra *collat. 11. c. Item comemorants la constitutio de Barcinona*, &c. vide ibi, & has intellige secundum illam quæ nouissima est, & multa noua inducit. super tex. *Rusticus.*

3 Quid sit † rusticus, vide in *vsat. Sacramenta*

4 *rustici.* super tex. *Borderius.* Iste † secundum quosdã est bacallarius, quasi minor rusticus: vt in *vsat. de alijs namque rusticis.* alias est §. dicti *vsatici, Sacramenta.* Vnde ex ibi notatis, iunctis verbis ipsorum vsaticorum, & huius constitutionis habes ꝙ rusticus est magister agriculturę: sed borderius est bacallarius, quasi minor magister, siue repetitor: sed iuuenis homo scholaris agriculturæ. Et sic ho

5 minum † solidorum tria sunt genera, vt hic. vide & adde in *vsantijs diœcesis Gerund. l. de statu ho. per totum.* & *in tit. de iure est fi. & feu.* Vlterius vide in tex. ibi, *qui veniat, vel faciat contra dominum*, &c.

6 Dic. † secus ergo, si per dominum opprimeretur iniuste, quia dominus Rex per suam regaliã habet succurrere oppressis: vt in *vsat. Alium namque.* & *23. q. 5. c. Regum.* Nec credas, quod dominis omnino liceat contra iustitiam opprimere, & maletractare rusticos. de quo tamen dic vt dixi latissime in *gloss. Sacramentalis Gerundæ c. 5.* vide *Doct. in vsat. Similiter & senior.* Ad idem facit infra *e. c.* ibi, *pro aliquo, pro quo venisset, vel fecisset contra dnm suum*, &c. & costit. pacis, quę dicit, quod non teneãtur domino Regi, si rusticos maletractauerint: non tamen negat, quin dñs Rex debeat liberare oppressum. vide quæ scripsi etiam super dicta cõ-

7 stit. pacis. §. *ibidem.* Item in tex. † ibi, *antequã præuenti essent*, supple, ergo si præuenti essent, etiãsi postea se transferrent, possunt per eorum dños requiri, & non deberent per alios defendi: & eo casu adhuc crederem habere locum §. *Sed etiã agricolas. in auth. de man. prin. colla. 3.* Sed hoc intellige de ijs, qui non præstiterunt dñis suis iuramentũ & homagium homiciæ. tales enim contra suũ iuramentum non debent defendi, nec iuuaret præscriptio, & tale iuramentum habet vim præuentionis, maxime quando illi rustici iurant non intrare locum priuilegiatum, &c. sicut in capibreuijs pluribus vidi contineri: quo casu iuramentũ est seruandum, dummodo sit sponte præstitum:

8 vt in *auth. Sacramentum puberum.* cum sim. † Vlterius nota, quod in anno à Natiuitate Dñi 1459. omnes isti rustici & homines de redimẽtia & malorum vsuum Cathaloniæ voce præconis fuerunt missi

missi & positi in possessione libertatis taliũ iu-
rium seruitutum per Regem Nauarræ Ioannem
Locumtenentem generalem Regis Alfonsi quar-
ti fratris sui, scilicet, ex primo decreto, propter
contumaciam seniorum: & quia lapso anno vidẽ-
tur quod sint ipsi rustici hodie in vera possessio-
ne dictæ libertatis, salua tamen quæstione pro-
prietatis dictarum seruitutũ, si dicti seniores vo-
luerint agere coram Rege, apud quem fuit causa
huiusmodi euocata ex diuersis prærogatiuis & re
galijs. In tex. ibi: *priuilegijs, atque consuetudinibus*
9 *scriptis*. hic ergo patet, quod † valent priuilegia &
consuetudines scriptę, quibus cauetur, quod rusti
ci, & alij homines de redimentia per annum &
diem steterint populati in ciuitatibus, locis, &
castris Cathaloniæ, amodo non possint repeti à
dominis: immo efficiuntur ciues, & incolę, & libe
ri omnino à dn̄is aliorum, quorum fuerant: & hoc
priuilegiũ est Gerundæ, & in villa S. Laurẽtij de
Sambucha. & est generalis consuetudo scripta in
*commun. Petri Alberti. c. habito de homagio. §. uerum
tamen si filij rusticorum.* & isti tales post annum &
diem possunt defendi, vt hic, & allegat. *Item quod
in terris*: alias secus, vt *C. vt nemo ad suum patrociniũ
recipiat vicos, vel rusticos.* in rubro & nigro. *lib. 11.*
Et est consuetudo scripta in diœcesi Gerundæ, ꝙ
rusticus potest deserere terram: sed vassallus non
debet dimittere feudum domino nolente, nec ho
10 magium. Et † prædicta sic intellige, quod rustici
& alij homines de redimentia, postquam præsti-
terint iuramentum & homagium dn̄is suis, nulla-
tenus possunt defendi, etiamsi per annum & diem
in ciuitate, vel locis priuilegiatis manserint, nã
contra iuramentum & homagium nõ iuuaret eos
præscriptio, nec consuetudo: vt *extra. de præscrip.
c. quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est*, &c.
Sed si nullũ præstiterint homagium, & fuerint à
dominis præuenti, idem, nisi post præuentionem
quadraginta annis præscripsissent. *C. de præscript.
triginta vel quadraginta annorum. l. si pe quidam.* Si
autem non essent præuenti, prodesset præscriptio
anni & diei: & habet locum §. *verumtamen si filij
rusticorum* pręalleg. cætera dic vt dixi in dicto *c.
Item quod in terris*. & dicam in *c. Item commemorãis.*
vbi dicitur de modis præueniendi & requirendi
prædictos rusticos, & homines solidos, & filios eo
rum. vide etiam, & adde distinctionem positã per
Doctores in *vsat. Similiter & si senior.* super *glos.* in
11 verbo, *defendere*. Sed † an homo solidus liberetur
per tonsuram receptam inuito dn̄o: dic quod nõ.
de quo vide latius per *Ioan. in Summa Confess. libro
3. tit. 17. q. 3.* Et petetur talis coram iudice sæcu-
lari, cum non gaudeat priuilegio clericali, & po-
terit dominus in eũ manus inijcere: vt notat *Bald.
in l. si quis curialis. C. de Episcopis & clericis.* vide ibi
per eum. Et hoc † forte verum, si fuerit notoriũ,
ipsum fore hominem solidum, & inuito dn̄o tõ-
suratũ. sed si hoc inficiaretur, haberet cognoscere
iudex Ecclesiasticus ratione possessionis tonsu-
ræ: quidam tamen aliter dixerunt.

De salario carcerariorum Cap. XXIII.

S V M M A R I V M.

1 *Carcerarij pro carcelatgio diei naturalis non possunt exigere nisi sex denarios: sed in locis vbi est consuetudo recipi minus, debet obseruari talis consuetudo.*

2 *Captus ex vna causa an possit recommendari ex alia. remissiue.*

3 *Detineri in vinculis quando quis possit pro criminibus, de quibus est accusatus.*

4 *Carcerarius debet causas & nomina carceratorum referre iudici singulis mensibus.*

5 *Iudex negligens in expediendis causis carceratorũ punitur pœna quadraginta librarum.*

6 *Custos carceris non potest relaxare captum sine iudicis licentia, quamuis instans consentiat.*

7 *Dolus in carcerario præsumitur mortuo carcerato, nisi probetur contrarium.*

8 *Custodi carcerum non imputatur, si non bene custodit carceratum, qui erat absoluendus.*

I*Tem statuimus & ordinamus, quod carcerarij*, &c.
1 Casus. Carcerarij † Vicariorũ, & aliorum offi-
cialium non possunt ab aliquo capto pro carce-
latgio diei naturalis exigere nisi sex denarios
Barcin. tantum, vel quatuor Iacenses tantum, vbi
currunt Iacenses. Sed in locis vbi minus recipi cõ
sueuit, debet consuetudo obseruari. Hoc dicit. de
materia huius vidisti supra *in tertia curia Barcin.
c. 8. Item ordinamus, quod salarium carcerariorũ*; &c.
repete & adde hic quæ ibi dixi. Sed quæro hic,
2 vtrum † positus in carceribus ex vna causa possit
ibi emparari, seu recommendari ex alia causa. de
quo dic latius per *Bar. ff. de custod. & exhi. reor. l. si
3 quis seruus. in vltima quæstione*. Quando † quis pos-
sit, & debeat detineri in vinculis pro criminibus
de quibus est accusatus, vide infra *collat. 6. curia
Perpiniani c. confirmantes*, de quo tamẽ dic plenius
per *Bartolum in l. 1. ff. de custod. & exhi. reorum.* vide
super hoc pregmaticam Regis Petri datam idus
Decembris, anno Domini 1340. quam inserui in
fine curiæ sequentis, quæ posset inscribi hic. Vl-
4 terius nota, † ꝙ carcerarius debet causas & no-
mina carceratorum iudici referre singulis mensi-
bus, alias punitur viginti libris. Et iudex, si ne-
5 gligens fuerit, † in expediendis ipsis causis carce
ratorum, quadraginta libris mulctatur: vt *l. si. C. de
custo. & exhi. reorum.* adde quæ dicam infra *colla. 6.
curia Perpiniani cap. Cæterum confirmantes*. Item no-
6 ta, † quod custos carceris non debet relaxare ca-
ptum sine licentia iudicis, qui capi fecit, licet cre
ditor, ad instantiã cuius captus fuerit, ipsum ca-
ptum relaxari faciat, vel consentiat, quia eius est
relaxare cuius est capere; vt *l. nihil.* & *l. eius est. ff. de
regulis iuris*, secundum *Angelum*, quem vide in *l.
7 qui in ius. ff. de in ius voc.* Item nota, † quod mortuo
carcerato præsumitur dolus in carcerario, nisi cõ-
trarium probet. Vide *glossam in l. cum ita. §. speciẽ.
8 ff. de legatis secundo*. Sed † non imputatur custodi,
si non ęque bene custodit carceratum, qui est in
casu absolutionis, sicut prius. nota in *l. fina. de con-
di. ob causam.*

De re-

De re militari. Cap. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Milites cuiuslibet Vicariæ debent contribuere in expẽsis tractatorum electorum in curia generali.*
2 *Consuetudo valet, quod Barones habeant iurisdictionẽ in militibus quoad ciuilia.*
3 *Milites torqueri non possunt, nisi in casibus qui traduntur, remissiue.*

ITem statuimus & ordinamus, quod milites cuiuslibet
1 Vicariæ, &c. Casus. Milites † cuiuslibet Vicariæ habent contribuere in expensis tractatorum electorum in curia generali: & ad id debẽt compelli per eos, qui illos distringere consueuerunt: exceptis illis, qui alias ad tractatum curiæ non fuerũt admissi. Hoc dicit. Vide de processu curiæ generalis quę dixi supra *colla. 2. c. Item quod semel in anno*, &c. Et nota tex. ibi, *Qui ipsos distringere consueuerunt*. Ad quod valet consuetudo, quod Baro
2 nes † habent iurisdictionem in militibus, saltem quoad ciuilia: de quo tamen dic vt dixi sup. *coll. 2. c. 45. Item si aliquis conqueratur de aliquo barone.* & in concor. & expone hic, *per ipsos*, scilicet Vicarios, hoc est, quilibet in sua Vicaria debet distringere militẽ in sua Vicaria domiciliatum: &
3 dic, distringere, scilicet in tali casu. Sic † milites non possunt torqueri nisi in casibus, quos vide infra *colla. proxi. curia Montisalbi c. 26. Item ordinamus quod nullus condemnetur.* adde quæ notantur sup. *ead. colla. in 1. curia Barcinona cap. 27. Item quod aliquis miles.*

De raptatis, & eorum duello. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Milites & homines de paratico raptati de bausia possunt fidem suam probare per batalliam. & nu. 2.*
3 *Curia per antonomasiam dicitur curia Regia.*
4 *Ciues honorati & burgenses gaudent priuilegio militũ.*
5 *Ad batalliam deuenitur in defectu probationis. contra num. 10.*
6 *Batallia sumitur pro duello, quasi sit duorum bellum.*
7 *Batallia in quibus causis locum habeat, traditur.*
8 *Ad iudicium Dei recurritur, deficiente humana probatione.*
9 *Pugna non fit existente clara probatione delicti.*
10 *Causæ, ob quas deuenitur ad iudicium batalliæ, seu reptamenti enarrantur.*
12 *Bellum quando sit licitum. remissiue.*
13 *Renuntiari potest per pactum probationi, quæ fit per batalliam.*
14 *Batallia inter quos locum habeat, traditur.*
15 *Duellum inter clericos non permittitur.*
16 *Raptatus miles non potest dare parem, nisi alium militem, vel filium militis.*
17 *In pari dato per reptantem quæ requirantur.*
18 *Iudicium raptamenti ordinatur per libellum, & quæ forma procedatur in eo, traditur. & refertur pragmatica Regis Alfonsi nu. 19.*
20 *Raptati à quibus sint defendendi, traditur.*
21 *Rex est iudex in causa reptamenti.*
22 *Duellum an sit licitum, traditur affirmatiue, existẽte ad id consuetudine. & declaratur nu. 23.*
24 *Generalis consuetudo in duello an excuset à peccato mortali, traditur. Et quid sit in iudice, consultore, assessore, & alijs, qui huiusmodi duellis auctoritatẽ præstant. nu. 25.*
26 *Vxores raptatæ per maritos de adulterijs possunt defendi & excusari per batalliam, dando batallerium.*
27 *De guerra, diffidamentis, & alijs prærogatiuis militũ multa traduntur. remissiue.*

ITem statuimus, & etiam ordinamus, quod si aliquis
1 fuerit raptatus in curia de bausia, &c. Casus. † Milites & homines de paratico, siue de genere militari, ac ciues honorati ac burgenses, si raptati fuerint in curia de bausia, siue proditione, aut traditione, vel de fractione treugarum, possunt fidem suam escondire per batalliam. Nec non etiam si
2 bannitus † fuerit, vel alias de Rege timebit, vel de officialibus, ipso facto per hanc constitutionẽ est guidatus, vt possit secure venire, stare, & redire, quamdiu necesse habuerit ad expiandam fidẽ suam. Hoc dicit. Et dic, *raptatus*, scilicet per libellum raptamenti, iuxta notata in ordinationibus belli *Petri Alberti*. Et dic, *in curia*, scilicet domini Regis, vel eius Vicarij: quia causa ista est de maioribus quæ pertinent ad Regem solum, maxime quando est inter milites. Et ideo cũ dicit, *in curia*
3 per † antonomasiam intelligitur de curia Regia. Sed quid si non per viam libelli raptamenti, sed per querelam pacis & treugæ, vel in vim *vsat. Simili modo.* vel *vsat. camini.* aut alias ciuiliter, vel criminaliter agatur ad emendam damni, vel iniuriæ, vel ad pœnam corporalem pro bausia, proditione, vel pro treugis fractis: & querelatus seu delatus velit se per batalliam expiare: cogita, quia casus est in facto, & est mihi valde dubius, sed viso fine ipsius casus, Deo duce, scribam aliquid super isto. Et nota hic, ciues & burgenses gaudere
4 priuilegio † militum, & eisdem æquiparari. De quo dixi supra *ead. colla. in 1. curia Barcin. c. 25.* ꝙ tamen intellige de honorabilibus, iuxta notata per *Iac. de Calicio* in *vsat. Ciues & burgenses.* in 1. q. & dixi in alleg. c. 25. olim erat secus: vt in *vsat. Sacramenta Burgensium.* vide ibi *Iac. Marquilles.* Et
5 super tex. ibi, *escondire per batalliam*, supple, † in casu deficientis probationis, quia alias non deuenitur ad batalliam, nisi in defectu probationis: vt statim dicetur; alias durum esset, quod facta legitima probatione per reptantem actores cogerentur ad bellũ. Facit *extra. de proba. c. sicut cõsuetudo.* Quidam tamen contra per hanc constitutionẽ. In summa etiam notandum est hic. Primo, quid sit batallia. Secundo, quando, & ex quibus causis habeat locum batallia. Tertio, inter quos habeat locuꝫ batallia. Quarto, quis possit dare parem, vel contra similem. Quinto, quæ requirantur ad hoc, vt sit par, vel contra similis. Sexto, qualiter iudiciũ raptationis ordinetur, seu libellus offeratur. Septimo, qualiter per pignora tenentia iudicium raptationis firmetur. Octauo, qui raptati sustineãtur, & qui non. Nono, qua securitate gaudeãt qui se expiare nituntur. Decimo, qui possit raptatos defende-

6 defendere.Est † autem batallia, prout hic sumitur,duellum,quasi duorum bellũ. Est enim singularis pugna duorum, quæ fit ad probationẽ alicuius rei.Ita vt qui per hunc modũ se probaturum offert,si vicerit,probasse credatur: si non vicerit, defecisse in probatione putetur. Dicitur & monomachia,quasi vnica & singularis pugna. à *monos* Græce,ꝙ est *vnũ* Latine;&*machia*,ꝙ est *pugna*.
7 Quando † autẽ,& ex quibus causis habeat locũ ista batallia,dico quod nõ debet concedi passim, nec debet fieri ex causa voluntatis, vel leuitatis, sed ex causa necessitatis, & in defectu alterius probationis.Nam † tũc demũ recurritur ad iudiciũ Dei,cũ humana probatio deficit:vt in *feu.ti. de pace te.& eius viola.c.Fredericus.§.si quis hominẽ.*
9 & *§.si quis autem.collat.* 10. quia non † fit pugna, vbi probatio delicti est clara:vt notat *Iac.de Bellouisu* in alleg.*c.si quis hominem.* & ibi de hoc per *glo.* & vide latius *C.de gladiatoribus.l.vnica.li.*10. per *And.de Barrulo.*& idem dic per *Alber.in ordinatione batalliæ.c.3.Lo raptat.* in fine. A.D.D.I.T.
10 I.O.M.F.Franch.Et † hoc credo verius, quãuis aliqui cõtra,vt scripsi super *d.l.3.* & *Raymundus Belestars*.hic in quadã apostilla fuit illius opinionis,ꝙ etiãsi reptans habeat probationes, poterit reptatus se defendere per batall.ã,fundans se super verbo *possit*,positum in hac constit.quod non erat antea in ordinatione belli: sed nihilominus credo contra, quia quod raptatus possit escõdire se, iã erat ante hanc constitutionẽ,vt potes videre per concordãtias,quas posui in meo lib. super hac constit.Regis Petri Barci. scilicet, *Itẽ statuimus,quod nullus raptatus de bausia*,&c. Et hæc constitutio in hoc nihil nouum inducit,nec venit ad hoc,sed solum venit ad effectum. ꝙ si esset bannitus,posset esse securus ad escondiendũ fidẽ suam, & hoc intendit ista constitutio, & non intendit vnico verbo tot iura euertere. *l.si quando.C.de inoffi.testa.in c. Ecclesia vestra.de elect.* Nã in illis iuribus satis probatur, quod stantibus probationibus non deuenitur ad pugnam: ergo non est præsumendum,quod tot iura Romana & Cathalana vnico verbo corrigerentur. expedit enim iura iuribus concordare: *C.cum expediat.li.6.*& *l.1.C.de inoffi.testa.* & si alicubi obmissum fuerit hoc verbum,*possit*, nõ est mirũ,si vnum ius suppletur per aliud:*nam posteriores.ff.de l.*maxime quia illud rationabile est,quod non veniant partes ad bataliam,quando imminent probationes, ibi,*e si pro-*
11 *nar no pot*,&c.Causæ vero, † pro quibus deuenitur ad iudicium raptamẽti & bataliæ, siue duelli in hac patria, sunt bausia, proditio, siue traditio, & fractio treugarum,vt in hac constit.habetur.& nota per *Pet.Alber. in ordinat. batallia.cap.* 1.ibi: *Quant la cort coneixera,quel raptament es tal que batalla sen dege fer,so es,per bausia,o per treues trencades,o per traycio.*Sed quid de iure communi? Dic per *gl.f.An.*& *Bar.*& *Io.de Platea inl. vnica. C.de gladiatoribus.*& per *gloss.in §.similes.de clericis viol.*
12 *pacis*.An,† & quando bellum sit licitũ,vide remissiones latissimas per *Iac.de Calicio in Viridar.*
13 *militia.in 1.q.principali.* Sed † nunquid ex pacto poterit renuntiare huic constitutioni, vt fit quotidie in præstatione homagiorum super pacibus & treugis,ac securitatibus? Credo quod sic, per reg.generalem,Pacta seruanda sunt. *extra.de pact. c.1.cum concor.*Item quia de iure communi diuino batallia est prohibita:&sic per pactum res de facili reuertitur ad suã naturã,&c.Inter quos ha-
14 bet locum † batallia? Dic quod inter laicos milites,& pedones,vt in *vsat.Bataya.*Sed forte de iure cõmuni non conceditur duellũ nisi inter milites.vt in *feu.de cleric.vio.pacis.* §.*si miles aduersus militem.*& præsens c. non loquitur de rusticis &
15 pedonibus: vt in littera vides. Inter † clericos vero nullatenus permittitur duellũ.vt *extra.de clericis pug.in duello.per tot.* & 2.*q.*5. *monomachia.* quia orationes & lacrymæ sunt arma clericorum. vt *extra de voto & voce.c.ex multa.* §.*vltimo.*Sed ꝙ statuit hic de securitate istorum raptatorum, qui se voluerint escondire,solũ cõceditur militibus, & hominibus de paratico, & hominibus honoratis ciuitatis vel villæ,vt dicitur in fine huius *c.*
16 Parem † autem,& contra similem dabit raptans raptato.Sed si raptamentum fuerit de bausia,raptator nõ poterit de diuitijs crescere parem, quẽ dare voluerit;quod si fecerit,illæ diuitiæ erũt illius paris,& suorum imperpetuum: ita quod nũquã poterit donatio renuntiari.Item,qui militem raptauerit,non potest dare parem, nisi alterũ militem,vel filium militis:vt sup.*ead.coll.in* 1.*curia Barci.c.*25.*Item quod si aliquis*,&c. adde notata in *vsat. Etsi a potestate*,&c.& quæ notat *Pet. Alber.vbi sup.c. E lauors la cort deu assigna.* & *c.seq.* In part.
17 autẽ, † vel contra simili requiritur paritas & similitudo dignitatis militiæ,& corporis,secundũ mensuras,quas ponit *Pet. Alber.in ordina. batallia, in c.la mensura.cum seq.* Ita quod duo digiti longitudinis dentur pro vno digito grossitudinis: vti ibidem in *c.e si la proua.* §.*e si nõ son egnals.*Ordina-
18 tur quippe † iudicium raptationis per libellũ in scriptis:vt sup.*colla.*2. *c.cũ inter nostros milites*, vide quę ibi dixi.Ita quod raptator veniens coram curia,dabit suum raptamentum in scriptis, in quo libello debet exprimere causam bausiæ, vel proditionis,vel in qua re treugæ fractæ fuerint sibi ab illo,quẽ asserit eas fregisse. Et qui cõuenitur,seu raptatur in negatione, quã facit de libello prædicti raptamẽti,si raptatur de facto proprio,debet pure iurare se ipsas treugas aduersario non fregisse,non adiecta clausula scientiæ. Si vero conueniatur de alieno facto, videlicet, quod alius,pro quo eas dederit, fregerit ipsas treugas, tunc adijcitur illa clausula *suo sciente*:vt in alleg. *c.cum inter nostros.*vide & adde quę ibi scripsi. Et si fuerit iudicatum batalliam debere fieri, debet firmari pignoribus tenentibus: vt supra *collat.*4. *in* 2.*curia Barcin.c.*21. *Item quod omnis firma.* vide ibi, & in alleg. *cap.batallia.*Et si curia cognouerit raptamentum fore pro aliqua de prædictis tribus

causis, scilicet de baulia, vel proditione, vel treugis violatis, debet accipere à reptato pignora pro quadringentis morabatinis auri, si fuerit inter milites: isti quadringenti morabatini valent octuaginta libras Barcin. de terno. vide *Iacob. de Calicio in vsat. Bataya.* & adde notata in *curia Perpiniani. c. cum de valore.* Sed inter pedones sufficiũt pignora pro ducentis morabatinis. Valet morabatinus quatuor solidos: & sic quadringenti morabatini valent quadraginta libras: & debẽt idonee tradi manuleutæ, iuxta tradita per *Pet. Alber. in c. 1. ordinat. belli, siue duelli.* dic vt ibi in cap. seq. Raptati autem, qui citati voluerint fidem suam escondire debent infra dies citationis comparere personaliter: & si fuerit bannitus, vel alias timeret de Rege, & officialibus eius, potest secure venire, stare & redire guidatus auctoritate huius cõstitutionis, vt dictum est supra. Et talis sustinetur quamdiu non fuerit contumax. Si vero fuerit contumax, debet distringi: vt in *vsat. Si quis in curia raptatus,* &c. Et distringetur hoc modo, ꝙ præconizabitur contumax in causa reptamenti: & etiã poterit proclamari proditor, iuxta pragmaticam Regiam, quæ est tenoris sequentis.

19 ¶ Alfonsus † Dei gratia Rex Aragonum, &c. dilecto nostro Raymundo de Ceponibus gerenti vices procuratoris, &c. existẽti in obsidione castri de Ocina. Volumus tamẽ quod ipsos vt proditores Cathaloniæ nemo posit proditor proclamare, nisi conuictus fuerit per bellum, vel ad bellum citatus contumaciter renuerit comparere. Possint tamen illi, qui proditores sunt, alias iudicialiter conueniri: & per proditionẽ, si præsentes sint, vel in posse iudicantis, sententialiter cõdemnari. Dat. Barcinonę 14. Kalendas Decembris, anno Domini 1335.

¶ Et tales reptati contumaces, qui noluerint se expiare, vel escondire, non debent sustineri in Cathalonia, vt sup. *colla. 2. in curia Barcin. c. statuimus, quod nullus raptatus.* vide ibi de securitate volentium venire ad se escondiendum, dictũ est hic in præsenti cap. & credo quod debeat etiam guidari de omnibus debitis quæ deberet, nisi forsan esset proclamatus pro abatut. iuxta notata supra

20 *ead. c. 13.* Qui † autẽ possint raptatos defendere: Dic, quod si fuerint contumaces, cũ sint notorij proditores, & per cõsequens à pace & treuga eiecti, à nullo debent defendi, alias incurrerẽt pœnas fautoriæ: vt in *constit. diuinarum.* §. *proditores vero.* & in *constitut. ad honorem.* §. *volumus præterea, vt nullus violatores,* &c. ibi: *nec aliquem, qui sit bausiator appellatus.* Nisi se voluerit per iudicem curię expiare. & in *constit. In Christi nomine sit omnibus manifestum.* §. *proditores.* cum suis concord. Si autẽ non fuerint reptati cõtumaces, sed voluerint se & fidẽ suam expiare & escondire iuxta iudicium curiæ; tunc Infantes Regis, nõ tamen primogenitus nec dñs Rex, sed alij omnes poterunt illos iuuare de pignoribus, vel alijs. vt sup. *ead. c. 1.* §. *Et ad supplicationẽ.* & sup. *colla. 2. in alleg. c. Statuimus, ꝙ*

21 *nullus raptatus.* vbi dicitur, quod Rex † est iudex in istis: & ideo ipse, & filius suus primogenitus non debent facere partem, nec iuuare alterutrum litigãtium: quia dominus Rex est communalis persona omnibus: vt sup. *colla. 2. c. Item in omnibus.* & ibi dixi. Cætera de ordinatione & executione duelli, & forma mensurandi batallerios, dic per *Pet. Alber.* vbi supra. Sed an tale duellum sit lici-

22 tum: † *Goffre. in Summa. tit. de cleri. pug. in duello,* dicit, quod quidã dixerunt hoc licere laicis per *l. ff. ad legem Aquiliam. l. qua actione.* §. *si quis in colluctatione.* Sed nec illud placet per *l. vnicã de gladiatoribus. C. lib. 11.* Item quidam dixerunt hoc licere in locis, in quibus talis viget consuetudo, inducẽtes illud pro se, Quãdo mos erat, crimen nõ erat. *32. q. 4. c. obijciuntur.* Sed illud fuit diuina reuelatione concessum, quod mos quandoque interdũ etiam fas censetur, per quẽ Iacob à mendacio, Israelitæ à furto, & Samson ab homicidio: sic & Patriarchæ, & alij viri iusti, qui plures simul legũtur habuisse vxores, ab adulterio excusantur. *extra. de diuor. c. gaudemus.* §. *quia non pagani.* Et opinione istorum nituntur excusari Cathalani propter consuetudinem antiquam, quæ probatur ex vsat. Barc. & alijs vsantijs scriptis antiquissimis.

23 Tertij † vero distinguunt; vtrum quis offerat, an suscipiat duellũ. Et si suscipit, vtrũ spõte an à iudice delatum. Si enim quis offerat, vel oblatũ spõte suscipiat, peccat mortaliter. Si vero à iudice delatum cogente, cũ aliter periculũ corporis, vel rerum non posset euadere, excusatur: *vt extra. de homicidio. c. interfecisti.* Verius autẽ putat *Goffred.* quod & offerens, & oblatũ sponte suscipiens, sine iudice existente, mortaliter peccet. Quamuis is, qui à iudice differente inuitus suscipit, & cõmittit, excusetur non à toto, sed quanto: metus enim ille peccatum attenuat, nõ prorsus excludit. *extra. quod metus causa. c. Sanctus.* potius enim deberet omnia mala pati; quã mortali consentire peccato: vt *32. q. 2. Ita ne.* Ego autẽ dico cum *glo.* super *Raymundina*; & recitat *Ioan. in Summa Confess. lib. 2.*

24 *tit. 3. de duello. q. 3. vtrum † in duellis generalis consuetudo aliquem excuset à peccato mortali. vers. glossa tamen,* &c. quod vbi quis inuitus bellũ suscipit, iudice deferente, vt sic euadat suspendiũ. vel aliã mortem, vel forte etiam membrĩ mutilationem, vbi innocens accusatur, quòd licite taliter se defendere possit in duello; cum aliter mortem euitare non valeat: pro hoc est *Clementina, Si furiosus. extra. de homicidio.* & hoc intrepide, salua tamen determinatione sanctæ matris Ecclesię, credo tenendum. Et forte idem pro bonis, siue rebus altaris: & alijs spiritualibus Ecclesiæ, quia dixit Beatus Ambrosius: *Ego pro altaribus libenter immorabor. 23. quæstione 8. cap. conuenior.* Et etiam forsitan pro temporalibus, pro quibus grauissimam pateretur læsionem; prout in pręallegato *cap. interfecisti.* Sed hoc vltimum non consulerem in foro conscientiæ, præsertim vero clericis, quia nec pro tẽporalibus deberet Episcopus litigare: vt

25 vt 13. q. 1. §. 1. Sed † quid de iudice, consultore, assessore, & alijs, qui huiusmodi duellis auctoritatem præstant, vide latius per *Ioannem in Summa Confess. vbi sup.* & *in q. seq.* in quibus plene tractat materiam duelli. vide etiã *Doct. in vsat. Bataya.* & adde quæ dixi supra *colla. ista in 1. curia Barcinonæ cap. 27. Item quod aliquis miles. in ve f. tertio nota.* &
26 *in vers. quinto nota.* Vltimo † non est omittendũ, quod si mariti raptauerint vxores de adulterio, illæ vxores poterunt se expiare etiam per bataliam, dando campionem & batallerium pro se: & hoc modo fertur quendam Comitem Barcinonæ dudum antiquitus liberasse Imperatricem, vt legitur in historijs siue Chronicis Principum Cathaloniæ. Sed, vt refert *Iacobus de Monte Iudaico*, hoc non est in vsu. vide in *vsat. Barcin. cap. mariti vxores suas.* &c. Sed forte ideo est, quia casus non euenit, quod aliquis vellet bellare pro vxore alterius raptata, quia periculosissimum est purgare conscientiam alterius tali modo. Nihilominus tamen, si casus acciderit, credo quod vsaticus deberet seruari, per dictum *Marquilles in vsat. Mariti vxores*, quia non est reuocatus, nec fuit in contrarium iudicatum; sed qui vellet pro tali vxore à marito de adulterio raptata subire duellũ, legat Chronica dicti Comitis, & seruet illius practicã, & prudenter prius inquirat de negotio, & fama ac vita raptatæ mulieris, & de zelo raptantis, & alijs circumstantijs, & quærat consiliũm confessorum, & Doctorũ Deum timentiũ, quia milites non debent euitare mortem pro tuitione Reipublicæ, & iustitiæ, & pupillorũ, viduarum, & oppressorum. Si vis latius quære per *Iac. de Calicio*, qui dicitur fecisse libellum siue tractatum de re militari, quẽ nondum vidi, cui, & alij melius sen-
27 tienti dicta mea submitto. De † guerra, & diffidamentis, & alijs priuilegijs ac prærogatiuis militum huius patriæ, vide quæ dixi latius sup. *ead. colla. in 1. curia Barcin. c. 27.* & recurre, si placet, ad dictum tractatum domini *Iacobi*, quẽ vocauit *Viridarium militiæ*, quem post prædicta vidi aliquantulum, & laudo multum.

De oppositione vxorum. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius, siue Baro, siue alius, infra cuius iurisdictionem sunt bona, cognoscit de oppositionibus vxorum pro dote & sponsalitio in bonis viri. & ratio traditur nu. 5. & declaratur nu. 7. 8. & 10.*

2 *Vxor se opponere non potest pro executione pro modico debito.*

3 *Vxor, marito vergente ad inopiam, repetit dotem, constante matrimonio.*

4 *Executor merus non debet probationes recipere super iustitia causæ, nec etiã super nullitate, nisi sit notoria.*

6 *Executio quot modis impediatur. remissiue.*

9 *Ex transuerso dicitur quis venire ad iudicium, contra quem non agitur.*

11 *Consuetudo declarat legem.*

12 *Priuilegium mulieris vt præferatur anterioribus creditoribus habentibus tacitam hypothecam habet locũ dote confessata, elapso tempore ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis.*

14 *Merus & mixtus executor an debeat cessare ab executione, si opponatur contra sententiam de falsitate, vel alijs exceptionibus, remissiue traditur.*

15 *Executio sententiæ an impediatur, opponendo quod lata fuerit ex falsis allegationibus.*

16 *Tertius oppositor an possit impedire executionem sententiæ. remissiue.*

17 *Castrum licet habeat terminum, non habet exinde plenam iurisdictionem ciuilem.*

18 *Iurisdictio alias eã non habenti non datur per constitutiones.*

19 *Curia requisita tenetur facere executionem, nisi clare constet non adesse bona in territorio, quæ executari possint.*

20 *Iurisdictio vt genus comprehendit merum & mixtum imperium, & iurisdictionem in specie.*

1 ITem etiam statuimus, & etiam ordinamus, quod aliquis homo, qui habeat domicilium, &c. Casus. † De oppositione, quam facit vxor pro dote & sponsalitio super executione bonorum mariti intra iurisdictionẽ non regiam domiciliati facienda pro debito sub pœna tertij in curia regia facto cognoscit Baro, vel alius ordinarius, intra cuius iurisdictionem existant illa bona. Hoc dicit. Vel sic. Quando se opponit mulier pro dote & sponsalitio executioni faciendæ de bonis mariti in curia Regia obligati, de valore ipsorum bonorum cognoscet ille ordinarius, sub cuius iurisdictione illa bona existunt. Hoc dicit. Pone casum in terminis, vt clarius videatur, quia practicabilis, & sæpe contingit, & sæpius forsitan nimium per curias baronum extenditur contra mentem litteræ huius cõstitutionis. Ecce Titius domiciliatus infra iurisdictionem castri vel loci alicuius Prælati, clerici, richi hominis, militis, vel ciuis, vel hominis villæ, se obligauit mihi in posse curiæ Vicarij Gerundæ sub pœna tertij soluere certã quãtitatem. Vicarius, me instante, per suas litteras, vt moris est, requisiuit curiam loci domicilij dicti Titij debitoris, vt faceret executionẽ pro illo debito. Venit vxor dicti debitoris, & coram dicta curia requisita, Prælati, Baronis, vel alterius, se opponit executioni, dicens se priorem tempore, & potiorem iure pro dote, & ex sponsalitio, & petit sibi ex illis bonis prius satisfieri. Et quia ipsa bona habent æstimari, dubitatur, quis de valore ipsorum bonorum cognoscet. Et respõdet dñs Rex, quod curia requisita cognoscere debet de valore bonorum, quæ existant infra iurisdictionem officialis curiæ requisitæ. Et hoc intelligitur de obligationibus, quæ post datã istius cõstitutionis fient in posse curiarum regiarum; sed de alijs fiat vt erat prius fieri consuetum. Hoc dicit in terminis ad litteram. Et super dicta oppositione seruabitur pragmatica dñi Regis Iacobi, quæ incipit: *Intelleximus, cum quidam*, &c. data Barcinonæ idus Septembris, anno Domini 1261. Sed nõ admittetur talis † oppositio, si fieret executio pro modi- 2

co debito, vt in alia pragmatica dicti Regis Iacobi, data Barcinonæ 8. idus Augusti, anno Domini 1273. quas vide infra *collat. proxima. cap.* 10.
3 Nota tamen, quod † vxor, etiam constante matrimonio, si vir vergit ad inopiam, potest petere dotem sibi solui: vt *l. si constante. ff. soluto matrimonio, quæ ad dot. pertin.* Item per *l. vbi adhuc. C. de iure dot.* ex quo cœpit male vti substantia sua, potest vxor pro conseruatione dotis & donationis propter nuptias, & alijs iuribus suis petere res mariti sibi hypothecatas, vt ministret, seque, virũ & familiam alat: & habet præsidium exceptionis ad expellendum posteriores creditores, prout latius dicitur in dicta *l. vbi adhuc.* & remedium legis potest implorari ilico, cũ vir cœpit male vti bonis suis, etiamsi creditores nullos habeat, & ipsa bona sufficiant. Et tenebit omnia bona sic hypothecata, nisi petierit sibi solui, & dari in solutum: quod etiam fieri poterit: & hoc remediũ nõ tollitur per pragmaticam, & formam huius cõstitutionis, quæ tamen loquitur, quando sunt creditores priores executionem petentes. Ratio dubitandi in hac cõstitut. erat, quia videbatur, quod Vicarius, vel iudex curiæ requirentis deberet cognoscere, & non curia requisita, quæ habet facere realem executionem: & tãquam merus executor deberet oppositionem remittere iudici requirenti, iuxta lecta & notata *extra. de sen. & re iudi. c. de cætero.* vbi notat *Innocent.* quod † executor nõ de-
4 bet probationes recipere super iustitia causæ, nec etiã super nullitate, nisi patentes, vide ibi latius.
5 Sed † ratio decidendi in hac constitutione fuit, quia melius scitur valor & æstimatio bonorũ in loco vbi existunt, & cũ minori damno, & cõmodius expeditur per curiã exequentẽ, in cuius territorio res existit: *ar. extra. de elect. c. postquam.* De hoc notatur *ff. de iudi. l. prætor.* Et quot modis im-
6 pediatur † executio, vide *Gui. in spe. tit. de sen. execu. §. vlt.* & adde infra *colla.* 11. *in constit. censualiũ & violariorum.* & ibi dicam. ¶ Et nota, quod præ-
7 sens constitutio † non videtur locũ habere, nisi quando vxor se opponit pro dote & sponsalitio quiã dicit tex. in casu illo de valore, &c. ergo secus in alio casu, si alius se poneret, vel etiãsi vxor ex alia causa se opponeret: & ita sit speciale in vxore se opponente pro dote & spõsalitio, pro quibus multus fauor mulieribus debetur: vt *extra de pig. c. ex litteris.* vide ibi. Item nota, quod dicit,
8 *de † valore cognoscat.* ergo videtur secus, si habeat cognosci de iure prioritatis, vel potioritatis, vel alijs articulis, si dubitetur: quia solum dicit textus, quod de valore cognoscat in casu isto, quia cum ista constitutio sit ius municipale, non debet extendi vltra casum suum, sed casus omissi videatur relicti dispositioni iuris communis: vt *l. commodissime. ff. de liberis & posthumis.* & quod non mutatur, &c. *l. simus. C. de testamentis.* & *l. præcipimus. C. de appel.* venientes enim ex transuerso regulariter remittendi sunt ad iudicem, qui cognoscit inter principales, secundum *Innocentium in cap. humi-*
9 *les. extra. de maio. & obe.* Et † dicitur ille ex transuerso venire, contra quem non agitur. *ff. de Iudais l. non videtur*, secundum *Baldum* super *Innocen.* vbi
10 supra. Sed † quid est, quod dicitur hic, *quando aliquis se obligabit sub pœna tertij in curia nostra*, &c. nũ quid erit idem de alijs obligationibus, quæ non fiunt sub pœna tertij, vel quæ fiũt in alijs curijs? Videtur quod non. E contrario. Sed credo contra: & in hoc narratur factũ quod sæpius contingit, quia eadem est ratio de alijs debitis: ergo sit idem ius, & specialitas dotis & sponsalitij mulieris magis attenditur hic: *extra. de rescriptis. c. in cæteras.* in fine. cum suis concordantijs. Et argumentum è contrario non habet locum, vbi factũ narratur, & vacat in multis: vt legitur & notatur *ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. l. 1. §. huius rei.* & *C. de Episcopis & clericis. l. conuenticula.* Sed licet prædicta crederem de iuris rigore, attẽto tenore huius constitutionis; tamen videtur mihi, quod etiam in alijs casibus quarumcumq; oppositionum, quę tamen non impugnent sententiam, nec quo minus executio sit facienda. Sed solum recipiunt illa bona, in quibus fit executio, vt puta, quia dicunt opponentes illa bona fore sua, vel sibi fore prius hypothecata, vel alias ad se pertinere. Tunc de huiusmodi oppositionibus consueuerunt, saltem de facto cognoscere officiales executores, intra quorum iurisdictiones existunt ipsa bona. Et non solum de valore, sed etiã de prioritate & potioritate iuris. Et ita seruatur in practica, saltem in diœcesi Gerundensi inconcusse, pro qua practici huius ciuitatis allegant hanc constitutionem, quę videtur potius contra, prout dixi. Sed ista practica videtur hodie approbari per constitutionem censualium & violariorum. Et sic minime sunt mutanda, &c. *ff. de*
11 *legibus. l. minime.* Et practica, † & consuetudo interpretantur legem: & sunt verus intellectus legis: vt *ff. eod. l. si de interpretatione.* & *extra de consuetud. cap. cum dilectus.* Et ad constitutionem censualium similiter posset ibi responderi, quod sit ibi speciale, & quod non extendatur vltra mẽtem eius. Nam est quędam conuentio totius curiæ generalis: *ff. de aqua pluuia arcen. l. 1. §. fina.* Sed etiam generalis consuetudo procedit ex tacitis consensibus omnium; vt *l. de quibus. ff. de legibus.* Alias si de practica & consuetudine non constaret, tunc verba generalia, vel obscura, vel incerta alicuius statuti debent intelligi, & limitari secundum dispositionem iuris communis, argum. *ff. de condi. & de. l. in ijs.* & *C. de noxa. l. 2.* Vlterius
12 nota, † priuilegium, quod habet mulier in dote, vt præferatur anterioribus creditoribus, habentibus tacitã hypothecam. (De quo in *l. assiduis. C. qui potiores in pignore habeantur.*) habere locum non solummodo in dote data, sed etiam in dote confessata, quando sunt elapsa tempora, infra quæ poterat opponi exceptio non numeratæ dotis. Et in hunc modum notat *Bartolus in l. assiduis, alleg. glos. in l. si quis potest. C. de bonis damn.*

Sed

Sed, secundū Mattheū de Matasalanis, est aduertēdū ad practicā, quia licet elapsa sint tēpora cōtra maritum confitentem dotē: si tamē creditores habuerunt iustam ignorantiam dotis confessatæ, poterunt petere restitutionem ex clausula generali: & sic opponere exceptionem non numeratæ dotis: *l. penultima. C. de non nume. pec.* iuncta *l. in cōtractibus.* in principio. & ibi *glo.* in verbo *poteritis.* & iuncta *glos. in l. sicut. C. de præscriptione triginta vel quadraginta annorum.* & quod ibi notatur per *Bar.* Similiter etiam videtur tenere *Bartolus in dicta l. assiduis*, quod si maritus fuit confessus dotem, & renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, seu dotis, supposita validitate renuntiationis, puta, quia sic firmata iuramento habebit mulier priuilegium dictæ legis *assiduis.* Sed *Matthao*
13 videtur, quod ista renuntiatio mariti non habeat præiudicare creditoribus, quo minus infra tempora legitima non possint opponere exceptionem non numeratæ dotis per dictam *l. penulti.* iuncta *l. si vnus.* & *l. ante omnia. ff. de pactis.* Et nota prædicta, quia quotidie accidunt, & ideo ea posui hic. Et vide *glossam in cap. si quis. de spon.* Et de me-
14 ro † & mixto executore, qualiter, & quando debeat cessare ab executione, si contra sententiam opponatur, quod si lata per translatum rescriptum, vel per falsos testes, & falsa instrumenta, vel dolo, nota in *glos.* quæ incipit, *ad intelligentiam. extra. de offi. dele. c. pastoralis. §. quia vero.* super verbo, *& si sciant.* & per *Doctores in c. de cætero. de re. iudic.* & adde quæ notat *Bart. in l. diuus. ff. de re iudic.* & quæ dicam infra *collatione proxima curia Montisalbi. cap.* 10. *Item quod in executionibus,* &c. Item,
15 quando † impediatur executio sententiæ latæ per falsas allegationes, vide *Innocentium in c. cum iniur. de officio delegati. in gl. f. & si propter hoc.* ¶ Et
16 qualiter † & quando impediatur per tertiū opponentem, vide *Innocentium, & Henricum in c. veniens. in 2. extra. de testibus. & de re iudi. cap. cum super.* & adde notata per *Bartolum ff. de re iudica. l. à diuo Pio. §. si super rebus.* Vltimo nota ex tex. ibi, *in territorio castri.* iuncto textu infra. ibi, *vbi nō nos sed prædicti, vel aliquis eorum habeat plenam iurisdictionem ciuilem.* argumentum bonum pro his quæ dixi de iurisdictione castrorum supra *colla. 2. cap.* 33. *Item quod Vicarij nostri non possint aliquid pete-*
17 *re*, &c. quia † licet castrum habeat terminū, non sequitur eo ipso, quod habeat plenam iurisdictionem ciuilem: vt dixi ibi, & sup. eadem *collatione quarta in prima curia Barcinonæ. capitulo* 18. *Item, quod nos de gratia. §. intelligatur tamen, quod iurisdictio,* &c. & ideo notanter hic dixit textus, *plenam iurisdictionem*: quia verum est, quod castra terminata in hac patria de cōsuetudine habent quādam minimam & infirmam iurisdictionem, quæ vulgariter dicitur bannum quinque solidorum, & alia iura, de quibus dixi in allegato *capit. Item quod Vicarij nostri.* vide ibi, & de mero & mixto imperio, ac iurisdictione dixi latius supra eadem *collatione in tertia curia Barcinonæ, capitulo nono.* vbi confirmatur *capitulum, Et restituimus.* Vnde hoc capitulum non haberet locum in castris & locis, vbi alias dominus non haberet iurisdictionem
18 plenam ciuilem, ad minus vt hic dicit: quia † per constitutiones non datur iurisdictio alias non habenti regulariter, vt dixi in locis præallegatis. adde etiam ad hanc constitutionem quæ dicam infra in *curia Perpiniani cap. Hac nostra.* & inf. *collatione proxima. cap.* 10. & adde hic pragmaticas,
19 quas ibi inserere intendo. Vlterius nota, † quod curia requisita per alium tenetur facere executionem, nisi certificauerit clare, quod non sint ibi bona, in quibus possit executari: vt infra *collatio-*
20 *ne proxima. capitulo* 34. Vlterius nota, † quod habens iurisdictionem, quæ est genus comprehendens merum & mixtum imperium, & iurisdictionem: quæ iurisdictio quādoque est species de per se: vt *ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. imperiū.* & dixi supra *eadem collatione. in curia tertia Barcinonæ capitulo nono.* Et ista ciuilis iurisdictio diuiditur. Quia quædam est minima, quę in hac patria communiter dicitur bannum quinque solidorū, quæ pertinet castris terminatis, eo quod castra, iuxta *vsaticum, Hoc quod iurisdictionis est sanctorū.* alia est simplex ciuilis, & sic sumitur in allegata *l. imperium.* Et sic differt à mixto imperio. Alia est plena ciuilis iurisdictio, prout hic. Et hæc comprehendit omnem ciuilem, & mixtum imperium. Sed differt à mero imperio, quod consistit in criminali iurisdictione non modica. Et hæc notanda sunt summopere pro materia iurisdictionum: in qua vidi quamplurimos errare. Et per prædicta poteris intelligere notata per *Gui. Præpositi in suo Alphabeto,* super *iudicium & iurisdictio.* vide etiam quæ scripsi super *vsat. Hoc quod iur. est sanctorum.*

De bannitis pro pace & treuga citatis, Capitulum XXVII.

S V M M A R I V M.

1 *Citato personaliter conceditur securitas veniendi & redeundi. declaratur nu.* 19. *& limitatur nu.* 27.
2 *Bannitus citatus pro pace & treuga debet assecurari per duos dies pro firmando iure. declaratur nu.* 18.
3 *Citatus pro pace & treuga, licet firmauerit, non remanet ex eo excusatus à crimine.*
4 *Guidatus à statuto est guidatus quoad crimina.*
5 *Bannitus impune offendi non potest, nisi sit bannitus à Principe.*
6 *Bannitus agere non potest.*
7 *Bannitus quod possit cedere actiones, traditur sub distinctione.*
8 *Bannitus etiam per procuratorem agere non potest.*
9 *Bannitus potest se defendere vel excipere per procuratorem: reconuenire tamen, & appellare nullatenus potest.*
10 *Bannitus quibus comparetur. remissiue.*
11 *Bannitus an possit testari. remissiue. & nu.* 17.
12 *Barones, & alij iurisdictionem habentes nō possunt sustinere bannitos Regios, nisi de eis sustinendis habeant particulare priuilegium. Idem nu.* 14.

13 *Rex concedendo iurisdictionem alicui, non videtur ex eo concessisse facultatem sustinendi bannitos.*
15 *Priuilegium sustinendi bannitos non comprehendit bānitos euitandos per constitutiones.*
16 *Merum imperium an praescribi possit. remissiue.*
20 *Exceptio, quod non audiatur bannitus potest opponi in qualibet parte iudicij.*
21 *Defensio danda est bannito.*
22 *Fugitiui à carceribus an puniendi sint pro criminibus sibi impositis, traditur sub distinctione. idem nu. 23.*
24 *Causa pacis & treugæ est ciuilis.*
25 *Clerici coniugati in causa pacis & treugæ non possunt declinare forum Vicarij ex concordia Reginæ Eleonoræ. declaratur nu. 28.*
26 *Iurisdictio sine coertione nulla est.*
29 *Res mea an possit perquiri in re aliena, traditur sub distinctione.*
30 *Maleficia, pro quibus quis corporaliter plectendus sit, traduntur remissiue. & nu. 31 referuntur crimina, pro quibus non debetur pœna corporalis.*
32 *Processus pacis & treugæ an fieri possit per Vicarium pro crimine commisso in terra Baronis, traditur.*
33 *Baro potest præuenire cognitionem delicti commissi in sua Baronia. & declaratur nu. 34.*
35 *Rex non solet remittere criminosos baronibus.*
36 *Priuilegium habent quædam ciuitates, vt iniurians ciuem non possit guidari absque voluntate iniuriati.*
37 *Forma datur officialibus super concessione guidaticorum ex pragmatica Regis Petri Tertij hic inserta.*
38 *Securitas non est danda homicidis, & alijs criminosis.*
39 *Contemnens legem non debet eam inuocare.*
40 *Crimina sunt exprimenda in guidatico simul cum tēpore quo durat guidaticum.*
41 *Fidantia concessa bannito causa cognita, est seruanda.*
42 *Guidaticum fit causa cognita, quādo in eo exprimitur homicidium.*
43 *Annotatio bonorum fit publice edicto, vel litteris.*
44 *Absens non damnatur de capitali crimine, sed bona annotantur, vt compareat. Fallit in officiali. numero 45.*
46 *Appellari an possit à bonorum annotatione, traditur.*
47 *Bona acquisita post annotationem an comprehendantur sub annotatione, traditur.*

ITem statuimus, & etiam ordinamus, quod si aliquis
1 *fuerit bannitus*, &c. Casus. Citato † personaliter conceditur securitas veniendi. Hoc dicit. Vel sic magis ad litteram. Casus. Si bannitus citetur pro pace & treuga, debet per duos dies illorū quindecim, qui dantur ad comparendum, guidari. Sine præiudicio bannimenti & processus criminis, ac constitutionum. Saluis tamen priuilegijs & cōsuetudinibus locorum. Hoc dicit. Et diuiditur in
2 quinque partes. In prima parte dicitur, † quod si bannitus erat qui querelatur & citatur pro pace & treuga, debet assecurari per duos dies cōpletos pro firmando cum pignoribus sufficientibus in propria persona, secundum formam pacis & treugæ: ita tamen, quod lapsis dictis duobus diebus guidatici, absq. alia citatione, & sine nouo bannimento, remanet bannitus vt prius.

¶ In secunda parte, ibi, *intelligimus tamen*, protestatur, quod non fiat præiudicium constitutionibus pacium & treugarum.

¶ In tertia parte, ibi, *intelligimus etiam, quod di-*
3 *ctus*, &c. dicit, quod † citatus pro pace & treuga, quæ est causa ciuilis, licet firmauerit, & responderit pro pace & treuga querelatori: non tamen propter hoc est excusatus à crimine, quod cōmiserit: si tale fuerit, pro quo debeat corporaliter
4 puniri. Sed † numquid à statuto guidatus, erit & quoad crimina guidatus? *Bartolus suo consilio 78.* tenet quod sic.

¶ In quarta parte, ibi, *intelligimus etiam, quod prædicta*, &c. protestatur, quod non fiat pręiudiciū priuilegijs, nec consuetudinibus scriptis ciuitatum, & locorum, vsque ibi, *declarantes.*

¶ In quinta parte & vltima declaratur, quod dicti duo dies guidatici debent esse & concedi de illis quindecim diebus, qui dantur citato pro pace & treuga, iuxta constitutiones prædictas. Littera est clara. Legam per partes. Et ex prima nota primo.

¶ In textu, ibi, *qui erit in loco Prælati.* dic idem, si alibi fuerit, quia in hoc factum narratur, quia tales banniti consueuerunt receptari per baronias.
5 Quæro hic, an † bannitus possit impune offendi? Respondeo, non, nisi fuerit à Rege bannitus. De quo tamen dic prout notatur latius per dominū *Iacobum de Calicio in sua Margarita Fisci, in septimo dubio. tit. de pœna diffidationis. vers. Ista pœna.* vsque
6 ad finem. Item quæro, † an bannitus possit agere? Respondeo, non, ad instar excommunicati. *de officio ordinarij. cap. 2. & de iudici. intelleximus.* Item etiam ad instar eius, cui aqua & ignis interdicta sunt.
7 ¶ Item etiam quæro, † an bannitus possit cedere actiones suas: & an ille, cui cessit, possit illas interpretari. Et circa hoc distinguitur, an ille, cui cessum est, habet causam lucratiuam: & tunc obstat exceptio, quę obstat cedenti. *ff. de doli exceptione. l. apud Celsum. §. de authenticis.* Si vero non habet causam lucratiuam, tunc non obstet exceptio: vt *eadem lege. §. sed si cum.* Nec mirum, quia quod apud me inutile est, alij cedēdo, apud eum, cui ceditur, est vtile: vt dicitur manifeste *ff. man. l. Papiniani.* intellige, nisi quando bona bannito adempta sunt. De quo vide notata in *l. post contractum. ff. de donationibus.* Quæro similiter, an
8 bannitus † per procuratorem agere possit? Dic quod nō, quia idem omnino esset, sicut agere per se: vt *l. ita tamen. §. gessisse. ff. de administratione tut.*
9 Sed † vtrum possit se defendere, vel excipere? *Bartolus* dicit, quod tutius est, vt se per procuratorem defendat, ad instar excommunicati. Dicit tamen, quod non possit reus reconuenire, nec appellare.
10 ¶ Quibus † autem comparetur bannitus, vide latius per *Bartolum in suo tractatu Bannitorum in-*
11 *fra quæstione sexta.* Sed † an possit testari, remittit ad notata in *l. eius qui. ff. de testamentis.*

Item

12 Item † nota in textu, ibi, *qui vtitur, & vsus fuerit sustinere bannitos*, &c. quia non probatur hic, quod Barones, & alij iurisdictiones habentes possint sustinere bannitos domini Regis, & officialium, nisi forsan alias ex priuilegijs, concessionibus Regijs, vel de consuetudine prescripta hoc eis liceret. Et si de vsu huiusmodi dubitetur, dic vt dixi supra *colla. 2. in curia Regis Petri Secundi Barcino. cap. Idcirco nos Rex praedictus.* vbi confirmantur priuilegia, libertates, vsus, & consuetudines. Im-
13 mo † videtur, quod dominus Rex concedendo alicui iurisdictionem, non videtur concessisse facultatem sustinendi tales bannitos. Et super hoc vidi emanari prouisionem domini Regis Ferdinandi contra iurisdictionem de Saltu; & est registrata in curia Gerundae. Sed pro Baronibus facit constitutio Soni emissi supra in *prima curia Barcinonae huius colla. cap. 21. Item quod officiales nostri, vel homines*, &c. vide in *tractatu sine summa Soni emissi. q. 28.* Sed quicquid sit, consuetudo est seruanda in his, vt hic dicit. Sed vide postquam praedicta scripseram, quod *Iaco. de Calicio in sua Margarita fisci, in octauo dubio*, scripsit, quod sequitur 169. quia quoties contra dominum Regem, vel curiam suam delinquitur, animaduersio ad domi-
14 num Regem, vel curiam suā pertinet: ita † quod nullus Cathaloniae, quantuncunq. habens concessionem generalem meri imperij, potest sustinere bannitos Regios, nec eiectos à pace & treuga, nisi de ipsis sustinendis caueatur in eorū concessionibus meri imperij, vel alias habeant de hoc speciale priuilegium. Vt in quarta responsione quartę quaestionis nouē quaestionū missarum per Vicariū Rossilionis Illustri Regi Iacobo Primo, & in *cap. Item statuimus, & etiam ordinamus*, quod est praesens in hac curia Gerundę, & in curia Ceruariae, & in pragmatica domini Regis Petri vltimi data Perpiniani decimo septimo Nouembris, anno à Natiuitate Domini 1311. Et in pragmatica Regis Martini data Caesaraugustae vigesima secunda Martij, anno à Natiuitate Domini 1398. cū similibus. Immo sustentans, & receptās puniretur, vt ibi, nisi ignoranter hoc fecisset: vt dicit *Bart.* hoc casu multum eleganter in *l. omnes. C. de agris, & censi. lib. 11.* & ibi videas *Iaco.* vbi supra. adde quae leguntur & notantur infra *colla. 7.*
15 *in curia Dertusae, cap. insuper ar. circa. fi.* Nota † tamen, puto, quod valeat priuilegium sustinendi eiectos, quos per generales constitutiones tenetur euitare: nec etiam sustinendi los abatuts y fugitius de armades Reals, quia tale priuilegium esset contra generales constitutiones, & fisco ac toti Reipublicae valde damnosum: iuxta ea quę notantur supra *collat. 3. in curia Montissoni, cap. 8.* &
16 *cap. 17. cum eorum concordantijs.* Sed † an merum imperium possit praescribi, dixi supra *in tractatu de imperio.* Sed an bannitus possit agere, vel conueniri per se, vel per procuratorem. Et an possit actiones credere, vel mandare, vide latius per *Bar.* in tractatu, quem composuit de materia bannito-
17 rum. ¶ Vtrum † autem bannitus possit facere testamentum; vide supra in *spe. titu. de instrumentorum edit. §. compendiosa. vers. quid si bannitus.* & per *Cy. in l. prima. C. de haere. insti. in vltima quaestione.* & quae notat *Ioannes Fab. insti. quibus modis ius patriae*
18 *potest solui. super glossa.* ¶ Sequitur † in textu, *& ad querelā alicuius citatus fuerit ipse bannitus*, nota verbū, *bānitus*, quia secus esset si tēpore citationis querelę nōdū esset bānitus: licet forte iā antea esset ꝑ crimine citatus. Vide de hoc per *Iac. de Cal. in suo Directorio in 14. dubio circa princi.* Et quę ibi scripsi super eo in verbo, *tēpore citationis.* Item nota hic, quod quidam seruant cautelam, vt non citetur bannitus: immo si forsan bannitus fuerit querelatus, disbannitur per curiam antequam citetur pro pace & treuga. Et ita non comparebit guidatus, quia tunc non habet locum pręsens constitutio; Nec alias poterit tunc guidari, iuxta pragmaticam Regis Martini datam Cesaraugustae decimo octauo Maij, anno à Natiuitate domini millesimo, trecentesimo nonagesimo octauo. Et de hoc notatur per *Iac. de Calicio in 15. dubio. §. tertio ordine*, vide ibi. ¶ Et quod dicitur in textu, *assecuratur per officialem.* videtur quod sine petitione citati debeat per officia assecurari, quia non est in hoc casu assecuratus ipso iure. Sicut de raptato dictum est supra *ead. cap. 25.* ¶ Sed oportet quod officialis proprio motu, vel ad instantiam, & requisitionem querelatoris, vel Vicarij citantis guidaticum huiusmodi voce praeconis publicetur per loca vbi bannimentum fuerat publicatum: vel saltem in loco comparitionis faciendę, & ita seruatur in
19 practica. Et ita † habes hic, quod bannito debet concedi securitas veniendi: eo casu quo non potest constituere procuratorem, vt hic, & supra *ead. cap. 25.* Secus vbi potest per procuratorem comparere: vt *ff. de minoribus. l. Papinianus.* vbi de hoc notatur per *Bar.* & latius in *l. si qui reus. ff. de publi. iudi.* & ibi *glo.* & est quaestio disputata per *Oldradum.* vt dicit *Bart. in dicta l. Papinianus.* ¶ Itē scias,
20 quod † huiusmodi exceptio, quod bannitus non audiatur, potest opponi in qualibet parte litis, secundum *Ant. de Butri. in l. adulterium. C. de adul.* Et nota per *Ioan. de Imola in Clemen. de exceptionibus.*
21 vide ibi in primo notabili. ¶ Item nota, † quod bannito est danda defensio: vt *l. sed & si quis. in principio. ff. si quis cau.* & ibi hoc tenet *Baldus* quia nunquā statim cum capiuntur banniti, debent puniri, nec habentur pro confessis, nisi contineatur in *l. municipali.* Sed debet quaeri de crimine quasi de re integra; licet multum faciat contra eos fuga. Et qui nō admitteret ipsos bannitos ad defensionem, deberet in tabula syndicari: vt *l. mancipia. C. de seruis fugi.* de hoc vide latius per *Iaco. de Cali. in sua Margarita fisci. 7. dubio post vers. 82.* Casus in *vers. isti sunt casus notabiles*, ibi nota, quod bannito, &c. sub *Rubri. de casibus quibus licet sibi ius dicere.* Si
22 vero † quęris de ijs qui vitant, vel fugiunt carcerem, an sint puniendi, & qualiter, distingue, quia aut fugiunt vitando carcerem ne capiantur, aut

effu-

effugiunt à carcere quo detinebantur primo casu propter talem fugam,non sunt puniẽdi, nisi alias de,& super crimine legitime conuincantur. Immo semper audiuntur super crimine. vt notatur *ff. de requi.reis.* per totum,& specialiter in *l. fin.* & *C.de requi.reis.l.* 1.2.& 3.& facit.*ff.ad simil. l. Corneli.*in prin.& §.1. Fallit in *l. consiliarios.C.de domesticis, & assessor.* Vbi est specialis casus, in quo fuga facit quem haberi pro confesso.Secundo casu,scilicet,quando effugiunt à carcere, quo tenebantur pro crimine aliquo inclusi. Tunc aut effugiunt carcerem publicum.Et tunc habentur pro condemnatis de criminibus sibi positis,licet alias non deliquissent.vt *l. in eos.ff.de custo.reorum,*& *ff. de eff ac.carceris.l.*1. secundum *Henricum,extra.de sentent. excommun. cap. vt fame.in* 1. *dist.* Aut effugiunt carcerem priuatum,de quo *ff.ex qui.cri.maio.lege. succurritur.C. de priua.car.l.vnica:* & tales non puniuntur,secundum *Hostien.* & *Henric.* vbi supra, quinimmo esset talibus priuatim incarcerantibus de facto resistendum:*ar.ff.de iusti.& iur.l.vt vim.* & tenentur priuati carceratores pœna *l.vnica. C.de priuatis carceribus.* & sunt ipso facto eiecti à pace, & treuga; & contra eos potest procedi sine monitione:vt in constitutione pacis & treugæ,quæ incipit; *Notum sit cunctis.§.Item statuimus,quod si quis contra tenorem pacis,*&c. & vide quæ scripsi supra *ead.colla.in curia* 2.*Barcino.cap.6 Item quod quilibet campsor,qui se abat.* Sed qua pœ-
23 na † puniatur effugiens carcerem, dic quod aut timebat mori, & non punitur secundum vsaticũ, *capti.* Et ita ibi notat *Iaco. de Calicio.* Aut si non timebat mori,dabit curiæ triginta solidos, & dãnum siue culpam inuasionis etiam emendabit iudicio curiæ,vt in dicto vsatico continetur; quem licet aliter ipse *Iacobus* ibidem scripserit,forte de veritate iuris videtur sic posse distingui, vt iura iuribus concordent; quia aut captus fuerat iuste captus:& tunc aut pro debito ciuili, aut pro crimine.Si pro debito ciuili,tunc aut fugit propter negligentiam custodis, & tunc leuiter debet puniri:vt *l.1. versi.quod si.ff. de effrac.* aut quia fregit vectes,vel parietes carceris,vel facta conspiratione cum cæteris effractoribus fugerit:& tunc pœna capitis tenetur:vt *ead.l.* 1. in prin. Si vero erat captus pro crimine, tunc si mori timuerit, forte non tenebitur,iuxta vsaticũ allegatũ.sed erit præsumptio criminis contra eum. Nisi ille timor esset alias quam ex conscientia criminis.Sed tenebitur reuerti ad carcerem, & emendabit culpam, sicut curia iudicauerit.Et sic arbitrio iudicis; *l.* 1. *ff.de iure deli.* Si vero erat captus pro crimine, de quo non timebat mori, & fugit propter negligentiam custodis,tenetur in dictis triginta solidis secundum vsaticum allegatum.Si vero fractionem habita conspiratione fecerit, erit pœna capitis: dicta *l.*1.*ff.de effrac.*cum suis concor. Si vero erat iniuste captus,quod intellige vt notat *Iacobus* in dicto vsat. tunc in nullo tenetur, nisi fractionem fecerit.Si vero fregerit,credo quod debet puniri extraordinarie pro mero culpæ fractionis carce-
24 ris.¶ Ex tertia parte nota,† quod causa pacis & treugæ est ciuilis, vt hic littera dicit. Sic supra *colla.2.cap. Item cum in constitutione,* vbi dicit textus,quod casus pacis & treugæ totaliter est ciui-
25 lis,& ideo clerici † coniugati non possunt declinare forum Vicarij sæcularis in causa pacis & treugæ,licet de crimine descendat,vt hic dicit, & ita videtur contra *extra. de clericis coniugatis,cap. vnico,lib.6.* Vbi dicitur, quod ratione criminum, vel excessuum non possunt etiam ciuiliter coram sæculari iudice conueniri.Sed dic quod hoc tolleratur in Cathalonia per concordiam Cardinalis Conuenarum Legati Sedis Apostolicę factam auctoritate Papæ, specialiter indulta siue concessa fauore pacis,quia in dicta concordia solum excipiuntur presbyteri & clerici soluti.Et ita coniugati in causa pacis & treugę iuxta formam pacis possunt conueniri,& capi in personis, & bonis, sine metu Canonis,*si quis suadente*,17.*quæst.*4.quia qui peccat,nõ peccat legis auctoritate:23.*quæstione* 3.*qui peccat.* Et per hoc alias dixi,& dico (salua determinatione Ecclesiæ) quod si clericus cõiugatus ratione pacis & treugæ citatus tornauerit personam loco pignoris in posse curiæ sæcularis, poterit captus detineri;& fortius poterit capi, si alium voluerit offendere;& sic captus retinetur, donec pacem firmauerit. Quia hæc causa pacis dandæ est mere ciuilis,pro qua est de foro sæculari:Iuxta dictum *capitulum vnicum.* Et talis captio non est iniuriosa, quia fit per suum iudicem: vt *extra.de sentent.excommun.cap. si clericos,lib.6.* licet concederem, quod pro debito etiam ciuili non possint clerici coniugati capi per iudicem laicũ sine metu excommunicationis. Et est ratio, quia non potuit clericus coniugatus talis pro debito ex pacto personam suam obligare ad captionem, licet pro causa pacis capiatur inuitus, quia ista captio de iure est licita,& fauorabilis;illa odiosa & contra ius, quod prohibet liberum hominem capi pro debito. Et ideo ratio diuersitatis satis patet; maxime, quia in causa pacis hoc concessit dictus Legatus Sedis Apostolicæ habens speciale mandatum à domino Papa. Et quia alias ad ad pacem firmandam commode procedi, vel distringi non potest per laicum. Et ita nulla esset iurisdictio iudicis ciuilis in causa pacis, si coer-
26 tionem per captionem non haberet,quia † iurisdictio sine coertione nulla est:*extra.de offi.delegat. cap.ex litteris,* & *cap.pastoralis.*& *ff. de iurisdict.omnium iudicum. l.cui iurisdictio.* & *ff. de offi. eius, cui man.est iur.l.vltima.*& *C.de spor.l.*2.cum sicut concessa iurisdictione iudici sæculari in causa pacis super clericis coniugatis etiam videntur concessa omnia sine quibus,&c.vt *ff.de iurisdict.omnium iudicum.l.*1.& *extra.de offi.deleg.cap.præterea.in fi.* & ibi *gl.*ergo & captio est permissa,dum tamẽ fiat captio lata, quę de iure debet, & consueuit fieri pro causa ciuili:vt *l.nemo.C.de exac.tri.*alias forte non euaderent excommunicationem dicti canonis:

nis.adde quę notantur in *Sũma Cõfessorum.li.3.tit.10.quæst.3.*& adde quæ notantur per *Doctores modernos in allegat. cap.vnico, & in cap.si clericos.* Item adde quæ notat *Ioan.de Imola in Clement.vt clericorum.de offi.iudicis ordi. in 1.quæst. in vers.ad contraria respondet,*&c. in fine:vbi videtur amplecti hîc meam opinionem, quæ tamen in practica fauore Ecclesiæ non seruatur,licet iure,& ratione præua

27 leat attentis prædictis. ¶ Item † nota in verbo *excusatus,* quia non dicit *guidatus,* quia immo debet assecurari, vt dictum est, & per dictos duos dies erit guidatus.Ita quod poterit infra illos secure stare,ire, & redire, nisi personam tornauerit loco pignoris; quia tunc non inuitus detinetur, quia volens, & sponte personam impignorauit. Et ex quo semel personã tornauerit sponte, postea tamen detinebitur inuitus, nisi pignora tornauerit, vel donec fuerit per sententiam absolu-

28 tus. ¶Sed † pone,quod fuit condemnatus clericus coniugatus, qui personam loco pignoris tornauit in causa pacis & treugæ: querelator petit executionem fieri, & non vult illius cessionem admittere,sed petit condemnationem conuerti in corpus,cum descendat ex crimine seu maleficio, an poterit corporaliter puniri per Vicarium laicum? Videtur,quod sic,per prædicta,attenta concordia prędicta, quæ totaliter istos clericos coniugatos dimisit foro Vicarij sæcularis, quia solummodo exemit presbyteros, & clericos solutos,vt in dicta concordia apparet: *ar. ff. de iudi.l. cum prætor.*& *extra. de præsumption. cap.nonne.* Sed diceremus potius contra,quia conuertendo condemnationẽ pecuniariam in corpus,causa fieret criminalis, de qua nõ est verisimile ꝙ senserit Legatus, contra *c.nullus de foro compe.*& *actum c.vnicũ de clericis coniuga.lib.6.*quia concordia ipsa loquitur de causa pacis,quæ est ciuilis,vt dixi;quæ causa finita fuit per sententiam *C.de Iudæis.l. properandum.* & *extra.de verborum significatione.capitulo,forus,*cuius causæ executio regulariter est in pecunia.Sed conuertendo in pœnã corporalem, efficitur causa criminalis;ergo non intellexit de causa criminali,scilicet de punitione corporali, quæ non fit ex forma pacis & treugę;sed est casus omissus, qui relinquitur iuri veteri,&antiquo:vt *ff.sol.mat. l.si cum dotem,prima Rubri.*& *ff.de lib.& post.l.commodissime.§.si alterius casus.*& *l.Gallus.§.* & *quid si tamen.*Immo processus pacis, & treugæ finitus est per sententiam condemnationis ciuilis ad emendam pecuniariam,vt dixi.Sed casualiter,deuenitur ad pœnam criminalem, iuxta illud: Qui non habet in ære,luat in corpore: vt *l. quicunq. C. de seruis fugi.*& hoc sine dubio credo verum,vbi pœna veniret ponenda in corpus,puta fustigatio,vel huiusmodi; secus,forsan, si loco pœnę deputaretur sibi carcer, vel exilium temporaliter. Quod tamen relinquo in iudicio domini Papæ. Quia nec pragmaticam vidi, nec legisse recordor casum huiusmodi per aliquem Doctorem fore tactum;& miror quod *Iacobus de Causcio* non teti-

29 gerit in suo *Directorio.* Sed † quæro, an possim perquirere rem in prædio, vel domo alterius? Dicas, quod aut est res, quæ potest esse in domo alterius sine facto meo,& sine vitio illius, cuius est domus; & tunc possum perquirere in alieno: vt patet de seruo:vt *l.1.ff.de fugitiuis.*Et idem de alio animali: & est ratio, quia sine facto meo, & sine vitio tuo potuit peruenire ad te illud animal, vel seruus,&sic intellige in dicta *l.1.*&*C.de seruis fugi. l.2.*& *ff.de glossan.legem.l.1.*Aut est talis res,quę nõ potest esse in alieno sine facto meo,& alterius.Et tunc aut non est suspicio contra eum,& tunc non possum in alieno perquirere,quia interest nostra, vt non videat quis paupertates domus nostræ:& *C.quibus & quando quarta pars. l.2.§. mobiles.* & *de alimentis pupillo præstandis. l.2.* Aut est suspicio contra eum, in cuius domo dicitur esse; & tunc possum perquirere in domo eius.Et alias propter suspicionem perscrutatur cõscientia alicuius per iuramentum:vt in *authen.vt iudices sine quoquo suffragio. §. illud.* & *C. de sacrosanctis Ecclesi.l.sancimus.* vbi,dignior est pars quam res; signo perscrutatur persona alterius, multo magis & res. Et ex his patet, quod banniti possunt perquiri in alieno.

¶ In textu ibi, *si tale est,pro quo debeat corporaliter*

30 *puniri.*Quæro† hic,quæ sint maleficia,pro quib⁹ debet corporaliter puniri? Dic vt dixi in *Summa*

31 *regaliæ son. emissi.q.28.§.quæro etiã hic.*Sed† quæro quæ sint crimina,pro quibus non debeatur pœna corporalis? Resp.iniuria verbalis,vel alia non ducta ad effectum, pro quibus debetur pœna pecuniaria, & pro quibus in casibus potest offerri querela pacis & treugæ: vt in *vsat.camini,* & in *constitutione diuinarum.§.Dominicaturas.vers.sed & clericos monachos.* & in *cõstitu.Hæc est pax.§.clericos vero,canonicos,*&c. & in *consti. In Christi nomine. §. clericos,monachos,*&c.& hoc innuit tex hic. ¶ Sed

32 pone, † quod crimen, pro quo est data querela pacis & treugæ, fuit commissum in terra Baronis,nec inde est factus processus soni emissi; querelatus comparet,& firmat personaliter cum pignoribus coram Vicario,vt decet; nunquid ratione dicti criminis poterit per Vicarium ad fisci, vel partis instantiam retineri,& puniri:idem forte,quando non comparet, sed fuit eiectus, & postea capitur per Vicarium, vel alium,& ducitur captus in posse Vicarij ratione eiectionis à pace & treuga. Videtur quod sic, eo quod Vicarius nomine domini Regis habet merum imperium per totam suam Vicariam latam. Quod patet, quia ratione soni emissi,& pacis & treugę ingreditur per terras Baronum, & ibi terret, licet cessante sono Barones exerceant suum imperium,vt vidisti in *Summa soni emissi* in pluribus locis.Cum ergo iste nunc reperiatur in tribunali Vicarij, poterit ibi puniri. ¶ Sed contrarium videtur in *constitutione domini Ferdinandi,* quæ incipit: *Sicut aduersus contumaces. §. caueat autem Vicarius,* &c. quid dicendum? Breuiter dico, & credo valde consideranda,& ponderanda verba dicti *§.caueat,*

dum

dum dicit in casibus, vbi, *ad nos, vel officiales nostros non pertineat*, &c. Vnde si querelatus erat clericus solutus, vel etiam coniugatus, & ita punitio criminis non spectat ad Regem, vel officiales eius, tunc Vicarius non debet contra tales criminaliter procedere: quod facit pro ijs, quæ dixi supra
33 proxime. Item † si crimen erat commissum in territorio Baronis, vel alterius, & ibi esset præuentus querelatus ratione dicti criminis, & ita iurisdictio, siue cognitio, & punitio spectaret ad
34 Baronem, vel alium, qui præuenisset: & † sic non spectaret ad dominum Regem, vel eius officiales. Quia non deberet pro eodem crimine criminaliter ad diuersa tribunalia protrahi; tunc & isto casu potest loqui dictus §. *caueat autem Vicarius*. Alias autem non video, cur ad Regem, vel Vicarium non pertineret punitio criminis, cum totus Principatus sit territorium domino Regi ratione sui generalis iurisdictionis; sic & tota Vicaria late sumpta est territorium Vicario. Et ita vtebatur ante ipsum §. *caueat*, nec potest dici, quod §. ille det de nouo iurisdictionem Baronibus, vel alijs. Vnde cogitabitis. Deo duce, si occurret, dicam latius super §. prædicto, quia valde fuit à multis, & sępius dubitatum; nec vidi adhuc qui meliorem intellectum mihi dederit. ¶ Nec
35 dominus † Rex consueuit Baronibus, vel alijs remittere criminosos, super quorum remissione auferri debet. vide *Ioan. de Imola in Clem. pastoralis. de re iudi. super glos.* in verbo *de more*.

In quarta parte nota, quod quædam ciuitates, &
36 villę habent priuilegia: vt Gerundæ. Et † quędam habent consuetudines scriptas, vt Bisulduni, quod nullus, qui iniuriauerit ciuem, vel habitatorem ciuitatis, vel villę, possit guidari, sine voluntate iniuriati. Modo vides hic, quod talibus, & similibus priuilegijs nullatenus præiudicatur per hanc constitutionem. Sic ergo videtur, quod si ille, qui iniuriauerat ciuem huius ciuitatis, fuerit bannitus; & postea citetur pro pace & trenga ad instantiam istius iniuriati, vel alterius: & sic per duos dies assecuretur, prout statuitur hic, certe talis non erit guidatus, nisi ab anno, & ab instantia fisci, & curiæ. Et ita si ciuis velit conqueri de illo suo iniuriatore, poterit facere illum capi, illo guidatico non obstante; quia non potuit guidari in præiudicium ciuis, iuxta priuilegium ciuitatis, cui dominus Rex non vult fieri præiudicium, vt hic littera dicit. Et hoc credo verum, dummodo per illos duos dies non impediatur, quin libere valeat de iure firmare, & pignora tornare, & alia facere, quæ incumbunt ratione illius comparitionis. Iuxta constitutiones pacium & treugarum, & practicam illarum. ¶ Et ita debet intelligi littera ista, quia præsens constitutio solum intendit remouere impedimentum banni; licet forsan aliqui aliter dixerint: de quo vide *Iaco. de Cali. in 15. dubio. §. tertio ordine*. Sed tutius est seruare cautelam prædictam, quæ bene practicatur Gerundæ, vt videlicet ante præsentationem litterarum citatoriarum querelati disbanniantur. Et post factam comparitionem, si recesserint, iterum publicentur pro bannitis, sine alia citatione, vt hic dicitur: sed tutius credo, vt iterum de nouo citentur, & nisi comparuerint, pro crimine banniantur, in casu quo plene fuissent disbanniti, seruando dictam cautelam, & etiam vbiq. ex quacunq. causa bannitus fuerit guidatus, debet de nouo banniri per tres dies mercati: vt infra *colla. proxima, cap. 22. Item ad tollendum abusum*, vide ibi, & adde quæ dicam infra *colla. 6. curiæ Perpiniani cap.*
37 *laudantes*. ¶ Item nota, † quod super guidaticis concedendis est forma data officialibus per quandam pragmaticam Regis Petri, quæ est tenoris sequentis.

¶ Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corsicæ, & Comes Barcinonæ. Dilectis, & fidelibus nostris Vicarijs, Subuicarijs, & Baiulis ciuitatum, castrorum, & villarum nostrarum Cathalonię, procuratori de Ballo, & de Turricella de Montegrino, vel eorum locatenentibus pręsentibus, & qui pro tempore fuerint, pręsentium seriem inspecturis, salutem, & dilectionem. Ad audientiam nostram relatu veridico noueritis peruenisse, quod vos prædecessorum vestrorum in dictis officijs, qui super infra scriptis imprudenter se habuerunt, vestigijs inhærentes, per insolertiam indifferenter, & interdum ob aliquorum fauorem, & interdum per sordes conceditis guidatica criminosis, ex quibus Respublica lęditur, iniuriatis satisfactio differtur, vel aufertur, processus inquisitionum impediuntur, & bonorum annotationes interrumpuntur, & criminosis præbetur audacia delinquendi. ¶ Sane cum prædicta, & quæ in lęsionem iustitiæ, & damnum curiæ nostræ cedunt, pati nullatenus intendamus. Idcirco per hoc nostrum generale edictum prouidemus, & vobis, ac vestrum cuilibet inhibemus expresse, & damus firmiter in mandatis quatenus in criminibus, ex quibus de iure ciuili, vel patriæ, siue ex consuetudine debetur pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut mutilationis membri. [Nota hic,
38 quod † homicidis, & alijs criminosis non est danda securitas: & si detur, non est seruanda: vt in *authen. de man. prin. §. nec homicidis, collat. 4*. Et ibi
39 nota, † quod non poterit contra præsidem, legē, vel iustitiam inuocare, quam contempsit: & facit *C. de pre. Imper. offer. l. quotiēs*, vbi dicitur, quod solus Princeps potest concedere dilatoriam exceptionē. Sic & *vsat. quoniam per iniquum*. loquitur in Principe tantum. Sed aliter seruatur.] non guidetis, nec guidare tenteris verbo, vel scriptis aliquem de dictis criminibus inculpatum, sub pœna quingētorum morabatinorum auri Regio ærario applicandorum qualibet vice, qua contra præsens mandatum feceritis, vltra officij amissionem, quo priuati censeamini ipso facto. Et nihilominus inhabiles reddamini perpetuo ad officia exercenda. Quodque sub earundem pœnarū incursu in omnibus guidaticis, quæ ex aliqua rationabili causa

causa concedere generaliter vos contigerit; excipiatis crimina, pro quibus de iure ciuili, vel patriæ, siue ex consuetudine pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut membri mutilatio debeatur. Iniungētes vobis nihilominus sub eisdem pœnis, quod in prædictis omnibus guidaticis, & eorum singulis generalibus, ac etiam specialibus excipiatis, & retineatis expresse, quod salua remaneat bonorum annotatio, & quod anni cursus per ipsa guidatica non interūpatur vllatenus, seu lædatur; decernentes irrita, & nullius valoris quęcunque guidatica contra, vel vltra præsentem ordinationem nostram de cætero per vos, vel vestrum aliquem facienda. Et ne aliquis super hoc possit ignorantiam allegare, statuimus, vobisq. præcipiendo mandamus, quatenus incontinenti quisq. vestrum nunc dicta officia regentium, & deinceps quilibet ex alijs futuris confestim in principio sui regiminis faciatis; & faciant prædicta omnia, prout supra contenta sunt, voce præconis vna vice singulis mensibus, & præsertim in diebus mercati in locis assuetis publice nunciari. Et in regestris curię cuiuslibet regestrari. Dat. Barcinonæ, quarta nonas Decembris, anno 1339. Exa. P.

¶ Post hanc vero pragmaticam etiam emanauit alia domini Regis Alfonsi Dei gratia nunc regnantis. Dat. Barcinonæ quarta die Decembris, anno à Natiuitate Domini 1418. quæ confirmā-

40 do istam etiam vult, † quod crimina, de quibus guidantur, exprimantur in scriptis, & etiam tempus, ad quod guidabuntur. Vides quod non debet concedi guidaticum de crimine mortis: num-

41 quid † ergo fidantia bannito concessa est seruanda homicidę? Respondeo. *Gui. de Cug.* dicit, ipsam fidantiam non esse seruandam homicidæ, & alijs, qui de Ecclesia possunt impune extrahi, de quo in *cor. de man. Prin. § neq. autem homicida*. Sed *Pe.* dicit eam seruandam: pro cuius opinione facit *ff. de pu. iudi. l. si quis reus. Bald.* vero dicit eam seruādam, si data est causa cognita; alias secus: vt *ff. de pœnis l. relegati*. Et hoc placet *Ang. in l. prima. § non fuit. ff. de dolo*. Et pro hoc facit præsens pragmatica. Et ita credo intelligendum *capitulum. noli. 23. quæst.*

42 *prima*. & est causa † cognita, quando expressio fit de homicidio in tali guidatico: verum quia in §. *iniungentes*. præinsertæ pragmaticæ de annotatione bonorum fit mentio, debes scire quod annota-

43 tio † fit publice, idest edicto, vel litteris ad annotandum missis, quæ dicitur requisitio: vt *ff. de requi. reis. l. prima. § præsides*, & l. 2. 3. & 5. Vide super hoc pragmaticam Infantis Iacobi, Comitis Vrgellen. datam in Turricella de Montegrino, 15. Kalendas Decembris, anno Domini 1339.

¶ Est ergo annotatus reus, qui absens est delatus bonis eius absignatis. Et ijs quæ mora peritura sunt etiam infra annum distractis, pretioq. deponendo. Sed post annum in fiscum coguntur. Sed

44 absens † de capitali crimine non damnatur, sed bona eius distribuuntur, vt ei opiani sui præstet; & infra annum veniens res suas recuperat: prout latius notatur *C. si pœn. app. mors inter. le. eius qui in*

45 *dicto. § præsidis*. Fallit † in officiali: vt *C. de cohartalibus. l. si apparitor, lib. 12.* & ibi notatur in *glos.* Sed ibi est speciale regulariter contra: vt *l. absentem. ff.*

46 *de accusa.* ¶ Sed † nunquid potest appellari ab annotatione bonorum? Credo quod non, iuxta notata per *Cy. in l. 2. C. si pœn. ap. mors inter cum sit in dictis*. dic vt notatur de hoc in dicta *l. 1. de requi. re.* super verbo, *requirendus*. vbi videtur *glos.* dicere

47 contrarium. ¶ Sed † quid erit de bonis acquisitis post annotationem, vide in *l. 1. gl. penult. ff. de bo. dam.* & *tex. in glos. ff. man. l. si mandauero. §. ss cui. de annotatione bonorū*. vide in *feu. de pace te. & eius vio. cap. 1. §. si vero pacis violator*. & in *authent. de man. prin. §. oportet, collat. 3.* & in *authen. vt nulli. iudi. §. fi.* & vide ibi *Iacobum*. & per *G. in spe. in 3. parte tit. de accu. § sequitur videre contumaciam accusati*.

De Assessore Villæ Franchæ. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Assessor in Villa Francha ponitur, constitutione contraria non obstante.*

2 *Assessor Villa Francha sicut alij iudices in causa criminali non recipiat salarium.*

3 *Assessor Villa Francha est triennalis, & tenet tabulam.*

4 *Ordinarius de iure ignarus an assessorem sibi assumere possit expensis partium, vel sine.*

5 *Iurisperiti spe præmiorum, & non vi debent sumi in assessores.*

6 *Lucratum per assessorem dicitur quasi castrense peculium.*

7 *Alter ex litigantibus petens consilium debet illud soluere.*

8 *Iudex non tenetur sequi consilium consiliariorum, si fuerit contra ius.*

9 *Assessores dicuntur comites quasi comitantes iudicem, cui assident.*

10 *Assessor quis sit traditur.*

11 *Assessor eligitur quandoq. ab ipso iudice, quandoq. à partibus, & aliquando à superiore associatur officiali.*

12 *Gubernator aliquando sibi sumit assessorem in defectum sui ordinarij assessoris.*

13 *Officialis non excusatur per consilium assessoris, quem elegerit, & tenetur ad refectionem expensarum.*

14 *Electio mala assessoris facta per superiorem, vel partes non est imputanda officiali.*

15 *Assessores electi per dominum Regem debent assecurare de tenendo tabulam.*

16 *Officium assessoris consistit in examinatione causæ, & in alijs, quæ referuntur hic.*

17 *Sententia recitata per assessorem, & non per iudicem non valet, fallit num. 18.*

19 *Sententia lata per assessorem Vicarij valet, & ratio traditur.*

20 *Sententia valet quamuis lata de consilio assessoris excommunicati, & traditur ibi ratio.*

21 *Iurisperitus ex imperitia non excusatur à dolo.*

22 *Imperitia excusat à dolo, declaratur num. 23.*

24 *Assessor non habet iurisdictionem, declaratur num. 25.*

26 *Clericus an possit esse assessor in curia ciuili traditur.*

Index

27 *Iudex; vel assessor non excusatur faciens contra ius, si secutus fuerit opinionem per Doctores reprobatam; idem num. 30.*
28 *Iudex peritus non debet requirere de necessitate consilium.*
29 *Aduocatus in vna causa non potest esse assessor in eadē, nec tenet sententia per eum lata.*
32 *Iudex potest dare assessorem seu consultorem absq. voluntate, & sententia partium, declaratur num. 33.*

ITem statuimus, & etiam ordinamus, ad supplicationem dictæ curiæ, quod in Vicaria Villa Franchæ, vbi
1 non consueuit esse assessor, &c. Casus. † Hodie in Vicaria Villæ Franchæ ponitur assessor, constitutione contraria non obstante. Hoc dicit. Et iste
2 assessor, † sicut alij iudices, non recipiet salarium pro consulendo in criminali causa: vt infra *collat. 6. curia Montissoni cap. insuper.* ¶ Nota hic, quod dudum per constitutionem, quæ est supra *ead. collat. in prima curia Barcino. cap. 23. Item quod aliquis iudex, vel assessor*, &c. fuit prohibitum poni iudicem, vel assessorem, vbi non essent consueti, quod non possent esse in aliquo loco perpetuales; sed hic per hanc constitutionem fuit introductum, vt in Vicaria Villæ Franchæ ponatur assessor, licet ibi antea non fuisset consuetum poni: & in hoc detractum fuit illi. Sed in cæteris confirmatur. Et
3 sic † patet, quod iste dominus assessor Villę Franchæ non erit perpetuus, sed triennalis, & tenebit tabulam, sicut, & quando alij. Nec antequam fuerint à tabula absoluti, possunt etiam nomine consiliariorum assumi: vt infra *colla. proxima. cap. 12. Item vt fraudibus.* vide ibi, & adde quæ dixi supra *allegat. c. Item quod aliquis iudex vel assessor.* ¶ Quæro, † pone, quod est ordinarius aliquis iuris igna-
4 rus, nunquid poterit sibi assumere assessorem expensis partium? Quidā, quod nō. de quo per *Doct. in cap. 1.* super verbo, *sciam. extra. de æta. & qualit. in Clemen.* & per *Gui. in spe. tit. de asses. §. Salariū, vers. sed nunquid ordinarius.* Tu dic vt legitur & notatur *extra. de rescriptis, cap. statutum. §. assessorem, lib. 6.*
5 Et nota, † quod iurisperiti spe præmiorum, & non aliqua vi debent in assessores assumi: vt *l. 1. C. de*
6 *domesticis, & assessoribus.* ¶ Item † nota, quod illud, quod lucratur assessor, est quasi castrense peculium: vt *l. velut. C. eod. tit.* & ibi notat *Bart.* ¶ Item
7 quid † si alter tantum litigantium petat consilium? Dic quod dabitur expensis petentis, si iudex contra eum sentiat. Et si duo fuerint consiliarij discordantes, cōmunicabunt tertio salarium.
8 Sed † si consiliarij dicant contra ius, iudex non tenetur sequi eorum consilium; vt late notat *Ioan. de Imola in Clement. 1. de æta. & quali.* super *glos. vlt.*
9 vide ibi ¶ Itē nota, † ꝙ assessores dicuntur comites, quasi comitantes iudicem, vel officialem, cui assident: vt *ff. de varijs, & extraordi. cogni. l. Preces. §. Sed & si comites.* ibi *glos.* & *Bart.* exponunt comites, idest, assessores. Quod nota pro assessoribus, quia tempore syndicatus suæ tabulæ poterunt sibi facere constitui salarium ex officio iudicum tabulæ, si iam certum salarium non erat ipsis assessoribus constitutum, secundum *Bart.* vbi supra, quod facit, vt assessor teneatur sequi iudicem, vel officialem, cui datus est pro assidendo, quia assessor est quidam comes, & socius iudicis, & officialis, cui datus est. Sed aliud est in iudice; quia aliud est officium iudicis, & aliud assessoris; *ar. l. si idem. C. de codicillis.* Itē habent diuersas Rubricas. ¶ Ad notitiam huius materię assessorum per modum summæ hic videndum est quis sit assessor: & quis debeat eum eligere: & quod sit eius officium. ¶ As-
10 sessor † est is, qui ad consulendum iudicanti, sibiq. assistendum, & instruendum, vt recte causam instruat, & decidat, assumitur, seu associatur: vt *C: de assesso. l. 1.* & aliquando vocatur consiliarius: vt notatur in *spe. eod. tit. §. assessor.* & *tit. de requi. consili.* vt patet allegat. *c. Item vt fraudibus.* ¶ Eligitur
11 autem † assessor quandoq. ab ipso iudice: vt in allegat. *l. 1.* vel à partibus; ꝙ magis congruit, ne possit recusari: vt notatur in *spe. eod. tit. §. eligitur.* Sed & quandoq. à superiore assumitur, & præsidi, vel officiali associatur; vt hic vides; quia per dominum Regē tales assessores creantur: sic & assessor Gubernatoris; licet quandoq. Gubernator
12 sibi † assumat in defectum assessoris ordinarij. Et
13 est in hoc differentia, quia quando † per officialem assessor assumitur, tunc nō excusatur per cōsilium assessoris, si male iudicauerit, quin teneatur ad refectionem expensarum; quia fecit litem suā, licet excusetur à dolo. Sed assessor, qui se peritum dicit, est in lata culpa, quę dolo cōparatur, & tenebitur in totum: vt legitur, & notatur per *glos.* & *Doct. in l. hoc edicto. ff. quod quisq. iur.* vbi ita notatur per *Florianum de Sancto Petro*, à quo ego reportaui Senis in anno à Natiuitate Domini 1423. Secus
14 quando † per partes, vel per superiorē assessor eligitur: tunc enim non potest Vicario, Præsidi, vel alij officiali mala electio imputari. Et ideo
15 iste † assessor Villæ Franchæ, & alij, qui ordinarie per dominum Regem præficiuntur in certis locis, habent assecurare de tenendo tabulam pro factis & culpis suis, vt in dictis constitutionibus
16 apparet. ¶ Officium autem † assessoris consistit in examinatione causæ, puta in postulationibus, vt videlicet admittat aduocatum, qui de iure postulare potest; infamem vero, & indignum repellat. Item interrogationibus, & in libellis conuentionalibus recipiendis, si bene concepti sint; vel respuendis, & dilaniandis, si inepte, vel super re illicita concipiantur: *ff. de offi. asses. l. 1.* & *extra. de excep. cap. exceptionem. ff. de offi. proconsul. l. nec quidquam. §. obseruare. ff. de postula. l. quos prohibet. extra. de li. ob. cap. 1. 2.* & 3. Item in edictis proponendis, & in epistolis dictandis; quæ superiori mittuntur; vel relationibus pro dubijs, vel pro pœnis inferendis, & in procitationibus faciendis: *ff. de asses. l. 1.* & *C. à l. fi. 23. q. 4. cap. quæsitum, & cap. illud,* & *2. q. 6. cap. si quis insulam.* Item in decretis formādis, super rebus minorū alienandis, & super trāsactionibus alimentorum: *ff. eod. l. 1.* & *C. eod. l. 2.*
17 Sed † nunquid valebit sententia, quam non recitauit

tauit iudex, sed assessor? Videtur, quod non, nam sentẽtia recitari debet à iudice, non ab alio: *extra. de consuetu. cap. ad nostram*. Nec etiam ab assessore, vt in *authen. vt defunc. seu. fu eorum. §. illud. colla. 5*. Et
18 hoc est verum regulariter, † fallit tamen in Episcopo, & illustribus personis: vt *extra. de re iudi. c. vltimo. li. 6*. & adde quæ notat *Gui. in Rosario. 11. q. 2. cap. summopere*, super verbo, *proferamus*. Et vide-
19 tur quod † sententię, quas assessor Vicarij, & nõ ipse Vicarius legit in causis pacium & treugarũ, sint nullę per prædicta: sed contra videmus seruari; quod forte tolleratur de consuetudine, vel forsan Vicarius in causis regaliarum reputatur illustris persona, quia repręsentat pęrsonam domini Regis, & se pręmittit cõmutib⁹, & alijs, iuxta pragmaticas Regis Martini editas super processibus
20 pacium & treugarum. Quid † si assessor est publice excommunicatus, nunquid valebit sententia lata de eius consilio? Respondeo, sic, quia ipse non est iudex: ita notat *Geminia. de rescriptis, cap. statutum*, super verbo *assumptum, in glo. Ioan. An*. quę
21 incipit, *pro suspectis. lib. 6*. Item nota, † quod iuris peritus non excusatur à dolo ex imperitia, licet
22 imperitia † in alijs excuset à dolo, iuxta notata latius per *Ang. & Doct. in l. hoc edicto. ff. quod quisq.*
23 *iuris*. hoc verum † credo, nisi erret in puncto iuris, super quo sunt opiniones: de quo dicã statim; & ideo totum est habere plurium peritorum consilium, vt excusetur à dolo, quia quod à pluribus quæritur, melius inuenitur: vt *20. dist. c. de quibus*. & firmum est iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur: *extra. de offi. dele. cap. prudentiam*.
24 Item nota *spe. vbi supra. §. officium. vers*. Item † nota, quod assessor non habet iurisdictionem: *C. eod.*
25 *l. 3*. quod credo verum † de assessore assumpto per officialẽ, vel per partes; secus de assessore, qui per Principem eligitur, præficitur, & creatur; vt sunt isti ordinarij assessores, qui assecurant tenere tabu-
26 lam. Et sicut est assessor Gubernatoris. ¶ Sed † quęro, an clericus possit esse assessor in curia ciuili? Hãc quæstionem ponit *spe. eod. tit. §. debet. vers. sed nunquid clericus*, &c. Sed ego credo, quod in Cathalonia poterit esse assessor sicut iudex, de quo dic vt dixi supra *ead. colla. in prima curia Barcino. cap. 6 Item quod aliquis clericus non possit esse assessor*, &c. & vide *ead. colla. in 2. curia Barcino. c. 15. Item quod aliquis clericus*, &c. dum modo caueat per mere laicos de tenendo tabulam: super quo vide quæ dixi supra in *tertia curia Barcino. cap. 6. & 16*. & melius in *2. curia Barcino. eiusdem colla. cap. Primo, quod*
27 *omnis*. Sed † nunquid excusetur iudex, vel assessor, qui facit cõtra ius, super quo sunt opiniones? Videtur quod non, si secutus fuerit opinionem communiter reprobatam: de quo dic latius per *Ioan. de Imola in Clem. statutum. de elec. in 2. q. ve. sta-men ex dicto G.* & adde quæ notantur in *spe. tit. de requi. consilij. vers. sed quid si iudex*. Item vide quæ notantur in *Clem. 1. de æta. & quali.* per dictũ *Ioan. de Imola*. adde etiam quę notantur in *Summa Confessorum lib. 3. tit. 5. q. 137. in Rubricella de confessori-*
28 *bus*. ¶ Sed † nunquid iudex habet requirere consilium de necessitate? Dic quod non, si est peritus, secundum *Gui. de Cug. C. de iudi. l. apertissimi*; alias *authen. si con. tigerit*. ibi posita. Caueant autem ne minus peritos eligant, alias culpa imputabitur eligenti: vt notatur per *Angel. ff. de rei ven. l. vtiq. §.*
29 *culpa*. Quid † si iudex tulit sententiam de consilio sapientis, vt est moris, an excusetur propter cõsilium in tabula? Quidam dicunt, quod nõ, quia non tenebatur ipsum sequi, & quia peritum se dixit: *l. 2. ff. quod quisq. iuris*, & imputetur sibi quod malum consilium secutus est: vt *l. 2*. in prin. & *§. fi. ff. man.* & hoc tenet *Iaco. Butur*, & addit *Cy.* quod consultor non tenetur iudici secundum *Angel*. adde quæ notat *Ioan. in Summa Confessorum lib. 2. tit. 5. de assessoribus, & alijs iudicibus, q. 137. cũ per iniquos*
30 *iudices*, &c. excusatur † tamẽ iudex propter opiniones Doctorum, nisi fuerit secutus opinionem communiter reprobatam, secundum *Ioan. de Imola*
31 *in Clem. statutum de elec.* vt dixi. ¶ Quæro † vltimo quid si is, qui primo fuit aduocatus, est in eadem causa postea assessor, nunquid valet sententia per eum lata? Videtur quod sic, licet eam ferre non debuerit: vt de *resti. & ea quæ parit in 11. mense. §. fi.* vel dic secundum *Hubertum. & G. in spe. eod. tit. §. vltimo. vers. Sed quid si is*. quod non teneat sententia, debuit enim causam demãdare: vt *ff. de iurisdic. omnium iudi. l. prætor*. Facit *l. nemo*. in fi. *C. de assessoribus*. vbi dicitur, ꝙ quibuscunq. aduocationẽ suã præstiterint assessoriæ cuiusq. magistratus colore non audeãt iudicare, ne affectionis suæ aduocationis memor incorrupti iudicis non possit nomen
32 perferre. ¶ Item nota, † quod iudex potest dare assessorẽ, & cõsultorẽ absq. voluntate, & scientia partium, nam iudicium redditur in inuitum, de-
33 bet tamen assessor eligi de communi † voluntate, si partes voluerint concordare: vt notat *Inno. extra. de offi. dele. cap. super quæstionẽ in glos. ex quo enim semel posita*, super verbo *statuimus*. & dixi latius supra *colla. 2. curia Barcinona c. 60. Item, & in omnibus*.

De obseruatione curiarum, & libertatũ. Cap. XXIX.

S V M M A R I V M.

1 *Rex, & suus primogenitus tenentur seruare capitula generalium curiarum.*
2 *Imperator auferre non debet priuilegia, & consuetudines ciuitatum, & aliarum personarum.*
3 *Consuetudines malæ nullo tempore confirmantur.*

INsuper etiam statuimus, & volumus, quod vos, & dictus inclytus Infans Alfonsus carissimus primoge-
1 nitus noster, &c. Statuitur † hic expresse, quod dominus Rex, & primogenitus tenentur seruare capitula curiarum generalium Cathaloniæ, & etiam omnes libertates, priuilegia, vsus, & cõsuetudines quibuscunq. quæ hic confirmantur, pro vt melius & plenius vsa fuerint; quæ omnia, & singula, supradicta mandantur ab omnibus obseruari. Hoc dicit. ¶ Et vide supra *colla. 2. c. idcirco nos Rex prædictus*. cum concor. ibi positis. & adde infra *colla.*
2 *proxima, cap. 36. insuper etiam volumus*. Item † nota, quod Imperator non debet adimere consuetudi-

Y nes,

nes, & priuilegia ciuitatibus, & alijs personis concessa: nec debet adimere, quæ concessit: vt scripsi infra *colla. proxima, curia Montisalbi cap. 26.*
3 *in fi.* vltimo nota, † quod male adinuentæ consuetudines nec ex longo tempore, nec ex longa consuetudine confirmantur: vt in *authen. vt nulli iudicum. §. nulli vero, colla. 9.* facit 8. *dist. cap. mala consuetudo.* cum si. nec debent nominari consuetudines; vt in dicto *§. nulli vero.*

Capitulum XXX.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio in curijs generalibus fit, ne praiudicentur iura patria.*
2 *Libertas Ecclesiastica in quibus consistat. remissiue.*
3 *Faciens statutum, & non habens pro eo potestatem, committit crimen læsæ maiestatis.*

AD *hoc nos Infans,* &c. Hic primogenitus, & tota curia generalis firmat, & laudat prædicta capitula per dominum Regem concessa. Sed Prælati, & personæ Ecclesiasticæ, & Religiosæ protestati fuerunt, quod sit salua libertas Eccle-
1 siastica, & ius Ecclesiæ. ¶ Et nota, † quod hanc protestationem non consueuerant facere in curijs præteritis, nisi in curia Illerdensi, & hic. Sed amodo in sequentibus curijs similis protestatio reperitur in firmis prælatorum, & Brachij Eccle-
2 siastici. Et † in quibus consistat libertas Ecclesiastica dixi supra *eadem colla. in curia Illerdensi, cap. 19. Item, & prælati.* ¶ Et sit finis huius curiæ Gerundensis, quæ fuit acta in Claustro Sedis Gerundæ, decima nona kalendas Septembris, anno à Natiuitate Domini millesimo trecentesimo vi-
3 gesimo primo. Nota, † quod pœna facientis statutum non habentis potestatem faciendi est, quia cadit in crimen læsæ Maiestatis, secundum ea quæ notantur per *Bartolum in l. omnes populi. ff. de iu. sti. & iure allegat. tertia, in fine. ff. ad l. Iuliam Maiestatis.*

HIC INCIPIT QVINTA COLLATIO, QVÆ continet generalem curiam in villa Montisalbi celebratam per Serenissimum dominum Alfonsum Tertium, qui fuit filius dicti Serenissimi Regis Iacobi Secundi, quæ continet triginta nouem Capitula; prout sequitur.

Capitulum Primum.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur supplicatio curiæ domini Regis.*

NOuerint vniuersi, quod cum nos *Alfonsus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corsicæ, ac Comes Barcinonæ. Intendentes ad pacem,* &c. In hoc
1 capitulo primo † ponitur supplicatio curiæ domini Regis, ad eam benigna responsio, & ipsius supplicationis admissio, concordando cum alijs procemijs præteritarum collationũ, & curiarum, in quibus notatur pia domini Regis ad instantiam, & pacẽ intentio, & commemoratur Cathalanorum erga ipsum Regem sincera fidelitas, & deuotio.

De salarijs inquisitorum tabulæ. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Thesaurarij domini Regis ante introitũ officij debent iurare, quod deponent salaria inquisitorum tabulæ, sed hodie hoc non seruatur. num. 2.*
3 *Thesaurarij materia. remissiue.*

IN *primis, vt capitulum editum per dominum Regem Iacobum,* &c. Casus. Iurare debent † The-
1 saurarij domini Regis nomine suo proprio, antequam suo vtantur officio, quod deponent salaria inquisitorum tabulę tradenda, prout in hoc capi-
2 tulo continetur. Hoc dicit. Sed † hodie non tenet, quia abrogatum est, de quo dic vt dicam infra in *curia Perpinian. cap. ad hoc vt salarium.* adde infra *eadem cap. si* & infra in *curia Montissoni colla. proxi. cap. iudices tabulæ.* Vide etiam quæ dixi supra *colla. proxi. in 3. curia Barcinonæ, cap. Item ordinamus de consilio.* & in *cap. Item, quod Vicarij, & Ba-*
3 *iuli curia prime Barcinon. collat.* 4. Et † quia hic fit mentio de thesaurario, ideo *Iaco. Marquilles* posuit hic de materia thesaurorum: de quo vide per eum hic, & in *vsati. Rusticus vero.* alias est *§. sub vsatico Sarracenis.* vide ibi, super verbo *inuenerit.* & quę ibi apostillaui.

De iudicibus tabulæ. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Proceres in aliquibus locis nouem nominantur, ex quibus dominus Rex, seu eius Baiulus generalis eligit tres in iudices tabulæ.*

ITem *ad vitandum fraudes,* &c. Ista constitutio fuit temporalis, & hodie non tenet, nec seruatur. immo dominus Rex, dat istos iudices tabulæ, vt fuit dictum supra in *curia Illerdensi, cap. 17. Item statuimus, volumus, & concedimus,* &c. vide ibi.
1 Sed audiui, † quod in aliquibus locis dant proceres ex priuilegio, vel eligunt siue nominant nouem, de quibus dominus Rex, vel eius Baiulus generalis eligit tres, quos dat in iudices tabulæ.

De iuramento, & homagio iudicum tabulæ. Capitulum IIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudices tabulæ adstringuntur sub sacramento, & homagio inquisitiones complere sine noua commissione, salario, & expensis.*
2 *Iuramenti in animam alterius præstandi forma traditur.*

Item

ITem, vt dicta inquisitiones melius compleantur, &c. 1 Casus. Iudices † seu inquisitores tabularum se habent astringere sub sacramento, & homagio, quod sine noua commissione, salario, expensis complebunt inquisitiones, lapsu quatuor mensium non obstante. Hoc dicit. Immo nec obstat lapsus triennij, nec habet locum *l. properandum. C. de iudi.* vt dixi supra *collat. proxima, curia 3. Barcino. cap. 7. Item ordinamus de consilio,* super verbo, *eo* 2 *modo quo eis videbitur faciendum.* Sed † notandum, quod qui iurat in animam alterius, debet iurare, & dicere secundum, quod ille credit, & ab illo didicit; & non secundum, quod ipse qui iurat de se credit, secundum *Inno. in cap. ad hoc de testibus,* quod fuit extrauagans, & non est in volumine Decretalium, nec in 6.

De electione notarij tabulæ. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Iudices tabularum eligunt sibi notarium, & ad eum eligendum tenentur cum iuramento, & homagio.*

2 *Acta facta per notarium tabula qui non præstitit iuramentum, non valent.*

ITem cum iuxta capitula generalium, &c. Casus. 1 Iudices † tabularum eligunt sibi notarium, & ad eligendum bonum, & idoneum cum iuramento, & homagio tenentur. Nec contrafaciant precibus, & iurisdictionibus domini Regis, vel cuiuslibet, de hoc vidisti supra *in curia Gerunda, cap. 19.* & in concor. dicam latius in *cap. lo scriua de* 2 *la taula,* infra *collat.* 10. Sed quid † si notarius tabulæ non præstat iuramentum, de quo habetur in allegato *cap. lo scriua,* nunquid valebunt acta per eum? Forte non, cum sit factum contra formam à constitutione datam, de hoc tamen, Deo dante, dicetur latius in præallegato *cap. lo scriua.*

De salarijs iudicum, & notariorum tabulæ.

Capitulum VI.

SVMMARIVM.

1 *Salaria inquisitorum, & notarij tabula taxantur.*

2 *Pro mercede non competit iudicis officium, sed agitur ex promissione mercedis, si intercessit; vel conditione ex statuto.*

ITem ne de salarijs dictorũ inquisitorum possit de ca-1 tero dubitari, &c. Hic † taxantur salaria inquisitorum, & notarij tabulæ pro inquisitionibus faciendis pro quatuor mensibus, qui dantur ad ipsas inquisitiones faciendas. Videlicet pro qualibet die dabũtur militi sex solidi; ciui, vel homini villæ quatuor solidi; & iurisperito alij quatuor solidi, & notario seu scriptori duo solidi. Hoc dicit in effectu præsens constitutio. Et confirmatur infra *collatione proxima in curia Perpiniani, cap. ad hoc, vt salarium,* & ibi dicitur per quas solutiones huiusmodi salaria exoluantur, vide ibi.

2 Et nota, † quod librarijs, & tabularijs, hoc est notarijs, & alijs, qui faciunt illas artes, non competit iudicis officium, pro eorum mercede; sed agent ex promissione, si intercessit, vel conditione ex statuto, quo taxatum est salarium; alias si consueuit locare, operas suas videtur locare: vt *l. excepta. C. locati. & insti. loca. post prin.* de quo vide per *Bar. in l. 1. §. iudiquoq. ff. de varijs, & extraord. cognit.* & adde quæ scripsi infra *ead. cap. 25. Item quod iudices, aduocati,* &c.

De tabula. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Officiales habentes officia perpetuo, vel ad vitam tenentur habere tabulam, ampliatur, num. 2.*

ITem volumus, statuimus, & ordinamus, &c. Constitutio tertiæ curiæ Barcino. supra *collat. proxima, cap. 7. Item ordinamus de consilio,* &c. *§. intelli-* 1 *gitur tamen,* &c. quæ loquitur † de tabula tenenda per officiales habentes officia perpetuo, vel ad 2 vitam. Hic extendit † ad officiales locorum, qui ex cambio, aut alias peruenient ad dominum Regem, hoc dicit. Et vide quæ dixi in *§. præallegato.* & adde infra *collat. 10. c. contra constitutions.* vide quæ ibi dicam.

Vt notarij curiarum teneant tabulam. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Notarij regentes scribanias curiarum Regiarum, sicuti cateri officiales Regij, tenentur habere tabulam.*

2 *Praconizatio præmittenda est, quando notarij regentes scribanias curiarum Regiarum assecurant tabulam.*

3 *Clerici non debent poni pro regendis scribanijs curiarum Regiarum.*

4 *Notarius regens scribaniam curia Regia antequam assecuret tabulam, est puniendus.*

5 *Notario non assecuranti tabulam potest obijci, quod non sit admittendus ad regimen scribania curia.*

ITem statuimus, & ordinamus, quod notarij regen-1 tes scribanias, &c. Casus. Notarij † regentes scribanias curiarum Regiarum, tenentur assecurare, & tenere tabulam, prout, & quando alij officiales tenentur. Hoc dicit. Similiter etiam suspenduntur, & ab officijs suspendi, atque ad ipsa officia redire debent, quando, & prout de alijs officialibus est constitutum; vt infra *collat. sexta* 2 *curia Perpiniani, cap. Sane quia.* vide ibi. Ex † prædictis ergo habes, quod quando dicti notarij debent assecurare, debet præmitti præconizatio, de qua vidisti supra *collat. proxima in prima curia Bar-* 3 *cino. cap. 40. Item quod quotiens.* Item † tales notarij non debent poni clerici: vt supra *colla. proxima in secunda curia Barcino. cap. 15. Item quod aliquis clericus, vel alius homo, qui habeat tonsuram,* &c. Sed cõtra supra *collat. quarta curia 3. Barcinõ. c. 10. Item ordinamus, quod cap.* &c. ibi dum dicit, *vel tenere,* ibi, *pro gerendo officio notaria clericos, vel laicos,* &c. Solutio. Ibi non loquitur de regentibus scribanias curiarum. Sed de notarijs, vel verius ibi loquitur de notarijs, & scribanijs curiarum prælatorum, baronum, & aliorum. Hic loquitur de scribanijs curiarum Regiarum, quia littera dicit 4 hic, *nostrarum.* ¶ Item infertur † hic, quod si quis tales scribanias curiæ Regiæ regeret antequã assecurasset, posset puniri tanquam priuatus qui officium tale gessisset: & ita videtur, quod teneretur

retur crimine falsi: vt l. eos. C. de falsis. & quod gesta per eum essent nulla, iuxta ea quæ dixi supra in dicta curia tertia Barcinon. cap. 16. Item ordinamus super capitulis. Item infertur iunctis cap. infra
5 proximo, & quæ ibi notantur, quod tali † notario posset obijci, quod non assecurauerit, & sic nō admittatur ad regimen talis scribaniæ, donec ipsam securitatem præstiterit, adde quæ dicam infra cap. proximo.

De procuratore fiscali. Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Locatenentes procuratoris fiscalis non possunt vti iurisdictione nec executionē facere; quinimmo eā petere debent coram Vicarijs, & alijs iudicibus ordinarijs, & pœna traditur num. 18.*
2 *Locūtenentes fiscaliū sunt adstricti ad tenendā tabulā.*
3 *Fiscales omnes Cathaloniæ sunt locumtenentes, nisi Baiulus generalis.*
4 *Procurator potest ea facere quæ veniunt in consequentiam necessariam mandati specialis, licet non habeat tale speciale mandatum.*
5 *Clausula vniuersalis subsequens non comprehendit maiora expressis, quinimo tantum similia, & paria, & ratio traditur num. 6.*
7 *Procurator cum generali mandato admittitur in his, quæ requirunt speciale mādatū; vbi periculū est in mora.*
8 *Procurator fiscalis non est audiendus sine scriptura sui aduocati fiscalis.*
9 *Contra procuratorem fiscalem excipi potest, quod non sit audiendus; ex quo non assecurauerit tabulam, & ista exceptio potest opponi post litis contestationem, n. 10.*
11 *Exceptio falsi procuratoris seu falsi tutoris nedum potest opponi post contestationem litis, verum etiam & post sententiam, & de ratione.*
12 *Satisdatio rati exigitur ante litis contestationem.*
13 *Procuratores fiscales principales sunt Baiulus generalis Cathaloniæ, & Procurator Regius Rossilionis, qui iurisdictione possunt vti.*
14 *Negando de vno videtur permissum de altero.*
15 *Locatenentes Baiuli generalis de facto vtuntur iurisdictione.*
16 *Gesta post sententiam, qua iudex pronuntiauit esse procuratorem; qui non est; an valeant, traditur, & an idem sit in tutore traditur sub declaratione.*
17 *Procuratores fiscales collectores tertiorum, & scriptores curiarum compelluntur ad restitutionem eius, quod receperint per vim, corruptionem, aut alias indebite cum duplo.*
19 *Priora iura trahuntur ad posteriora.*
20 *Procurator fiscalis non tenetur se subscribere in accusationibus.*
21 *An procurator fiscalis curiæ Baiuli generalis, & suorum locatenentium comprehendatur sub prohibitione istius cap. traditur.*
22 *Paria sunt accusare, & facere accusari.*

Item statuimus, & prohibemus, quod locatenentes procuratoris fiscalis non possint vti iurisdictione,
1 &c. Casus. Locatenentes † procuratoris fiscalis non possunt vti iurisdictione, nec facere aliquam executionem. Sed habent petere coram Vicarijs, vel alijs iudicibus ordinarijs, & de his habebunt præstare securitatem in principio sui officij. Et si cōtrafecerint, per inquisitores tabulæ arbitrarie puniūtur. Hoc dicit. Confirmatur hoc c. inf. coll. 6. in curia Ceruariæ, c. insuper confirmantes, vide ibi de pœnis concussionum. Et ita videtur hic,
2 quod † isti locatenentes fiscalium teneantur adstricti ad tabulam; licet non viderim practicari.
3 Et credo, † quod omnes fiscales in Cathalonia sint locatenentes nisi Baiulus generalis Cathaloniæ, qui est maior fiscalis pro serenissimo dño Rege, adde infra in *curia domini Martini, cap. ab feria,* & vide quæ ibi dicam Deo duce. Nota quod pro-
4 curator † potest ea exigere, licet speciale mādatū non habeat quando illa veniunt in consequentiā necessariam eius, quod est mandatum specifice, & principaliter. *Bar. in l. non procu. ff. de no. operis nunti. alleg. l. 1. C. vbi & apud quē.* & *C. de iudi. quots.* & *extra. de resti. in integrum. cap. suscitata.* secundum *An. de Butrio in spica. in vers. procur.* facit *l. 2. ff. de iur. omnium iudicum.* cum suis concor. ad idem *ff. de procur. l. ad rem mobilē.* & *l. ad legatum,* & *ff. de condi. in-*
5 *de. l. inde bitum.* Item † nota, quod illud, quod dicitur, clausulam generalem subsequutam enumeratione casuum siue specierum, referri ad omnes, verū est, *similes,* & *pares* expressis, non *dissimiles.* vt *l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino, tri. & oleo. l. 4. ff. cōtrahen. emp. l. si fistulas. § instrumēta.* hoc notat *Gui. 1. §. quæsitū l. sed si quis. ff. si quis cau.* vide *extra. de rescriptis cap. Sedes* & in *Clemen. non potest. de procur. Iac. But.*
6 allegat rationē, quia † *præcedentia informant sequentia,* & quia expressio indiuidui complectitur, quę sunt in specie indiuidui: *ff. de verb. sig. l. seruus,* secundum *An. de Butrio in spica.* vbi supra. Item pro-
7 curator † cum generali mandato addmittitur quando exigitur speciale mandatum, & periculum est in mora: *ff. de procu. l. non solum. § fi.* & est casus singularis secundum *Bal.* Sed *An. de Butrio* credit, quod interuenit vt defensor. Item nota,
8 quod † procurator fiscalis non debet audiri contra aliquem de crimine delatū absq. scriptura sui aduocati fiscalis: vt inf. *coll. 9. in curia dñi Ferdinādi, c. Als procuradors fiscals.* vide quæ ibi dixi, & infra *coll. a. 10. c. per repos.* Sed † quæro, si talis locūte-
9 nens fiscalis, antequā assecurauerit, agat contra aliquem, nunquid poterit excipi, quod non admittatur, donec assecurauit? Credo, quod sic: sicut contra tutorem poterit excipi, quod non fecit inuentarium. *C. ar. tu. l. fin.* & Idem tenet *Ioan. de Imola* de rectore hospitalis, qui satis dare tenetur, & iurare: vt *in Clementina, quia contingit. de reli. domi.* vide ibi in *glossa* super verbo, *inuentaria.* vbi tenet, quod ante præstitum ipsum iuramentum non poterit agere, nec defendere ad instar tutorum per dictam *l. fin.* & idem tenet ibidem
10 *Paulus.* ¶ Sed † nunquid ista exceptio poterit obijci post litem contestatam? & videtur quod sic, quia non videtur verus procurator, sic nec tutor, qui non satis dedit rem pupilli saluam fore. *C. de tu. qui non satis. l. 1.* & 2. vel qui non facit inuentarium.

tarium, falsus esse dicitur: vt *ff. de verb. sig. l. Paulus.* & idem de eo qui non est confirmatus: vt *C. de confir. tu. l. 1.* Et exceptio falsi procuratoris post litis contestationem opponitur: vt *C. de procur. l. licet.* & notatur *extra. de procura. cap. in nostra.* vbi de hoc per *gloss.* & *Doct.* & quod prædictæ exceptiones possint tutori post litis contestationem obijci, & opponi, dicit lex *C. de eo qui pro tu. negli. l. 2.* idē de religioso, qui nō potest esse procurator, sine licentia sui Abbatis, vel superioris: vt in *Cle. religiosus de procur.* de quo ibi per *Pau.* & *Gemin.* & vide *Henric. in prealleg. cap. in nostra.* Immo, & talis exceptio forsan post sententiam opposita redderet iudiciū retro nullum, per iura prællegata, & quia factum contra huiusmodi constitutiones est nullum. Et idē est in falso tutore: vt notatur in *l. 2. C. de eo qui pro tu. negli.* & *ff. de admi. tu. l. vulgo.* & dicitur falsus tutor ille, qui non est, vel qui esse non potest tutor: vt *ff. de verb. signif. l. Paulus.* Et exceptio falsi
11 procuratoris, † & exceptio falsi tutoris possunt opponi post litis contestationem, & post sententiam, quia reddunt iudicium retro nullum: vt *extra. de procura. cap. in nostra.* & *C. eodem licet, & vtrobiq. nota de hoc.* Sed in falso tutore distinguitur: vt *l. 1. §. si quis quasi tu. ff. de eo, qui pro tu. negl.* adde quę notantur *ff. quod cum fal. tu. l. interdū tamen.* ¶ Econtra videtur, quia exceptiones dilatoriæ post litē contestatam: vt *C. de proba. l. exceptionem.* dilatoria præterea exceptio procuratoria ante litis contestationem non post opponi debet: vt *C. de procurato. l. ita demum.* & *ff. de procura. l. Filius. §. ve-*
13 *terani.* & *l. qui procur.* in fin. & † rati satisdatio ante litis contestationem exigitur *ff. de procura. l. Pomponius. §. rati.* quid dicendū? Certe (saluo cuiuslibet melius sentientis iudicio) mihi videtur melius dicendum in hoc casu præsentis constitutionis, quod huiusmodi exceptio ante litis contestationem, & post admittatur, si opponatur tali locumtenente. Immo, & iudex si sciat ex officio debet illum agentem repellere, & punire tanquam contemptorem, & violatorem huius constitutionis, quia huius securitas videtur necessaria quasi loco confirmationis, & alias debet haberi pro priuato: iuxta notata supra *cap. proximo.* Et idem videtur de falsis instrumentis: vt *C. si ex falsis instrumentis. l. fi.* Et idem in falsis testibus. vt *ff. de re iudi. l. diuus.* Et ad prędicta facit, quod & iudex, & omnes de Cathalonia tenentur obseruare huiusmodi constitutiones: vt vidisti supra in *curia proxima, cap. penultimo. insuper,* & in *curia Illerden. cap. 18.* & ibi dixi. ¶ Et nota in textu ibi, *locatenentes,* &c. ꝙ prohibendo locatenentibus hæc constitutio videtur permittere principalibus fiscalibus
13 & † hi sunt Baiulus generalis Cathaloniæ, & procurator Regius Rossilionis, quibus permissum est vti iurisdictione: vt infra in *curia dñæ Mariæ c. ab seria de la present,* &c. ibi, *entes empero,* &c. ad hoc *l. cum prętor. ff. de iudicijs.* quia prohibendo locatenentibus videtur permittere principalibus à contrario sensu, quod est fortissimum argumentum in iure: vt *ff. de offi. eius cui man. est iur. l. 1. §. huius rei.* ad idē, quia † negando de vno, videtur permissum de reliquo: argumento ex prædictis super *c. nonne.* cum suis cōcor. & vide quæ ibi notantur per *Henr. Boich.* Et ista credo de veritate iuris, & constitut. procedere. Sed de facto videmus, ꝙ
15 locatenentes † Baiuli generalis vtuntur iurisdictione saltem Gerundæ, & hoc fuit introductum per honorabilem Petrū Balleti quondā baiulum generalem, & licentiatū in legibus. Quæro quid
16 si † iudex pronunciet esse procuratorem, qui non est; vel esse tutorem, qui non erat; an valeant gesta post talem sententiā? Videtur, quod sic: vt *ff. quod falso tu. l. 1. §. idem Pomponius.* Sed dic contra in procuratore, & idem in tutore; nisi iudex pronūciet etiam se ratum habiturum, secus si simpliciter administrationem iniunxit, inter quæ est differentia secundum *Bar.* quem vide latius in *alleg. §. idē Pomponius.* & adde quæ notat *G. in spe. tit. de rescriptis. §. 1. vers. vlt.* & *in tit. de syndico. §. 1. vers. quid si iudex pronunciat Syndicum.* Et confirmatur huiusmodi constitutio infra *colla. 6. in curiaCeruariæ, c. in-*
17 *super confirmantes.* vbi etiam † cauetur tā de istis procuratoribus fiscalibus, quam de alijs collectoribus tertiorum, & scriptoribus curiarum, quod si per vim, corruptionē, aut alias indebite aliquid exegerint, aut receperint; ad restitutionem cum eius duplo compelli debent, vide ibi. ¶ In textu, ibi, *ad arbitrium puniantur,* subaudi, pro eo quia vsus fuerit iurisdictione, vel alias ante securita-
18 tem præstitam: quia † punietur tanquam contemptor constitutionis: de quo dixi in *cap. prędicta siquidem in curia Regis Petri Secundi.* Et tanquam priuatus vtens iurisdictione si forsan præsumpserit vti iurisdictione: vt in *curia Barcinon.* supra *collat. proxima, cap. 16.* & dixi supra *cap. proximo:* vel saltem punietur extra ordinē: vt *l. 2. ff. de crimine stellio.* adde quę notantur infra *colla. curia Perpiniani cap. cum secundum:* & vide quæ ibi scripsi latius. Sed si exactionem fecerint, tunc ad restitutionem cum duplo coercebuntur, etiam per ordinarios iudices in hoc casu: & ita loquitur *cap. insuper.* per quod non credo corrigi, quod dicitur in præsenti; sed vnum per aliud intelli-
19 gi, quia † non est nouum priora iura trahi ad posteriora, & econuerso: vt *l. non est nouum,* cum duabus legibus sequentibus. *ff. de legibus.* ¶ Vltimo
20 nota, † quod procurator fiscalis non tenetur se inscribere, licet alius accusator de iure communi teneatur facere dupli scriptionem. Vna est ad pœnam talionis, & hæc non est in vsu. Alia est, per quam promittit se perseueraturum vsq. ad finem, alias non auditur. Et hæc fideiussorem requirit, de quo vide per *Bart. de Salt.* & alios *Doct. in l. qui*
21 *crimen. C. qui accu. non possunt.* Sed † an hæc constitutio habeat locum in fiscalibus curiæ Baiuli generalis, & suorum locatenentiū? Forte non, quia generalis constitutio non comprehendit regaliam, & patrimonium domini Regis, nisi caueatur expresse; vide quæ dicā in *c. ab seria. in curia domina*

22 *na Maria* infra colla. 10. Illud † etiam sciendum est, quod accusare, & facere accusari, & manus inferre, sunt paria: vt *l. inimicitia. de his quibus vt indig.* & notat *Bart. in l. 1. ff. de iure patronatus.*

De executione. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Portarij nequeunt facere executionem sine consilio ordinarij, seu delegati in negotio sibi commisso. declaratur num. 4.*

2 *Exactor tributorum non potest compellere prouinciales ad soluendum tributa, cum iudices ordinarij id faciant.*

3 *Apparitor neminem cogere potest ad soluendum sine iussu iudicis.*

5 *Litigatur captis pignoribus pro laezdis, tributis, pœnis bannis, & alijs iuribus fiscalibus. declaratur distinguendo, num. 6.*

7 *Fisci prærogatiua est, vt litigetur captis pignoribus.*

8 *Prædium præsumi tributarium declaratur sub distinctione.*

9 *Comitatus Barcinonæ non est tributarius.*

10 *Mandata, & sententia iudicum delegatorum sunt mandanda executioni.*

11 *Commissarij hodie sunt sublati.*

12 *Ordo in exequendo est seruandus.*

13 *Appellatur à mero executore excedente ordinem in exequendo.*

14 *Appellari non potest à consilio executionis, nec à consilio dato super forma executionis, & refertur prouisio Regia, & num. 15. traditur ratio dicti.*

16 *Executio alia est mera, alia mixta.*

17 *Merus executor, & mixtus quis dicatur. remissiue, idem num. 35.*

18 *Executor quam sententiam exequi, & nō exequi debeat, & de quibus exceptionibus cognoscere possit, traditur idem num. 38.*

19 *Executores causarum criminalium non debent exequi sententiam, si vident eam iniustam.*

20 *Omissio ordinis necessarij inducit retrotractationem actus.*

21 *Executio vt sit legitime facta, sufficit quod fiat in loco iudicij.*

22 *Merus executor bene potest cognoscere de veritate preeum, in quibus sibi mandatur executio.*

23 *De nullitate sententiæ coram quo agi possit. remissiue.*

24 *Sententia lata contra fiscum absente eius aduocato est nulla.*

25 *Appellatio ab executore an suspendat executionem traditur late.*

26 *Sententia lata in causa appellationis interpositæ ab executione est diffinitiua, licet sententia ipsius executionis sit interlocutoria, idem num. 32.*

27 *Causæ appellationis debent admitti, quamuis nō veræ, dummodo si probatæ forent, essent legitimæ reputādæ.*

28 *Appellationi an sit deferendum, debet prius cognosci, quam cognoscatur de meritis.*

29 *Executio an suspendatur per appellationem in totum, vel in eo quatenus exceditur modus, traditur sub distinctione.*

30 *Appellans ab executore debet exprimere causam, quare appellat, & de ratione num. 31.*

33 *Executionem sententiæ quæ impediant. remissiue.*

34 *Merus executor non potest recusari.*

36 *Prohibita appellatione an censeatur prohibita recusatio, traditur.*

37 *Sententia Principis habet promptam executionem, quamuis ab ea fuerit supplicatum.*

39 *Si vxor se opponit in executione facta in bonis mariti existentibus in terris Baronis ex prouisione Vicarij, officialis Baronis cognoscit de valore dictorum bonorum, & ad hoc traditur pragmatica Regis Iacobi num. 40.*

41 *Vxor non potest se opponere in executione facta pro obligatione mariti, in qua firmauit.*

42 *Pragmatica oppositionis, & optionis mulieris pro suis dote, & sponsalitio nō procedit quando maritus vergit ad inopiam eo quia male vtatur substantia sua: sed tunc habet locum* l. vbi adhuc. C. de iure dotium.

43 *Vxor an habeat tacitam hypothecam in bonis viri pro dote. itidem an habeat hypothecam pro bonis paraphernalibus, sicut pro dote. remissiue.*

44 *Mulier pro sua dote non præfertur prioribus creditoribus habentibus expressam hypothecam.*

45 *Cautio de reddenda dote exigi non potest viro vergente ad inopiam.*

45 *Pragmatica oppositionis, & optionis dotalis non habet locum, quando fit executio in bonis viri pro modica quantitate, & refertur alia Regia pragmatica, & ratio traditur num. 46.*

47 *Oppositio dotalis vxoris non addmittitur quando expensa facienda in tali oppositione verosimiliter excederent debitum.*

48 *Restitutio in integrum non datur pro modico.*

49 *Causa vilis, breuis, & summaria dicitur, in qua plus expenditur pro expensis quam sit valor causæ.*

50 *Querela pacis, & treugæ non datur pro minimo dāno.*

51 *Pragmatica oppositionis dotalis proprie intelliguntur quando fit executio in bonis mariti viuentis, & vbi vxor non firmauerit debitum vnà cum viro, & refertur pragmatica alia Regis Petri.*

52 *Vxor constante matrimonio non debet excludi à iure pignoris.*

53 *Officiales ex officio possunt pro debitoribus facere venditionem bonorum illorum, & non tenentur de euictione in bonis proprijs, quinimo pro dicta euictione remanent obligata bona debitorum, fallit si officiales fuerint in dolo. num. 54.*

55 *Executio sententiæ iudicis appellationis an pertineat ad eum, an ad iudicem primitiuum. remissiue.*

ITem, quod in executionibus faciendis modus non excedatur, statuimus, quod nullus porterius, &c. Casus. Porterij † non possunt facere executiones si-
1
ne consilio ordinarij loci vbi executio imminet facienda: vel etiam de consilio delegati, in negotio sibi commisso. Hoc dicit. Sic † exactor tribu-
2
torum non potest per se compellere prouinciales ad soluendum, sed iudices ordinarij exigent, quibus, & non illis possessio imminet: vt *C. de officio rectorum prouinciæ. l. nullum palatinis* & *C. de exac. tribu.*

3 *tribu. l.in fiscalibus.* Et † apparitor sine iussu iudicis nullum debet compellere ad soluendum: vt *C.de executoribus.l.2.lib.12.* vnde sumpta fuit hęc constitutio. Quidam tamen intelligunt hanc con-
4 stitutionem† in executionibus quæ fiunt pro debitis priuatorum, secus de executionibus, quæ fieri habent pro regalijs, quæ non comprehenduntur sub generalibus verbis huius constitutionis: vt dixi supra *c.* proximo. Et idem seruat de facto baiulus generalis in executionibus tributorum, & lezdarum, & aliorum iuriū regiorum; pro quibus facit executionem per porterios: de quo dicā Deo duce super *cap. Item per tolre vexacio: inf. col-*
5 *lat.10.* Sed † notandum est, quod pro huiusmodi regalijs, lezdis, tributis, pœnis, bannis, & alijs iuribus fiscalibus consueuit litigari captis pignoribus: vt dixi supra *colla: proxima in 2. curia Barci. c.21. Item quod omnis.* super quo credo dicendum,
6 quod † aut petitur fieri executio pro lezdis, tributis, & alijs censibus contra illum, qui alias cōsueuit soluere: & tunc fit executio rigorosa, non spectata sententia, nec alia solemnitate, etiam lite pendente, quia est pręsumptio pro fisco: vt in *authen. de man. prin. §. coges. col. 3.* In textu, ibi: *Fiscus etenim sine praiudicio omnia pracipitat.* & *gloss.* super verbo *pracipitat.* cum ibi etiam notatis per *Dyn.* qui sic inquit. Nota, quod si controuersia est, an tributum solui debeat lite de hoc pendente, cogi debet ille qui inquietatur, vt secundum consuetudinem soluat, & postea causa examinabitur, an tributū debeatur, vel non. Nam pręsumptio est pro fisco: quia omne prædiū præsumitur tributariū; secus vbi præsumptio est pro conuento: quia tūc causa debet prius examinari, quam reus ad solutionem vrgeri, secundum *Iacobum de Bello Visu.*
7 Poterit † tamen pignus capi, vt pignoribus tenentibus litigetur: & in hoc est prærogatiua fisci: vt *l. fina. C. de capiendis & distrahendis pignoribus tributorum. lib.10.* Et hoc seruatur in stylo curiarum, vt dixi in alleg. *cap. Item quod omnis.* Aut ergo debitor fisci est euidenter conuictus, & fit executio appellatione reiecta: vt *l. abstinendum.* & *l. fi. C. quorum appel. non reci.* Aut non est euidenter cōuictus, sed alias fiscus est in possessione, sed est præsumptio pro fisco: vt quia reus possidet prædium tributarium, vel fuit lata sententia pro fisco, pro qua est appellatum: & idem, quia fiet executio lite pendente. Aut nulla est pro fisco præsumptio. Et tunc prius de causa cognoscendum erit, quam reus ad solutionem compellatur: vt *l. nimis propere. C. de execu. rei iudi.* Capient tamē pignora pro quantitate per fiscum petita, non in causam iudicati, sed pro securitate litis; quia fiscus in hoc est priuilegiatus, & seruatur de stylo & consuetudine curiarum, vt dixi, quod pro iuribus fiscalibus consueuit litigari pignoribus tenentibus, & etiam per captionem personarū, saltem vbi bona non reperiantur; vt in pragmatica, quam inserui supra *in alleg. c. Item quod omnis.* Et quidam imperiti huius patrię habent in suis libris antiquis, & inter vsantias huius diœcesis, stylum, siue vsantiam scriptam, sub tenore sequenti: *Vtuntur domini, seu curia, quod non recipiant iuris firmam alicuius super banno exigendo, nisi fuerit pignoribus tenentibus firma facta.* De libro Petri Moles. Probatur etiam, vt *C. de exact. tribu. l. nemo carcerē.* Et notat *glos. in l. fi. C. de capi. & didra. pi. tribu. lib. 10.* Et ita debent intelligi notata per *Iac. de Calseio in suâ Margarita Fisci in 3. dubio, vers. 38. & vers. 39. & vers. 62. & vers. 92.* vide etiam, & adde quæ dicam infra *collat. 6. in curia Perpiniani cap. volumus & concedimus.* & *in c. volumus etiam.* Quod
8 autem dictum est, omne † prædium pręsumi tributarium, intelligo verum in prouincia tributaria: secus est in Italia & alijs prouincijs, quæ iure Italico sua libertate vtuntur; vt *ff. de censibus. l. colonia. & sequentibus.* Comitatus vero † Barcinonæ
9 non est tributarius: vt *ff. de censibus. l. Lusitania.* ibi: *Barcinonenses,* &c. Et nota per *glos. in vsat Barcino. cap. Si quis Iudaeo, vel Sarraceno.* super verbo, *Bur-*
10 *gos.* Nota † ergo hic, quod mandata iudicata & consulta iudicum delegatorum sunt executioni mandanda, vt hic vides, & supra *collat. 3. cap. 14. in prin.* vide quę ibi dixi. Verumtamen commissarij
11 hodie † sunt sublati per constitutionem infra *collat. 10. cap. Item per tolre vexacio.* vide ibi. Item
12 nota hic, † quod modus in executione est seruādus. de quo vide per *Bartolum & Doctores ff. de re iudi. l. à diuo Pio.* & per *Canonistas in cap. quoad cōsultationem. extra de sen. & re iudicata.* Et etiam cauendum, ne fiat executio in bonis moribundi, ne ante nouem dies ab obitu numerādos, alias fieret iniuria. & inuentarium, & quęuis cautio in contrarium facta non valerent; vt *C. de sepul. vio. auth. Item qui domum.* & *authen. Sed nec ante nouē.* Quod
13 si modus † excedatur, licite etiam à mero executore appellatur: vt in allegato *cap. quoad cōsultationem. l. ab executore. ff. de appel.* & *C. quorum ap-*
14 *pel. non reci. l. ab executione.* & ita † à consilio executionis non appellatur, nec à cōsilio dato super forma executionis, & super hoc dudum emanauit prouisio sequens.

¶ Alfonsus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corsicæ, ac Comes Barcinonæ; dilectis & fidelibus suis Vicario Barcinonæ & Valentię, ac Baiulo ciuitatis eiusdem, præsentibus & futuris, salutem & dilectionem. Relatione per fideles nostros A Bene Cōsiliarium, B. de Marimundo, & A. Duray nuntios ciuitatis Barcinonæ ad nostri præsentiam nouerint destinatos: percepimus, quod licet iuxta constitutionem per illustrissimum dominum Iacobum recolendæ memoriæ Regem Aragonum patrem nostrum in generali curia editam, & per nos confirmatam atq; iuratam, à consilio super executione sentētiæ dato appellari non possit: attamen cum vos executionem ipsam facere vultis, iuxta consilium latū, pars, contra quam consilium datum est, prætēdit executionem ipsam non fieri, vt deberet. ob quod vos dubitando super modo & forma executionis ipsius,

dum dicit in casibus, vbi *ad nos, vel officiales nostros non pertineat*, &c. Vnde si querelatus erat clericus solutus, vel etiam coniugatus, & ita punitio criminis non spectat ad Regem, vel officiales eius, tunc Vicarius non debet contra tales criminaliter procedere. quod facit pro ijs, quæ dixi supra
33 proxime. Item † si crimen erat commissum in territorio Baronis, vel alterius, & ibi esset præuentus querelatus ratione dicti criminis, & ita iurisdictio, siue cognitio, & punitio spectaret ad
34 Baronem, vel alium, qui præuenisset: & † sic non spectaret ad dominum Regem, vel eius officiales. Quia non deberet pro eodem crimine criminaliter ad diuersa tribunalia protrahi; tunc & isto casu potest loqui dictus §. *caneat autem Vicarius*. Alias autem non video, cur ad Regem, vel Vicarium non pertineret punitio criminis, cum totus Principatus sit territorium domino Regi ratione sui generalis iurisdictionis; sic & tota Vicaria late sumpta est territorium Vicario. Et ita vtebatur ante ipsum §. *caueat*, nec potest dici, quod §. ille det de nouo iurisdictionem Baronibus, vel alijs. Vnde cogitabitis. Deo duce, si occurret, dicam latius super §. prædicto, quia valde fuit à multis, & sępius dubitatum; nec vidi adhuc qui meliorem intellectum mihi dederit. ¶ Nec
35 dominus † Rex consueuit Baronibus, vel alijs remittere criminosos, super quorum remissione auferri debet. vide *Ioan. de Imola in Clem. pastoralis. de re iudi. super glos.* in verbo *de more*.

In quarta parte nota, quod quædam ciuitates, &
36 villę habent priuilegia: vt Gerundæ. Et † quędam habent consuetudines scriptas, vt Bisulduni, quod nullus, qui iniuriauerit ciuem, vel habitatorem ciuitatis, vel villę, possit guidari, sine voluntate iniuriati. Modo vides hic, quod talibus, & similibus priuilegijs nullatenus præiudicatur per hanc constitutionem. Sic ergo videtur, quod si ille, qui iniuriauerat ciuem huius ciuitatis, fuerit bannitus; & postea citetur pro pace & trenga ad instantiam istius iniuriati, vel alterius: & sic per duos dies assecuretur, prout statuitur hic, certe talis non erit guidatus, nisi ab anno, & ab instantia fisci, & curiæ. Et ita si ciuis velit conqueri de illo suo iniuriatore, poterit facere illum capi, illo guidatico non obstante; quia non potuit guidari in præiudicium ciuis, iuxta priuilegium ciuitatis, cui dominus Rex non vult fieri præiudicium, vt hic littera dicit. Et hoc credo verum, dummodo per illos duos dies non impediatur, quin libere valeat de iure firmare, & pignora tornare, & alia facere, quæ incumbunt ratione illius comparitionis. Iuxta constitutiones pacium & treugarum, & practicam illarum. ¶ Et ita debet intelligi littera ista, quia præsens constitutio solum intendit remouere impedimentum banni; licet forsan aliqui aliter dixerint: de quo vide *Iaco. de Cali. in 15. dubio. §. tertio ordine*. Sed tutius est seruare cautelam prædictam, quæ bene practicatur Gerundæ, vt videlicet ante præsentationem litterarum citatoriarum querelati disbanniantur. Et post factam comparitionem, si recesserint, iterum publicentur pro bannitis, sine alia citatione, vt hic dicitur: sed tutius credo, vt iterum de nouo citentur, & nisi comparuerint, pro crimine banniantur, in casu quo plene fuissent disbanniti, seruando dictam cautelam, & etiam vbiq. ex quacunq. causa bannitus fuerit guidatus, debet de nouo banniri per tres dies mercati: vt infra *colla. proxima, cap. 22. Item ad tollendum abusum*, vide ibi, & adde quæ dicam infra *colla. 6. curiæ Perpinani cap.*
37 *laudantes*. ¶ Item nota, † quod super guidaticis concedendis est forma data officialibus per quandam pragmaticam Regis Petri, quæ est tenoris sequentis.

¶ Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corsicæ, & Comes Barcinonæ. Dilectis, & fidelibus nostris Vicarijs, Subuicarijs, & Baiulis ciuitatum, castrorum, & villarum nostrarum Cathalonię, procuratori de Ballo, & de Turricella de Montegrino, vel eorum locatenentibus pręsentibus, & qui pro tempore fuerint, pręsentium seriem inspecturis, salutem, & dilectionem. Ad audientiam nostram relatu veridico noueritis peruenisse, quod vos præcessorum vestrorum in dictis officijs, qui super infra scriptis imprudenter se habuerunt, vestigijs inhęrentes, per insolentiam indifferenter, & interdum ob aliquorum fauorem, & interdum per sordes concedtis guidatica criminosis, ex quibus Respublica lędit ur, iniuriatis satisfactio differtur, vel aufertur, processus inquisitionum impediuntur, & bonorum annotationes interrumpuntur, & criminosis præbetur audacia delinquendi. ¶ Sane cum prædicta, & quæ in lęsionem iustitiæ, & damnum curiæ nostræ cedunt, pati nullatenus intendamus. Idcirco per hoc nostrum generale edictum prouidemus, & vobis, ac vestrum cuilibet inhibemus expresse, & damus firmiter in mandatis quatenus in criminibus, ex quibus de iure ciuili, vel patriæ, siue ex consuetudine debetur pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut mutilationis membri. [Nota hic,
38 quod † homicidis, & alijs criminosis non est danda securitas; & si detur, non est seruanda: vt in *authen. de man. prin. §. nec homicidis. collat. 4.* Et ibi
39 nota, † quod non poterit contra præsidem, legẽ, vel iustitiam inuocare, quam contempsit: & facit *C. de pre. Imper. offer. l. quoties*, vbi dicitur, quod solus Princeps potest concedere dilatoriam exceptionẽ. Sic & *vsat. quoniam per iniquum*. loquitur in Principe tantum. Sed aliter seruatur.] non guidetis, nec guidare tentetis verbo, vel scriptis aliquem de dictis criminibus inculpatum, sub pœna quingẽtorum morabatinorum auri Regio ærario applicandorum qualibet vice, qua contra præsens mandatum feceritis, vltra officij amissionem, quo priuati censeamini ipso facto. Et nihilominus inhabiles reddamini perpetuo ad officia exercenda. Quodque sub earundem pœnarũ incursu in omnibus guidaticis, quæ ex aliqua rationabili causa

causa concedere generaliter vos contigerit; excipiatis crimina, pro quibus de iure ciuili, vel patriæ, siue ex consuetudine pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut membri mutilatio debeatur. Iniungētes vobis nihilominus sub eisdem pœnis, quod in prædictis omnibus guidaticis, & eorum singulis generalibus, ac etiam specialibus excipiatis, & retineatis expresse, quod salua remaneat bonorum annotatio, & quod anni cursus per ipsa guidatica non interrūpatur vllatenus, seu lædatur; decernentes irrita, & nullius valoris quæcunque guidatica contra, vel vltra præsentem ordinationem nostram de cætero per vos, vel vestrum aliquem facienda. Et ne aliquis super hoc possit ignorantiam allegare, statuimus, vobisq. præcipiendo mandamus, quatenus incontinenti quisq. vestrum nunc dicta officia regentium, & deinceps quilibet ex alijs futuris confestim in principio sui regiminis faciatis; & faciant prædicta omnia, prout supra contenta sunt, voce præconis vna vice singulis mensibus, & præsertim in diebus mercati in locis assuetis publice nunciari: Et in regestris curiæ cuiuslibet regestrari. Dat. Barcinonæ, quarta nonas Decembris, anno 1339. Exa. P.

¶ Post hanc vero pragmaticam etiam emanauit alia domini Regis Alfonsi Dei gratia nunc regnantis. Dat. Barcinonæ quarta die Decembris, anno à Natiuitate Domini 1418. quæ confirmā-
40 do istam etiam vult, † quod crimina, de quibus guidantur, exprimantur in scriptis, & etiam tempus, ad quod guidabuntur. Vides quod non debet concedi guidaticum de crimine mortis: nun-
41 quid † ergo fidantia bannito concessa est seruanda homicidæ? Respondeo. *Gui. de Cug.* dicit, ipsam fidantiam non esse seruandam homicidæ, & alijs, qui de Ecclesia possunt impune extrahi, de quo in *cor. de man. prin. § neq. autem homicida*. Sed *Pe.* dicit eam seruandam: pro cuius opinione facit *ff. de pu. iudi. l. si quis reus. Bald.* vero dicit eam seruādam, si data est causa cognita; alias secus: vt *ff. de pœnis l. relegati*. Et hoc placet *Ang. in l. prima. § non fuit. ff. de dolo*. Et pro hoc facit præsens pragmatica. Et ita credo intelligendum *capitulum. noli. 23. quæst.*
42 *prima*. & est cauta † cognita, quando expressio fit de homicidio in tali guidatico: verum quia in § *iniungentes*. præinsertæ pragmaticæ de annotatione bonorum fit mentio, debes scire quod annota-
43 tio † fit publice, idest edicto, vel litteris ad annotandum missis, quæ dicitur requisitio: vt *ff. de requi. reis l. prima. § præsides*, & *l. 2. 3.* & *5.* Vide super hoc pragmaticam Infantis Iacobi, Comitis Vrgellen. datam in Turricella de Montegrino, 15. Kalendas Decembris, anno Domini 1339.
¶ Est ergo annotatus reus, qui absens est delatus bonis eius absignatis. Et ijs quæ mora peritura sunt etiam infra annum distractis, pretioq. deponendo. Sed post annum in fiscum coguntur. Sed
44 absens † de capitali crimine non damnatur, sed bona eius distribuuntur, vt inopiam sui præster; & infra annum veniens res suas recuperat: prout latius notatur *C. si pœn. app. mors inter. le. eius qui in*
45 *dicto. § præsidis*. Fallit † in officiali: vt *C. de cohartalibus. l. si apparitor, lib. 12.* & ibi notatur in *gl. f.* Sed ibi est speciale regulariter contra: vt *l. absentem. ff.*
46 *de accusa*. ¶ Sed † nunquid potest appellari ab annotatione bonorum? Credo quod non, iuxta notata per *Cy. in l. 2. C. si pœn. ap. mors inter cum sit in dictis*. dic vt notatur de hoc in dicta *l. 1. de requi. re.* super verbo, *requirendus*. vbi videtur *glos.* dicere
47 contrarium. ¶ Sed † quid erit de bonis acquisitis post annotationem, vide in *l. 1. gl. penult. ff. de bo. dam.* & *tex. in glos. ff. man. l. si mandauero. §. is cui. de annotatione bonorū*. vide in *feu. de pace te. & eius vio. cap. 1. §. si vero pacis violator*. & in *authent. de man. prin. §. oportet, collat. 3.* & in *authen. vt nulli. iudi. §. fi.* & vide ibi *Iacobum*. & per *G. in spe. in 3. parte tit. de accu. § sequitur videre contumaciam accusati.*

De Assessore Villæ Franchæ. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Assessor in Villa Francha ponitur, constitutione contraria non obstante.*
2 *Assessor Villæ Franchæ sicut alij iudices in causa criminali non recipiat salarium.*
3 *Assessor Villæ Franchæ est triennalis, & tenet tabulam.*
4 *Ordinarius de iure ignarus an assessorem sibi assumere possit expensis partium, remissiue.*
5 *Iurisperiti spe præmiorum, & non vi debent sumi in assessores.*
6 *Lucratum per assessorem dicitur quasi castrense peculium.*
7 *Alter ex litigantibus petens consilium debet illud soluere.*
8 *Iudex non tenetur sequi consilium consiliariorum, si fuerit contra ius.*
9 *Assessores dicuntur comites quasi comitantes iudicem, cui assident.*
10 *Assessor quis sit traditur.*
11 *Assessor eligitur quandoq. ab ipso iudice, quandoq. à partibus, & aliquando à superiore associatur officiali.*
12 *Gubernator aliquando sibi sumit assessorem in defectum sui ordinarij assessoris.*
13 *Officialis non excusatur per consilium assessoris, quem elegerit, & tenetur ad refectionem expensarum.*
14 *Electio mala assessoris facta per superiorem, vel partes non est imputanda officiali.*
15 *Assessores electi per dominum Regem debent assecurare de tenendo tabulam.*
16 *Officium assessoris consistit in examinatione causæ, & in alijs, quæ referuntur hic.*
17 *Sententia recitata per assessorem, & non per indicem non valet, fallit num. 18.*
19 *Sententia lata per assessorem Vicarij valet, & ratio traditur.*
20 *Sententia valet quamuis lata de consilio assessoris excommunicati, & traditur ibi ratio.*
21 *Iurisperitus ex imperitia non excusatur à dolo.*
22 *Imperitia excusat à dolo, declaratur num. 23.*
24 *Assessor non habet iurisdictionem, declaratur num. 25.*
26 *Clericus an possit esse assessor in curia ciuili traditur.*

Index

27 *Iudex, vel assessor non excusatur faciens contra ius, si secutus fuerit opinionem per Doctores reprobatam; idem num. 30.*
28 *Iudex peritus non debet requirere de necessitate consilium.*
29 *Aduocatus in vna causa non potest esse assessor in eadẽ, nec tenet sententia per eum lata.*
32 *Iudex potest dare assessorem seu consultorem absq. voluntate, & sententia partium, declaratur num. 33.*

ITem statuimus, & etiam ordinamus, ad supplicationem dictæ curiæ, quod in Vicaria Villa Franchæ, vbi
1 non consueuit esse assessor, &c. Casus. † Hodie in Vicaria Villæ Franchæ ponitur assessor, constitutione contraria non obstante. Hoc dicit. Et iste
2 assessor, † sicut alij iudices, non recipiet salarium pro consulendo in criminali causa: vt infra *collat. 6. curia Montissoni cap. insuper.* ¶ Nota hic, quod dudum per constitutionem, quæ est supra *ead. collat. in prima curia Barcino. cap. 23. Item quod aliquis iudex, vel assessor, &c.* fuit prohibitum poni iudicem, vel assessorem, vbi non essent consueti, quod non possent esse in aliquo loco perpetuales; sed hic per hanc constitutionem fuit introductum, vt in Vicaria Villæ Franchæ ponatur assessor, licet ibi antea non fuisset consuetum poni: & in hoc detractum fuit illi. Sed in cæteris confirmatur. Et
3 sic † patet, quod iste dominus assessor Villę Franchæ non erit perpetuus, sed triennalis, & tenebit tabulam, sicut, & quando alij. Nec antequam fuerint à tabula absoluti, possunt etiam nomine consiliariorum assumi: vt infra *colla. proxima. cap. 12. Item vt fraudibus.* vide ibi, & adde quæ dixi supra *allegat. c. Item quod aliquis iudex vel assessor.* ¶ Quæ-
4 ro, † pone, quod est ordinarius aliquis iuris ignarus, nunquid poterit sibi assumere assessorem expensis partium? Quidã, quod no. de quo per *Doct. in cap. 1.* super verbo, *sciam, extra. de æta, & qualit. in Clemen.* & per *Gui. in spe. tit. de asses. §. Salariũ, vers. sed nunquid ordinarius.* Tu dic vt legitur & notatur *extra. de rescriptis, cap. statutum. §. assessorem, lib. 6.*
5 Et nota, † quod iurisperiti spe præmiorum, & non aliqua vi debent in assessores assumi: vt *l. 1. C. de*
6 *domesticis, & assessoribus.* ¶ Item † nota, quod illud, quod lucratur assessor, est quasi castrense peculium: vt *l. velut, C. eod. tit.* & ibi notat *Bart.* ¶ Item
7 quid † si alter tantum litigantium petat consilium? Dic quod dabitur expensis petentis, si iudex contra eum sentiat. Et si duo fuerint consiliarij discordantes, cõmunicabunt tertio salarium.
8 Sed † si consiliarij dicant contra ius, iudex non tenetur sequi eorum consilium; vt late notat *Ioan. de Imola in Clement. 1. de æta. & quali.* super *glos. vlt.*
9 vide ibi ¶ Itẽ nota, † ꝙ assessores dicuntur comites, quasi comitantes iudicem, vel officialem, cui assident: vt *ff. de varijs, & extraordi. cogn. l. Preces. §. Sed & si comites,* ibi *glos.* & *Bart.* exponunt comites, idest, assessores. Quod nota pro assessoribus, quia tempore syndicatus suæ tabulæ poterunt sibi facere constitui salarium ex officio iudicum tabulæ, si iam certum salarium non erat ipsis assessoribus constitutum, secundum *Bart.* vbi supra, quod facit, vt assessor teneatur sequi iudicem, vel officialem, cui datus est pro assidendo, quia assessor est quidam comes, & socius iudicis, & officialis, cui datus est. Sed aliud est in iudice; quia aliud est officium iudicis, & aliud assessoris; *ar. l. si idem. C. de codicillis.* Itẽ habent diuersas Rubricas. ¶ Ad notitiam huius materię assessorum per modum summæ hic videndum est quis sit assessor: & quis debeat eum eligere: & quod sit eius officium. ¶ As-
10 sessor † est is, qui ad consulendum iudicanti, sibiq. assistendum, & instruendum, vt recte causam instruat, & decidat, assumitur, seu associatur: vt *C. de assesso. l. 1.* & aliquando vocatur consiliarius: vt notatur in *spe. eod. tit. §. assessor.* & *tit. de requi. consili.* vt patet allegat. *c. Item vt fraudibus.* ¶ Eligitur
11 autem † assessor quandoq. ab ipso iudice: vt in allegat. *l. 1.* vel à partibus; ꝙ magis congruit, ne possit recusari: vt notatur in *spe. eod. tit. §. eligitur.* Sed & quandoq. à superiore assumitur, & præsidi, vel officiali associatur; vt hic vides; quia per dominum Regẽ tales assessores creantur: sic & assessor Gubernatoris; licet quandoq. Gubernator
12 sibi † assumat in defectum assessoris ordinarij. Et
13 est in hoc differentia, quia quando † per officialem assessor assumitur, tunc nõ excusatur per cõsilium assessoris, si male iudicauerit, quin teneatur ad refectionem expensarum; quia fecit litem suã, licet excusetur à dolo. Sed assessor, qui se peritum dicit, est in lata culpa, quę dolo cõparatur, & tenebitur in totum: vt legitur, & notatur per *glos.* & *Doct. in l. hoc edicto. ff. quod quisq. iur.* vbi ita notatur per *Florianum de Sancto Petro,* à quo ego reportaui Senis in anno à Natiuitate Domini 1423. Secus
14 quando † per partes, vel per superiorẽ assessor eligitur: tunc enim non potest Vicario, Præsidi, vel alij officiali mala electio imputari. Et ideo
15 iste † assessor Villæ Franchæ, & alij, qui ordinarie per dominum Regem præficiuntur in certis locis, habent assecurare de tenendo tabulam pro factis & culpis suis, vt in dictis constitutionibus
16 apparet. ¶ Officium autem † assessoris consistit in examinatione causæ, puta in postulationibus, vt videlicet admittat aduocatum, qui de iure postulare potest; infamem vero, & indignum repellat. Item interrogationibus, & in libellis conuentionalibus recipiendis, si bene concepti sint; vel respuendis, & dilaniandis, si inepte, vel super re illicita concipiantur: *ff. de offi. asses. l. 1.* & *extra. de excep. cap. exceptionem. ff. de offi. proconsul. l. nec quidquam. §. obseruare. ff. de postula. l. quos prohibet. extra. de li. ob. cap. 1. 2.* & 3. Item in edictis proponendis, & in epistolis dictandis; quæ superiori mittuntur; vel relationibus pro dubijs, vel pro pœnis inferendis, & in procitationibus faciendis: *ff. de asses. l. 1.* & *C. à l. fi. 23. q. 4. cap. quæsitum,* & *cap. illud,* & *2. q. 6. cap. si quis insulam.* Item in decretis formãdis, super rebus minorũ alienandis, & super trãsactionibus alimentorum: *ff. eod. l. 1.* & *C. eod. l. 2.*
17 Sed † nunquid valebit sententia, quam non recitauit

tanit iudex, sed assessor? Videtur, quod non, nam sentẽtia recitari debet à iudice, non ab alio: *extra. de consuetu. cap. ad nostram.* Nec etiam ab assessore, vt in *authen. vt defunc. seu. fu eorum. §. illud. collat. 5.* Et
18 hoc est verum regulariter, † fallit tamen in Episcopo, & illustribus personis: vt *extra. de re iudi. c. vltimo. li. 6.* & adde quæ notat *Gui. in Rosario. 11. q. 2. cap. summopere*, super verbo, *proferamus.* Et vide-
19 tur quod † sententię, quas assessor Vicarij, & nõ ipse Vicarius legit in causis pacium & treugarũ, sint nullę per prædicta: sed contra videtur seruari; quod forte tolleratur de consuetudine, vel forsan Vicarius in causis regaliarum reputatur illustris persona, quia repręsentat pręsonam domini Regis, & se pręmittit cõmitib⁹, & alijs, iuxta pragmaticas Regis Martini editas super processibus
20 pacium & treugarum. Quid † si assessor est publicè excommunicatus, nunquid valebit sententia lata de eius consilio? Respondeo, sic, quia ipse non est iudex: ita notat *Geminia. de rescriptis, cap. statutum*, super verbo *assumptum. in glo. Ioan. An.* quę
21 incipit, *pro suspectis. lib. 6.* Item nota, † quod iuris peritus non excusatur à dolo ex imperitia, licet
22 imperitia † in alijs excuset à dolo, iuxta notata latius per *Ang. & Doct. in l. hoc edicto. ff. quod quisq.*
23 *iuris.* hoc verum † credo, nisi erret in puncto iuris, super quo sunt opiniones: de quo dicã statim; & ideo totum est habere plurium peritorum consilium, vt excusetur à dolo, quia quod à pluribus quæritur, melius inuenitur: vt *20. dist. c. de quibus.* & firmum est iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur: *extra. de offi. dele. cap. prudentiam.*
24 Item nota *spe. vbi supra. §. officium. vers.* Item † nota, quod assessor non habet iurisdictionem: *C. eod.*
25 *l. 3.* quod credo verum † de assessore assumpto per officialẽ, vel per partes; secus de assessore, qui per Principem eligitur, præficitur, & creatur; vt sunt isti ordinarij assessores, qui assecurant tenere tabu-
26 lam. Et sicut est assessor Gubernatoris. ¶ Sed † quęro, an clericus possit esse assessor in curia ciuili? Hãc quæstionem ponit *spe. eod. tit. §. debet. vers. sed nunquid clericus*, &c. Sed ego credo, quod in Cathalonia poterit esse assessor sicut iudex, de quo dic vt dixi supra *ead. colla. in prima curia Barcino. cap. 6 Item quod aliquis clericus non possit esse assessor*, &c. & vide *ead. colla. in 2. curia Barcino. c. 15. Item quod aliquis clericus*, &c. dum modo caueat per mere laicos de tenendo tabulam: super quo vide quæ dixi supra in *tertia curia Barcino. cap. 6.* & *16.* & melius in *2. curia Barcino. eiusdem colla. cap. Primo, quod*
27 *omnis.* Sed † nunquid excusetur iudex, vel assessor, qui facit cõtra ius, super quo sunt opiniones? Videtur quod non, si secutus fuerit opinionem communiter reprobatam: de quo dic latius per *Ioan. de Imola in Clem. statutum. de elec. in 2. q. vers. si tamen ex dicto G.* & adde quæ notantur in *spe. tit. de requi. consilij. vers. sed quid si iudex.* Item vide quæ notantur in *Clem. 1. de æta. & quali.* per dictũ *Ioan. de Imola.* adde etiam quę notantur in *Summa Confessorum lib. 3. tit. 5. q. 137. in Rubricella de confessori-*
28 *bus.* ¶ Sed † nunquid iudex habet requirere consilium de necessitate? Dic quod non, si est peritus, secundum *Gui. de Cug. C. de iudi. l. apertissimi*; alias *authen. si contigerit.* ibi posita. Caueant autem ne minus peritos eligant, alias culpa imputabitur eligenti: vt notatur per *Angel. ff. de rei ven. l. vlt. §.*
29 *culpa.* Quid † si iudex tulit sententiam de consilio sapientis, vt est moris, an excusetur propter cõsilium in tabula? Quidam dicunt, quod nõ, quia non tenebatur ipsum sequi, & quia peritum se dixit: *l. 2. ff. quod quisq. iuris*, & imputetur sibi quod malum consilium secutus est: vt *l. 2.* in prin. & *§. fi. ff. man.* & hoc tenet *Iaco. Butur*, & addit *Cy.* quod consultor non tenetur iudici secundum *Angel.* adde quæ notat *Ioan. in Summa Confessorum lib. 2. tit. 5. de assessoribus, & alijs iudicibus, q. 137. cũ per iniquos*
30 *iudices*, &c. excusatur † tamẽ iudex propter opiniones Doctorum, nisi fuerit secutus opinionem communiter reprobatam, secundum *Ioan. de Imola*
31 *in Clem. statutum de elec.* vt dixi. ¶ Quæro † vltimo quid si is, qui primo fuit aduocatus, est in eadem causa postea assessor, nunquid valet sententia per eum lata? Videtur quod sic, licet eam ferre non debuerit: vt *de resti. & ea quæ parit in 11. mense. §. fi.* vel dic secundum *Hubertum*, & *G. in spe. eod. tit. §. vltimo. vers. Sed quid si is.* quod non teneat sententia, debuit enim causam deniadare: vt *ff. de iurisdic. omnium iudic. prætor.* Facit *l. nemo. in fi. C. de assessoribus.* vbi dicitur, ꝙ quibuscunq. aduocationẽ suã præstiterint assessoriæ cuiusq. magistratus colore non audeãt iudicare, ne affectionis suæ aduocationis memor incorrupti iudicis non possit nomen
32 perferre. ¶ Item nota, † quod iudex potest dare assessorẽ, & cõsultorẽ absq. voluntate, & scientia partium, nam iudicium redditur in inuitum, de-
33 bet tamen assessor eligi de communi † voluntate, si partes voluerint concordare: vt notat *Inno. extra. de offi. dele. cap. super quæstionẽ in glos. ex quo enim semel posita*, super verbo *statuimus.* & dixi latius supra *colla. 2. curia Barcinona c. 60. Item, & in omnibus.*

De obseruatione curiarum, & libertatũ. Cap. XXIX.

S V M M A R I V M.

1 *Rex, & suus primogenitus tenentur seruare capitula generalium curiarum.*
2 *Imperator auferre non debet priuilegia, & consuetudines ciuitatum, & aliarum personarum.*
3 *Consuetudines malæ nullo tempore confirmantur.*

INsuper etiam statuimus, & volumus, quod nos, & dictus inclytus Infans Alfonsus carissimus primoge-
1 nitus noster, &c. Statuitur † hic expresse, quod dominus Rex, & primogenitus tenentur seruare capitula curiarum generalium Cathaloniæ, & etiam omnes libertates, priuilegia, vsus, & cõsuetudines quibuscunq. quæ hic confirmantur, prout melius & plenius vsa fuerint, quæ omnia, & singula, supradicta mandantur ab omnibus obseruari. Hoc dicit. ¶ Et vide supra *colla. 2. c. idcirco nos Rex prædictus*, cum concor. ibi positis. & adde infra *colla.*
2 *proxima cap. 36. insuper etiam volumus.* Item † nota, quod Imperator non debet adimere consuetudi-

nes, & priuilegia ciuitatibus, & alijs personis
concessa: nec debet adimere, quæ concessit: vt
scripsi infra *colla. proxima, curia Montisalbi cap. 26.*
3 *in fi.* vltimo nota, † quod male adinuentæ consue-
tudines nec ex longo tempore, nec ex longa
consuetudine confirmantur: vt in *authen. vt nulli
iudicum. §. nulli vero, colla. 9.* facit 8. *dist. cap. mala
consuetudo*, cum si. nec debent nominari consuetu-
dines; vt in dicto *§. nulli vero.*

Capitulum XXX.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio in curijs generalibus fit, ne præiudicentur iura patriæ.*

2 *Libertas Ecclesiastica in quibus consistat. remissiue.*

3 *Faciens statutum, & non habens pro eo potestatem, committit crimen læsæ maiestatis.*

AD hoc nos Infans, &c. Hic primogenitus, &
tota curia generalis firmat, & laudat prædi-
cta capitula per dominum Regem concessa. Sed
Prælati, & personæ Ecclesiasticæ, & Religiosæ
protestati fuerunt, quod sit salua libertas Eccle-
1 siastica, & ius Ecclesiæ. ¶ Et nota, † quod hanc
protestationem non consueuerant facere in cu-
rijs præteritis, nisi in curia Illerdensi, & hic. Sed
amodo in sequentibus curijs similis protestatio
reperitur in firmis prælatorum, & Brachij Eccle-
2 siastici. Et † in quibus consistat libertas Eccle-
siastica dixi supra *eadem colla. in curia Illerdensi,
cap. 19. Item, & prælati.* ¶ Et sit finis huius curiæ
Gerundensis, quæ fuit acta in Claustro Sedis Ge-
rundæ, decima nona kalendas Septembris, anno
â Natiuitate Domini millesimo trecentesimo vi-
3 gesimo primo. Nota, † quod pœna facientis sta-
tutum non habentis potestatem faciendi est, quia
cadit in crimen læsæ Maiestatis, secundum ea
quæ notantur per *Bartolum in l. omnes populi. ff. de
iu. & iu. & iure allegat. tertia, in fine. ff. ad l. Iuliam Ma-
iestatis.*

HIC INCIPIT QVINTA COLLATIO, QVÆ continet generalem curiam in villa Montisalbi celebratam per Serenissimum dominum Alfonsum Tertium, qui fuit filius dicti Serenissimi Regis Iacobi Secundi, quæ continet triginta nouem Capitula; prout sequitur.

Capitulum Primum.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur supplicatio curiæ domini Regis.*

NOuerint vniuersi, quod cum nos Alfonsus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corsicæ, ac Comes Barcinonæ. Intendentes ad pacem, &c. In hoc
1 capitulo primo † ponitur sup
plicatio curiæ domini Regis,
ad eam benigna responsio, & ipsius supplicatio-
nis admissio, concordando cum alijs proœmijs
præteritarum collationũ, & curiarum, in quibus
notatur pia domini Regis ad instantiam, & pacẽ
intentio, & commemoratur Cathalanorum erga
ipsum Regem sincera fidelitas, & deuotio.

De salarijs inquisitorum tabulæ. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Thesaurarij domini Regis ante introitũ officij debent iurare, quod deponent salaria inquisitorum tabulæ, sed hodie hoc non seruatur. num. 2.*

3 *Thesaurarij materia. remissiue.*

IN primis, vt capitulum editum per dominum Re-
1 *gem Iacobum*, &c. Casus. Iurare debent † The-
saurarij domini Regis nomine suo proprio, ante-
quam suo vtantur officio, quod deponent salaria
inquisitorum tabulę tradenda, prout in hoc capi-
2 tulo continetur. Hoc dicit. Sed † hodie non te-
net, quia abrogatum est, de quo dic vt dicam in-
fra in *curia Perpinianj, cap. ad hoc vt salarium.* adde
infra *eadem cap. 2.* & infra in *curia Montissoni col-
la. proxi. cap. iudices tabulæ.* Vide etiam quæ dixi
supra *colla. proxi. in 3. curia Barcinonæ, cap. Item ordi-
namus de consilio.* & in *cap. Item, quod Vicarij, & Ba-
3 iuli curiæ primæ Barcinon. collat.* 4. Et † quia hic fit
mentio de thesaurario, ideo *Iaco. Marquilles* po-
suit hic de materia thesaurorum: de quo vide per
eum hic, & in *vsati. Rusticus vero.* alias est *§. sub vsa
tico Sarracenis.* vide ibi, super verbo *inuenerit.* &
quę ibi apostillaui.

De iudicibus tabulæ. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Proceres in aliquibus locis nouem nominantur, ex quibus dominus Rex, seu eius Baiulus generalis eligit tres in iudices tabulæ.*

ITem ad vitandum fraudes, &c. Ista constitutio
fuit temporalis, & hodie non tenet, nec seruatur.
immo dominus Rex, dat istos iudices tabulæ,
vt fuit dictum supra in *curia Illerdensi, cap. 17.
Item statuimus, volumus, & concedimus*, &c. vide ibi.
1 Sed audiui, † quod in aliquibus locis dant proce-
res ex priuilegio, vel eligunt siue nominant no-
uem, de quibus dominus Rex, vel eius Baiulus ge-
neralis eligit tres, quos dat in iudices tabulæ.

De iuramento, & homagio iudicum tabulæ.

Capitulum IIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudices tabulæ adstringuntur sub sacramento, & homagio inquisitiones complere sine noua commissione, salario, & expensis.*

2 *Iuramenti in animam alterius præstandi forma traditur.*

Item

Item, vt dicta inquisitiones melius compleantur,&c.
1 Casus. Iudices † seu inquisitores tabularum se
habent astringere sub sacramento, & homagio,
quod sine noua commissione, salario, expensis
complebunt inquisitiones, lapsu quatuor mensium non obstante. Hoc dicit. Immo nec obstat
lapsus triennij, nec habet locum *l. properandum. C.
de iudi.* vt dixi supra *collat. proxima, curia 3. Barcino. cap. 7. Item ordinamus de consilio*, super verbo, *eo
2 modo quo eis videbitur faciendum*. Sed † notandum,
quod qui iurat in animam alterius, debet iurare,
& dicere secundum, quod ille credit, & ab illo didicit; & non secundum, quod ipse qui iurat de
se credit, secundum *Inno. in cap. ad hoc de testibus*,
quod fuit extrauagans, & non est in volumine
Decretalium, nec in 6.

De electione notarij tabulæ. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Iudices tabularum e ligunt sibi notarium, & ad eum eligendum tenentur cum iuramento, & homagio.*

2 *Acta facta per notarium tabulæ qui non præstitit iuramentum, non valent.*

Item cum iuxta capitula generalium, &c. Casus.
1 Iudices † tabularum eligunt sibi notarium, &
ad eligendum bonum, & idoneum cum iuramento, & homagio tenentur. Nec contrafaciant precibus, & iurisdictionibus domini Regis, vel cuiuslibet, de hoc vidisti supra *in curia Gerunda, cap. 19.* & in concor. dicam latius in *cap. lo scriua de
2 la taula*, infra *collat.* 10. Sed quid † si notarius tabulæ non præstat iuramentum, de quo habetur in
allegato *cap. lo scriua*, nunquid valebunt acta per
eum? Forte non, cum sit factum contra formam à
constitutione datam, de hoc tamen, Deo dante, dicetur latius in præallegato *cap. lo scriua*.

De salarijs iudicum, & notariorum tabulæ.
Capitulum VI.

SVMMARIVM.

1 *Salaria inquisitorum, & notarij tabulæ taxantur.*

2 *Pro mercede non competit iudicis officium, sed agitur ex promissione mercedis, si intercessit; vel conditione ex statuto.*

Item ne de salarijs dictorũ inquisitorum possit de cætero dubitari, &c. Hic † taxantur salaria inqui-
1 sitorum, & notarij tabulæ pro inquisitionibus faciendis pro quatuor mensibus, qui dantur ad ipsas inquisitiones faciendas. Videlicet pro qualibet die dabũtur militi sex solidi; ciui, vel homini
villæ quatuor solidi; & iurisperito alij quatuor
solidi, & notario seu scriptori duo solidi. Hoc
dicit in effectu præsens constitutio. Et confirmatur infra *collatione proxima in curia Perpiniani,
cap. ad hoc, vt salarium*, & ibi dicitur per quas solutiones huiusmodi salaria exoluantur, vide ibi.
2 Et nota, † quod librarijs, & tabularijs, hoc est notarijs, & alijs, qui faciunt illas artes, non competit iudicis officium, pro eorum mercede; sed
agent ex promissione, si intercessit, vel conditione ex statuto, quo taxatum est salarium; alias si
consueuit locare, operas suas videtur locare: vt *l.
excepta. C. locati.* & *insti. loca. post prin.* de quo vide per
Bar. in l. 1. §. Iudiquoq. ff. de varijs, & extraord. cognit.
& adde quæ scripsi infra *ead. cap. 25. Item quod iudices, aduocati*, &c.

De tabula. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Officiales habentes officia perpetuo, vel ad vitam tenentur habere tabulam, ampliatur, num. 2.*

Item volumus, statuimus, & ordinamus, &c. Constitutio tertiæ curiæ Barcino. supra *collat. proxima, cap. 7. Item ordinamus de consilio*, &c. §. *intelli-
1 gitur tamen*, &c. quæ loquitur † de tabula tenenda per officiales habentes officia perpetuo, vel ad
2 vitam. Hic extendit † ad officiales locorum, qui
ex cambio, aut alias peruenient ad dominum Regem, hoc dicit. Et vide quæ dixi in §. *præallegato.*
& adde infra *collat. 10. c. contra constitutions.* vide
quæ ibi dicam.

Vt notarij curiarum teneant tabulam. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Notarij regentes scribanias curiarum Regiarum, sicuti cæteri officiales Regij, tenentur habere tabulam.*

2 *Præconizatio præmittenda est, quando notarij regentes scribanias curiarum Regiarum assecurant tabulam.*

3 *Clerici non debent poni pro regendis scribanijs curiarum Regiarum.*

4 *Notarius regens scribaniam curiæ Regiæ antequam assecuret tabulam, est puniendus.*

5 *Notario non assecuranti tabulam potest obijci, quod non sit admittendus ad regimen scribaniæ curiæ.*

*Item statuimus, & ordinamus, quod notarij regen-
1 tes scribanias*, &c. Casus. Notarij † regentes
scribanias curiarum Regiarum, tenentur assecurare, & tenere tabulam, prout, & quando alij officiales tenentur. Hoc dicit. Similiter etiam suspenduntur, & ab officijs suspendi, atque ad ipsa officia redire debent, quando, & prout de alijs
officialibus est constitutum; vt infra *collat. sexta
2 curia Perpiniani, cap. Sane quia.* vide ibi. Ex † prædictis ergo habes, quod quando dicti notarij debent assecurare, debet præmitti præconizatio, de
qua vidisti supra *collat. proxima in prima curia Bar-
3 cino. cap. 40. Item quod quotiens.* Item † tales notarij non debent poni clerici: vt supra *colla. proxima in secunda curia Barcino. cap. 15. Item quod aliquis clericus, vel alius homo, qui habeat tonsuram*, &c.
Sed cõtra supra *collat. quarta curia 3. Barcino. c. 10.
Item ordinamus, quod cap.* &c. ibi dum dicit, *vel tenere*, ibi, *pro gerendo officio notariæ clericos, vel laicos*,
&c. Solutio. Ibi non loquitur de regentibus scribanias curiarum. Sed de notarijs, vel verius ibi
loquitur de notarijs, & scribanijs curiarum prælatorum, baronum, & aliorum. Hic loquitur de
scribanijs curiarum Regiarum, quia littera dicit
4 hic, *notrarum.* ¶ Item infertur † hic, quod si
quis tales scribanias curiæ Regiæ regeret antequã
assecurasset, posset puniri tanquam priuatus qui
officium tale gessisset: & ita videtur, quod tene-

Y 2 retur

retur crimine falsi: vt *l. eos. C. de falsis.* & quod gesta per eum essent nulla, iuxta ea quæ dixi supra *in dicta curia tertia Barcinon. cap. 16. Item ordinamus super capitulis*. Item infertur *iunctis cap. infra*
5 *proximo*, & quæ ibi notantur, quod tali † notario posset obijci, quod non assecurauerit, & sic nó admittatur ad regimen talis scribaniæ, donec ipsam securitatem præstiterit, adde quæ dicam infra *cap. proximo.*

De procuratore fiscali. Cap. IX.

S V M M A R I V M.

1 *Locatenentes procuratoris fiscalis non possunt vti iurisdictione, nec executioné facere; quinimo eã petere debent coram Vicarijs, & alijs iudicibus ordinarijs, & pœna traditur num. 18.*
2 *Locũtenentes fiscaliũ sunt adstricti ad tenendã tabulã.*
3 *Fiscales omnes Cathaloniæ sunt locumtenentes, nisi Baiulus generalis.*
4 *Procurator potest ea facere quæ veniunt in consequentiam necessariam mandati specialis, licet non habeat tale speciale mandatum.*
5 *Clausula vniuersalis subsequens non comprehendit maiora expressis, quinimo tantum similia, & paria, & ratio traditur num. 6.*
7 *Procurator cum generali mandato admittitur in his, quæ requirunt speciale mãdatũ; vbi periculũ est in mora.*
8 *Procurator fiscalis non est audiendus sine scriptura sui aduocati fiscalis.*
9 *Contra procuratorem fiscalem excipi potest, quod non sit audiendus; ex quo non assecurauerit tabulam, & ista exceptio potest opponi post litis contestationem, n. 10.*
11 *Exceptio falsi procuratoris seu falsi tutoris nedum potest opponi post contestationem litis, verum etiam & post sententiam, & de ratione.*
12 *Satisdatio rati exigitur ante litis contestationem.*
13 *Procuratores fiscales principales sunt Baiulus generalis Cathaloniæ, & Procurator Regius Rosilionis, qui iurisdictione possunt vti.*
14 *Negando de vno videtur permissum de altero.*
15 *Locatenentes Baiuli generalis de facto vtuntur iurisdictione.*
16 *Gesta post sententiam, qua iudex pronuntiauit esse procuratorem, qui non est, an valeant, traditur, & an idem sit in tutore traditur sub declaratione.*
17 *Procuratores fiscales collectores tertiorum, & scriptores curiarum compelluntur ad restitutionem eius, quod receperint per vim, corruptionem, aut alias indebite cum duplo.*
19 *Priora interpretabuntur ad posteriora.*
20 *Procurator fiscalis non tenetur se subscribere in accusationibus.*
21 *An procurator fiscalis curiæ Baiuli generalis, & suorum locatenentium comprehendatur sub prohibitione istius cap. traditur.*
22 *Paria sunt accusare, & facere accusari.*

Item statuimus, & prohibemus, quod locatenentes procuratoris fiscalis non possint vti iurisdictione,
1 &c. Casus. Locatenentes † procuratoris fiscalis non possint vti iurisdictione, nec facere aliquam executionem. Sed habent petere coram Vicarijs, vel alijs iudicibus ordinarijs, & de his habebunt præstare securitatem in principio sui officij. Et si cõtrafecerint, per inquisitores tabulæ arbitrarie puniũtur. Hoc dicit. Confirmatur hoc *c. inf. coll. 6. in curia Ceruariæ, c. insuper confirmantes*, vide ibi *de pœnis concussionum*. Et ita videtur hic,
2 quod † isti locatenentes fiscalium teneantur adstricti ad tabulam; licet non viderim practicari.
3 Et credo, † quod omnes fiscales in Cathalonia sint locatenentes nisi Baiulus generalis Cathaloniæ, qui est maior fiscalis pro serenissimo dño Rege, adde infra in *curia domini Martini, cap. ab feria*, & vide quæ ibi dicam Deo duce. Nota quod pro-
4 curator † potest ea exigere, licet speciale mãdatũ non habeat quando illa veniunt in consequentiã necessariam eius, quod est mandatum specifice, & principaliter. *Bar. in l. non procu. ff. de no. operis nunti. alleg. l. 1. C. vbi & apud quẽ.* & *C. de iudi. quoti.* & *extra. de resti. in integrum. cap. suscitata.* secundum *An. de Butrio in spica. in vers. procur.* facit *l. 2. ff. de iur. omnium iudicum.* cum suis concor. ad idem *ff. de procur. l. ad rem mobilẽ.* & *l. ad legatum*, & *ff. de condi. in-*
5 *de. l. indebitum.* Item † nota, quod illud, quod dicitur, clausulam generalem subsequutam enumeratione casuum siue specierum, referri ad omnes, verũ est, *similes*, & *pares* expressis, non *dissimiles*. vt *l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino, tri. & oleo. l. 6. ff. cõtrahen. emp. l. si fistulas. §. instrumẽta.* hoc notat *Gui. 1. §. quæsitũ l. sed si quis. ff. si quis cau.* vide *extra. de rescriptis cap. Sedes* & in *Clemen. non potest. de procur. Iac. But.*
6 allegat rationẽ, quia † *præcedentia informant sequentia*, & quia expressio indiuidui complectitur, quæ sunt in specie indiuidui: *ff. de verb. sig. l. seruus*, secundum *An. de Butrio in spica.* vbi supra. Item pro-
7 curator † cum generali mandato addmittitur quando exigitur speciale mandatum, & periculum est in mora: *ff. de procu. l. non solum. §. fi.* & est casus singularis secundum *Bal.* Sed *An. de Butrio* credit, quod interuenit vt defensor. Item nota,
8 quod † procurator fiscalis non debet audiri contra aliquem de crimine delatũ absq. scriptura sui aduocati fiscalis: vt inf. *coll. 9. in curia dñi Perdinãdi, c. Als procuradors fiscals.* vide quæ ibi dixi, & in
9 fra *colla. 10. c. per repos.* Sed † quæro, si talis locũtenens fiscalis, antequã assecurauerit, agat contra aliquem, nunquid poterit excipi, quod non admittatur, donec assecurauit? Credo, quod sic: sicut contra tutorem poterit excipi, quod non fecit inuentarium. *C. ar. tu. l. fin.* & Idem tenet *Ioan. de Imola* de rectore hospitalis, qui satis dare tenetur, & iurare: vt *in Clementina, quia contingit. de reli. domi.* vide ibi in *glossa* super verbo, *inuentaria*. vbi tenet, quod ante præstitum ipsum iuramentum non poterit agere, nec defendere ad instar tutorum per dictam *l. fin.* & idem tenet ibidem
10 *Paulus*. ¶ Sed † nunquid ista exceptio poterit obijci post litem contestatam? & videtur quod sic, quia non videtur verus procurator, sic nec tutor, qui non satis dedit rem pupilli saluam fore. *C. de tu. qui non satis. l. 1.* & 2. vel qui non facit inuentarium.

tarium, falsus esse dicitur: vt *ff. de verb. sig. l. Paulus.* & idem de eo qui non est confirmatus: vt *C. de confir. tu. l.* 1. Et exceptio falsi procuratoris post litis contestationem opponitur: vt *C. de procur. l. licet.* & notatur *extra. de procura. cap. in nostra.* vbi de hoc per *glos.* & *Doct.* & quod prædictæ exceptiones possint tutori post litis contestationem obijci, & opponi, dicit lex *C. de eo qui pro tu. negl. l.* 2. idē de religioso, qui nō potest esse procurator, sine licentia sui Abbatis, vel superioris: vt in *Cle. religiosus de procur.* de quo ibi per *Pau.* & *Gemin.* & vide *Hēric. in præalleg. cap. in nostra.* Immo, & talis exceptio forsan post sententiam opposita redderet iudiciū retro nullum, per iura præallegata, & quia factum contra huiusmodi constitutiones est nullum. Et idē est in falso tutore: vt notatur in *l. 2. C. de eo. qui pro. tu. negl.* & *ff. de adm. tu. l. vulgo.* & dicitur falsus tutor ille, qui non est, vel qui esse non potest tutor: vt *ff. de verb. signifi. l. Paulus.* Et exceptio falsi

11 procuratoris. † & exceptio falsi tutoris possunt opponi post litis contestationem, & post sententiam, quia reddunt iudicium retro nullum: vt *extra. de procura. cap. in nostra.* & *C. eodem. l. licet,* & *vtrobiq. nota de hoc.* Sed in falso tutore distinguitur: vt *l. 1. §. si quis quasi tu. ff. de eo, qui pro tu. negl.* adde quę notantur *ff. quod cum fal. tu. l. interdū tamen.* ¶ Econtra videtur, quia exceptiones dilatoriæ post litē contestatam: vt *C. de proba. l. exceptionem.* dilatoria præterea exceptio procuratoria ante litis contestationem non post opponi debet: vt *C. de procurat. l. ita demum.* & *ff. de procura. l. Filius. §. ve-*

13 *terani.* & *l. qui procur.* in fin. & † rati satisdatio ante litis contestationem exigitur *ff. de procura. l. Pomponius. §. rati.* quid dicendū? Certe (saluo cuiuslibet melius sentientis iudicio) mihi videtur melius dicendum in hoc casu præsentis constitutionis, quod huiusmodi exceptio ante litis contestationem, & post admittatur, si opponatur tali locumtenente. Immo, & iudex si sciat ex officio debet illum agentem repellere, & punire tanquam contemptorem, & violatorem huius constitutionis, quia huius securitas videtur necessaria quasi loco confirmationis, & alias debet haberi pro priuato: iuxta notata supra *cap. proximo.* Et idem videtur de falsis instrumentis: vt *C. si ex falsis instrumentis. l. fi.* Et idem in falsis testibus. vt *ff. de re iudi. l. diuus.* Et ad prędicta facit, quod & iudex, & omnes de Cathalonia tenentur obseruare huiusmodi constitutiones: vt vidisti supra in *curia proxima, cap. penultimo. insuper,* & in *curia Illerden. cap.* 18. & ibi dixi. ¶ Et nota in textu ibi, *locatenentes,* &c. ꝙ prohibendo locatenentibus hæc constitutio videtur permittere principalibus fiscalibus

13 & † hi sunt Baiulus generalis Cathaloniæ, & procurator Regius Rossilionis, quibus permissum est vti iurisdictione: vt infra in *curia dña Maria c. ab feria de la present,* &c. ibi, *entes empero,* &c. ad hoc *l. cum prætor. ff. de iudicijs.* quia prohibendo locatenentibus videtur permittere principalibus à contrario sensu, quod est fortissimum argumentum in iure: vt *ff. de offi. eius cui man. est iur. l. 1. §. huius rei.* ad idē, quia † negando de vno, videtur permissum de reliquo: argumento ex prædictis super *c. nonne.* cum suis cōcor. & vide quæ ibi notantur per *Henr. Boich.* Et ista credo de veritate iuris, & constitut. procedere. Sed de facto videmus, ꝙ

15 locatenentes † Baiuli generalis vtuntur iurisdictione saltem Gerundæ, & hoc fuit introductum per honorabilem Petrū Balleti quondā baiulum generalem, & licentiatū in legibus. Quæro quid

16 si † iudex pronunciet esse procuratorem, qui non est; vel esse tutorem, qui non erat; an valeant gesta post talem sententiā? Videtur, quod sic: vt *ff. quod falso tu. l. 1. §. idem Pomponius.* Sed dic contra in procuratore, & idem in tutore; nisi iudex pronūciet etiam se ratum habiturum, secus si simpliciter administrationem iniunxit, inter quæ est differentia secundum *Bar.* quem vide latius in *alleg. §. idē Pomponius.* & adde quæ notat *G. in spe. tit. de rescriptis. §. 1. vers. vlt.* & *in tit. de syndico. §. 1. vers. quid si iudex pronunciat Syndicum.* Et confirmatur huiusmodi constitutio infra *colla. 6. in curia Ceruariæ, c. in-*

17 *super confirmantes.* vbi etiam † cauetur tā de istis procuratoribus fiscalibus, quam de alijs collectoribus tertiorum, & scriptoribus curiarum, quod si per vim, corruptionē, aut alias indebite aliquid exegerint, aut receperint; ad restitutionem cum eius duplo compelli debent, vide ibi. ¶ In textu, ibi, *ad arbitrium puniantur,* subaudi, pro eo quia vsus fuerit iurisdictione, vel alias ante securita-

18 tem præstitam: quia † punietur tanquam contemptor constitutionis: de quo dixi in *cap. prædicta siquidem in curia Regis Petri Secundi.* Et tanquam priuatus vtens iurisdictione si forsan præsumpserit vti iurisdictione: vt in *curia Barcinon.* supra *collat. proxima, cap. 16.* & dixi supra *cap. proximo:* vel saltem punietur extra ordinē: vt *l. 2. ff. de crimine stellio.* adde quę notantur infra *colla. curia Perpiniani cap. cum secundum.* & vide quæ ibi scripsi latius. Sed si exactionem fecerint, tunc ad restitutionem cum duplo coercebuntur, etiam per ordinarios iudices in hoc casu: & ita loquitur *cap. insuper.* per quod non credo corrigi quod dicitur in præsenti: sed vnum per aliud intelli-

19 gi, quia † non est nouum priora iura trahi ad posteriora, & econuerso: vt *l. non est nouum,* cum duabus legibus sequentibus. *ff. de legibus.* ¶ Vltimo

20 nota, † quod procurator fiscalis non tenetur se inscribere, licet alius accusator de iure communi teneatur facere dupli scriptionem. Vna est ad pœnam talionis, & hæc non est in vsu. Alia est, per quam promittit se perseueraturum vsq. ad finem, alias non auditur. Et hæc fideiussorem requirit, de quo vide per *Bart. de Salt.* & alios *Doct. in l. qui*

21 *crimen. C. qui accu. non possunt.* Sed † an hæc constitutio habeat locum in fiscalibus curiæ Baiuli generalis, & suorum locatenentiū? Forte non, quia generalis constitutio non comprehendit regaliam, & patrimonium domini Regis, nisi caueatur expresse; vide quæ dicā in *c. ab feria. in curia domi-*

3 *tribu. l.in fiscalibus.* Et † apparitor sine iussu iudicis nullum debet compellere ad soluendum: vt *C.de executoribus.l.2.lib.12.* vnde sumpta fuit hęc constitutio. Quidam tamen intelligunt hanc con-
4 stitutionem† in executionibus quæ fiunt pro debitis priuatorum, secus de executionibus, quæ fieri habent pro regalijs, quæ non comprehenduntur sub generalibus verbis huius constitutionis: vt dixi supra *c.proximo.* Et idem seruat de facto baiulus generalis in executionibus tributorum, & lezdarum, & aliorum iuriũ regiorum, pro quibus facit executionem per porterios: de quo dicã Deo duce super *cap. Item per tolre vexacio. inf. col-*
5 *lat.10.* Sed † notandum est, quod pro huiusmodi regalijs, lezdis, tributis, pœnis, bannis, & alijs iuribus fiscalibus consueuit litigari captis pignoribus: vt dixi supra *colla. proxima in 2. curia Barci. c.21. Item quod omnis.* super quo credo dicendum,
6 quod † aut petitur fieri executio pro lezdis, tributis, & alijs censibus contra illum, qui alias cõsueuit soluere: & tunc fit executio rigorosa, non spectata sententia, nec alia solemnitate, etiam lite pendente, quia est pręsumptio pro fisco: vt in *authen. de man. prin. §. coges. col. 3.* In textu, ibi: *Fiscus etenim sine praiudicio omnia pracipitat.* & *gloss.* super verbo, *pracipitat.* cum ibi etiam notatis per *Dyn.* qui sic inquit. Nota, quod si controuersia est, an tributum solui debeat lite de hoc pendente, cogi debet ille qui inquietatur, vt secundum consuetudinem soluat, & postea causa examinabitur, an tributũ debeatur, vel non. Nam pręsumptio est pro fisco: quia omne prædiũ præsumitur tributariũ; secus vbi præsumptio est pro conuento: quia tũc causa debet prius examinari, quam reus ad solutionem vrgeri, secundum *Iacobum de Bello Visu.*
7 Poterit † tamen pignus capi, vt pignoribus tenentibus litigetur: & in hoc est prærogatiua fisci: vt *l.fina. C.de capiendis & distrahendis pignoribus tributorum. lib. 10.* Et hoc seruatur in stylo curiarum, vt dixi in alleg. *cap. Item quod omnis.* Aut ergo debitor fisci est euidenter conuictus, & fit executio appellatione reiecta: vt *l.abstinendum.* & *l.fi. C.quorum appel. non reci.* Aut non est euidenter cõuictus, sed alias fiscus est in possessione, sed est præsumptio pro fisco: vt quia reus possidet prædium tributarium, vel fuit lata sententia pro fisco, pro qua est appellatum: & idem, quia fiet executio lite pendente. Aut nulla est pro fisco præsumptio. Et tunc prius de causa cognoscendum erit, quam reus ad solutionem compellatur: vt *l. nimis propere. C.de execu. rei iudi.* Capient tamẽ pignora pro quantitate per fiscum petita, non in causam iudicati, sed pro securitate litis, quia fiscus in hoc est priuilegiatus, & seruatur de stylo & consuetudine curiarum, vt dixi, quod pro iuribus fiscalibus consueuit litigari pignoribus tenentibus, & etiam per captionem personarũ, saltem vbi bona non reperiantur, vt in pragmatica, quam inserui supra *in alleg. c. Item quod omnis.* Et quidam imperiti huius patrię habent in suis libris antiquis, & inter vsantias huius diœcesis, stylum, siue vsantiam scriptam, sub tenore sequenti: *Vtuntur domini, seu curia, quod non recipiant iuris firmam alicuius super bamo exigendo nisi fuerit pignoribus tenentibus firma facta.* De libro Petri Moles. Probatur etiam, vt *C.de exact. tribu. l.nemo carcerẽ.* Et notat *glos. in l.fi. C.de capi. & distra. pi. tribu. lib. 10.* Et ita debent intelligi notata per *Iac. de Calueio in sua Margarita Fisci in 3. dubio, vers. 38. & vers. 39. & vers. 62. & vers. 92.* vide etiam, & adde quæ dicam infra *collat. 6. in curia Perpiniani cap. volumus & concedimus.* & *in c. volumus etiam.* Quod
8 autem dictum est, omne † prædium pręsumi tributarium, intelligo verum in prouincia tributaria: secus est in Italia & alijs prouincijs, quæ iure Italico sua libertate vtuntur: vt *ff. de censibus. l. co-*
9 *lonia. & sequentibus.* Comitatus vero † Barcinonæ non est tributarius: vt *ff. de censibus. l. Lusitania.* ibi: *Barcinonenses,* &c. Et nota per *glos. in vsat. Barcino. cap. Si quis Iudæo, vel Sarraceno.* super verbo, *Bur-*
10 *gos.* Nota † ergo hic, quod mandata iudicata & consulta iudicum delegatorum sunt executioni mandanda, vt hic vides, & supra *collat. 3. cap. 14. in prin.* vide quę ibi dixi. Verumtamen commissarij
11 hodie † sunt sublati per constitutionem infra *collat. 10. cap. Item per tolre vexacio.* vide ibi. Item
12 nota hic, † quod modus in executione est seruãdus, de quo vide per *Bartolum & Doctores ff. de re iudi. l. à diuo Pio.* & per *Canonistas in cap. quoad cõsultationem. extra de sen. & re iudicata.* Et etiam cauendum, ne fiat executio in bonis moribundi, nec ante nouem dies ab obitu numerãdos, alias fieret iniuria. & inuentarium, & quęuis cautio in contrarium facta non valerent; vt *C. de sepul. viol. auth. Item qui domum.* & *authen. Sed nec ante nouẽ.* Quod
13 si modus † excedatur, licite etiam à mero executore appellatur: vt in allegato *cap. quoad cõsultationem. l. ab executore. ff. de appel.* & *C. quorum ap-*
14 *pel. non reci. l. ab executione.* & ita † à consilio executionis non appellatur, nec à cõsilio dato super forma executionis, & super hoc dudum emanauit prouisio sequens.

¶ Alfonsus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corsicæ, ac Comes Barcinonæ; dilectis & fidelibus suis Vicario Barcinonæ & Valentię, ac Baiulo ciuitatis eiusdem, præsentibus & futuris, salutem & dilectionem. Relatione per fideles nostros A Bene Cõsiliarium, B. de Marimundo, & A. Duray nuntios ciuitatis Barcinonæ ad nostri præsentiam nouerint destinatos: percepimus, quod licet iuxta constitutionem per illustrissimum dominum Iacobum recolendæ memoriæ Regem Aragonum patrem nostrum in generali curia editam, & per nos confirmatam atq; iuratam, à consilio super executione sentẽtiæ dato appellari non possit: attamen cum vos executionem ipsam facere vultis, iuxta consilium latũ, pars, contra quam consilium datum est, prætẽdit executionem ipsam non fieri, vt deberet. ob quod vos dubitando super modo & forma executionis

ipsius,

ipsius vultis habere consilium ab aliquibus iu-
risperitis ciuitatis dictæ. Quo consilio per ipsos
iurisperitos vobis dato, pars, contra quam da-
tum est, ab eo appellat, asserendo hoc fieri posse,
cum dicta constitutio non ad hoc se extendat. Et
propter appellationes ipsas gentes afficiuntur la-
boribus plurimis, & expēsis. Quapropter ad hu-
milem supplicationem propterea vobis exhibi-
tam volentes subditorum nostrorum indebitis
oppressionibus obuiare, tenore præsentium sta-
tuendum ducimus, perpetuis temporibus obser-
uandum, quod sicuti ab executione appellari nō
potest, sic à consilio dato super modo & forma
executionis petitæ non possit per aliquem appel-
15 lari. [Et est ratio † huius, vt sit litium finis, secun-
dum *Gui.* & *Odo.* vt recitat *Ioannes Andreas in spec.*
in 2. parte tit. de appella. §. 1. vers. Et sciat. sub versi-
culo quinto in additione, quæ incipit, *Hoc item l. ac C.*
& cætera.] Nec admittatur aliqua nullitas, seu
exceptio super eo, quin potius executio ipsa illi-
cò fiat, non obstante exceptione quacunque, iu-
xta consilia vobis data. Hoc enim extendi volu-
mus ad negotia præsentia, pendentia, & futura, vt
finis litium conquiescat, & malitijs quorumlibet
obuietur. Mandantes, vobis, cæterisque officiali-
bus nostris præsentibus, & futuris; quod statutū,
seu ordinationem nostram huiusmodi obseruetis
& obseruari tenaciter faciatis, vt superius est præ-
tactum: nec super eo contraire aliquatenus præ-
sumatis. In cuius rei testimonium præsentē char-
tam inde fieri iussimus, nostro pendenti sigillo
munitam. Dat. Oscæ quinto idus Iulij, anno Do-
mini 1330. subscrip. Iaco.

¶ Ad prædicta concordant notata in *spec. tit. de*
executione sententiæ. §. breuiter. vers. sed secundū eū
16 *quæritur qualiter.* Vt † autem in hac materia ple-
nius instruaris, scito ꝙ executio alia est mera, alia
mixta. quæ prosequere vt notatur *extra. de officio*
dele. cap. pastoralis. §. quia vero. & *2. q. 6. §. sunt quo-*
rum. vers. ab executione. & *25. q. 2. cap. & si non cogni-*
17 *tio.* Et ibi etiam notat *Gui.* quis † dicatur merus
executor, vel mixtus. Tu autem vltra illa, quæ
18 ibi notantur circa hoc, sic distingue. Nam † sen-
tentia aut est nulla, aut iniusta, aut annullanda: si
sententia est nulla, vt quia scit eam prolatā à nō
suo iudice, vel per falsas litteras, scilicet, vel alio
modo; tunc eam exequi non tenetur: *extra. de*
cri. fal. c. super eo. & *C. si ex falsis instrumentis. l. indi-*
cari. & *in l. Prætor. ff. de iudi.* & *ff. de condem. causa*
da. lib. 2. Et si hoc coram mero executore oppo-
nitur, non cognoscet ipse de hoc: immo superse-
debit executioni, referendo negotium superiori:
vt *extra. de re iudicata. c. de cætero.* Talis enim sen-
tentia non est exequenda: vt in *l. si Prætor.* Si vero
est iniusta, idest cōtra ius litigatoris, lata ex odio,
vel per imprudentiam iudicis, & similia: vt *ex-*
tra. de re iudi. c. cum inter vos. & hoc coram execu-
tore opponitur, non reuocabit sententiam, nec de
ea cognoscet, quia nō est cognitor, sed executor:
vt in præalleg. *§. quia vero.* immo eam exequitur:
in executione enim nō quæritur, an sit iuste pro-
nuntiatum, nec ne. *C. de vindicta liber. l. 1.* & *de iu-*
di. l. si Prætor. C. de execu. rei iudi. l. si vt proponis. Cæ-
terum si sit annullanda, puta, quia lata est contra
contumacem, postea approbantem iustā causam
absentiæ; quo casu ordinarius debet illum in in-
tegrum restituere: vt *extra de re iudi. cap. cum Ber-*
toldus. Delegatus vero hoc non potest post la-
tam sententiam, cum functus sit officio suo: vt
ff. de re iudi. l. iudex. & *extra. de offi. dele. cap. in litte-*
ris. Siquidem hoc coram executore proponi-
tur. Aut ille qui sententiam exequitur, est maior
illo qui tulit sententiam, & Episcopus, qui iure
ordinario ad hoc tenetur, illam exequitur. Et tūc
executor potest reuocare, quod reuocandum fue-
rit, iure ordinariæ potestatis; vt in præallegata *l.*
si Prætor. §. Marcellus. Aut est minor, & tunc non
potest reuocare, neque cognoscere: sed tamē exe-
quitur, quia minor magistratus non potest cog-
noscere de sententia lata à maiori. *ff. de minoribus.*
l. minor. Ex hac etiā ratione ordinarius nō potest
cognoscere de sententia lata à delegato Princi-
pis, quam illius iussu exequitur; vel eam etiam
reuocare, cum delegatus maior sit eo: vt *extra. de*
officio delega. c. sane. & in præallegato *§. quia vero*,
secundum *Petrum de Sap.* & *Gui. in spec. tit. de exe-*
cu. sent. §. nunc dicendum. vers. quid si mandatur ali-
19 *cui.* Nota † tamen, quod executores causarum cri-
minalium, si vident sententiam iniustam, non de-
bent illam exequi, secundum *Innocentium* & *Bal-*
dum, qui ita notat in *cap. pastoralis. de officio delega.*
20 super verbo *cognitio.* Item nota, † quod licet or-
dinis necessarij omissio inducat retrotractionem
actus: vt *l. non est verisimile. §. fina. ff. quod metus cau-*
sa. tamen executio, omisso iuris ordine facta, non
retractatur, vt ibi notatur singulariter secundum
21 *Baldum.* Item † nota, quod ad hoc vt dicatur le-
gitime facta executio, sufficit, quod fiat in loco
iudicij: non autem est necesse fieri in omnibus lo-
cis vbi haberet patrimonia: vt *l. fina.* & ibi *glos. C.*
de prin. agere in re. lib. 10. Et est casus singularis se-
cundum *Baldum.* In summa nota secundum *Vinc.*
22 ꝙ † merus executor bene poterit cognoscere de
veritate precum, in quibus sibi executio deman-
datur: vt *25. q. 2. c. & si non cognitio.* mera enim exe-
cutio habet implicitam cognitionem: vt ibi pro-
batur; sed vtrum sententia iusta sit, de hoc nō co-
gnoscet, quia non cognitio, sed executio sibi mā-
datur. *§. quia vero:* dic vt supra. Sed coram quo agi
23 possit † de nullitate, vide *Paulum in Clemen. vt ca-*
lumnijs. extra. de re iudi. super glo. in verbo, *de nulli-*
tate. & adde quæ dixi supra *collat. 4. curiæ Illerda*
24 *cap. 14.* Et † nota, quod sententia contra fiscū la-
ta absente aduocato fisci, est nulla: vt *l. si fiscus. ff.*
de iure fisci. & *C. de sent. contra fiscū latis. l. vna. lib. 10.*
de quo vide quæ dicam latius, Deo duce, *in cortis*
Regis Martini. cap. Item per tolre vexacions. infra col-
25 *latione 8.* Quid † si ab executore appelletur? Re-
spondeo, non eo minus sententiam exequatur; nā
ab eo non appellatur, nisi in casibus, de quibus
nota-

notatur *in spec.tit.de appellat.* §.2 *versi.*5. puta, cum modum in exequendo excedit: quod fit, si præcipit fieri missionem in possessionem magnæ rei: vel *l.à diuo Pio.ff.de re iudica.*& in *vsa.si ille, qui plurimus.* cum sufficeret in modica fieri: vel si pro maiori quantitate quam sententia contineat: vel si ante tempus exequatur, scilicet, ante quadrimestre tempus. *C.de appella.l.si quis, prouocatione.* quod prosequere vt notatur *C.quorum appella.non recip. l.ab executo.* Quod si appelletur ab executore eo casu quo fieri potest executio, suspensa est ab eo appellatione recepta. Si res fit mobilis, possessori aufertur, & sequestratur, dāda ei, qui in causa appellationis obtinebit. Si immobilis, fructus rei percepti à tempore appellationis emissę similiter sequestrantur, re ipsa penes appellantem remanente, vt in eadem *l.* scilicet, facta inhibitione per iudicem ad quem, vel etiam ante, quia appellatio facta ab executione ita suspendit sicut facta à diffinitiua. Et nota, ꝙ ita appellatio interposita ab executione, suspendit sicut facta à diffiniti-

26 ua. Et † sententia super tali appellatione facta est diffinitiua, secundum *Bal.in l.2.C. quando fiscus vel priuatus.* Et est casus in *authen. vt nulli iudicum. §. illas vero.verf.super hoc iubemus.collat.nona.* Facit in *anthent.de exhibitreorum.* §.*finius.collat.*5. licet sententia executionis sit interlocutoria, vt statim

27 dicetur inferius. Et nota † etiā, quod causæ appellationis, quamuis non veræ, si tales sint, quæ probatę forent, essent legitimæ reputandæ, debent ad

28 mitti: vt *extra.de appel.c.vt debitus.* Et † antequā de meritis cognoscatur, debet cognosci an appellationi fuerit deferendum, an non: vt *l. & nota. in c.non solum.de appellatione. lib.* 6. Sed numquid in

29 totum † executio suspenditur per appellationē, an in id solum, in quo modus exceditur? Et videtur per eamdem *l.* quod in totum generaliter, & indistincte loquitur. & arg. ad hoc *extra.de appella.c.ad hoc si vna.* Sed resp. quod si in appellatione exprimitur id, in quo exceditur, tunc in eo solo executio suspenditur, & in alio exequi potest. Si vero dicatur, Generaliter appello, quia modum excessistis: nec dicitur in quo, tunc ratione incertitudinis in totum suspenditur: quod tamen fallit in executione censualium & violariorum: vt in Nouella super his edita, & ibi dicam, Deo du-

30 ce. Hinc est, quod † appellans ab executore dicere debet causam quare appellat, secundū *Vber.* Sicut & iudex debet dicere causam quare appellationem non recipit: *ff. de appel.non reci.l.sciendū.*

31 *extra.de appel.cordi.lib.*6. Cum † ergo appellatio ab executione generaliter sit prohibita, debet causa exprimi, cur ab ea appellatur: *argu. ff. de transact.l.cum ij.* §.*causa.ff.de collegijs illicitis.l.*1. secundum *Vber.* Sed hoc non habet dubitationē, quia semper causa rationabilis est exprimenda, nisi à diffinitiua appelletur: *extra.de appellationibus.capit.vt debitus.& cordi*, secundum *Gui. in spe.tit. de executione sentent.* §.*nunc dicendum.verf. In summa.*

32 Ex his habes, † quod sententia executionis est interlocutoria. Et idem notat *Ioannes Andreas in addit.spec. titulo de appellationibus.* §.*in quibus. versic.*

33 *quinto.* vide ibi late. Sed † quæ impediant executionem sententiæ, vide in *spec.eodem tit.scilicet, de*

34 *executione sententia.* §.*postremo.* Sed † an executor possit & debeat exceptiones recusationū admittere, vel recipere? Respondeo, si sit executor sententiæ latæ merus & purus, talis recusari non potest: quod dic vt *extra. de appellationibus.cap.nouit. Glossa* aliter intelligit, sed *Innocentius* dicit ibi in *glossa fina.* notandum, merum executorem non licere recusari. Et ibidem *Baldus* dicit notandum, ꝙ merus executor non recusatur vt suspectus. atque *Ioannes Andreas* videtur approbare vtramque lecturam. *Gui.in spec.tit.de recusationibus.* §. 1.*versic. vltimo*, dicit, quod merus executor non recusatur

35 alleg.*cap.nouit.* Sed quis dicatur † merus executor, dic per *Henricum Boich in cap.de cætero.de re iudic.* in §.*Sed & quis dicatur merus executor:* & per *Bart.ff.de re iudi.l.à diuo Pio.* Adde quæ notantur per *Ioannem de Imola in Clementina, quamuis.de*

36 *foro compe.in q.an autem in tali executione.* Sed † an vbi inhibetur appellatio, sit inhibita recusatio? Respondeo sic, vaga recusatio inhibetur, licet nō possit expresse recusatio prohiberi, iuxta notata per *gl.in* 2.*q.*6.*c.si quis in quacumque.* & est lex canonizata. vide ibi. & per *Archi. in Rosario eadem quæstione.* & per *Ioannem de Imola in Clement.quam-*

37 *uis.de foro competenti.* Item nota, † quod sentētia Principis habet promptam executionem, etiamsi ab ea fuerit supplicatum: vt *C.de precibus Imperatori offerendis.authen.quæ supplicatio.* & notatur in *cap.ex litteris.& cap.suscitata.extra de restit.in integ.*

38 vide pragmaticam super ijs editam. Sed † à tali potest appellari, si modum excedat: vt vidisti, & notatur *extra. de re iudi.cap.quoad consultationem.* Vnde potest tradi pro regula, quod vbicumque dicitur sententia nulla vel annullanda, & ponitur causa iusta, quare summatim debet executor examinare negotium: & si reperiat quod malitiose proponatur, nihilominus exequatur. *C.si ex falsis.l.*2. si bona fide referat: *extra.de re iudica. cap.de cætero.* Alij dicunt, quod executor datus ab alio, quam à Principe exceptionem tenetur remittere: secus si à Principe, qui causam examinauit & diffiniuit. Et idem de executore delegati sui: *extra.de officio delegati.c.si quādo.* Sed si Papa sentētiam ab altero latam mandat exequi, tenetur admittere executiones. Et hanc opinionem recitauit *Innocentius in cap.de cætero.* Alij dicunt, & forte melius, secundum *Henricum in alleg.cap.quoad consultationem.* quod siue sit sententia nulla, siue annullanda, non cogitur exceptionem admittere: vt *extra. de offi.dele.cap.sæpe quæstionum.* §. 1. Potest tamen, si vult, superiori referre proposita: vt in *c. de cætero.* & *C.si ex falsis.l.*2. Procedat ergo, si vult, quantumcumque appelletur, nisi liquido constet per confessionem partiū de exceptione proposita, tunc enim modum excederet, si exequeretur, & posset appellari, vt dictum est supra, & *l.si prætor.* §.*Mar-*

lib. 10. & quod ibi notatur per *glos.* & *Bar.* & alios *Doct.* facit in *authen. de app.* §. *illud. colla.* 4. ad idem,
48 quia † de & pro modico non datur restitutio: *ff. de in integrum resti. l. scio.* & *extra. de rescriptis si proponente.* cum suis concor. & melius in *authen. nisi breuiores. C. de sen. & interlo. omnium iudicum.* & infra *collat. proxima in curia Perpiniani, cap. causa.* Et licet prohibeatur oppositio de decem solidis, & inferius, non tamen propterea dico, quod oppositio admittatur super decem solidis, vbi alias esset causa vilis, sed in causa decem solidorum, & inferius habet pro expedito, quod sit causa vilis, ita quod non debet admitti oppositio: & quæ dicatur modica, & vilis causa, dicetur infra *colla.* 6. *in curia Montissoni cap. causa.* Nec in proxima inserta pragmatica negatur, quin etiam cesset talis oppositio, vbi expensæ oppositionis excederent debitum excedens decem solidos, pro quo peteretur executio; quo casu talis oppositio inutilis reputatur, iuxta ea quæ leguntur, & notantur in *l. tutor qui reportorium. ff. de admi. tu.* & latius in di-
49 cta *l. mediterranee.* vbi inter cætera † notatur, quod vbi plus expenditur in scripturis quam sit valor causæ, illa causa reputatur vilis, breuis, & summaria: vt in *authen. de app.* §. *illud. collat.* 4. & quod in tali causa cessat recursus, & sic non habent locum represaliæ. Et pro hoc esse videtur constitutio *Tarracon. cap. olim,* vbi dicitur, quod pro modicis non cessetur à diuinis: vide ibi: sic etiã stultum esset appellare vbi non est vtilitas; puta, quia forsan plus erit in labore, & expensis quam valeat effectus quæstionis, vt notat *Ioan. Fa. insti. quod cum eo qui in ali. po. est nego. ge. esse di.* super *glos. certi conditio.* in fin. & ista fuit causa, quod in causis minoribus quinquaginta solidorũ procedatur, appellatione remota: vt in allegat. *cap.*
50 *causa.* Faciunt hic, quod † querela pacis, & treugæ non detur pro minimo damno, licet contra viderim, quia agitur de pace reformanda, quę non
51 potest dici modica causa. Vltimo nota, † quod dictæ pragmaticę præinsertę ambę loquuntur, & intelliguntur quando petitur fieri executio in bonis mariti viuentis, quia secus est, quando petitur executio fieri post mortem viri: quo casu si vxor non fuerit nominatim obligata, sed fuerit prior tempore, & potior iure in bonis viri pro dote, & augmento, tunc minime debet fieri executio in dictis bonis pro debitis viri post dotis, & augmenti obligationem contractis, vt continetur in quadam pragmatica Regia seriei sequẽtis.

¶ Petrus Dei gratia Rex Aragonũ. &c. vniuersis & singulis officialibus nostris, & eorum locatenentibus præsentibus, & qui pro tẽpore fuerint, ad quos præsentes peruenerint, salutem & gratiam. Ad humilem supplicationem nobis factam pro parte hominum vniuersitatis villæ Callidis de Monte Bonino vobis dicimus, & mandamus, quod pro debitis quæ viri debent, aut obligati existunt, aut amodo fuerint suis creditoribus quibuscumq. post obligationem dotis, & augmenti eius in bonis dotalibus, seu ratione dotium, & augmenti per viros coniugibus obligatis executionem, vel compulsionem minime faciatis, nisi ipsi coniuges in contractibus debitorum nominatim fuerint obligati. Et hanc prouisionem nostram amodo per vos, & quemlibet vestrum sub incursu iræ, & indignationis nostrę volumus tenaciter obseruari. Datum in loco de Cabanies Episcopi Dertusæ sub nostro sigillo secreto decimo quinto kalendas Nouembris, anno à Natiuitate Domini 1349.

¶ Tunc enim per firmam, & consensum vxoris, quæ erat prior creditrix, factum obligationis secundi creditoris extinguitur hypotheca, & prioritas obligationis dictæ coniugis: vt *ff. qui po. in pig. habeantur. l. creditor.* §. *si secum. de hypotheca.* & *ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. Paulus.* faciunt notata per *Bart. in l. qua dotis. ff. so. ma.* & ideo vxor, quæ firmauit in debito mariti, non potest impedire executionem in bonis viri, licet alias ipsa foret prior in hypotheca; sic in alia pragmatica: supra proxime inserta. Ecce, quod ista prior est in data; & ita vel est reuocata per illam pragmaticam Iacobi, quę disponit, quod fiat extimatio bonorum & de residuo fiat executio, vel est dicẽdum, quod illa loquitur viuente marito, quod patet, quia ibi vxor petit dotem, & sponsalitium, quod est donatio propter nuptias, quam non peteret post mortem viri, hic ista loquitur post mortem viri, quod patet; quia dicit, *pro dote, & augmento.* Et tamen augmentum nõ petitur in vita mariti, quia superuiuenti coniugi debetur ex pacto; & ita intelligendo nullum est contrarium, & expedit iura iuribus concordari, *extra. de elec. cap. cum expedit. lib. 6.* & adde quæ dicam infra *curia Perpinia-*
52 *ni cap. hac nostra.* Item nota, † quod vxor constante matrimonio de iure Romano non debet excludi à iure pignoris: vt *C. qui po. in pig. ha. l. cum tibi pro dote.* Sed hodie in executione censualium, & violariorum habet seruari constitutio domini Alfonsi Quarti Dei gratia nunc regnantis, quę est infra *colla.* 11. *com sobre la conseruacio dels censals mors,* &c. §. *E si cas sera que les dites execucions,* &c. vbi loquitur de oppositione vxorum, quæ fit in bonis maritorum viuentium. Item seruatur §. *E encars que en lo nõbre,* &c. vbi loquitur de executione, cui se opponit vxor post obitum viri, & vide quæ ibi dicam Deo dante, adde quæ dicam infra *colla. proxima curia Regis Petri cap. hac nostra.* super verbo *possidere.* vnum tamen nota, quod quãdo vxor est obligata, vel alias firmauerit in debito viri, pro quo petitur fieri executio, non admittitur oppositio dictę vxoris, vt probant expresse dictę pragmaticæ præinsertę. Vltimo nota, quod
53 officiales † ex officio executionem facientes, possunt in suis personis facere, & firmare instrumenta venditionum; Et ipsi officiales facientes tales venditiones non tenentur de euictione, sed potius tenentur debitores, quorũ bona vẽduntur pro dictis officialibus, vt est casus in *l. si ob causam.*

sam.C.de euic. Et idem est de apparitoribus siue sagionibus.& porterijs executoribus.vt est casus in *l.si pignora.ff.de euic.*& *est glos.in dicta l.ob causam.*
54 nisi † in dolo fuerint,quia tunc tenentur apparitores siue executores.vt in dicta *l.si pignora,*& *l.ait*
55 *prætor.§.si executor.ff.de nego.ge.* Sed † an executio sententiæ latæ per iudicem appellationis pertineat ad eum , vel iudicem primitiuum , vide in *l.eos.C.de app.*& *ff de pac.l.iuie pactum.§.qui prouocauit.* & *l.si quis litigantium.C. de Episcopali audi.*per *Bald.*qui dicit,quod in criminali pertinet ad primitiuum,qui reum detinet captum.

Non debet reassumi ad officium.donec de tabula fuerit absolutus. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Officium iurisdictionis qui rexit non potest aliud regere,nisi primo tabulam tenuerit , & absolutus fuerit, declaratur, & ampliatur num.*2 & 8.
3 *Assessoria gubernatoris est officium Regium.*
4 *Officium qui rexit non debet in eodem loco assumi vt consiliarius.*
5 *Qui ad officium non debet redire ante redditam rationem.*
6 *Officia non sunt continuanda.*
7 *Regentes officia non debent ea deserere, & ire ad rus.*
9 *Facta per officialem,qui licet tabulam non tenuerit fuit iterum admissus ad idem officium,an valeant.remissiue.*
10 *Actus factus contra constitutionem an teneat.remissiue.*

ITem volumus, & perpetuo ordinamus , quod de cætero alicui, qui tenuerit officium iurisdictionis,&c.
1 Casus. † Qui semel rexit iurisdictionis officium non potest tenere aliud , donec tabulam de primo tenuerit , & per sententiam fuerit absolutus,& omnis fraus,quæ fieri posset per interpositam personam in re,vel spe,aboletur.Hoc dicit.Confirmatur hæc consti.infra *colla.proxima curiæ Montisalbi cap.cum iurisdictionis.* & *colla.* 9. *curiæ domini Ferdinandi, cap. contra la pensa.* & *cap. prohibim.*vide,& adde quæ in eis dixi pro melio-
2 ri declaratione huius cōstitutionis.¶Nota,†quod dicit,quod non tenebit aliud officium iurisdictionis simpliciter,ergo nec officium triennale, nec aliud:& per hoc etiam per notata supra *colla.4.in curia 2.Barcino. cap.22. Item cum curia,*&c. dixi hodie in colla. corā dominis Iuratis de quodam qui vult esse assessor gubernatoris,quod non possit esse,quia non est absolutus à tabula iudica-
3 turę, quā olim rexit, quia † assessoria huiusmodi officium est iurisdictionis, quia datur à Rege , & multa facit sine gubernatore, licet omnia fiant in persona gubernatoris:præterea constat,quod iste tenendo tabulam est prohibitus ab officijs triennalibus, quæ sunt minora , ergo etiam est prohibitus ab officio maiori:vt *ff.de Senato.l.qui indignus.*super hoc vide quę dixi supra in *curia Gerunda cap.*28.& infra *ead.cap.*12.*Itē vt fraudibus,*&c.
4 & ibi est casus, quod † in loco,in quo rexit officium,non debet assumi sub nomine consiliarij, vel alias,vt obuietur fraudibus,vt ibi.& *C.de domesticis,*& *protect.l.nemo in prouincijs.*&*l.fi.*vbi apponitur pœna decem librarum contrafacienti. Ad hæc facit *l.vnica.C.de reis postulatis,li.*10.& notata per *Doct.extra.de accu.cap.Deus qui.*& de *simo.cap.accusatum.* & adde infra in *curia dominæ Mariæ c.com segons.*vbi additur, quod officialis contra has constitutiones officium obtinens ilico remoueatur,& alius ponatur &c. vide ibi latius,& in dicto *cap.*22. vbi dicit textus, *Et quod non redeat in aliquo officio nostro quousq. tabulam tenuerit,& inquisitio determinata sit , & completa , & satisfactio facta,* &c. Et quod dicit hic in textu,*non committemus aliquod officium iurisdictionis,*&c. supple,maxime, quia idem est de aliquo alio officio Regio,vt iam *allegat.capitulo vigesimo secundo. Item cum in curia.* & vacat hic argumentum à contrario,quia aliqui dicunt hic supplentes , scilicet secus de alio officio , quod non sit iurisdictionis . Tu dic contra, quia vacat argumentum à contrario vbi contra reperitur in iure:vt in dicto *cap.Item cum in curia.* & *extra.de accu.cap.Deus qui.*& *de sim. cap. accusa-*
5 *tum.cum sim.* Vlterius nota, † quod nō potest quis ad idem officium assumi ante rationem redditam.
6 vide *l.neminem.C.de suscep.& archa.li.*10.nec† debent officia continuari : vt *C. de mu.non continuan.*
7 *lib.*10.*per totū.*Item regentes officia, † non debent ea deserere, & ire ad rus, & est eis pœna : vt*C. si curia rus.habita.vo.*&c. *lib.*10.vide etiam *C. de de-*
8 *curio.l.quis tam.*¶Item nota † hic,quod nec debet dari spes redeundi ad officium,commitendo illud consanguineo , vel alteri sub spe redeundi , post tabulæ absolutionem:vt hic , quia quod vna via prohibetur,&c. vt infra *colla.curia Perpinani cap. cum non debeat.* & *extra. de reg. iuris cap. cum quid vna via,*&*extra.de procura.cap.tua concor.*infra *proximo.*fallit infra *colla.proxima in curia Mon.cap.cum iurisdictionis officia.§. illos autem.* dic, vt ibi notatur: vnde non valent promissiones de dictis officijs quæ de facto quotidie conceduntur eis qui nondum fuerint à tabula purgati , licet ante in-
9 gressum officij purgentur. Sed † pone , quod de facto contra prohibitionem huius constitutionis aliquis,qui olim rexit officium triennale, de quo in tabula nondum est absolutus , admittitur denuo ad aliud officium iurisdictionis, quæro nunquid valebūt acta per illum ? Super hoc vide,quę notat *Ioan.de Imola extra.de regularibus cap.vt professores in Clemen.super glos.*in verbo *officio in vltima q.* adde etiam quæ notantur per *Doct. in l. Barbarius.ff.de offi.prætoris.*videtur,quod nod non tenuerit commissio , quia facta contra legem iuratam, de quo vide per *Ioan.de Imola in Clement.volentes.de hæreticis.in glos.*super verbo *commissis.*in fi. & ibi etiam *Paulus* hoc tenet.adde quæ dixi supra *colla. proxima curia secunda Barcino.cap.4. Item,quod alis*
10 *quod officium.*in fi. Sed † an, & quando valeat actus factus contra constitutiones , vide latius per *Ioan.de Imol.in Clement.prima.de iure patrona.*super *glos.*in verbo *inhibentes.*& infra *colla.proxima in curia*

ria Cernaria cap. praterea ordinamus. & infra *curia domini Ferdinandi cap. confirmants la constitutio. §. E tolents lo abus.*

De assessoribus, & consiliarijs. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Assessor qui fuerit in aliquo loco, in eodem non debet continuare officium donec fuerit absolutus in tabulá, declaratur num. 3.*

2 *Officiales debent sibi assumere assessores expensis proprijs.*

4 *Assessor debet contradicere iudici malefacienti.*

1 ITem, *vt fraudibus*, &c. Casus. † Qui rexit assessoriam in aliquo loco, non potest ibidem assumi sub nomine consiliarij, vel alias, sed assumptus debet remoueri, donec tabulam tenuerit, & per sententiam fuerit absolutus. Et qui contra formam prædictam assumptus fuerit, assidendi, & iudicandi officio tanquam inhabilis perpetuo sit priuatus. Hoc dicit. Et debet pœna decem librarum puniri: vt *l. nemo domesticus. C. de domesticis. & assessoribus.* & præsumitur ambitiosus: vt *l. nemo in prouincijs. C. eod. tit.* adde quæ notantur supra *cap. proximo.* & de assessoribus vide supra *collat. proxi-*
2 *ma curia Gerunda cap. 28.* Vlterius † nota, quod officiales debent sibi assumere assessores proprijs
3 expensis: vt *C. de assesso. l. 1.* Et quod † hic dicitur, intelligo de eo qui rexit officium generalis assessoriæ; secus de illo qui in vna, vel alia causa fuit assumptus, vel datus assessor: quod probat littera in textu hic, dum dicit, *in aliquo loco*, & non dicit, *in aliqua causa.* Item adde hodie infra *curia domini Ferdinandi cap. quia vestrum.* vbi patet, quod assessores assumpti in causis pacium & treugarũ, habẽt tenere tabulam; quod est verum de ordinarijs, secus de delegatis, qui quandoq. dantur propter recusationẽ ordinarij. De assessore Gubernatoris vide supra *colla. proxima curia Gerunda cap. 20.* &
4 in concor. ibi positis. Sed † nota, quod assessor debet contradicere iudici malefacienti: vt *l. omnes iudices. C. de decurio. lib. 10.* cum ibi notatis per *glos.* & *Bar.*

De Vicario. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij poni non debent de eadem Vicaria oriundi seu domiciliati, & ratio traditur ibidem, & num. 10. idem est in assessoribus num. 3.*

2 *Officiales sunt eligendi diuites, & non pauperes.*

4 *Suspicionis iudicis causa iusta referuntur.*

5 *Oriundus, vel domiciliatus in Vicaria an sub nomine regentis Vicariam possit eam regere, traditur.*

6 *Iudex ordinarius recusatus an possit delegare, traditur sub distinctione.*

7 *Suspicio modica repellit iudicem.*

8 *Suspicio est triplex, temeraria, verisimilis, & violenta.*

9 *Iudicem qui pro me tulit sententiam, an possim recusare traditur.*

11 *Vicaria hic sumitur late.*

1 ITẽ *statuimus, vt omnis suspicionis*, &c. Casus. † Nõ debent poni Vicarij, de eadem Vicaria domiciliati, vel etiam oriundi. Hoc dicit. Ratio huius constitutionis habetur in textu. scilicet, vt vitetur omnis materia suspicionis. Olim fuit contra statutum: vt supra *collat. 1. cap. Item generali curia*, &c. vide ibi, de Vicario Rippecursiæ vide supra *colla. proxima in prima curia Barcino. cap. 37. Item vo-*
2 *lumus*, &c. & in *cap. sequenti.* Et scias, † quod officiales debent eligi diuites, & non pauperes: vt *C. de decurio. l. ad subeunda.* Sed tamen potestas, &
3 assessor † non sunt eligendi de ipso loco vnde sunt oriundi: vt *C. de cri. sac. l. vltima.* & *ff. de offi. assess. l. si eadem.* vide quæ notat *Archi. in cap. fundamenta. extra. de elec. lib. 6.* super verbo *excludat.*
4 ¶ Et nota † hic in textu, quod affinitas, cõsanguinitas, amor, odium, vel fauor sunt iustæ causę suspicionis, & ista sunt quæ solent humanum peruertere iudicium. vt nota *11. q. 3. cap. quatuor.* ad idem supra *colla. 3. cap. 3.* vide ibi. Et ita consanguinitas, & alia prædicta sunt iustæ causæ suspicionis, & recusationis iudicis; vt hic, & *extra. de app. cap. postremo.* vbi de hoc: & idem si fuerit in eodem negotio aduocatus; vt in dicto *cap. postremo.* Item si per se, vel per alium in eodem negotio semel sit functus officio: *extra. de offi. dele. cap. in litteris.* Item si præsumendum sit, quod iudex ferat sententiam ad voluntatem alterius partis: *extra. de eo. qui mi. in po. causa rei. ser. cap. cum olim.* Item si sit commensalis aduersarij: *extra. vt lite non contestata. cap. accedens.* Item si aduocatus sic clericus iudicis, potest recusari, nisi partem illam foueat cui patrocinatur clericus suus: *extra. de app. cap. ex insinuatione.* Item clericus aduocatus alterius partis potest esse commensalis iudicis: *extra. de offi. iudi. cap. 1.* & de materia recusationis vide latius in *spe. tit. de recusatione.* & adde quæ dixi supra *in curia Illerden. cap. 15. colla. 4.* vbi ponitur forma
5 recusandi iudicem delegatum. Sed † an domiciliatus, vel oriundus Vicariæ possit eam regere sub nomine regentis? Forte non; quia esset in fraudẽ legi, quod non est faciendum: vt *ff. l. legibus: l. contra legem*, & *l. sequenti.* & quia quod vna via prohibetur, alia via concedi non debet: vt infra *collat. proxima in curia Perpiniani, cap. cum non debeat.* & quia remanet eadem ratio prohibitionis, scilicet, timor suspicionis, &c. alias videretur lex imposita verbis tantum contra *l. 2. in fi. C. coram delegatis.* Item sensum, & non bona nominum vocabula attendere debemus: vt *l. receptitia. C. de consti. pecunia. extra. de verbo. signifi. cap. intelligentia.* cum suis concor. Sed de facto fuit contrarium obseruatum de honorabili Ioan. Margarit milite Gerundæ, qui fuit regens Vicariam Gerundæ in triennio, quo ego simul fui iudex, scilicet, anno à Natiuitate Domini 1440. & idem in sequenti triennio de honorabili B. de Citriario alias Sarriera & milite, male pro mea opinione. dó casum infra *collat. 6. curia Mon. cap. prouidentes statui.* & ibi vide super verbo *quocunq. nomine nuncupentur.* & hanc tenet *Bald. in l. fraus. ff. de le.* & *in l. parabolani.* ¶ Quæro
6 hic, † an iudex ordinarius recusatus possit delegare, quia delegatus non potest: vt *extra. de offi. de-*

leg.cap. iudex.lib. 6. Et videtur, quod ordinarius poſsit: vt in *cap.ſi quis contra clericum. extra. de foro cõpet.* ſed textus ibi non dicit clare, & de hoc ſunt variæ opiniones Doctorum. attamen *An.de Bu.in dicto c.ſi quis contra.* determinat, quod ſi detecta eſt cauſa ſuſpicionis contra iudicem ordinariũ; tunc ordinarius non remanet iudex in illa cauſa, & ſic neq. delegare, neq. cognoſcere poterit de illa: ſed ſi nondum eſt detecta cauſa ſuſpicionis, tunc poterit delegare: vt in dicto *cap.ſi quis contra.* Sed non poterit de cauſa cognoſcere durãte quæſtione recuſationis: vt notat *An. de But. vbi ſupra.* Facit
7 dictum *cap. iudex,* in ratione ſui. Sed † nota, quod modica ſuſpicio repellit iudicem: vt *extra. de iudi. c. cauſam.* quæ vide ibi. Sed modica ſuſpicio nõ debet ſapientis animum immutare. nota *glo. 2. extra. de cri. fal. c. ex conſcientia.* ¶ Itẽ nota, † quod ſuſpicio eſt triplex: temeraria, veriſimilis, & violenta: vt notatur in *glo.ſi.c.ſi quis.extra.de purica.* & *extr. de præſump. c. quia veriſimile.* & latius per *G. in ſpe. ti. de præſump.* vide ibi. Sed † an poſsim recuſare iudi-
9 cem, qui pro me tulit ſentẽtiam? Et videtur, quod non, quia cũ approbauerim interlocutoriam, quã tulit pro me, non debeo eum amodo reprobare: vt *ff. de neg. l. Põponius ſcribit.* & *ff. locati l. cu. l. in fi. ff. de adul. l. ſi vxor in fi.* & *ff. ſol. matri. l. cũ mulier.* Tu dic ſecundũ *G. de Suda. in l. & ideo. ff. de condi. fur.* quia aut pro me prouocante tulit, & tũc non recuſabo; aut pro me non prouocante, & tũc recuſare pote-
10 ro, per dictam *l. & ideo. verſ. in communi.* Sed † quæro, quare de Vicario, & nõ de alijs officialibus in conſtitutionibus huiuſmodi hoc cauetur, vt non ponatur oriundus, vel domiciliatus in eadẽ Vicaria? Reſp. forte ea fuit ratio, quia Vicarius eſt iudex ordinarius totius Vicariæ in cauſis paciũ, & treugarum ſoni emiſsi; & non alij, & in dictis duabus regalijs vertitur pax & tranquillitas, & caſtigatio malefactorũ totius Vicariæ; vt habes latius in forma iuramẽti Vicarij ſupra *colla. 2. c. 1.* licet poſsit dari pro ratione voluntas; quia non omniũ, quæ ſtatuuntur, ratio reddi poteſt: & ideo veritatem inquirere non oportet: vt *ff. de le. l. non omnium.* & adde quæ dixi ſupra *colla. 4. in curia 1. Barci. c. 28. Item q nos.* & dicã infra *c. proximo.* Item
11 quæro † qualiter accipiatur hic Vicaria? Reſp. late: ita, quod domiciliatus in villa Caſtilionis nõ debet eſſe Vicarius Gerun. immo forte nec Vicarius deberet poni Gerundę aliquis domiciliatus, vel oriundus Vicariæ Biſulduni, quia Vicarius Gerundæ habet eſſe Vicarius Biſulduni, licet iſta conſtitutio quandoq. male ſeruetur. Alij dicũt, q de Vicaria Biſulduni poterit poni Vicarius Gerund. quod non credo verum de iure iſtius conſtitutionis, quia Vicarius Gerund. eſt etiam Vicarius Biſulduni, &c. licet viderim abuti, quia honorabilis Ioannes Margarit fuit regens Vicariam Gerundæ ſimul & Vicarius Biſulduni.

Vt non ponantur officiales de banno, nec de guerra. Capitulum XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Homo de banno non debet eſſe officialis in loco, in quo habet ſuos inimicos, & ratio traditur num. 2.*
3 *Qui eſt in treuga non dicitur eſſe in guerra, quamuis non deſinat eſſe de banno.*
4 *Guerra exercitium ceſſat tempore treugæ, quamuis non ceſſet ſuſpicio inimicitiæ.*
5 *De guerra militum. remiſsiue.*
6 *Officialis durante officio ab eo poterit remoueri propter negligentiam, infirmitatem, vel furtum.*

1 ITem cum iuxta capitulum editum, &c. Caſus. † Qui eſt de banno ſiue de guerra, nõ debet præfici in officialem loci vbi habet inimicos, etiam ſi eis de indemnitate cautionẽ præſtaret. Hoc dicit. Et eſt
2 ratio, † quia cautio ſiue ſatiſdatio non mutat malum animũ: vt *inſti. de ſuſpec. tu. §. ſi. in fi.* nec debet quis ſe credere ſuis capitalibus inimicis: vt *extra. vt lite non conteſt. c. accedens in 2.* quia ſi nudius tertius inimici fuerunt, vlciſci ſe vellem irati: vt in *c. accuſatores. 3. q. 5.* adde *cle. paſtoralis. de re. iudi.* & quæ notat *Iac. de Cal. in ſuo Viridar. Militiæ in 10. dubio.* vbi eſt inſerta ſententia, vbi eſt caſus, q non ſemper treuga imponit finem guerrę, quod eſt verum, niſi ſit talis; quæ duret plus quã ſit vita: *ar. l. in vſufructu. ff. de vſufructu.* & adde quę dixi ſupra *colla. 4. in curia Barcino. c. 28. Item q nos,* &c. de quo fit mentio in pręſenti, & confirmatur infra *colla. 10.*
3 *c. tum ſegons,* &c vide ibi. ¶ Nota † tamẽ, quod ille, qui eſt in treuga, non dicitur eſſe in guerra; quia treuga eſt pax ad tẽpus, dũmodo ipſa treuga eſſet duratura toto tẽpore ipſius regiminis, & ita poſſent poni officiales, dũmodo non haberent aduerſarios ſub ea iuriſdictione, alias ſecus, quia rancor & odiũ durant, & durare præſumuntur, & ita ſatiſdatio non ſufficit, vt hic dicitur; & bene, quia ſuſpicio odij eſt vitãda: vt ſupra *cap. proximo.* nam quid gratius & amabilius dare quis inimico poterit, quam ſi ei ad impetendum commiſerit quem lædere forte voluerit? Vt *3. q. 5. c. quia ſuſpecti.* circa prin. Tu dic, quod qui eſt in treuga, nõ deſinit eſſe de bãdo ſiue guerra: vt notat *glo.* & *An. de But. extra. de Iudæis. c. ſignificauit.* & *Iac. de Mõte Iudaico in vſat. Barcin. c. treuga data.* & ibi per *Iac. Marqui-*
4 *lles in ſuo Manna* late. Sed tẽpore † treugæ ceſſat exercitium guerræ, ſed non ceſſat ſuſpicio inimi-
5 citiæ. De † guerra militum, vide ſupra *colla. prox. in 1. curia Barci. c. 27. Item q aliquis miles.* & latius in *Viridario militia Iac. de Cal.* Vlterius nota, q
6 officialis † durante officio propter negligẽtiam, vel propter infirmitatẽ; vel propter furta poteſt de iure ab officio remoueri, & alius ſubrogari, & de furto puniri. Nota bene in *l. ſi quos iudi. C. de off. præfec. orien.* adde *gloſ. extra. de renun. cap. final.*

Officia triennalia nõ debẽt fieri perpetua. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Officia temporalia non debent fieri perpetua.*
2 *Officialis non debet eſſe perpetuus.*
3 *Geſta per officiales datos cõtra cõſtitu. hanc valeãt, nec ne.*
4 *Officium ad beneplacitum æquiparatur perpetuo.*

ITem ſtatuimus & ordinamus, quod capitulum factum per dominum Regem, &c. Hic confirmatur *cap. 2. curia*

curiæ Barcino.supra colla.proxi. quod incipit. *Item, quod aliquod officium prædictorum*, &c. vbi fuit
1 statutum, † quod officia, quæ astringuntur ad tabulam, non donentur ad in perpetuū, nec ad tempus: alias quod donatio non valeret, nec pro officiali haberetur, nec valeret, quod faceret vt officialis. Et hic additur, quod fraus nō fiat per interpositionem personæ, nec alias. Et qui in contrariū fuerint appositi in dictis officijs, decernuntur esse priuati, & amoueri ab officijs supradictis: adde quæ dixi supra *in allegat.c. Item, quod aliquod.* & supra in *ista.colla.c.11. Item volumus, & perpetuo*, &c. vide & adde quæ leguntur & notātur *C. de aduo.*
2 *diuer.indi.l.scimus.* vbi etiam dicitur, † quod officialis non debet esse perpetuus, imo debet esse triennalis: vt *l.defensoribus*, cum *glo. C. de defen.ciui-*
3 *tatis.* ¶ Sed † an gesta, per tales interim ante remotionem facta valeant: dic vt notatur in *Clem. vt professores de regula super gl.f.* in verbo *irritum*, &
4 vide in *c.præallegat:* hic cōfirmato. Vltimo † nota, quod officium ad beneplacitum æquiparatur perpetuo: vt *ff.de excu.tu.l.iurisperitos.* Sed hoc intellige nisi quando officium est triennale, per cōstitutionem, vt hic, cum similibus.

De residentia officialium. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Officiales vtentes iurisdictione tenentur facere residentiam cōtinuam, & personalem in locis, in quibus ipsa officia rexerint.*

2 *Officialis exire non potest extra ciuitatem in qua habet officium.*

3 *Officialis seruiens per octo menses cōsequitur salarium totius anni.*

4 *Officiales tenentes facere residentiam personalem non possunt facere locumtenentes, & quamuis rexerint per locumtenentes salarium consequi non possunt.*

ITem, φ *Vicarij, Subuicarij, curiæ, Baiuli*, &c. alias incipit: *Itē statuimus, & ordinamus, quod Vicarij*,
1 &c. Casus. † Officiales iurisdictione vtentes, tenentur facere residentiam continuam, & personalem, in locis, in quibus ipsa officia rexerint. Et si fuerint de domo principis, etiā si ad curiam ipsius principis venerint, nō habebunt albaranum quitationis, & nihilominus tenentur ad residentiam
2 supradictam. Hoc dicit. Sic † etiam de iure communi officialis extra ciuitatem, in qua habet officium, exire non potest, vt *C.de aduo. di. indi. l.2.*
3 ¶ Et † licet per duos menses tantū in anno ipsam residentiam cessauerint, salarium illius anni amittent, de cuius amissione, gratia, vel remissio fieri non potest: vt infra *colla.6. in curia Ceruariæ c.15. confirmantes deinde.* &c. vide ibi: & adde quæ notantur in simili *extra.de cle.non resi.c.vnico.lib.6.* Et nisi de duobus mensibus cautū foret; alias potuissent forte per quatuor menses se absentare, quia si per octo menses seruierit, totius anni redditus consequi videtur *ar.ff.de annuis le.l.a nobis*, secūdū *Gui.* qui ita notat sup *glo.* quę incipit, *horis interpositis*, posita in *c.hi qui in Eccles.21.q.3.* vide quæ ibi
4 notantur. ¶ Et per hoc, † quod hic dicitur, φ officiales faciant residentiā personalē, est argumentū φ non debeant facere locumtenentes. Et φ licet per locumtenentes rexerint salarium, tamē habere non possint, argumento supra *cap. proxi.* Et φ dicit, *etiam si ad curiam venerint subuoluntarie*, secus si fuerint personaliter citati sine culpa sua. Item secus, si prosequendo iura officij se absentauerint: quia residere videtur, qui prosequitur iura sui officij: vt *extra. de clericis non resi.cap.ex parte tua.*

Dominus Rex potest officiales ante tempus tabulę punire. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Officialis delinquens potest durāte officio, & ante tēpus tabulæ puniri per dn̄m Regem, vel de eius mandato.*

2 *Gubernator sine speciali mādato Principis, non potest punire officiales adstrictos ad tabulam durante eorum officio.*

3 *Officiales triennales non debent conueniri ante tempus tabulæ pro causa ciuili, nec pro criminali extra locum vbi seruire coguntur. Fallit in causa huius constitutionis.*

ITem *statuimus, & ordinamus, quod si aliquis officia-*
1 *lis noster regendo officium*, &c. Casus. † Officialis, qui regendo officium deliquerit, vel iniuriā alicui fecerit, potest durante officio, & ante tempus tabulæ per dominum Regem, vel de eius mādato puniri; si ipsi domino Regi placuerit. Hoc dicit. Concor. supra *colla.4 in curia Illerden.c.17. Item statuimus, volumus, & concedimus.* in §. *Saluo, & retēto.* & vide ac repete hic quæ ibi dixi. ¶ Et est hic
2 argumentū † pro me, quia sæpius dixi, quod Gubernator sine speciali mādato Principis non possit, nec debeat punire officiales ad tabulā adstrictos durante eorum officio, prę sertim ad querelam priuatorum, alias nil esset hic speciale Principis: vt *l.nulli.C.de defen.ciui.* cuius contrariū vult præsens constitutio. ad idem supra *colla.proxi.in curia Gerun.cap.Item statuimus, quod capitulum*, & est temporale, loquitur, de sono, vide ibi, *nos*, &c. adde quę dicam infra *colla. proxi.curia Ceruariæ c. prætercà, quia præseruationes.* pro hoc facit in *authen.vt iudices sine quoquo suffragio.§.si quis autem.vers.amē*, &c. in *gl.f.* super verbo *habentes.* ibi ergo durante officio conuenitur hic ordinarius in his casibus, nec mirum, quia coram Principe hoc fit, &c. Et hoc videtur sentire *Iaco. de Calicio.* qui hunc casum numerauit, & posuit inter prærogatiuas, & pręcipuitates domini Regis; de quo vide latius in *Curiali, & exgrauatorio curiarum, in septimo dubio, vers.56. quia magistratus delinquens*, &c. Tamen quandoque visum fuit, quod Gubernator vsus fuit de contrario; nescio si inde habet speciale mandatum à domino Rege, vel an fuerit abusus, & hoc videtur innuere *Iaco. de Calicio in suo Lucidario seu octauo dubio.vers. & probatur eƒ tiam, quoniam in Cathalonia*, &c. vnde breuiter de veritate iuris, & harum constitutionum credo di-
3 cendum, † quod officiales triennales non debeant conueniri, nec trahi extra terminos loci vbi seruire cogūtur ante tēpus tabubulę pro causa ciuili?

vt *C. de decurio. l. curiales vltra lib.* 10. nec pro criminali, nisi in casu huius cap. pro quo *l. quod promulgatis. C. de offi. præfecti vrbis.* verum temporales secus perpetui. *de pupil. §. si quis ipsi præstari. ff. de no. op. nuncia.*

De Subbaiulis, & capitibus excubiarum. Capitulum XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Subbaiuli eliguntur per Baiulum, & non per dominum Regem, de quorum culpis Baiuli tenentur in subsidium. Idem statuitur de capitibus excubiarum.*
2 *Officiales possunt in tabula syndicari pro culpis, negligentijs, & delictis.*
3 *Eligenti imputatur culpa, & factum electi.*
4 *Vicarij, & Baiuli tenentur in subsidium pro culpis, negligentijs, & delictis sagionum, quos elegerint in officijs curiarum suarum.*
5 *Magistratus tenentur de mala electione tutorum, & curatorum.*
6 *Officiales tenentur de dolo, & culpa ministrorum per eos electorum.*
7 *Locumtenentes officialiũ triennalium debent assecurare de tenendo tabulam non minus atque ipsi officiales.*
8 *Rex non ponit Subbaiulos nec capita excubiarum.*
9 *Capita excubiarum non debent poni, nisi vbi est fieri assuetum.*
10 *Baiulus est superior Subbaiulo, quem elegit.*
11 *Baiulus exequi non potest in subsidium pro condemnatione Subbaiuli per eum electi; absq. nouo processu, & condemnatione facta contra Baiulum.*
12 *Condemnato principali vtrum censeatur condemnatus fideiussor, discriminatim traditur.*
13 *Baiuli an teneantur de culpis sagionum quos creant. remisiue.*
14 *Baiuli tenentur partibus pro damnis illatis per Subbaiulos per eos positos ad electionem domini Regis, quãuis non teneantur dño Regi, & ratio traditur ibidem.*
15 *Exceptiones competentes fideiussori ex persona rei cõpetunt etiam compromissori.*
16 *Fideiussor nõ potest se obligare in plus quã principalis.*
17 *Fideiussor offerens debitum creditori potest eum compellere, vt sibi cedat actiones.*
18 *Fdeiussor nõ potest dari, qui de facto nõ potest cõueniri.*
19 *Fideiussor qualiter teneatur qui non repræsentat reum criminis, pro quo fideiussit. remisiue.*
20 *Passus nomen suum scribi vt fideiussor populi, habetur pro fideiussore.*
21 *Cautela vt liberetur fideiussor, traditur.*
22 *Fideiussor publici officij quamuis renuntiauerit* authen. Præsente. C. de fideiussoribus. *non potest conueniri nisi discusso prius officio.*
23 *Fideiussor non debet emere, quod soluere tenetur.*
24 *Fideiussor ante executionem habet beneficium cedendarum actionum.*

Item statuimus, & ordinamus, quod Subbaiuli ponantur, & eligantur, &c. Casus. † Subbaiuli per
1 Baiulum, & non per dominum Regem eliguntur; & habent assecurare de tenendo tabulã. De quorum culpis ipsi Baiuli tenentur in subsidium, cum eorum mala electio sit in culpa. Et idem statuitur
2 hic de caps de goytes. Hoc dicit. ¶ Nota † hic, ꝙ officiales tenentur, & possunt in tabula syndicari pro culpis, negligentijs, & delictis: & ad id quod dicitur, *de negligentia*, adde in cõstitutione censua-
3 lium, & ibi dicetur in *cap. Item nota*, † *quod mala electio est in culpa, & imputatur eligenti culpa, & factum electi: vt l. 1. §. magistri. ff. de exercitorio. & ff. de rei ven. l. vtiq. §. culpa.* & sic eligens tenetur de culpa electi, quia ex propria culpa: vt *ff. locati. l. videamus.* in prin. & *ff. commo. l. eum qui. §. sed si dũ refertur.* & vide quæ ibi notantur per *glo.* & adde quæ scripsi supra *colla. 1. in 1. curia Barcino. cap. 11. Item iubemus firmiter.* adde etiã notata per *Doct. in vsat. tutores. in q. pone, Baiulus.* Et ideo patet hic argumẽ
4 tum optimum, † quod Vicarij & Baiuli saltem in subsidium tenentur de culpis, negligentijs, & delictis sagionum, quos elegerint in officijs curiarũ suarum: vt supra *colla. 1. c. Item iubemus firmiter.* & ibi dixi: & adde supra *colla. proxi. in 3. curia Barci.*
5 *c. 14. ti. de sagionibus.* vide quæ ibi scripsi. sicut † etiam magistratus tenentur de mala electione tutorum, & curatorum: vt *C. de Magistratibus conueniendis, per totum.* quæ materia hic posset adaptari. Itẽ
6 officiales † principales ad aliquod officium deputati tenentur de dolo & culpa ministrorũ per eos electorum, vel sibi assignatorũ, sicut ipsi principales tenentur inuicem vnus pro alio, secundum *Ange.* quem vide in *l. ex facto. ff. de neg. ge.* ¶ Sed
7 nunquid † locatenentes officialium triennalium habent assecurare de tenendo tabulam sicuti ipsi officiales principales? ar. quod sic, vt hic de Subbaiulis dicitur, qui sunt quidam locumtenentes Baiuli; & videtur casus supra *colla. proxi. curia 3. Barc. c. 16. Item ordinamus, quod super capitulis.* solummodo quidam distinguunt, quia aut officialis principalis antequam constituat locumtenentem, assecurauit; & tunc eius locumtenens non tenetur assecurare amplius, quia constituẽtes tenentur de culpis locumtenentium, per ea quę statim dicta sunt. Aut officialis principalis nullatenus assecurauit; & tunc eius locumtenens debet assecurare; vt in dicto *c. Item ordinamus*, pro contrario allegato, & ita de consuetudine obseruatur in quibusdam locis, vt in villa Perpiniani, & in villa Figueriarũ: de facto tamen in pluribus locis nõ permittuntur vti locumtenentes, nisi ipsimet assecurauerint, quãuis & sui principales assecurassent: quod est tu-
8 tius. ¶ Item nota, † quod dominus Rex non ponit Subbaiulos, vel capita excubiarum, vt hic, & infra. *colla. 6. curia Montissoni cap. approbantes.* ¶ Item
9 nota, † hic in fine textus, quod capita excubiarum non debent poni, nisi vbi consueuerunt, adde quę
10 dicam in *allegat. cap. approbantes.* ¶ Item † nota, ꝙ Baiulus est superior Subbaiulo, quem elegit, & potest sibi inhibere & mandare; & Subbaiulus tenetur reddere computum Baiulo, & forte Baiulus posset eum remouere ab officio ex causa legitima. quod tamen quidam non concedunt, cum teneatur adstrictus ad tabulam; & ideo ante tempus tabulæ, nõ possit puniri, nisi per dominũ Regem,

vel

vel de eius mandato: vt supra *cap. proximo.* quod est tutius tenere: vnde caueat sibi Baiulus, quod bonum eligat Subbaiulum, & quod idoneam prestet satisdationem, ne forte ipse exigatur in subsidiũ, ne forte excusaret eum nominatio de tali Subbaiulo facta per dominum Regem, ad cuius mandatum sępius de facto tales Subbaiuli per dictos Baiulos quasi inuitos eliguntur, & ponuntur. ¶ Sed
11 quæro † hic: Subbaiulus fuit in tabula condemnatus; reperitur non soluendo, vel alias ab eo iustitia conse.qui non potest; ita quod Baiulus, qui eũ elegerat, tenetur in subsidium, vt hic: nunquid poterit fieri executio contra Baiulũ, sine nouo processu ex condemnatione facta de Subbaiulo? Videtur quod sic, quia est fideiussor de iudicato soluendo, vt hic patet; & non potest se defendere, ꝙ non fuerit in culpa eligendi, quia eo ipso, quod constat quod elegisset, & quia Subbaiulus ab eo electus est condemnatus, videtur Baiulus conuentus, & condemnatus. Et licet istud verum putarẽ, tamen tutius est, quod petatur etiam Baiulum in subsidium condemnari, vt sic etiã fideiussores Ba-
12 iuli teneantur. ¶ Vtrum † autem, & quando condemnato principali intelligatur condemnatus fideiussor, distingue: quia aut est fideiussor cõtract⁹, aut iudicij. In contractu, condemnato principali, non intelligitur condẽnatus fideiussor contractus; sed cum eo agendum erit actione ex stipulatu: vt *ff. de fideiusso. l. græce. §. si cum fideiussore.* Si vero fideiussor non interuenit in iudicio, sed tantum promisit de iudicio sisti; tunc, condemnato reo, est absolutus fideiussor: quia iam adimpleuit quod promisit, quia fecit reum iudicio sistere; vt dicta *l. græce. §. 1.* Si autem iudicatum solui promiserit; tunc condemnato reo, & per cõsequens fideiussor condemnatus intelligitur: *ff. iudi. solui. l. 1.* Et est idem si totius causę acceptus est fideiussor: vt dicto §. 1. ad fi. & de hoc vide per *Bar. in l. 1. §. cum antẽ. C. de ys qui ad Ecclesiã confugiunt.* & per *Ioã. Andreã in c.*
13 *vnico de iniurijs. li. 6.* Sed † an Baiuli teneantur de culpis sagionum, quos creant, vide supra *colla. proxi. in 3. curia Barcino. c. 14. Item ordinamus super cap. facto,* &c. *Rubri. de sagionibus.* ibi in *§. Vlterius quæri-*
14 *tur an officialis creans,* &c. Sed † videmus, quod hodie Baiuli non ponunt nisi Subbaiulos, quos dñs Rex eligit, nunquid igitur erit Baiulus à culpa excusatus? Videtur quod sic, quia sacrilegij instar habent, &c. vt *l. disputari. C. de cri. sacri.* in contrarium videtur, quia electio per Regem facta cõtra constitutiones non valet, & ipsa huiusmodi constitutio dicit Baiulum teneri de mala electione. Dico, quod si electus à Rege per Baiulũ ponatur Subbaiulus, non tenebitur domino Regi; sed tenebitur priuatis, quos læserit, quia baiulus non tebatur parere domino Regi contra constitutionem iuratam, vel saltem debuit consultare, & secundã iussionem expectare. imputatur enim Baiulo, qui præposuit Subbaiulum inutilem: vt *l. 1. §. magi-*
15 *stri. ff. de exercitoria.* ¶ Item † nota, quod exceptiones, quæ competunt fideiussori ex persona rei, competunt compromissori, qui obligauit se pro non obligato, vt notatur in *l. 1. §. exceptionis. ff. quarum rerum ac. non detur.* vide *Gui. de Suda. in allegat. l. præsenti.* & adde quæ scripsi supra *in curia proxima Gerundæ cap. 27. Item statuimus, & etiam ordinamus, quod si aliquis fuerit bannitus,* &c. ibi in *vers. Item etiam quæro, an bannitus possit cedere actiones,*
16 &c. Item etiam † nota, quod fideiussor acceptus in plus quam principalis, dicitur fideiussor contra formã. Textus est singularis in *l. generaliter. §.*
17 *fin. C. de fideius.* secundũ *Bald.* Itẽ nota † etiã, quod fideiussor offerens debitum, potest compellere creditorem, vt cedat sibi actiones: vt notat *Gui. de Suda. in l. nulla. C. de solut.* etiam si à creditore non conueniatur. Sed si sunt plures fideiussores, dic cessionem faciendam pro parte, vt notat *Azo in Summa eod. tit. §. conuentus.* vide per *Bar.* latius *ff. de*
18 *solutio. l. Modestinus.* ¶ Vlterius nota, † quod non licet dare fideiussorem, qui de facto conueniri non potest, secundum *Bart. in l. qui satisdare. ff. de fideius.* & in *glos. in l. 2. ff. qui satis cog.* adde quæ dixi supra *colla. proxi. in 2. curia Barcin. c. Primo, quod*
19 *omnis.* Sed † an, & qualiter teneatur fideiussor, qui non exhibet reum criminis, pro quo fideiussit, vide per *glos.* & *Gui. in Rosario 23. q. 5. cap. cum homo,* super verbo *supplicium.* & adde quæ leguntur, & notatur in *l. si barsatoram. C. de fideiusso.* & *ff.*
20 *de custo. reorum. l. si quis reum.* ¶ Nota † etiam casum singularem, & specialem in fideiussore populi, vt si quis passus sit nomẽ suum vt fideiussor in actis scribi, quod habetur pro stipulatione: vt *ff. de fideius. l. cum ostendimus.* & non est alibi secundũ *Bald.*
21 ¶ Vltimo nota † cautelam, quod si reus principalis non sit soluendo, & creditor agit contra fideiussorem, & fideiussor debeat succumbere, faciat reum principalem procuratorem in rẽ suam, & fideiussor liberabitur, & non poterit agi contra eum: istud ponitur in *l. si cum venditor. §. si ser-*
22 *uus. ff. de euictionibus.* Item † nota, quod licet fideiussor contractus, qui renunciauit *authen. præsente.* cum si. possit statim conueniri non discusso principali, secus tamen est in fideiussore publici officij, qui officialis debet prius discuti: vt notat *Ioan. de Platea. C. de periculo eorum qui pro magistratu interuenerint. lib. 11.* & in *l. prima. C. de conuen. fisci. debito.* potest tamen hodie cõueniri fideiussor ante principalem, quando reus non potest: vt *l. 3. §. si is. vers. sed si tu.* & ibi *Bart. ff. quod quisq. iuris.*
23 ¶ Item fideiussor † non debet emere, quod soluere tenetur. *ff. de legat. secundo. l. testator. §. quatuor.* & ibi *glos.* & *ff. man. l. si mandato. §. Paulus.* alias est *l. si quis pro eo.* & *C. de dolo. l. prima.* vbi de hoc etiam notatur per *glos.* & *Doct.* adde quæ notaui supra *coll. 4. in curia 2. Barcino. cap. Primo, ꝙ omnis Vicarius,*
24 &c. & c. 21. Item † fideiussor habet executionem beneficij cedendarum actionum, quod potest proponere quandocunq. ante satisfactionem etiã post sententiã: vt notat *glo. in l. si fideiussor. C. de fideiussoribus.* & *Bal. in authen. præsente, eod. tit.* vide etiam in *l. si fideiussores. §. idem. ff. eod. tit.* & *l. inter eos. §. finali.*

De sagionibus. Cap. XIX.

S V M M A R I V M.

1 *Vicarius, & alij officiales non possunt ponere sagiones vltra numerum assignatum per inquisitores tabulæ.*

1 ITem volentes capitulum, &c. Casus. † Vicarius, & alij officiales non possunt ponere sagiones vltra numerum per inquisitores tabulæ assignatum siue taxatum; & qui contrafecerit, per inquisitores in tabula punietur. Hoc dicit. Et adde quę dixi supra *ead. colla. 4. in curia 3. Barcino. cap. 14.* & quæ etiam latius dixi supra *colla. 3. cap. 4. Item ordinamus, & statuimus, quod sagiones,* &c. & adde infra *cap. proximo.* hic ergo habes, quod Vicarius, & alij officiales creant sibi sagiones, de quo latius dixi in allegato *cap. Item ordinamus, & statuimus, quod sagiones,* &c.

De eodem. Cap. X X.

S V M M A R I V M.

1 *Sagionia vendi non debent, exceptis sagionijs Villæ Franchæ, & Fontis Rubei.*

1 ITem de cætero sagioniæ nō vēdātur, &c. Casus. † Sagioniæ non debent vendi, exceptis sagionijs Villæ Franchæ, & Fontis Rubei. Hoc dicit. Et ponit rationē in exceptis, scilicet, quia sagioniæ Villæ Franchę & Fontis Rubei habent aliqua iura, quę in vsu iurisdictionis non consistunt: patet ergo hinc, quod officium, siue vsus, & excercitium iurisdictionis non debent vendi, vt hic: & *extra. ne præla. vices suas per tot.* & de hoc vidisti supra *colla. 3. cap. 1. & cap. 4.* adde quæ ibi dixi, & nota hic, quod ratione adiuncti permittitur, quod alias non permitteretur; quia, vt vides, ratione iurium, quæ non sunt de vsu & excercitio iurisdictionis, licite venduntur dictæ sagionię Villæ Franchæ & Fontis Rubei: quod alias non fuisset permissum; & hoc est verum in illis quæ non possunt commode separari: vt notatur in regula, Vtile per inutile: & *extr. de conse. Eccle. vel alt. cap. quod in dubijs.* Sed in his constitutionibus non oportet quærere de ratione. *ar. l. non omnium. ff. de legibus.*

Vt officiales, & iudices sint Cathalani. Cap. XXI.

S V M M A R I V M.

1 *Officiales, & iudices in Cathalonia debent esse Cathalani.*

2 *Exceptio, Tu non potes esse iudex, an, & quando sit dilatoria traditur.*

3 *Officiales in Cathalonia nedum debent esse Cathalani, verum etiam & debent esse domiciliati in ea, limitatur num. 4. & declaratur num. 6.*

5 *Quis an possit esse sine domicilio declaratur.*

7 Cathalani *verbum dicit originem; quia Cathalanus quasi in Cathalonia natus dicitur.*

8 *Pupillus an possit sibi constituere domicilium, traditur.*

9 *Possessio sola domus, quam quis habet in aliena ciuitate, non facit domicilium.*

10 *Ciuis, vel incola quis dicatur. remissiue.*

11 *Forum quis sortitur ratione domicilij.*

12 *Quis habere potest plura domicilia in quolibet loco, & declaratur dictum.*

13 *Officialis non dicitur ciuis, vel habitator loci, in quo regit officium iurisdictionis.*

ITem ad supplicationem omnium prædictorum, &c.
1 Casus. † Cathalani, qui non habent domicilium in Cathalonia, non possunt esse iudices ordinarij, vel delegati: nec officiales, qui iurisdictione vtantur, nec cognoscere, nec determinare negotia Cathaloniæ. Et si contrafactum fuerit, processus, &
2 sententię non valent. Hoc dicit. Nota, † quod huiusmodi exceptiones, Tu non potes esse iudex, quia es seruus, vel infamis, mulier, vel minor, vel quia â lege prohiberis, cum sint dilatoriæ iudicij, habent proponi ante litis contestationem; secus si sint tales, quæ â natura dependeant: vt quia sit furiosus, secundum *Inno.* & *Bald. extra. de rescriptis cap. sciscitatus.* Et idem credo, quando constitutio dicit, quod acta per talem prohibitum sint nulla, tunc enim quandocunque poterit excipi, etiam post litis contestationem, & post sententiam potest dici de nullitate, quasi ex defectu iurisdictionis: vide in *cap. confirmants les constitu.* infra in *curia Ferdinandi colla. 9.* Et notá, quod hic confirmatur expresse *cap. 3. Item quod nobilis Infans Petrus,* &c. supra *colla. 4. in curia prima Barcino.* vbi dicitur, quod consiliarij, & iudices in factis Cathaloniæ habeant esse Cathalani, & hoc clarius dicitur in *cap. 2. dicta prima curia Barcino.* quod incipit, *Item ad supplicationem dictæ curiæ concedimus:* vbi habemus expressum, quod procurator, qui hodie est Gubernator, Vicarius, Baiulus, & curia, & quilibet alius officialis, qui ius habeat reddere de vno in alium, & assessores eorum habent esse Cathala-
3 ni: vt ibi dicitur. ¶ Et additur † hic, quod nec sufficit, quod sint Cathalani, nisi domicilium habeant in Cathalonia, vt hic vides, adde quæ dixi supra in *duobus cap. proxime alleg.* adde etiam de scriptoribus infra in *curia Ferdinandi cap. aquells*
4 *mateixs scriuans.* Sed † in hoc, quod hic dicitur de domicilio, excipiuntur Cancellarij, & Vicecancellarij domini Regis: vt infra *curia Ceruariæ cap. vlterius confirmantes:* vide quę ibi dicam. ¶ Et pro maiori declaratione huius constitutionis, & præ-
5 sentis materię, quæro † hic de quæstione, quam ponit *Bart. ff. ad municipales. l. si quis instructus. in §. Celsus,* an quis possit esse sine domicilio? Respondeo secundum eum, quod duobus modis accipitur domicilium; vno modo pro habitatione, alio modo pro origine; accipiendo ergo pro origine, dico, quod nullus potest esse sine domicilio, quia tale domicilium originis mutari non potest: vt *l. assumptio. ff. ad municipales.* & *C. eod. l. originem.* & hoc modo infantes, qui habent originem, habēt domicilium; & sic statim cum oriuntur, habēt domicilium, vt dicta *l. assumptio.* in fin. & *l. filij. eod. tit. Rubrica prima.* Si vero accipiamus domicilium pro habitatione, tunc licet quis sortiatur originē, potest non sortiri domicilium, hoc est, habere habitationem: de quo dic latius per *Bart.* vbi supra.
6 ¶ Vnde † quęro hic, de quo domicilio intelligatur præsens constitutio? Respondeo, Credo, quod de

de domicilio habitationis debeat intelligi, quia cùm dictę constitutiones prohibuerint nõ Cathalanos ab huiusmodi officijs, & *Cathalani* verbum
7 dicat † originem, quia Cathalanus quasi in Cathalonia natus dicitur: & hic addit, quod etiã Cathalani, qui ipsa origine dicuntur domiciliũ habere, non possint ipsa officia habere, nisi habeant habitationem, scilicet domiciliũ in Cathalonia: & ita habet intelligi de domicilio habitationis, vt aliquid huiusmodi constitu. addat, alias nihil adderet: præterea istæ constitutiones habent intelligi Hebraice & vulgariter: & ita nullus in Cathalonia, vulgariter loquendo, dicitur habere domicilium, nisi qui habuerit domiciliũ habitationis. Ad hoc facit ratio dicti *cap. Item quod nobilis Infans Petrus*, &c. vbi dicitur pro eo, quia melius sciunt consuetudines Cathalani, & tamen trahẽs originem de Cathalonia, qui non habitasset in Cathalonia, non sciret ipsas consuetudines. Ad hoc ergo, vt quis possit obtinere dicta officia in Cathalonia oportet quod sit Cathalanus origine, & habitatione domiciliatus in Cathalonia, vt patet per prædicta. 11. Octobris, anno à Natiuitate Domini 1386. in facto Rogerij de Malla ciuitatis Vici fuit oppositum de nullitate sententiæ, eo quod pro non Cathalano fuit factus processus, & sententia fuit declarata nulla per has constitutiones de consilio F. Sacosta Viceсancellarij, Ioannis de Vallseca Relatoris, Dominici Masco, B. Miquel, G. P. Bullot, Ioan. de Plano scilicet, per Henricum de Cardona, F. Castilionis aduocatum Fisci, F. Maratoris, & alios, etiamsi scienter esset factum, quia pacto priuatorum, &c. Et idem in facto Petri Saroca contra en Monyos Alguziriũ: tamen de facto vidi Antonium de Mesa oriundũ Turolij fuisse iudicem ordinarium Gerundæ, & Assessorem Gubernatoris, & plures alios nõ Cathalanos sine domicilio talia officia tenuisse, exceptis Cancellario, & Vicecancellario, qui licet habeant esse Cathalani origine, non tamen domicilio: de istis tamen dic hodie vt in *curia domina Maria, cap. primerament, infra collat.* 10. Sed an pu-
8 pillus † possit sibi constituere domicilium? *Bar.* determinat quod sic, in *l. placet. ff. ad municipales.*
9 vide ibi. Et † nota, quod sola domus possesio, quam quis habet in aliena ciuitate, domicilium non facit; vt *ff. ad municipales. l. libertus. §. sola domus.* & nota *extra. de rescriptis. c. dilectus.* 1. *in glo.* & dixi supra in allegato *cap. Item ad supplicationem dicta curia.* vide ibi, & supra *collatio.* 4. *in* 1. *curia*
10 *Barcinona cap.* 2. quis † dicatur ciuis, vel incola. & plenius in *l. ciues. C. de incolis, lib.* 10. Item no-
11 ta, † quod domicilium facit aliquem esse de foro: vt notatur *extra. de foro competenti. cap. fin.* Item
12 potest † quis habere plura domicilia, & in pluribus locis, dummodo se æqualiter vtrobiq; collocasse videatur: & ibi debet respondere, vbi emit, vendit, contrahit, & dies festos celebrat: vt notatur in allegato *cap. dilectus. glo. fin.* & vide *glo. in c. omnes principes. extra. de maiori. & obe.* & adde etiam constitutionem domini Ferdinandi, *c. confirmants les constitutions,* &c. vbi prædictæ constitutiones confirmantur, & contrafacientibus pœnæ addicuntur. vide ibi. Vlterius nota, quod of-
13 ficialis † non dicitur ciuis, vel habitator loci, in quo regit officium iurisdictionis: arg. *l. penultima*, quæ incipit, *Senatores. ff. de Senatoribus*, secundum *G. Ricardi*: quod forsitan secus in eo, qui antea erat ciuis.

De Bannitis. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Banniti guidati ex aliqua causa, sublato guidatico sunt iterum banniendi, & vt tales voce praconis publicãdi per tres dies mercati. declaratur nu.* 3.
2 *Abusus sunt abolendi.*
4 *Pœna sustinendi, & dandi auxilium seu fauorem bannito est pecuniaria de consuetudine.*
5 *Pœna pecuniaria, qua exigitur pro sustentatione bannitorum, est meri imperij.*
6 *Rex, vel alius dominus banniens quem iniuste, etsi bona banniti occupẽtur, tenetur de amissis. actione*, quod metus causa.
7 *Termini citationum non debent confundi, vbi numerus citationum prafigitur pro forma banni, vel alterius pœna, qua est consecutiua contumacia.*
8 *Bannum Prasidis nocet sicut bannum Regis.*
9 *Rectores ciuitatum possunt forbannire.*
10 *Vassallus interim solutus est iuramento, quando dominus est bannitus, vel excommunicatus.*
11 *Bannitus ex forma statuti an possit impune occidi, traditur.*
12 *Statuta ciuitatum appellantur consuetudines.*
13 *Facultas occidendi lege dari potest priuato.*
14 *Statutum vincit legem in loco, in quo factum est.*
15 *Verbum generaliter prolatum est generaliter intelligendum.*
16 *Contumacia pœnam auget.*
17 *Offensionis verbum includit occisionem.*
18 *Processus absentia tolleratur, maxime in Regno Valẽtia, in quo practicatur.*
19 *Absens in Cathalonia non condemnatur ad mortem.*
20 *Banniti, seu eiecti à pace & trenga à nemine sunt sustinendi. Fallit vt ibi.*
21 *De bannis pecuniarijs, nec non de bannitis Italia. remissiue.*
22 *Citatio trina vbi requiritur ad impositionem pœna, nõ sufficit vnica citatio peremptoria.*
23 *Absentes delati de crimine citantur per litteras, vel praconium, vt compareant personaliter.*
24 *Annotatio bonorum non habet locum nisi pro grauibus criminibus, nec procedit in causis ciuilibus.*
25 *Bannitus quamuis capiatur post annum, non condemnatur, nisi conuictus de crimine, & sententia contra eũ lata fuerit.*

1 ITem *ad tollendum abusum*, &c. Casus. † Banniti, qui ex aliqua causa guidati fuerint, elapso, vel sublato guidatico, debent iterum, & de nouo bãniri, & voce pręconis bannimentũ publicari per tres dies mercati, ne ignorantibus per reuocationem guidatici incidẽdi in pœnam laqueus præpare-

2 paretur. Hoc dicit. ¶ Nota † primo, abusus fore
abolendos. vide concord. infra. *collat. 10. c. tolent
lo abus.* ¶ Item nota, quod non debemus alicui la-
queum præparare. Idem dicit *Canon 27. q. 1. c. de vi
duis.* facit *l. 1. & 2. C. de ijs qui ve. ætatis impe.* & *ex-
tra. de rerum perm. c. ne concessione. in Clemen.* Item
3 nota, † quod dicit, *per tres dies mercati.* quia vide-
tur, quod si hoc seruatum non fuerit, quod igno-
rans quis præsumatur, & ita excusetur à pœna
banni: imo nec quis incurret pœnam, nisi seruarē-
tur interualla huiusmodi trium dierum. argum.
cap. 1. de vita & ho. cleric. in Clem. nec forsan suffi-
cit vnicum edictum cum peremptis, ex quo ita
cauet hic expresse. quia habet hic seruari forma à
4 iure tradita. Quæro † hic, quæ sit ista pœna. Re-
spondeo, de consuetudine, pœna sustinēdi vel dā
di auxilium, consilium, & fauorē bannito, est pœ-
na centum morabatinorum. Item apponitur pœ-
na centum solidorum ei, qui bānitum viderit, &
sonum de Viafors non emiserit contra ipsum,
licet aliter fauorem ei non pręstiterit. Quæro etiā
5 vtrum † illa pœna pecuniaria, quæ exigitur pro
sustentatione bannitorum, sit meri imperij, vel
mixti? Dic quod meri: vt *l. 1.* cum ibi notatis, *ff. de
recepta.* ergo videtur, quod qui non habet merum
imperium, non possit bannire. vide quæ scripsi
de iurisdictione ciuili, supra *collat. 2. in 2. cur. Bar-
cino. c. 33. Item quod Vicarij nostri.* Et de mero im-
perio dixi supra *colla. 4. in 3. curia Barcinon. cap. 9.
Item ordinamus, præsenti curia approbante.* Item no-
6 tat † *Innocentius in c. super eo. extra. quod metus cau
sa.* quod si Rex, vel dominus banniuerit, vel dif-
fidauerit aliquem iniuste, qui bona mobilia, vel
immobilia habeat in eius districtu, & per alios oc
cupētur, quod dominus tenetur de omnibus amis-
sis, actione *quod metus causa. ff. eod. l. sicut. §. Iedins.*
& vide notata per *Innocentium in c. dilectus. extra.
de capellis mo.* & de mero & mixto imperio adde
quæ dixi supra *collat. proxi. in 3. curia Barcino. c. 9.*
Et ad materiam bannitorum, & huiusmodi guida
ticorum adde supra in *curia proxima cap. 28.* No-
7 ta, quod † vbi numerus citationum est statutus
pro forma banni, vel alterius pœnæ, quæ est cō-
secutiua contumaciæ, non debent termini cōfun-
di: sed ad vnguem, sicut dictat consuetudo, vel sta
tutum municipij, seruandum est ius commune fo-
ri, non poli. vide *Baldum in fin. de mili. va. qui cōtu-
8 max est.* Bannum † Præsidis ita nocet, sicut bannū
9 Regis. Rectores † ciuitatum possunt forbannire.
10 Si † dominus est bannitus, vel excommunicatus,
solutus est interim iuramento vassallus, vide in *cō
stitutione, Hic finitur lex in feudis,* secundum *Baldū.*
11 Vlterius † quæro hic, an bannitus ex forma sta-
tuti possit & valeat impune occidi? Et videtur q
non, multis rationibus: quid enim si ille bannitus
est ex tali crimine, pro quo non erat damnandus,
quomodo morietur manu ministri, si sententia iu
dicis mori non deberet, cum non plus veniat in
executione, quam in sententia? Et executor non
debet formam executionis excedere: vt *C. de ap-
pel. l. ab executione.* & *l. si quis pronocatione.* nec vlte-
rius debet protendi pœna, quam reperiatur deli-
ctum: vt *C. de pœnis. l. sancimus.* & *extra. de his quæ fi. ap.
pel. cap. quæ sunt.* & *C. de suc. authen. omnes peregrini.*
12 Item, † quia certum est, quod omnia statuta ci-
uitatum appellantur consuetudines. vt *ff. de ser.
fugitiuis. l. 3. §. diuus.* & nihil aliud est statutum,
quam conuentio ciuium: *ff. de aqua pluuia arcen-
da. l. 1. §. fina.* & certum est, quod huiusmodi cō-
uentiones excusant aliquem à pœna: *ff. de verborū
signif. l. generaliter.* & *l. sequē.* Item lex est expressa,
quæ etiam bannitum agentem admittit, & eū non
repellit. *ff. de mino. leg. § nulli.* Si enim impune li-
ceret occidi, frustra diceret agentem admitti: nā
licita puniri non debent: vt *C. de adul. l. Gracchus.*
& *de admi. tu. l. scimus.* & *de confir. tu. l. si proponis.* Itē
quia ex forma iuris, vel statuti contineri videtur,
quod merum imperium regentes prouincias soli
habeant, non ciuitas, vel castrum: *ff. de offi. præsi. l.
qui vniuersas.* & *in authen. de defen. ciui. §. nulla.* &
§. audient. Quare videtur, etiam si statutum tale
teneat, quod liceat offendere, non tamen occide-
re: aliud est enim occidere, aliud offendere. Nam
proprie offendere partis continet lęsionē, & quia
nihil aliud est quā nocere: sed occidere est homi-
nem extinguere, sicut colligitur *ff. de his qui deie.
vel effu. l. 1.* Sed si verbum *offendere* sit ita genera-
le, vt possit vtrumque comprehendere, tamē quia
lex est odiosa, ad mitiorem partem est restringē-
da: *ff. de pœnis. l. præses.* & *l. interpretatione.* & *de libe.
& posthum. l. cum quidam.* Tum, quia tale statutum
videtur iuri gentium & diuino obuiare, quia Dei
præceptum est, Non occides: tum, quia homo ho-
mini insidiari non debet, *insti. de ob. quæ ex delict.
nasc.* in princ. & *ff. de iustitia & iure. l. vt vim.* Nec
par in parem habet imperium: *C. de le. l. d. qua vox.
ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempestiuum.* & *de arbi. l.
nā magistratus.* multo minus inferior in superiorē
exercebit iurisdictionem: *extra de maio. & obe. cap.
cum inferior.* Item quia hęc lex inuitaret aliquem
ad faciendum maleficium, & sic valere non debet
talis conuentio ciuium: *ff. de pac. l. tota. §. conuenire.
C. de iudic. viduis. l. 1.* Quod esse non debet, cū non
debeant ex legibus oriri maleficia, sed ius & iu-
stitia: *C. vnde vi. l. meminerint.* ¶ Et contra, vide-
tur quod liceat talem bannitum occidere multis
rationibus. Nam certo certius est, quod lege da-
13 ri potest † priuato occidendi facultas, prout
pro hoc sunt multæ leges *C. de his qui ad Ecclesiā
confugiūt. l.* & *ff. de sica. l. 3. §. transfugas. ad l. Aquil.*
3. in prin. cum ergo lex municipalis vim legis
habeat, & ius ciuile vocetur: vt *insti. de iusti. & iure
& de iur. nat. g. n. & ciui. §. ius autē.* Quare ergo hāc
potestatē & auctoritatem occidēdi præstare non
14 possit, non video: cum † statutum vincat legem
in eo loco, in quo factum est, & maioris auctorita
tis sit, quam lex generalis in eo municipio: *ff. de
fugitiuis. l. 3. §. diuus. ff. commun. prædi. l. venditor. §.
si constat.* vide ibi bonam glossam. Item, quia isti
banniti excepti sunt à lege, & à ciuium priuile-
gijs,

gi js,& ciues esse desinunt. Sic sumitur *ff. de pœnis. l. qui vltimo.* & *de pub. iudi. l. is qui.* & sunt similes excommunicatis, quibus actus iudiciorum sunt clausi: vt *extra. de excep. cap. cum inter priorem.* & *c. exceptionem.* & dicta *l. quæ vltimo.* & *ff. de iniusto & irrito testamento. l. si exhæredato.* Item, quia si ex mẽte non augetur pœna, quæ ex sententia continetur, nihil operaretur statutum: quod esse non debet. *ff. de legatis primo. l. si quando.* Item, quia negari non potest, quin occisus dicatur offendi, sicut ex verbo *offendere*, generaliter à lege prolato, sufficit occidere: sufficit enim generaliter quid mandari, & omnia continet: vt *de re mi. l. in fraudem.*
15 in fine. & verbum † generaliter prolatum, generaliter est intelligendum: & postquam lex offendentem reddit immunem ab omni pœna, cum videtur exemisse quocumque modo offendat. *ff. de alie. mu. iudi. l. 1. §. quod autem.* & vbi lex non distinguit, & nos non debemus distinguere: vt *ff. de officio præsidis. l. 3.* & *ff. de Publicia. l. de pretio.* Itẽ,
16 contumacia † auget pœnam. *ff. de pœnis. l. relegatum.* & *l. capitulum. §. exulibus.* & *l. aut damna. §. inter.* Tales enim damnati non examinantur, quin pœnas effugiunt; & dubitari non potest, quod propter hanc fugam, vltra quam fuissent alias dãnandi, damnentur; aggrauatur enim pœna, quia non capitalis efficitur capitalis: vt in dicto *§. exulibus.* Item; quia si dicitur, quod lex municipalis est ambigua; hæc ambiguitas est ratione contumaciç, qua nititur pœnas effugere. & non est cõtra exequentem: *ff. de pactis. l. veteribus.* & *l. cũ lex.* & *l. Labeo.* & etiam consuetudo interpretari videtur, vt patet, quia videmus homines bannitos occidi sine pœna: & sic ab ea consuetudine nõ est recedendum: *ff. de le. l. si de interpretatione.* & *l. minime.* Quid dicendum? Breuiter, secũdum *Martinũ de Fano*, dic, ꝙ dupliciter potest solui hæc quæstio: primo, per viam rigoris; secundo, per viam æquitatis. Per viam rigoris, cum consuetudo generalis sit interpretata, & talis videtur omnium opinio, vt possit occidi, & à tali opinione nõ est recedendum: *ff. de fundo instru. & instrumento le. l. cum de Delamonis. §. asinam.* Et sic propter cõtumaciã de non capitali efficitur capitalis: vt dicto *§. in exulibus.* vbi plus veniret in executione, quã in sententia, propter contumaciam. Secunda via æquitatis est distinguendum; ex quo delicto erat damnandus, & est bannitus: vt si sit ex delicto, ꝙ irroget pœnam mortis, possit occidi, alias nõ: sicut distinguitur *ff. de pœnis. l. 3.* in princi. & 3. *Rubrica.* Sed tu dic, quod in Cathalonia habemus eiectos à pace & treuga; & tales possunt impune offendi, etiam ad mortẽ inclusiue. Et hoc dicit satis clare quædam pragmatica; nec distinguitur crimen, vnde in querelam descendit: sed propter suã contumaciam eijcitur à pace & treuga; & efficitur hostis & inimicus patriæ: & ideo impune potest occidi. Habemus etiam bannitos, de quibus loquitur præsens constitutio, & istos nullo modo licitum fore, credo impune occidere, nisi forsitan aliter haberi non possent: quia fugati cum sono emisso se capi non permitterent, sed alias sono resisterent: sed melius est eos cum sono includi, donec curia veniat, & procedat contra eos, secundũ practicam soni emissi: de qua dixi in *Summa regaliæ soni emissi. q. 19.* & adde quæ dixi super *Sacramentali Gerundæ, cap. 2.* super verbo, *o mal.* Sed *Ioannes Andreas in spec. in 4. par. tit. de constitu. in q.* quæ incipit, *Stat alia quæstio de statuto*: tenet dictã opinionem rigorosam: & seruari debere consue-
17 tudinem: & ita † verbum *offensionis* occisionẽ includat. & sic non capitale, propter contumaciam
18 efficiatur capitale, vt dixi. Et per hoc † possunt tollerari processus absentiæ, quç vsitatur Valentiæ iuxta foros ipsius Regni. super quo vide *Bar. in extrauagan. ad reprimendum*, super verbo, *vel le-*
19 *gitime.* Sed † in Cathalonia absens non sententiatur ad mortem; imo seruamus in hoc ius Romanum; & fit annotatio bonorum, de qua dixi sup. in *curia proxima, cap. 27.* vide ibi. Item nota, quod
20 nullus † in Cathalonia potest sustinere bannitos Regios, vel à pace & treuga eiectos, nisi de ipsis sustinendis caueatur in eorum confessionibus meri imperij, vel de hoc habeant speciale priuilegium: vt notat *Iacobus de Calicio in Margarita fisci, 8. dubio. ve. f. 169.* & insuo *Curiali, 7. dub. vers.*
21 169. & dixi in allegato *cap. 27.* De † bannis pecuniarijs vide supra *collat. 4. in prima curia Barcin. cap. 33. Item quod aliquis Vicarius, vel officialis noster.* Et de bannitis Italiç potes videre per *Bartolum in extrauaganti, Quoniam nuper*, super verbo, *rebellando. vers. Ex prædictis apparere t determinatio quæstionis de ex bannitis nostri temporis*, &c. vbi etiã ponit dictam quæstionem, an possint impune offendi. Sed illis, quos ibi *Bar.* hostes & rebelles dicit, æquiparo eiectos prædictos, non autem bannitos huius patriæ Cathaloniæ, vt dictum est.
22 Vlterius † nota, ꝙ vbi per ius ad impositionem pœnæ exigitur trina citatio, nõ sufficeret vna cũ perẽptorio: vt notat *An. in c. ex tuæ. extra. de cleri. non resid.* & est casus in *Cle. 1. de vita & ho. cleri.* & ibi nota per *Io. de Imola.* Itẽ adde quæ dicã infra *coll. proxima, in curia Perpin. c. laudantes.* Nota, quod
23 delati † de crimine, absentes, de iure & cõsuetudine citantur per litteras, vel voce præconis, vti personaliter compareant infra decem dies, si sint pagani; alias militibus dantur viginti septẽ dies, infra quos nisi cõparuerint, banniuntur voce prçconis, & fertur sententia annotationis bonorũ, quæ describũtur: & si citatus nõ venerit infra annũ, bona ipsa ipso iure cõfiscantur, & ipse reus de facto infamatur. Sed si postea cõpareat, super cri-
24 mine tantum auditur. Sed † annotatio non habet locũ nisi in grauibus criminibus: vt *C. de requiren. reis. l. 1. 2. & 3.* Et ista annotatio non habet locũ in causis ciuilibus, vt dicitur in dicta *l. 3.* Sed ille
25 bannitus † si etiã post annum capiatur, nõ statim condemnatur, nisi alias de crimine conuincatur, & sententia feratur: vt *dictis ll. 1. & 2.* adde quæ dixi supra in *curia Gerundæ, cap. 27.*

De

De officio Vicarij. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum*, Item quod Vicarij, *curia Barcinonæ Regis Petri Secundi confirmatur.*

2 *Officiali an liceat recipere promissionẽ, vt seruetur indemnis. remissiue.*

ITem statuimus & ordinamus, quod capitulum. &c.
1 Confirmatur hic † capitulum, *Item quod Vicarij nostri non possint aliquid petere*, &c. *supra collatio.* 2. *cu*. *Regis Petri Barcin.* vbi posui materiam iurisdictionis & iurium castrorum. vide, & recurre quæ ibi scripsi satis late. Sed quæro hic, an liceat offi-
2 ciali † recipere promissionem, vt seruetur indẽnis? Vide *l. si quis vxorem.* §. *si fugitiuum.* iũcta *glos.* & *Bart. ff. de furtis.* vide *l.* 1. *C. de magistra, quæ.* vbi textus bonus, quod non teneatur. Ex isto, quia facit se seruare, & dixit *Angelus* procedere, quando impetretur iudicis officium, sed solum impetrãtis, nullo existente contradictore.

De salarijs iudicum. Cap. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, quo cauetur, quod Iudices curiæ non recipiant salarium, non tenet hodie.*

2 *Iudices curiæ non debent recipere salarium pro assessoribus, vel consiliarijs, cum ipsi iam debeant esse iurisperiti. Fallit nu.* 3.

I*Tem confirmantes statutum, quo cauetur, quod iudices nostræ curiæ non debent recipere salarium*, &c.
1 Hoc capitulum † hodie non tenet, vt dixi supra, *collatione* 2. *curia Regis Petri Secundi Barcinon. c.* 11. *Ordinamus etiam.* vide quæ dixi ibi, & supra *coll.* 4. *in* 3. *curia Barcino. cap.* 13. & *in curia Gerund. cap.* 15. & dicam *in curia Ferdinandi, cap. Los salaris de tots los iutges.* vide ibi, & adde de salarijs infra *cap.* proximo. maxime, si hoc habet fieri consue-
2 tudo, vt est Gerundæ. Sed † numquid iudices poterunt petere salarium pro assessoribus, vel consiliarijs? Videtur quod non, cum debeant esse iurisperiti: quod est verum in Episcopo: vt notat *Gemin.* & *Ioannes de Imola in Cle.* 1. *de ata. & qualit.*
3 Et idẽ credo in iudicibus iurisperitis, nisi † pũctus causę sit de apicibus iuris. De hoc tamẽ vide per *Doct. extra de rescriptis. c. statutum.* §. *Assessorẽ. lib.* 6. adde supra *colla. proxima, curia* 1. *Barcin. cap.* 23. & supra *collat.* 3. *cap.* 3.

De salarijs litium post sententiam non petendis. Capitulum XXV.

SVMMARIVM.

1 *Iudices, aduocati, procuratores, & notarij causarũ non possunt petere salaria, nisi habeant instrumentum de eis. & redditur ratio nu.* 21.

2 *Famuli & domestici post obitum dominorum nõ possunt petere mercedem, nisi probauerint promissionem dictæ mercedis. declaratur nu.* 18.

3 *Pro salarijs Doctorum, Iudicum, & Aduocatorum an agi possit. remissiue.*

4 *De salarijs medicorum & artistarum. remissiue.*

5 *De salarijs curritorum. remissiue.*

6 *De salarijs notariorum. remissiue.*

7 *Iudices, aduocati, & similes non possunt post latam sententiam opponere compensationem de debito salarij. declaratur nu.* 8.

9 *Pactum an valeat, quo quis obligetur ad vnicam speciẽ probationis, traditur distinguendo.*

10 *Obligatio facta officiali tẽpore regiminis valet fauore sui salarij debiti.*

11 *Apocha debiti soluti facta per officialem tempore sui regiminis valet.*

12 *Dolus probatur ex perspicuis indicijs.*

13 *Iudex sententiam proferens ad petitionem partis, non præstita prius sibi cautione de salario, illud postea petere non potest. idem dicitur in aduocato dictæ partis.*

14 *Salarium debetur seruientibus pro tempore quo sunt infirmi.*

15 *Salarium totius anni non debetur nisi pro rata heredi decedentis ante annum.*

16 *Debitor an teneatur portare solutionem ad domũ creditoris. remissiue.*

17 *Debitum in diem an possit solui ante diem. remissiue.*

19 *Famuli clericorum post mortem dominorum nõ possunt conqueri de eorum salarijs, nisi pro remuneratione dominos viuentes conuenissent, vel probarent certum salarium fuisse illis promissum.*

20 *Obligatio naturalis creditoris agere negligẽtis an statuto agi possit. remissiue.*

22 *Aduocatus, de cuius consilio quis litigat, & succumbit, an teneatur ad damna & expensas. remissiue.*

23 *Iudicibus an aliquid dari possit, & per quem, traditur late.*

I*Tem, quod iudices, aduocati*, &c. Casus. Iudices,
1 aduocati, † procuratores, & notarij causarum non possunt conqueri de salarijs suis post latam sententiam, nisi cum publico instrumento promissionem ostendant. Hoc dicit, vsque ad §. *adijcientes.* Ibi est secunda pars, in qua dicitur, quod
2 famuli † & domestici post obitum dominorum suorum, non possunt conqueri de mercede, nisi probauerint promissionem certæ mercedis, siue solidatæ. Hoc dicit. Ad primam partem adde infra in *curia Ferdinandi, cap. Los salaris. vers. axi empero.* vbi dicitur, quod ante sententiam fiat depositum de salarijs, vel fiat cautio, de qua contẽ-
3 tentur. Qualiter † autem possit agi pro salarijs doctorum, iudicum, & aduocatorum, lege & nota *ff. de varijs & extraordi. cog. l.* 1. §. *pro iudi.* & §. *in honorarijs.* & *C. de suffragio. l. vna.* & vide ibi per
4 *Bald.* latius. Sed † de salarijs medicorum & artistarum, vide in *l. præses.* §. *medicos.* & §. *rectores. ff. de varijs & extraordinarijs cognition.* De salarijs vero
5 curritorũ, † qui præsonetæ dicuntur, lege & nota *ff. de præsonetis*, vbi est titulus specialis de præso-
6 netis. De salarijs † notariorum notat *Bartolus in dicta l. Præses.* §. *Iudi quoque.* adde quæ notatur sup. *collat.* 3. *cap.* 3. Nota, textum, ibi, *non audiantur. si*
7 *conquerantur.* Sed † numquid poterũt de tali debito etiam lata sententia excipere, opponendo compensationem? Forte non, quia conqueri dicitur quis excipiendo: vt notat *g. c. de procura. l. non solũ.* §. *si status. ff. si pars hære. pe. l. permittendã. in glos.* & *ff. ad*

8 & *ff. ad Trebel. l. Lucius. §. tres.* nisi dicas † aliud, quando ex pacto quis promiserit nō facere quæstionem, vel controuersiam: vt ibi: aliud, quando à lege prohibetur agere, vt hic, quia cum lex ista sit odiosa, debeat restringi, & non extendi. pro hoc facit *gl. f.* super verbo *mox*, ibi *sed numquid. ff. quod metus causa. l. sed & partus.* §. 1. quia licet ille, qui dicit sibi ius, perdat actionem; non tamen perdit exceptionem: quod est verum in materia odiosa: secus in fauorabili: vt *l. 1. §. ait Prætor. ff. de dolo.* vide *Bart.* & *Angelum in l. 1. ff. de excep.* & hoc maxime, quia est hoc statutum contra ius cōmune. Et istud crederem verius, salua tamen determinatione maiorum in iure magis sentientium: quia de his casum hactenus in facto non vidi: sed contingibilis est valde & idem in casu sequentis *§ adijcientes.* Sed vide & adde quæ notat *Bar. in extrauag. Quoniam nuper.* super verbo, *mille librarum*, quia non potest auferri via denuntiationis Euāgelicæ: vt notat ibi, & in *extrauag. ad reprimendū*, super verbo, *denuntiationem.* vide *Baldum C. de precibus Impera. offer. l. rescripta. in* 4. *q.* Et licet auferatur actio, tamen implorando iudicis officiū, id poterit consequi, præsertim in foro Ecclesię. De quo vide per *Innocent. extra. de constit. c. cum in Ecclesiarum.* & adde quæ scripsi supra *collat. 3. curiæ Montissoni c. 8. tit. de rescriptis.* adde etiam quę notat *Ioan. de Imola in Clem. 1. de vsuris, super gl. f.* in verbo, *proximi.* Item in textu, ibi, *nisi cum instrumē-*
9 *to.* Nota hic arg., quod † valet pactum, quod quis adstringatur ad vnicam speciem probationis; sic infra *collat. 11. in constitutione censualium & violariorum. §. 4.* incipit: *Encara mes statuim & ordenam*, & ibi dicam super verbo, *charta publica.* Sed cōtra videtur notari in *authent. Vt matres debitrices, & creditrices. §. quia vero. colla.* 7. Credo hoc fore dicendum, quod quis per pactum non possit se adstringere ad vnam speciem probationis. vt in allegato *§. quia vero.* Licet *Azo* dixerit cōtra, cuius dictū non videtur verū, secundū *Hostiē.* quia hoc ius, quod per testes probetur, propter communem vtilitatem inductum est: quia vsus testium frequens & necessarius est. *ff. de testibus. l. 1. Rub.* 1. ergo tali iuri renunciari non potest: *argu. ff. de postula. l. quos prætor.* secundum *Ioannem in Summa Conf. lib. 3. tit. 26. q. 27.* Secus si per legem: vt hic, & supra *colla. 1. c. Item solemni curia.* vide *Bart. in l. quicumque. C. de app. pub. lib.* 10. & adde quæ dicam in dicto §. adde quæ notat *Angel. in l. 1. §. initiū. ff. de postulando.* super verbo, *hanc ætatem.* Et de hoc habes in constit. cēnsualium & violariorū, & ibi
10 scripsi. Et † nota hic casum, in quo valet acquisitio & obligatio facta officiali tempore regiminis. Sed regulariter contra; vt supra *colla. 3. c. 13.* Sed in hoc casu est speciale in salario debito, in quo non præsumitur metus, vel alius dolus, sicut in cō
11 trario. Et ideo † valet apocha debiti soluti per officialem facta tempore regiminis, & etiam forte remissio & renunciatio, nisi fieret in fraudem, animo donandi: & tunc qui fraudem allegat, pro-

bet: vt *l. quotiens. §. qui dolum. ff. de proba.* & proba-
12 tur † ex perspicuis indicijs. *C. de dolo. l. dolū.* Sed
13 quid † si iudex ad petitionem vnius partis, & nō præstita cautione de salarijs, protulit sententiā? Resp. tunc iudex non conqueretur, nec aduocat⁹, qui sententiatum petijt; habet enim quod sibi imputet, si cautionem nō recepit: secus credo de aduocato alterius partis, qui fuit supplantatus, vel forte habebit regressum contra iudicem, qui nimium festinauit: cogita, quia sæpe contingit. Itē in tex. ibi, *pro domesticis, vel familiaribus*, accipe hic pro mercenarijs, vt puta, de libertis, seruis, mancipijs, colonis, & alijs pedissequis, & qui consueuerunt morari cū alijs pro mercede, qui tamen non sint proprij serui, vel adscriptitij dominorum.
14 Et tales seruientes si † infirmi fuerint, pro seruiētibus habentur, & pro tempore quo fuerint infirmi, salarium consequentur: hoc dicitur per *l. cum hæres. §. Stychus. ff. de sta. li.* ad quod *extra. de cleric. non resid. c. ad audientiam.* vbi de hoc in *l. non retinere. §. 1. ff. de vsuf.* & *in c. 1. extra. de clericis ægr.* & *de clericis non resid. c. vno. §. penultimo. lib. 6.* Aliqui dicunt, quod si ex causa lucratiua seruiant, puta, locando operas suas, quod tunc non dicuntur infirmi seruire, cum habuerint magnam infirmitatem, vt cōsueuit dici per aliquos modernos in di-
15 cta *l. retinere.* Sed † pone, quod ante finitum annū seruiens decessit, an hęredi ipsius dabitur merces totius anni, vel pro rata? Videtur quod debeatur integra: arg. *l. diē functo. ff. de assessorib.* & *l. 1. C. de lucris a duo. l. 1.* Dic, quod debeatur pro rata temporis: quia speciale est in assessore & aduocato, in quibus casus mortis eis non nocet: secus si alias
16 per eos stetisset. An † debitor teneatur portare solutionem suam ad domum creditoris, vide *Bar.* plene *ff. de pig. l. 1.* in fine. & *Gui. de Cug. in l. itē il-*
17 *la.* & ibi *glo. ff. de consti. pecu.* Item † an debitum in diem possit solui ante diem, vide *ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cum ita.* Item adde quæ notat *Angelus in l. cum 13. §. vult igitur. super glo.* quæ incipit, *Fit igitur. ff. de transact.* vide *Matth. de Matasalanis*
18 *in 52. notabili.* Et † attende, quia quandoque domini certum quid promittunt suis seruitoribus in genere, vel specie; vel quandoque dicunt beneficia tibi, vel quandoque nil est promissum. Si nō est promissum, nec conuentū, tunc in vita dn̄orū potest agi cū eis; de quo vide *l. salarium.* & quod ibi notatur *ff. man.* & per *Cyn. in l. vnica. C. de sis fra.* & *in l. accepto. C. locati.* post mortem vero de salario conqueri non poterunt, nec petere solidatam, nisi probent certum salarium fore à dominis defunctis promissum, & hoc in laicis,
19 vt hic. Sed in Clericis iuxta constitutionem domini Patriarchæ editam in Concilio Terraconensi, famuli post mortē dn̄orum non possunt de salarijs conqueri, nisi pro remuneratione habenda viuentes dn̄os conuenissent, vel probauerint certum salarium fore promissum. Et scias ꝙ vbi Imperator, vel alius princeps sine iusta causa faceret constitutionem contra ius naturale, puta, quod

quod dominia de vno in alium trnsferantur sine
causa, talis constitutio nec in foro animæ, nec ci-
uili est seruanda: arg. *12. di. c. 1.* & quod ibi not.
in *Rosario.* Sed cõtra videtur notatum *9. q. vlt. cap.*
per principalem. vide quæ ibi notat *Gui. in Rosario.*
& *in 1. di. c. ius ciuile.* in fi. vide *Innoc.* & modernos
Doct. extra. de constit. c. qua in Ecclesiarum. Sed nũ-
20 quid † statutum posit tollere naturalem obliga-
tionem creditoris agere negligentis, vide *Bart. in*
l. fi. ff. rem ratam haberi. & dic secundum *Bal. in feu.*
tit. si de feu. fuerit cõtrouersia inter do. & agna. c. si quis
21 *per 30.* Sed † quarto, quæ sit ratio diuersitatis, ꝙ
iudices, aduocati, scriptores, & notarij habẽt pro
bare per instrumentum, & non familiares & do-
mestici. Resp. Ratio potuit esse, quia cõmuniter
familiares & domestici sunt minores, rustici, fæ-
minæ, & ignari, ac imbecilles, & ideo eis magis est
subueniendum: non sic in iudicibus, aduocatis, &
procuratoribus, ac notarijs, qui sciunt iura, & ha
bent notitiam causarum: & consueuerunt esse ma
gis astuti & sagaces. Vel dic quod ista sunt mere
positiua, & non oportet de eis reddi rationem: vt
l. non omnium. ff. de legibus. & dixi sup. *ead. c. 20. in fi.*
esset bonum similiter prouideri in medicis. Vtrũ
21 aduocatus, de † cuius cõsilio quis litigat, & suc-
cũbit, teneatur ad dãna & expẽsas, vide per *Hen-*
ri. extra. de pœnis. c. calumniam. Vltimo est sciendũ,
23 quod plebiscita introduxerunt, ne aliquid dare-
tur iudicibus. Vnde circa ista dic, ꝙ quandoq; da
tur iudici vt breuiter se expediat in iure reddẽ-
do, & hoc est illicitum: & reperitur *ff. de condi. ob*
tur. causam. l. 2. §. fi. Vnde pars potest supplicare
superiori, vt mandet iudici ꝙ se expediat. *C. de tẽ*
pore app. l. fi. §. illud. & est vnus de casibus supplicã
di lite pendente: vt *in authen. vt in medio litis nõ fiat*
sac. iussio. §. fin. in fin. colla. 8. C. vt lite pen. l. 2. quan-
doque datur iudici pro amicitiæ consideratione:
& tunc potest sibi dari si est cõsanguineus, vel a-
lias cõiunctus ipsius iudicis: *ff. ad l. Iul. repe. l. 1. in*
fi. quia ratio sanguinis tollit suspicionẽ *ff. de sus-*
pec. tu. l. si tutor. quandoque datur iudici pro labo-
re: & tunc potest sibi dari esulentum & potulen-
tũ: vt sup. *coll. 3. c. 2.* vide quæ ibi dixi: ꝙ forte de
iure cõmuni est correctũ in iudice ordinario, qui
salariũ recepit pro sua iudicatura: vt in *auth. scri-*
ptũ exemplar. in 2. §. fi. si vero haberet extra ciuita-
tẽ exire, bene potest salariũ habere: sic loquitur
sup. *colla. 4. in 1. cur. Bar. cap. 14. Item ꝙ aliquis iu-*
dex. vide quæ ibi scripsi. Si autẽ ordinarius cog-
nosceret ex delegatione sibi facta, etiã tunc non
recipiet salarium, nisi in casibus, in quibus cog-
noscens vt ordinarius sibi liceret: vt infra *colla. 6.*
curiæ Perpin. c. cũ non debeat. adde quæ ibi notãtur,
& vide *C. de offi. rect. prouinciæ.* & *in auth. de manda.*
Prin. §. illud. collat. 3. Cæteri autẽ delegati, qui iu-
risdictionem ordinariam non habent, salariũ in-
distincte possunt recipere cõsuetum, vel alias ta-
xatum: vt in *auth. de iudicibus. §. ne autem labor.* &
de hoc notatur *insti. de iure nat. gen. & ciui. §. cõstat.*
vers. plebiscitum. per *glo.* & *Doctores.*

De condemnatione in criminalibus.

Capitulum XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Nullus indefensus debet condemnari ad mortem, vel*
membri mutilationem, nec subijci quæstionibus & tor-
mentis: nec valet rescriptum in contrarium. ampliatur
nu. 3. & declaratur nu. 18.
2 *Homines de paratico non possunt torqueri nisi in casibus*
hic expressis.
4 *Defensio debita est de iure naturali. declaratur num. 7.*
& 10.
5 *Defensio dari debet reo etiam non volenti, nec petenti.*
6 *Confessio minoris facta sine curatore non valet.*
8 *Defensio dari non debet confitenti crimen, nisi vellet ta-*
lem confessionem reuocare, seu declarare.
9 *Appellatio confessis aliquando denegatur.*
11 *Appellari potest de negatione defensionis.*
12 *Confessio facta in tormentis non præiudicat reo, vbi ad*
torturam fuerit deuentum, non præcedentibus indi-
cijs. declaratur nu. 13.
14 *Repositus reus in libertate quando dicatur. remissiue.*
15 *Confessio extraiudicialis facit indicium ad torturã.*
16 *Confessio nocet confitenti.*
17 *Confessio facta in tormentis, licet illicite, facit semiple-*
nam probationem. declaratur nu. 18.

ITem ordinamus, quod nullus condemnetur ad mor-
1 *tem, &c.* Casus. Nullus † debet condemnari ad
mortem, vel membri mutilationem, nec quæstio-
nari defensione legitima non concessa. Nec valet
rescriptum in contrarium emanatum. Hoc dicit.
Et confirmatur infra *colla. proxima in curia Perpi-*
niani, cap. confirmantes capitulum. & *in curia Ceruariæ*
cap. inprimis. & adde quæ ibi dicam, & repete hic
quæ dixi supra *collat. 1. cap. denique inuiolabili.* Sed
2 dominus † Rex Petrus Tertius in quodam cap.
curię Montissoni, & est in *c. 18.* concessit mili-
tibus, quod homines de paratico nullatenus pos-
sint torqueri, nisi pro morte domini, vel sui pri-
mogeniti, vel proditione Regni, vel occupatione
terrarum cum inimicis domini Regis, vel pro cri
mine hæresis: & tunc in dictis casibus datis defen-
sionibus à iure concessis, & lata prius sententia in
terlocutoria iudicis; nec posit condemnari sine
iudicis cognitione; & ad iudicum cognitionem
habent tradi ad manuleutam, secundum constitu
tiones Cathaloniæ, & hoc est vnum priuilegium
militare, adde quæ notantur supra *collat. proxima*
in 1. curia Barcino. cap. 27. Item quod aliquis miles,
In textu, ibi, *ad mortem,* &c. supple, *maxime.* quia
3 nec in † alijs criminalibus, neque in ciuilibus: vt
supra *colla. 4. in 2. curia Barcinonæ. c. 27. Item quod*
aliquis homo, &c. vbi generaliter loquitur. & sup.
collat. 2. in curia Regis Petri Secundi. cap. 26. Item,
quod nos, vel officiales nostri non spoliemus, &c. In tex.
ibi, *defensione,* subaudi, quę est debita de iure natu
4 rali: vt *ff. de iusti. & iure. l. vt vim.* Sed † ordo iuris
ciuilis potest auferri, quod prosequere per *Bart.*
in extrauaganti, ad reprimẽdum, super verbo, *figura,*
5 In textu, ibi, *debita,* hoc ideo dicit, *debita,* quia da-
ri & concedi debet defensio delato etiam perire
volenti.

volenti,& non petenti defensionem: vt *cap. non*
6 *tantum.2.q.6.* Et † si fuerit minor viginti quinq.
annorum, debet sibi dari curator, qui sibi auctore-
tur: vt *l.clarum.C.de auctoritate præstanda.* aliàs cō-
fessio ipsius minoris facta sine curatore non va-
let: quod dic vt notat *Bartolus in l.certum in pupil-
lo.ff.de confessis.* & adde quæ notantur per *Henricū
Boich extra.de diuortijs.cap.ex literis.* & etiam per
Matthæum de Matasalanis in 174.*notab.* Vel dic,
7 *debita*, puta, † quia factum est dubium, & non no
toriū, alias forte secus est in notorijs. super quo
vide notata per *Angelum in l.dictus fustium.* super
glo.ff.de his qui notantur infamia. quia deprehenso
in crimine, vel alio notorio malefactori de iure
non debetur defensio: ideo non sine mysterio di-
cit hic textus, *debita*, & subaudi, scilicet, de iure
naturali, gentium, & ciuili, quia secus si offende-
ret aures iudicis notorie apud acta in iure, iuxta
8 notata in *l.nullum.C.de testibus.* Et † dicunt quidā
quod confesso de crimine non debet dari defen-
sio, nisi petatur ex causa; vt quia intendit confes-
sionē reuocare, vel declarare, aut huiusmodi. pro
quo vide notata per *Bald.in l.fine pars alias proce-
dente.C.de delationibus.* & *ff.delatio.l.in pecuniarijs.*
9 vide ibi. quia † etiam quandoque denegatur re-
medium appellationis confessis. de quo dic vt
legitur & notatur *extra.de appellationibus.c.Roma-*
10 *na.§.si autem post sententiam.lib.6.* Et † regulariter
verum est, quod antequam torqueatur reus, sibi
danda est defensio, fallit tamen, vt dixi, in vacil-
lante, & offendente aures iudicis. vt notatur per
glos. & *Bartolum in l.ex libero.ff. de quæstionibus.* &
per *Doctores in l.nullum.C.de testibus.* & *in authent.
presbyteri.C.de Episcopis & clericis.* & ita intelli-
guntur, & seruantur constitutiones Cathaloniæ
huiusmodi, quæ recipiunt talem interpretationē
à iure communi, & ita seruantur inconcusse, &
sic minime sunt mutanda, &c. *l.minime.ff.de legib.*
Caue tamen semper, quod persona confitentis sit
legitima; quia minor sine curatore non potest sta
re in iudicio: vt dicta *l.clarum.* Debet ergo regula-
riter, maxime per officiales ordinarios tabulæ ad
strictos defensionis facultas concedi delatis: *C.de
iure fisci.l.defensionis facultas.* alias appellari po-
11 test, & † supplicari pro delato, tanquā oppres-
so, etiam de iure Romano: quia tale est grauamen,
quod reparari non posset. quod dic per *Bart. in l.
ante sententiam.ff.de appel. recip. vel non.* & ponitur
in Decretis. *2.q.6.cap.ante sententiam.* vide ibi in
Rosario. Et hoc etiam fundatur de iure vsaticorū
Barcino. *c.alium namque.* Et de hoc habet ciuitas
Gerundæ priuilegium Regium, vbi est c. sequēs:
¶ Aliud capitulum concedimus isto modo. quod
nullus ciuis Gerundæ ponatur in quæstionibus &
tormentis, nisi secundū vsat. Barcino. & secundū
quod antiquitus est fieri consuetum. Et istud pri
uilegium est Regis Petri, datum Gerundæ .8. ka-
lendas Februarij, anno Dñi 1283. Sed licet in pa
ganis, propter offensiones aurium iudicis, possit
haberi quæstio per tormenta, non lata interlocu-
toria; secus tamē credo in militibus, propter di-
ctum *cap.curiæ Montissonii domini Regis Petri.* quod
expresse requirit ferri prius interlocutoriam, da-
tis defensionibus: & est in eis speciale priuilegiū
12 militare. Et † nota, quod quotienscumque iudex
illicite aliquem posuit ad tormenta, puta, nullis
præcedentibus indicijs, est præsumptio violēta,
quod omnis confessio etiam postea facta dudum,
sit illicite extorta: & ideo reo non præiudicat: vt
est textus in *l.penultima.ff.de quæstionibus.* secundū
13 vnam lecturam, quam tenet *Bar.* Quod † intelli-
go, quando fuit confessus, antequam esset reposi-
tus in pristina libertate. Et est ratio, quia est præ-
sumptio, quod sicut iudex eum illicite extorsit,
ita eum illicite fecerit ratificare metu tormēto-
rum futurorum, vel præteritorum. *ar.l.si cui.§.idē.
ff.de accusa.* quod nota. Vbi vero reus fuisset re-
positus in pristina libertate, & postea rediret ad
iudicem, & coram eo fateretur delictum, sine du-
bio esset puniēdus: *l.1.C.de confess.* & patet ex præ
dictis. Facit *l.penultima.C.de condi.ob turpe causam,*
14 secundum *Matth.de Matasa.in 56.not.* Sed † quā-
do dicetur repositus in pristina libertate, & quæ
practica seruabitur in his; vide *Gui.de Cugno.in suo
tract.de quæstionibus.§.dictum.vers.sed quæro, quantū
tempus erit necessarium super quæstione.* vide quæ no-
tat *Bal.in l.2.C.de custo.re.* & dixi in alleg. *c.inpri-
mis.* & vide etiam *Henri.Boich extra.de reg.iur.c.cū*
15 *in contemplatione.* in antiquis. Et nota, † quod ex
confessione facta extra iudicium, qua quis fatetur
se crimen commisisse, insurgit iudicium ad tortu
ram: vt notatur *de exce.præla.c.quam graue.* & adde
quæ dixi supra *colla.1.curiæ Barci.cap.13. denique*
16 *inuiolabilis.* alleg. Item nota, † quod pars cōfes-
sionis, quæ est contra confitentem, probat, & no-
cet cōfitenti, si non probat ꝙ pro se inducit. Et est
conclusio Rotæ 460. & adde quæ notantur in alia
conclusione Rotæ 445. & per *Henric. extra. de conce.
pre.c.cū super.dist.1.vers. aut confessio est vnica.* vide
Bart.in l. Aurelius.§. idem quæsijt.ff.de li.le. Vlte-
17 rius † nota quod licet confessio illicite extorta
non obliget etiā post tormenta. tamen in tormē-
tis facta confessio facit semiplenam probationē.
vide *glo.in l.si quis in ea culpa.ff.de custo. re.* hoc ve-
18 rum † in maiore: quia secus in minore, qui etiam
confessionē factam præsente curatore potest reuo
care per restitutionē in integrū, si probet saltē se-
miplene rē aliter se habere. & notat *Matth.in dicto*
174.*notab.* In fi. textus, ibi, *nulla littera valeat ema-
nare.* nota hic reuocari quod olim erat in allega.
c.denique, ibi, *sine præcepto*, &c. vide quæ ibi dixi.
Itē nota, ꝙ non valeret rescriptum in contrarium
emanatum, nec esset obtemperandū, imo refutan-
dū, iuxta notata supra *colla.3.c.17.* adde quæ ibi
dixi. & infra *coll.proxi.curiæ Ceruariæ c.1.* Impe-
rator namq; non debet adimere consuetudines &
priuilegia ciuitati & alijs personis concessa. vt *in
authen.vt nomen Impera.præponatur.colla.5.* nec de-
bet adimere quæ concessit. in *authen.de referenda-
rijs.* & in *authen.de æqualitate dotis.*

De salario notarij euntis extra domicilium pro protestando. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Notarius vadens extra locum domicilij pro protestando debitoribus in multis locis, & contra multos, nõ potest quid vltra vnicum salarium recipere.*

2 *Procurator in quibus causis interuenire potest, vel non, remissiue.*

3 *Creditor an teneatur ire ad domum debitoris pro petẽdo debito, traditur.*

4 *Procurator, qui solutionem potest recipere, non potest cõfiteri solutionem.*

5 *Notarij & sagiones pro pluribus executionibus factis in eadem die non possunt habere nisi vnum salariũ pro dieta.*

6 *Gesta per procuratorem excommunicatum an valeant, remissiue.*

1 ITem approbantes capitulum, &c. Casus. † Notarius, qui vadit cum iuuene, vel procuratore draperiorum, & aliorum creditorum, pro protestãdo debitoribus extra locum domicilij, licet eadẽ die fuerit in multis locis, & contra multos, nequit vltra vnicum salarium habere. Hoc dicit: confirmando etiam c. 21 *supra in curia Gerundæ.* cætera
2 dic prout ibi dixi. Sed † in quibus causis potest procurator interuenire, & in quibus non, vide *G. in Rosario 11. q. 1. c. quia clericus. s. per glo. 1.* Et nota, quod hic subijcit in fine: *Et hoc seruari debere intendimus,* &c. quia à contrario videretur secus de alijs Vicarijs, vbi non essent assueti: & hoc destruit totum, quod nescimus vbi fuerit ista cõsue-
3 tudo: vnde supplendum esset maxime. Sed † an creditor teneatur ire ad domum debitoris pro debito petendo? *Angelus in l. spatium. ff. de edendo,* dicit quod sic, ante moram debitorum; alias contra, vt in *l. Item illa ff. de constit. pecun.* vide quæ ibi la-
4 tius notantur per *glos.* & *Doct.* Item † nota, quod licet procurator, qui solutionem potest recipere, possit iuramentum deferre, tamen non poterit confiteri solutionem. *C. de nouat. l. non abstulit.* ibi casus. Sit igitur cautus soluẽs procuratori, vt in instrumẽto apochæ faciat apponi illa verba, *& habuit, & recepit me notis præsente,* secundum *Angel. in l. pupillus. §. procur. ff. de iureiuran.* Item nota hic
5 arg. contra sagiones † & scribas, qui eadẽ die in pluribus locis faciũt plures executiones, pignorationes, & inuentaria, & de qualibet volũt habere integrũ salarium, non animaduertentes, ꝙ labor & pecunia diuisionẽ recipiunt: vt *l. si suo amico. ff. de ante legatis.* Debẽt igitur esse contenti vnico salario dietæ inter omnes, & de alijs recipere tantũ scripturas, vel illud ꝙ domi essent recepturi, iu-
6 xta not. in *c. vt præterita. extra. de elec.* Sed † an valeant gesta per procuratorem excõmunicatũ, vide per *Innoc. Henri. & alios Doct. extra. de proba. c. post cessionem.* & per *Gui. in 1. par. spec. tit. de procurat.*

De legitima filiorum. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *In legitima computanda seruatur lex Romana, repulsa lege Gotica.*

2 *In computatione legitimæ seruabatur olim Barcinonæ lex Gotica.*

3 *Ius agendi ad supplementum pro legitima non transit ad patrem.*

4 *Filius renuntians cum iuramento bonis paternis pro dote facit partẽ in legitima, sed non admittitur ad partẽ.*

5 *Debitũ naturale licet diminui possit per constitutionẽ, vel consuetudinem, non tamen tolli potest in totum.*

6 *Liberi an teneantur de iure communi relinquere parẽtibus, remissiue.*

7 *Legitima de iure communi est triens, vel semis, secundũ numerum liberorum, quamuis lege Gotica aliter esset.*

8 *Lex Gotica in quibus casibus seruetur hodie in Cathalonia, & ennumerantur casus.*

9 *Legitimã detrahunt omnes filij, Trebellianicam autem detrahit tantum primus hæres grauatus, nisi in casibus, prout hic.*

10 *Filius non computat fructus in Trebellianica.*

11 *Hæres extraneus licet priuetur Trebellianica ob non confectionem inuentarij, filius tamen non desinet ex eo detrahere legitimam & Trebellianicam.*

12 *Filius non facit suos fructus perceptos post litem cõtestatam, & sic tenetur imputare eos in quartam.*

ITem edicimus & ordinamus, quod in illis locis, &c.
1 Casus. Repulsa lege Gotica in legitima cõputanda, seruatur hodie lex Romana. Hoc dicit. Illa
2 Gotica † olim seruabatur Barcinonæ, vt patet in priuilegio, *Del recognouerunt proceres.* Sed hodie habent aliud priuilegium, vt solum pro legitima dentur quinque solidi pro libra: quod an valeat contra hanc constitutionem, dubitatur: & nõ dico amplius ad præsens, quia hæc quæstio pendet
3 de facto. Nota † tamẽ, quod ius agendi ad supplementum nõ transit ad patrem, sicut nec querela: ergo multo minus transit ad alium. vide *Bald. in l. cum non solum. C. de bonis quæ l.* Item † nota, quod si
4 filius viuẽte patre renuntiat cum iuramẽto bonis paternis, pro dote computatur in numero filiorum in legitima, & facit partẽ; si renuntiat pro alio, habetur pro mortuo, & non computatur se-
5 cundum *Bald. in l. 1. C. de non nu. pe.* Item † nota ꝙ debitum iure naturę per constitutionẽ, vel consuetudinẽ diminui potest, sed non potest tolli in totum, & est *conclusio dnorum de Rota in cõclus. 416.*
6 Sed † an hodie liberi teneãtur de iure cõmuni relinquere parentibus, vide *Iac. de Belloni. in lectura auth. ti. vt cũ de ap. cog.* secus est tamẽ in hac patria, vt *infra collat. proxima, curia Montissoni c. impuberibus.* & *colla. 7. curia Dertusæ c. 1.* vide quæ ibi dixi.
7 Quæro, de † qua lege Gotica loquitur hic? Resp. de lege, quę habetur in legibus Goticis *lib. 4. ti. 5. de natural. bonis. in Rub. de non exhæredandis filijs.* & secundum illã ante istã constitutionẽ seruabatur Barcinonæ, & hic Gerundæ, & fere per totã Cathaloniã, ꝙ non inspecto numero liberorũ, sed siue vnus esset, siue plures, de tota substãtia parẽtũ fiebãt quindecim partes, & octo partes pro legitima dabantur liberis, & parentes poterãt testari de septẽ partibus. Sed secundum legem Romanã atten-

attenditur numerus filiorum: quia si quatuor, vel pauciores liberi fuerint, trientes, quæ est tertia pars hæreditatis, debetur filijs pro legitima. Si vero fuerint quinque liberi, vel vltra, tunc semis, quæ est medietas totius hæreditatis, debetur pro legitima ipsis liberis; & de residuo possunt parẽtes testari ad eorum libitum. vt *C. de inoffic. testam. authen. nouissima*, quæ sumitur ex corpore *authent. tit. de triente & semisse*. & de hoc vide notata *extra de testamentis. c. Raynuntius*. vbi notantur hi versus.

Quatuor, aut infra dant natis iura trientem,
Semissem vero, si liberi sint quinque, vel vltra.
Arbitrium sequitur substantia cætera patris.

Adde quæ dicam infra *colla. prox. ma. in curia Montissons c. impuberibus*. adde quæ notantur infra *colla. 6. in curia Perpiniani c. ad occurrendum desidiæ*. super verbo, *in testamentis*. & infra *collat. 7. curia Dertusæ c. 1*. Et nota, quod lex Gotica hodie non seruatur
8 in † Cathalonia, nisi in casibus. Vnus est in præscriptione triginta annorum: alius est de cõparatione litterarum: tertius est, quod res non cadit in commissum propter cessationem canonis, sed duplicatur: quartus est in testamẽtis sacramentalibus: quintus erat in legitima. Sed per hanc constitutionem est sublatum hodie, vt hic vides. Et nota *glos. in vsat. iudicia curiæ*. Item nota, quod li-
9 cet † legitima possit detrahi totiẽs quotiens, &c. non tamen Trebellianica, quia illa tantum detrahit primus, nisi in casibus notatis in *l. 1 §. inde veraciuis. ff. ad Trebellia*. Inde nota, quod filius non
10 cõputat † fructus in Trebellianica: vt notat *Cyn. in auth. ex facto. C. de coll. & l. si. quando. §. generali-*
11 *ter. C. de inoff. test*. Itẽ nota quod † hæres, qui facere omisit inuentariũ, secundũ *l. scimus. C. de iure delib*. non detrahit falcidiã: vt *ead. l. §. si præfatam*. Sed tamen filius detrahit legitimã & Trebellianicã, per *l. omni modo. & l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. test*. licet quidã contra. Fructus autẽ percep-
12 tos † post litẽ contestatam non facit suos, quia tũc dicitur malæ fidei possessor. *C. de rei ven. l. certũ*. sed ante receptos non cõputat filius: vt *Liberemus. C. ad Trebel*. vide ibi *Baldum*.

De appellationibus. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Causæ secundæ appellationis ex eisdem actis absq. nouo processu sunt decidendæ. declaratur num. 46.*
2 *Lites sunt abbreuiandæ.*
3 *Sumptus litium sunt vitandi.*
4 *Condemnatio expensarum est incerta, & non valet, quãdo iudex condẽnat reũ in 95. lib. ex 100. quas actor petebat, & postea dicit, victum victori in expensis cõdemnando.*
5 *Appellans, siue appellatus debet cõdemnari in expẽsis, si sententia in causa appel. feratur ex actis primitiuis, ita q nil nouiter deductũ sit. decla. n. 6. & lim. n. 11*
7 *Appellans præsumitur habere animum iuste litigandi.*
8 *Appellans temere qualiter puniatur, remissiue.*
9 *Expensarum condẽnatio euitatur, si exhibitis in causæ discursu instrumẽtis, vel alias constito de iustitia partis alterius quis renuntiat causæ. declaratur nu. 10.*
12 *Appellare stultum est vbi non est vtilitas, quia forte plus excedent expensæ, quam valeat interesse principale.*
13 *Error iustus litigandi excusat quem ab expensis. declaratur nu. 14.*
15 *Expensæ officio iudicis taxantur.*
16 *Contumax debet condemnari in expensis, etiamsi obtineat in causa.*
17 *Sententia expensarum an reuocari possit, traditur distinguendo.*
18 *Expensarum reseruatio non potest fieri in sententia, vbi principaliter petuntur dicta expensæ: secus vero, si incidenter peterentur.*
19 *Citatus ad vnum articulum, si est contumax, debet citari ad alios; secus si fuisset citatus ad totam causam.*
20 *Iudex sententiam expensarum latam prætextu iuramenti, an reuocare possit, traditur.*
21 *Appellari potest ab executione taxationis expensarũ, sed tutius erit appellari ab ipsa taxatione. idẽ n. 23.*
22 *Condemnatur in expensis differens dolose exhibere instrumentum, causa fatigandi aduersarium.*
24 *Victus victori in expensis condẽnatur. declaratur quomodo procedat.*
25 *Libelli ineptitudo non nocet hodie.*
26 *Sententia est nulla, lata non recognitis processibus.*
27 *In causa secunda appellationis non est lis contestanda, sed sufficit quod in ea assignetur ad sententiam.*
28 *Actor, qui obtinuit duas sententias, & succumbens in causa secundæ appellationis, potest appellationem à se interpositam à sentẽtia reuocatoria iustificare, & nouiter deducere: quia quoad eũ est prima appellatio.*
29 *Recusatione proposita contra iudicem secundæ appellationis, pro ea iustificanda possunt fieri probationes.*
30 *Instrumenta de nouo reperta possunt produci in causa secundæ appellationis.*
31 *Nullitas potest opponi contra sententiam primæ appellationis, & ad probandam nullitatem possunt probationes fieri.*
32 *Sententia diffinitiua ferri debet in scriptis in causa secundæ appellationis.*
33 *Sententia diffinitiua in causis summarijs proferri potest sine scriptis, sed de iure canonico secus est. n. 34.*
35 *Appellari debet à sententia interlocutoria vim diffinitiua habẽte, eadẽ forma qua appellatur à diffinitiua.*
36 *Sententia Principis etiam sine scriptis facit ius, & quæ requirantur ad hoc vt dicta sententia faciat ius.*
37 *Princeps dat priuilegium, & committit causas etiam sine scriptis, non autem delegat.*
38 *Sentẽtia lata ab obseruatione iudicij est interlocutoria.*
39 *Libellus in causa appellationis quomodo formetur.*
40 *Iudex appellationis vbi appellatur à grauamine ante sententiam quæ debeat facere explicatur.*
41 *Appellatio quoad vnũ capitulũ nõ extẽditur ad aliud.*
42 *Iudex appellationis est iudex etiam nullitatis.*
43 *Iudex nullitatis potest condemnare, vel absoluere.*
44 *Instrumenta an sint admittenda in causa secundæ appellationis beneficio restitutionis in integrum ex capite minoris ætatis, diluitur.*
45 *Lex licet auferat remedia communia cõtra sententiã, non tamen tollit remedia specialia & priuilegiata.*

1 ITem pro abbreuiandis litibus, &c. Casus. † Iudices causæ secundæ appellationis debent ex solis processibus causę primitiuæ, & appellationis primę pronuntiare, bene, vel male fore appellatũ confirmando, vel infirmando sententias præcedētes, libello, & alio quouis quæstionis processu cessante, dummodo sententia feratur in scriptis.

2 Hoc dicit. Nota † hic in principio, lites fore abbreuiandas, ad idem supra *in collat. proxima, curia Illerd. c.* 14. & in concordan. ibi positis. Item no-
3 ta †, sumptus litium vitandos: sic *extra. de dolo & contu. c. finem*: & vide ibi de materia expensarum.
4 Et nota, † quod si actor petit centum, & iudex condemnat reũ in nonaginta quinque, & postea dicit, victum victori in expensis condemnando, ista condemnatio expensarum est incerta, & ideo ipso iure nulla. ex quo vterq. est victor & victus: & hoc vide per *Bar. in l. si legataria. §. fi. ff. de fideiuss.* secundum *Matthæum de Matasalunis in q. nota.* Itẽ
5 nota, † quod quotienscumque in causa appellationis à diffinitiua fertur sententia ex actis veteribus tamen factis in causa principali, succumbēs debet condemnari in expensis: & hoc habet locũ, si succumbat non solum appellans, sed etiam appellatus, quia hoc quod appellans habet sententiam pro se, non ideo probat iustam causam litigandi, quia ex quo fuit appellatum, ab ea elicitur suspicio iustitiæ, & ideo ipse consulere debuit, & renuntiare sententię, si erat iniusta: & hanc regulã ponit *glo. in regula, iuris ignorantia. lib. 6.* & *Bart. in l. fin. ff. de iuris & facti ignorantia.* & clarius in *l. generaliter.* circa med. *C. de re. cre. & iureiuran.* Quidã
6 tenuerunt † contra in appellato, quorum opinio recitatur in *c. si extra. de dolo & contu.* Prædicta tamen debent limitari, nisi esset probabile dubium iuris, propter opiniones Doctorum, quia tũc succumbens debet absolui ab expensis. in *authent. de iudicibus. §. oportet. collat. 6.* secundum *Matthæũ in*
7 *82. notabili.* Item nota, † quod appellans semper præsumitur habere animum obtinendi, & iuste litigandi, ita dicit text. qui aliter non reperitur, secundum *Baldum in l. si ratione. §. quidem. ff. ad l. fal.* & multum limitat *l. si. ff. de re iudi.* sic omnis litigans præsumitur habere animum vincendi. nota in *l. is qui in quadringenta. §. quidam. ff. ad l. fal.* secũ-
8 dum *Bald.* Et qualiter † puniatur temere appellans, nota *2. q. 6. §. patet.* & *cap. omnino*, vbi de hoc per *Gui. in Rosario.* & de temere appellāte ab executore, in *l. ab executione. C. quorum appellation. recip.*
9 Item, † nota practicã, quod quoties in causa principali, vel in causa appellationis producitur de nouo aliquod instrumentum, vel publicantur de nouo aliquæ constitutiones, quo viso, vel quibus visis, tu credis te succumbere debere in causa, debes statim renuntiare liti & causæ: & vitabis cõdemnationem expensarum. *l. si quis inficiatus. ff. depositi.* vbi *Bar.* hoc sentit. & in *l. properandum. §. sin autem. C. de iudi.* Et si hoc non facis, vt victus debes condemnari in expensis à tempore producti instrumenti, vel publicationis attestationum, vsq.
10 ad sentētiam, secundũ prædicta. Sed † istam doctrinam puto limitari debere, nisi instrumēta, vel testes deponant de tuo facto proprio: quia tũc tu præsumeris fuisse in dolo, vel saltem in lata culpa: *l. quamquam. ff. ad Vellei.* & ideo non debes vitare condemnationem expensarum. *l. eum quem temere. ff. de iudi.* & *insti. de pe. te. lit. §. 1.* cum simil.
11 Et † eodem modo debet limitari illa vulgaris doctrina, vbi in causa appellationis fertur sententia ex nouis actis, victus debet absolui ab expēsis & no. dñi de Rota in conclusione 241. secundum *Matth. in 82. not.* Vnde si aliquis habens iustã causam litigandi ab initio non renuntiat liti; postquam cognouit se malam causam fouere, non debet damnari in expensis factis vsque tũc, quia habuit iustam causam litigãdi, sed in factis post sic. Et est casus singularis in *l. si quis inficiatus. ff. depositi.* ex quo habes, quod potest quis ex parte litis habere iustã causam litigandi, & ex parte non. Et ideo debet pro parte tantum in expensis condēnari, secundum *Bart.* qui hoc ponit in *l. iam tamẽ. §. in hac. ff. iudi. solu.* vide etiam per *Ang. in l. de li-*
12 *tis. ff. de iudi.* Scias † tamen, quod stultũ est appellare vbi non est vtilitas, quia forsan plus erũt expensæ prosecutionis, quam tota quæstio prin-
13 cipalis. vide *Io. Fab. insti. quod cum eo. §. si.* Itẽ † etiã nota, quod iustus error litigandi excusat quẽ ab expensis, secundũ *Innoc.* & *Bald. extra. de sent. excõ.* de hoc notatur latius *in l. qui solidum. §. respublica. ff. de leg. 2.* & est *conclusio Rotæ* 182. Sed hoc est ve-
14 rum, nisi † expensæ sint debitæ iure actionis: vt est *glossa* singularis in *l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3.* iuxta *Ia. de Insula.* & vide quæ dixi secundũ *Matth. de Matasa. supra colla. proxima in curia Illerd. c. cap. 17. §. & pars quæ fuerit condemnata.* vide ibi. Vlterius
15 nota, † quod expensæ taxantur officio iudicis:
16 & † contumax debet condemnari ad expensas, etiam si obtineat in causa: vt notat *Gui. in Rosario. 11. q. 3. c. certum.* & *Inno.* & *Host. extra. de appel. cap. sæpe.* & vide quæ notat *Bart. in l. omnes. C. de Episc. & cleri.* & *in authen. generaliter. C. eod. tit.* Sed quæ-
17 ro, † an sententia expensarum possit reuocari? Resp. interlocutoria expensarum potest reuoca-
18 ri, sed non sententia condemnatoria. Item † vbi principaliter petuntur expensæ, sentētia debet ferri super eis, nõ autem potest reseruari taxatio, quia non valet sententia diffinitiua incerta: sed venit incidenter condemnatio expensarũ potest
19 fieri reseruata taxatione. Item † citatus ad vnum articulum, si est contumax, debet citari in alijs, secus si est citatus ad causam: ita notat *Innocent. de procura. c. auditis.* & vide in *c. sacro. extra. de sen. ex.*
20 Item † nota, quod iudex potest sententiam expensarum latam prætextu iurisiurandi necessarij in locum probationis delati reuocare, dum videt eam iniustam, secus si iuramētum esset iudiciale.
21 Item † quando expensæ iurantur, quæ secundũ iuramentum taxantur, si non appelletur à tali taxatione infra decem dies: & post decem dies fertur sententia condemnationis expensarũ, appel-
lari

dari potest ab illa sententia, tutius tamē est quod appelletur à taxatione, secundū *Innoc. extra. quod*
22 *metus cau. c. fi.* Vlterius † etiam notandum est, ꝙ qui dolose, causa fatigandi aduersarium, differt allegare, vel demonstrare titulum, debet cōdemnari in expēsis, licet in causa obtineat: vt notat *Gui. de Cug. in l. cogi. C. de pet. hæredi.* vide eum in *l. si iudex.*
23 *ff. de his qui sui vel alie. iur. sunt.* vbi nota. † quod à taxatione expensarū poterit appellari, licet non fuerit appellatum à condemnatione. Vltimo no-
24 ta, † quod hodie regulariter condemnatur victus victori in expensis, nisi iudici videatur, vt quia ca lumniose victum videatur litigasse: olim contra: vt notat *glo.* quæ incipit, *Imo duo nona dicuntur hic posita super verbo*, solo, &c. *in auth. de iudi. coll. 6.* vide *Io. Fab. insti. de actio. §. si minus.* & adde quæ not. *Bar. in l. eū quem temere.* & *Gui. in Rosar. 2. q. 1. c. inprimis.* & *Doct. moder. in alleg. c. finem.* Fallit regula in iudicio tabulæ: vt sup. *colla. proxi. curia Illerdæ c. 17. Item statuimus, volumus, & concedimus.* & *in c. 14. Item ordinamus & statuimus pro euitandis malitijs.* vide ibi super verbo, *non obstante consuetudine, vel vsantia.* In tex. *Igitur appellationis*, supple, quā vtraque pars potest prosequi datis apostolis, vel lapsis decē diebus, infra quos dari habent, iuxta constitutiones: vt infra *colla. proxima curia Mōtisfoni, c. pars appellata.* & *c. infra decē dies.* alias est §. dicti *c. pars appellata.* adde quæ ibi dicā. In tex. ibi, *libellus*, nota casum, in quo non requiritur libellus; alium habes infra in *cur. Montissoni, c. causa.* &
25 ibi dicā latius. Item † hodie non nocet libelli ineptitudo, quod dic vt infra *in cur. Perpiniani, c.*
26 *quia sæpe contingit.* In tex. ibi, *recognitis*, nota † quod iudex non debet ferre sententiam, nisi prius visis, & recognitis processibus, alias sentētia esset nulla: vt *extra. de resti. in integ. c. cū ex litteris.* vide ibi, & melius per *Bart. C. de edendo. l. is, apud quem. vers. tertio modo legitur.* vbi dicit, quod pronūtiatio facta per iudicē, nisi haberet nota acta, non valeret, etiāsi esset bona, & recte secundū acta lata, tamen pronuntiatio non valet: vt *ff. ex quibus ca. ma. l. hoc autem. §. 1.* Facit *ff. de adqui. hæred. l. sed si in sua.* in prin. Et est cautela, vt fiat quædā productio actorum corā iudice. vide ibi. Ad idem facit *30. q. vlt. c. iudicantē oportet cuncta rimari.* vide quæ ibi notat *glo.* & *Gui. in Rosar.* & *Imo. in c. cum Bertoldus. extr. de re iudi. in glossa*, quæ incipit, *Nota post diffinitiuā.* vbi notat *Bal.* quod si iudex non videt attestationes meas, ex hoc solum possum petere sententiā reuocari; quia quando iudex fert sententiā, causa nō cognita, vel nullis probationibus receptis: quia sententia est nulla ipso iure: sic intelligitur *l. prolatam. C. de sen. & interlo. omniū iudi.* & vide *extra. de cleri. coniu. c. diuersis.* vide & adde quæ scripsi infra *colla. 10. c. per donar ordre.* super verbo, *E lo consell plenament informat.* In text. ibi, *sine lite, &*
27 *sine scriptis*, &c. dic, † sine lite, idest, sine litis cōtestatione, quæ haberet alias fieri ad libellum: dic etiam, sine lite, quia non debet fieri assignatio partibus in causa secūdę appellationis, nisi solū à sententia, ad quam debent partes citari, licet non peremptis in hoc casu. Ad idem *Cle. sæpe. de verb.*
28 *signif.* circa fi. Sed † quid si actor, qui obtinuit duas sententias, succūbat in causa secūdæ appellationis, & appellet, numquid habebit locum hæc cōstitutio? Dic quod non, quia hæc non dicetur causa secundæ appellationis: imo est prima appellatio quoad ipsum actorem appellātē, quia sic etiā intelligitur *l. 1. C. ne. lice. in vna. e. ca. tertio prouocare.* & ita tunc vtraque pars poterit non probatū probare, &c. iuxta *l. per hanc. C. de temp. appel.* & *c. fraternitatis. de testibus*, cum ibi not. & sic offeretur libellus, & iuris ordo seruabitur: sed non obstat si dicatur, quod non licet taliter interpretari constitutionem, quia verum est, quod non debet fieri interpretatio extensiua, tamen declaratoria fieri potest, iuxta notata in *c. cum dilectus. gl. f. 3. extra. de consue.* & *de rescriptis. l. causam.* per *Innoc.* & *Iac. de But. in l. non dubium. C. de legi.* Item lex municipalis debet intelligi ciuiliter *ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. §. & si lege.* prohibetur enim additio deprauans intellectū, non autem declarans, & illuminans, secundum quod scribitur *Eccles. 24. Qui elucidant me, vitam æternā habebunt.* hic enim casus est in hac constitutione omissus, quia in fine dicit, *cōfirmando, vel infirmando sententias prædictas*, scilicet quæ erant concordes. Et si fuerint confirmatæ, nō licebit amplius appellare: vt *C. vt non liceat tertio prouocare. l. 1.* & *in rubro.* & *extra. de app. c. sua nobis. Rub. tutor.* Si vero ambas iudex infirmauerit, non est dubium, quod ille, qui illas obtinuerat, modo poterit appellare, & quod ad ipsum erit prima appellatio, in qua poterit de nouo probare; & si succūbat, iterū poterit appellare, & erit secunda appellatio, in qua seruabitur pręsens cōstitutio: & ita dic vt inferius dicā, secūdum *Bug. de Vallo*, & contra *Guil. Præpositi.* In tex. ibi, *& sine scriptis*,
29 subaudi, solemnibus: sed † ad rei memoriā, sicut acta, si forte præponatur recusatio iudicis: vt *extra. de proba. c. quoniam contra.* de quo dic latius vt
30 dicam in alleg. *c. causæ.* Sed † quid si aliquis vult producere aliquod instrumentum, quod forte omiserat in causa principali & primæ appellationis; numquid poterit produci modo in causa secundæ appellationis? Videtur hic quod nō, quia tex. dicit, *sine scriptis.* & quia alias fieret lis, quia forte pars aduersa vellet reprobare instrumentū productū. Et sic causa prorogaretur, & expēsę fierent contra formā huius constit. In contrariū videtur ꝙ prætextu instrumēti de nouo reperti debet retractari sentētia, à qua fuit appellatū, iuxta notata *ext. de sen. & re iudi. c. inter monasteriū.* & *c.*
31 *suborta.* Item † contra sententiam primæ appellationis potest obijci de nullitate; vt in *cur. Illerda, c. 14.* ergo ad monstrandum de nullitate debet admitti probatio: & ita poterūt testes recipi super venalitate sententię, vel allegetur alia turpitudo iudicis, per quā debet sentētia annullari, vide per *Io. de Imola in Cle. vt calumnijs: de re iudi.* maxime per instrumenta, alias frustra esset ibi permissum obijci

obijci de nullitate. Et hanc partem credo veriorem, vt vitetur iuriũ correctio. Nec est credendũ, quod Princeps vnico verbo voluerit tot iura reuocare, & alias esset auferre iura & defensiones alicuius. adde etiam de restit. in integrum. inf. e. c. *vers. Sed etiã quaro hic.* Et hoc c. loquitur quando agitur de iustitia, vel iniustitia, quia dicit, *confirmãdo, vel infirmando sententias*; & non dicit aliquid de nullitate, vel de restitut. in integrũ, vnde ꝙ non mutatur, &c. *C. de testa. l. si vacimus.* & hic solũ prohibetur solemnitas & ordo iuris ciuilis, quia defensiones, quæ sunt de iure naturali, non possunt tolli per hanc constit. quæ est ius ciuile & positiuum: vnde non poterit omitti citatio & iuramẽtũ calũniæ, si petatur, & forsan defensio, quæ haberet probationem paratam, sicut sunt instrumenta & huiusmodi. maxime si dicatur de nouo reperta saltẽ ope restitutionis ex clausula generali, *si qua mihi iustã causa.* super quibus vide notata per *Bar. in extra. ad reprimendum.* super verbo, *figura iudicij.*

32 In tex. ibi, *pronuntiet in scriptis*, nota † sentẽtiã debere ferri in scriptis etiam in causis summarijs, vt hic: sicut *extra. de verb. sig. s. c. sæpe. in Cle.* alias forte sententia non valeret, & esset nulla ipso iure: vt *extra. de sen. & re iudi. c. & si sentẽtia. lib. 6.* vide ibi notata. Quod credo verum, etiãsi ferretur à primogenito, vel Gubernatore in casu huius constitutionis, quã omnes seruare tenentur: vt inf. ead. *cap.*

33 *prædicta siquidem.* & *c. seq.* Sed in alijs causis, † etiã summarijs, vel non summarijs possunt primogenitus & Gubernator, sicut Rex ferre sententias per se, & per alios in personã eorũ, etiã sine scriptis, iuxta notata in alleg. *c. & si sententia.* & *extra. de testib. c. Albericus.* & *C. de sen. & interlo. om. iudic. l. prolatã.* & adde quæ notat *Bart. vbi supra.* super

34 verbo, *figura iudicij.* Sed † de iure canonico habet semper dari in scriptis, etiã in causis summarijs: vt in dicta *Cle. sæpe.* saluo quod dicitur in alleg. *c. & si sententia.* Et prædicta intellige de sentẽtia diffinitiua, de qua etiã loquitur præsens constitutio. Secus est de interlocutoria, nisi fuerit talis, quæ sapiat vim diffinitiuæ, in qua similiter requiritur trina citatio, vel vna peremptoria, secundum

35 *Matheũ in 132 not.* Et † quando appellatur à tali interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, est appellandum ea forma qua appellatur à diffinitiua, & potest impugnari ex nouis actitatis: vt no

36 tat idẽ *Mattheus in 40. not.* Et † nota, quod sentẽtia principis etiã sine scriptis facit ius. Et quæ requirantur ad hoc vt sentẽtia principis faciat ius, nota *extra. de re iudi. c. in causis.* & per *Io. Fab. instit. de iure naturali. §. sed quid Principi.* Item princeps

37 etiam sine † scriptis dat priuilegiũ, & causam cõmittit; sed non legationẽ: vt notat *glo. in c. institutionis. 25. q. 2.* Item nota, quod sententia absoluto

38 ria † iudicij non est sententia diffinitiua, vt not. *Inno.* & *Bal. in c. ad peti. de accu.* & est casus *ff. de act. & ob. l. Titio.* & *glo. in l. harum. ff. si serui. ven.* & *in c. si. de appel. in Cle.* Super hac constitut. scripsit *Guil. Præpositi*, consilio Iurisperitorũ Gerundæ se pronuntiasse ipsam constit. locũ habere non solũ vbi pro vna parte sunt latæ sententiæ, videlicet principalis causæ & appellationis: vel vbi etiam est lata vna pro parte vna, & prima appellationis pro alia parte, quia in isto casu, vt in primo, non admittitur aliqua scriptura coram alio iudice appellationis. Terra. & Archi. Vicen. & hæc sibi vera videntur, licet Berengarius de Vallo contra. Et an dicatur causa secunda, siue appellatio secunda respectu causæ, vel respectu personæ, dixit se vidisse altercari in consilio Regio: & finaliter conclusum esse, ꝙ dicitur causa secunda respectu personarũ: & ita fuisse iudicatũ in facto den Tries, cuius erat iudex dictus Beren. de Vallo, secundũ R. Balistarij. Ego vero credo locũ esse interpretationi, iuxta formã constit. interim vero nõ nimis recedere à iure cõmuni: sed quãdo quis admiserit duas sentẽtias, restat tertia instãtia, in qua videtur locũ habere hæc cõstit. & ita vidi seruari, & est tutius. Et hoc probat sat littera, dũ in plurali dicit, *sententias præcedẽtes confirmando, vel infirmando.* In

39 tex. ibi, *bene vel male appellatũ.* Nota hic † pro formandis libellis & sententijs in causis appellationũ, quia iudex appellationis habet pronuntiare, bene vel male fore appellatum, vt hic dicitur: sic *extra. de testa. c. Raynaldus.* vide de hoc. Sed nota, ꝙ

40 iudex † appellationis, quãdo à grauamine appellatur ante sententiã, primo cognoscit an appellatio sit legitima: & si eã inuenerit legitimã, pronũtiabit, bene appellatũ fuisse, & postea procedet super principali: si vero male appellauerit, pronũtiabit male appellatum, & remittet ad primos iudices. Si vero appelletur à sententia, cognoscere debet de meritis causæ, & pronuntiare sententiã iustam, vel iniustã; vel totaliter, vel in aliquo cõfirmare, vel infirmare, siue cassare: vt *extra. de appellationibus. cap. vt debitus.* Nota tamen, quod ap-

41 pellatio † vnius capituli nõ se extendit ad aliud. Item in appellatione ab interlocutoria non sufficit se referre ad acta. de quo vide *Baldum* latius in *l. minoribus. C. de his quibus vt indignis.* & vide Canonistas in *Clementina, Appellanti.* Vltimo nota,

42 quod † iudex appellationis cognoscit de nullitate: vt *C. quando prouocare non est necesse. l. 1.* & nota *extra ordi. in l. quadam mulier. ff. famil. ercifcund.* & latius per *Innocentium* & *Henricum Boich in cap. dilecto. extra. de appellationibus.* Item nota, quod iu-

43 dex † nullitatum potest condemnare, & absoluere. *ff. de minori. l. verum. §. ex facto. in fine.* secũdum *Innocentium* & *Baldum, extra. de officio delegati. c. pastoralis.* adde etiam quæ notantur in supra allegato *cap. 14. curia Illerd.* & infra in *cur. Mõtissoni, cap. constitutio edita.* Sed etiam quæro hic,

44 numquid † per viam restitutionis in integrum, saltem iure minoris, poterit in causa secundæ appellationis admitti probatio omissa? Videtur, quod non, per istam constitutionem, quæ generaliter loquitur, & dicit quod sententietur ex solis processibus causæ principalis, & causæ primæ appellationis, & excludere videtur omnem processum

sum in causa secundæ appellationis, tamen (salua determinatione melius sentientis) saltem in hoc casu crederem contra, maxime si contra tutorem, qui non esset soluendo, ipsi pupillo non possit esse consultum: vt *C. de iudicijs. l. properãdum. §. vltimo*, quia ad probationem, vel allegationẽ omissam datur restitutio: vt *extra. de restitu. in integrum. cap. auditis*. vide quæ ibi notantur, quia etiam lata sententia in causa secundæ appellationis, daretur restitutio aduersus omnes sentẽtias; ergo facilius debet admitti ante sententiam: & hoc est de mente huius cõstitutionis, quę vult lites abbreuiari; quia minor de iure restituitur aduersus præscriptionem per statutum, vel consuetudinem introductam: vt in *cap. constitutus. extra. de resti. in integrum*. ¶ Alij vero contrarium, quos non sequor in his, per ea quæ dixi supra. Vidi tamen seruari de consilio sapientum, quod iudex secundę appellationis ex officio se informauit, & recepit testes super probationibus per minorem omissis, super quibus petebatur restitutio in causa secundæ appellationis: ergo credo instrumentum facilius admittendum saltem in causa minoris. Sed † certe
45 vbi lex, vel statutum tollit remedia contra sententiam, refertur ad remedia communia non ad remedia quæ competunt iuri speciali, vel priuilegiato: vt dicit textus *cum glos. C. de præscriptio. triginta, vel quadraginta annorum. l. sicut. & glos. in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet*. & in *l. 2. §. legatis. ff. de iudi*. & in *l. hæres absens*. in prin. *eod. tit*. quam allegat *Angelus* in contrarium *ff. de testa. mili. l. 1. fran. §. fi*. & fuit quæstio de facto, an traheretur ad beneficium restitutionis in integrum, secundum *Antonium de Butrio in specu*. verbo *appellatio*. Ex quibus firmissime credo, restitutionem priuilegio minoris fore concedendam vbicunq. per has constitutiones simpliciter tolluntur remedia contra sententiam, puta, quia prohibetur appellatio à condẽnatione maiori vigintiquinq. libris in tabula, vel in causis vsq. ad quinquaginta solidos, & huiusmodi. Sequitur in fi. textus *confirmando, vel infirmando sententias præcedentes*. per hanc litteram satis clare perpenditur, hanc constitutionem loqui, quando iam erant latæ duę sententiæ concordes; alias si esset vna sententia pro actore, alia pro reo, non possent ambæ confirmari, vel infirmari; & sic minus bene dixerunt *G. Præpositu*. & quos sequitur supra. Sed *Berengarius de Vallo*, qui tenuit contrarium, dixit veritatem:
46 Tene † ergo, hanc constitutionem loqui, & intelligi debere in causa secundę appellationis respectu appellantis, contra quem latæ fuerunt binæ sententiæ, quas iudex secundæ appellationis ex meritis priorum processuum debet iuxta formam huius capituli confirmare, vel infirmare.

Ne contra defunctum inquiratur. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Contra defunctum non inquiritur, quia crimina extinguuntur morte. Fallit vt hic, & declaratur nu. 8.*
2 *Hæreticorum pœna est vltimi supplicij; sed de consuetudine concremantur.*
3 *Hæretico post abiurationem relapso non parcitur.*
4 *Præscribitur per quinquennium iuri damnandi memoriã defuncti rei perduellionis, idest læsæ Maiestatis.*
5 *Post quinquennium non quæritur de statu defuncti, declaratur nu. 6.*
7 *Hæres potest defendere defunctum, & probare eius innocentiam.*
9 *Iura de publicandis bonis eorum qui mortem sibi consciuerunt an sint correcta per* authen. bona damnatorum. C. de bonis præscriptorum. *traditur.*

ITẽ *statuimus, & ordinamus, quod inquisitiones, &c.* Casus. Contra defunctum non inquiritur, nisi in casibus hic contentis. Hoc dicit breuiter. ¶ No-
1 ta ergo regulam, quod † contra defunctum non inquiritur; & est ratio, quia crimina morte extinguuntur, vt hic, & *C. si reus, vel accu. mor. fuerit. per totum*. Fallit tamen in criminibus læsæ maiestatis, hęresis, falsæ monetæ, & eorũ qui portãt res prohibitas ad partes Ægypti. De his enim agi poterit post mortem delatorum perpetuo; quo ad bona hæretici defuncti, vide, & adde quæ leguntur, & notantur *extra. de præscrip. cap. fin. lib. 6*. & *in cap. si quis Episcopus. de hæreticis*. vide ibi *Henricũ Boich in 2. dist*. adde quæ scripsi super *vsat. moneta*. Quæ
2 est † pœna hæreticorum? Respondeo, lex imponit pœnam vltimi suplicij. *C. eod. tit. l. Arrianus*. Sed de consuetudine tales concremantur, quia viui concrematio vltimum supplicium est. vide *Ioan. in Summa Confessorum lib. 1. tit. 5. q. 9*. & *Henricum Boich in cap. ad abolendam. 3. dist*. Nota, † quod hære-
3 tico post abiurationem relapso, si conuictus fuerit per facti euidentiam, vel per confessionem, vel per testes, non parcitur ei, nec quo ad bona, nec quo ad vitam. Si autem absq. huiusmodi deprehẽsione occulte recidat, & sponte pœnitens reuertatur ad Ecclesiam, parcitur ei quo ad vtrumq. *Ioan. de Imola in q. 14*. exceptis casibus læsæ maiestatis, & falsæ monetæ, de quibus non quæritur, nisi infra triennium post mortem illius de cuius bonis agitur, inquisitio fuerit inchoata, vt hic. De
4 iure Romano, † iuri damnandi memoriam defuncti rei perduellionis præscribitur per quinquennium: vt *l. 2. C. de aposta*. & *Ioan. de Platea insti. de hæredi. quæ ab intesta. defe. §. per cõtrarium*. vide *Bar. in dicta l. 2*. ¶ Sic † etiam de statu alicuius defuncti
5 post quinquennium non quęritur: vt *C. ne de statu. defuncti. post quinquennium quæratur*. in rubro, & ni-
6 gro: quod est verum † nisi ageretur propter hæreditatẽ, & bona: vt *extra. qui fi. sint legi. cap. causamq*. vide ibi *Antonium de Butrio*. & adde casum *extra. de præscrip. cap. vltimo. lib. 6*. Et melius ac latius per
7 *Ioan. de Platea in l. fi. C. de iure fisci lib. 10*. vbi † etiã nota, quod hæres potest probare innocentiam, & alias defendere defunctum. in *l. 2. C. qui testa. fa. pos*. adde quæ scripsi super *vsat. moneta*. In textu, ibi, *decesserit*; scilicet naturaliter, etiam si pendente
8 causa principali, moritur; secus † forsan, si sibi mortem consciuit post litis contestationem, vel postquam fuerit in scelere deprehensus; ti nc enim

enim hæredibus ſunt bona auferenda, ſecundum
Azonem in Sũma. C. ſi reus, vel accu. mor. fuerit. quod
dic vt notatur per *gloſ.* & *Doct. C. eod. tit. l. defunctis.*
& *C. ſi pen. appellatione mors inter. l. eius qui.* & per
gloſ. in l. ſi is qui te. C. qui teſta. fa. po. & *ff. de bonis eo-*
9 *rum qui mor. ſibi conſciue. l. qui rei.* Vbi † quærit
Bartolus, an illa iura, quæ diſponunt de publican-
dis bonis eorum, qui mortem ſibi intulerint, ſint
correcta per *authen. bona damnatorum.* Et breuiter
dicit, quod ſic, in illis caſibus, in quibus bona rei
defuncti non publicarentur, ſi per ſentẽtiam fuiſ-
ſet condemnatus. vide ibi, & in *authen. bona damna*
torum. C. de bonis proſcriptorum. & adde quæ dixi
ſupra *colla. 4. in ſecunda curia Barcinonæ cap. 34. Item*
quod nos vtemur, &c. & *in curia Gerundenſi cap.* 11.

De crimine læſæ maieſtatis. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læſæ maieſtatis excellit cætera crimina.*
2 *Crimen læſæ maieſtatis quibus committatur modis, traditur, & num. 9. & 20.*
3 *Crimen læſæ maieſtatis appellatur crimẽ perduellionis.*
4 *Perduelles dicuntur hoſtes.*
5 *Læſæ maieſtatis crimen, & non perduellionis dicitur, quando non committitur contra Republicã, vel eius ſecuritatem.*
6 Roma *venit ſub nomine* Vrbis *ſimpliciter prolato.*
7 *Crimen læſæ maieſtatis proprie committitur contra perſonam Principis, & ſtantium ad eius latus; improprie vero contra perſonas aliorum.*
8 *Crimine læſæ maieſtatis tenetur qui accuſatum de eodem crimine, & captum à carceribus exire fecerit.*
10 *Crimen quaſi læſæ maieſtatis committitur in exercitio priuati carceris, & falſæ monetæ.*
11 *Crimen læſæ maieſtatis non committit niſi ſubditus.*
12 *Crimen læſæ maieſtatis committitur etiam contra dominum inferiorem Principe.*
13 *Fiſcus non ſuccedit in hæreditate, in qua indignus fuit hæres inſtitutus; ſi talis indignus decedit ante mortẽ teſtatoris.*
14 *Fiſcus occupat bona deportati acquiſita extra contractum iuris gentium.*
15 *In crimine læſæ maieſtatis multa ſunt ſpecialia.*
16 *Crimina morte extinguuntur, fallit vt hic.*
17 *Princeps de crimine læſæ maieſtatis cognoſcit in ſua curia, ad quam delati ſunt remittendi.*
18 *Patefaciens coniurationem antequam deuentum eſſet ad eam, veniam meretur, & præmium: ſecus ſi iam proceſſiſſet ad actum, cum tunc veniam ſolum mereretur.*
19 *Affect⁹ punitur ſicut effectus in crimine læſæ maieſtatis.*
21 *Seditio an ſit peccatum mortale traditur.*
22 *Seditionis peccatum primo, & principaliter grauat eos qui ſeditionem procurant, & ſecundario qui ſequuntur ſeditioſos.*
23 *Rebelles qui dicantur. remiſſiue.*
24 *In crimine læſæ maieſtatis quomodo procedatur. remiſ.*
25 *In crimine hæreſis ad occupandum bona hæreticorum quomodo procedatur. remiſſiue.*
26 *Hæretici qualiter puniantur, traditur ſub diſtinctione.*
27 *Pœna hæretici traditi curiæ ſæculari eſt, vt comburatur.*
28 *Papa eſt ſupra ius; & non eſt in terris, qui ei dicat, Cur ita facis?*
29 *Quatuor, quæ habent Principes contra rebelles. remiſſiue traduntur.*

1 IN textu, ibi, *crimine læſæ maieſtatis*, hoc † crimen
cætera crimina excellit. Ideo ſecundum *Azo-*
2 *nem in Summa*, dic quod crimen † læſæ maieſtatis
eſt vbicunq. quis contra vrbem aliquid molitur,
vel qui profugit ad hoſtes, vel qui qualitercunq.
iuuat, vel armis, vel pecuniis, vel conſilio, vel qui
ſubiectas prouincias nititur facere rebelles; vel
qui ſeditionem mouet in ciuitatem, vel quod ma-
giſtratus occidantur, vel Princeps; vel qui circa
latus eius militant, vel qui arma ſumit, ſcilicet,
cõtra rempublicã. vt ſtatim ſequitur, vel occupat
3 loca contra rempublicam. Vnde † appellatur
hoc crimen perduellionis: ea ratione, vt quidam
dicunt, quod hic probatio per duellum admitte-
batur. Et non in alio caſu. Sed eſt alia melior ra-
4 tio, quia † perduelles dicuntur hoſtes: vt *ff. de ver-*
bo. ſigni. l. quos nos hoſtes: dicitur ergo crimen per-
duellionis, id eſt, hoſtis, vt ex prædictis patet, & ha
5 betur. *ff. ad l. Iul. maieſt. l.* 1. 2. 3. & 4. Sed † & alias
cõmittitur non cõtra rem publicam, vel eius ſe-
curitatem, & tunc non dicitur crimen perduellio
nis, ſed ſimpliciter dicitur læſæ maieſtatis. Et ſe-
cundum *Azonem* ſunt hæc intelligenda de vrbe
6 Romana, quia verbum *Vrbis* † ſimpliciter pro-
latum, Romam ſignificat: vt *inſti. de iure natur.* §.
ſed ius. Sed dominus noſter Rex, & alij Reges. &
Principes Hiſpaniæ, qui non recognoſcunt Im-
peratorem, vel alium in temporalibus ſuperio-
rem, habent maieſtatem, & in eo, & ciuitatibus, &
Regnis ſuis vtuntur iſtis legibus, & procedunt
iuxta eas in crimine maieſtatis, ſicut Imperator,
7 & Romani, vt habes hic. Crimen † maieſtatis pro-
prie committitur in perſona Principis, & ad eius
latus ſtantium: in perſonis aliorum improprie, ſe-
cundum *Cy.* & *Bar. de Salicet. in l. quiſquis. C. ad l.*
8 *Iuli. maieſt. in verſ. proditor.* Itẽ hac lege † maieſtatis
tenetur qui ob crimen accuſatum de publica
cuſtodia exire fecerit: vt *ff. eod. lege* 3. *in fi.* Item
9 qui † obſides ſine iuſſu Principis interfecit. Item
qui de prouincia non deceſſit cum ei ſucceſſum
10 ſit: vt *ff. eod. l.* 1. & 2. ¶ Eſt † & aliud crimen quaſi
læſæ maieſtatis, vt in priuati carceris exercitio,
& in falſa moneta. vt *C. de priuatis carceribus.* & *C.*
de falſ. mone. & in *vſat. ſimili modo.* & hic etiam ex-
cipit de falſa moneta, & etiam portare arma, &
res prohibitas ad partes Ægypti, vt hic dicit. de
quo vide ſupra *colla. proxima in curia ſecunda Bar-*
11 *cinon. cap.* 11. ¶ Nota † tamen, quod hoc crimen
maieſtatis non committit niſi ſubditus; vt in
Cle. paſtoralis. §. rurſus. extra. de re iudi. & ibi *Gemin.*
& *glo.* in verbo, *nõ ſufficit.* quod intellige, *niſi*, prout
notat *Ioan. Fab. inſti. de præiudi.* vide *Bart. in extra-*
12 *uagan.* ¶ An † autem hoc crimen maieſtatis com-
mittitur in dominum inferiorem Principe? Dic,
quod ſic: 2. q. 1. *cap. in primis.* circa fi. nota *ar. extra.*
de pœnis c. fælicis, in verbo, *maieſtatis. li. 6.* pro hoc *l.*
nemo.

13 *nemo.C. de Episcopali audi.* Fiſcus † non ſuccedit
in hæreditate,in qua indignus fuit inſtitutus,ſi eſt
ille indignus mortuus ante teſtatorem. Caſus eſt
14 in *l.ſi.ff.de ys qui vt indig.* Fiſcus † occupat bona
adquiſita per deportatum, etiam ex contractu
iurisgentium,nec veniunt venientes ab inteſtato:
15 vt *l.2.C.de bonis damnatorum.* ¶ Sunt † in hoc cri-
mine multa ſpecialia,nam omnes, qui alius repel
luntur ab accuſatione; hic admittuntur: vt puta
milites,minores,infames,pauperes, familiares,pa
rentes contra liberos,& contra liberti contra pa
tronos & mulieres. Nam coniurationem Sergij
Catilinæ Iulia mulier detexit, & Marco Tullio
Conſuli indicium eius patefecit:vt *ff.eod.l.famoſi.*
& *l.in quæſtionibus.* Serui torquentur in dominos
fidicularum tormenta ſpreta omni prerogatiua
accuſati,& eius accuſatori,inſtigatori,& accuſa-
to infligitur:vt *C.eodem. l.nullus.* & *l.vltima. §.in
hoc.* ¶ Filij autem delinquentis, & ſi non capita-
lem, alias tamen patiuntur pœnas; & quia ſunt
infames;& quia nulli ſuccedunt. Filię autem de
bonis matris habent falcidiam: vt *C.eod. l.penul-
tima.*& *ff.de pœnis.l.crimen.* ¶ Item crimine com-
miſſo nihil alienari poteſt,nulla fieri poteſt eman
cipatio, vel manumiſsio; vt *C.eod.l.penultima.§.
emancipatio,*alias contrarium eſt.*ff.de dona.l.post co-
tractum.*vbi vide *Bart.* ¶ Item accuſatio poteſt in-
choari poſt mortem:vt in hac conſtitutione,& *C.
eod.l.vltima.* Sed hoc eſt intelligendum tantũ in
eo crimine,quod ſupradictum eſt perduellionis:
vt *ff.eod.l. vltima,* & *gloſ.in §. per contrarium inſti.de*
16 *here. quæ ab inteſta. deferuntur.* Regulariter † vero
crimina morte extinguuntur.23.*diſt. cap.præterea
ſciſcitaris.*vbi de hoc in *gloſ.*& 24.*q.2.in Summa.*&
ff.de bonis eorũ qui ante ſen.mor. ſibi.conſciſ.l.vltima.
Fallit tamen in caſibus:vide ibi.& *C.ſi reus vel ac-
cu.mor.fuerit,*& *C.pœn.app.mors interuenerit:* per to
17 tum. Item † notandum, quod Princeps de hoc
crimine maieſtatis cognoſcit in ſua curia, ad quã
delati remittendi ſunt, & idem ſeruatur de *vſat.
ſimili modo.*& *vſat.auctoritate:& rogatu.*cum ſimili-
bus regalijs:vt notatur latius per *Iaco. de Calt. in*
18 *Margarita fiſci.octauo dubio.verſ.*215.Illud † etiam
notandum eſt,quod qui patefecerit antequã vſus
eſſet coniuratione, vel proceſsiſſet ad actum, ve-
niam meretur,& præmiũ. Sed ſi iam proceſsiſſet
ad actum,veniam meretur, ſed non præmium; vt
19 *C.eod.l.penultima.in fi.*Sed ſi † aliquo iſtorum non
excuſetur, qui reus eſt hoc crimine,ſiue perfece-
rit crimẽ, ſiue voluerit perficere procedẽdo,actũ
dando,vel recipiendo, puta quia ſciuit factionẽ,
& non denunciauit cum potuerit, ſacramentum
ſuper facinore committendo; vel quid ſimile fa-
ciendo,gladio debet feriri,& eius omnia bona de-
bent publicari,eadem enim ſeueritate voluntas
ſceleris qua effectus punitur:vt *C.eod.l.penultima,*
quod eſt ſpeciale in hoc crimine.& *C.de Epiſcopis
& clericis.l.ſi quis non dicam rapere:*vt in iſtis atro-
cioribus;de quo tamen dic per *Bal.in dicta l.ſi quis
non dicam.* alias non in tantum punitur affectus, ſi
non ſequatur effectus:vt notatur *C.ad l. Cor.de ſi-
ca.l.2.qui cum telo.*& vide quæ notat *Ioan.Fab.inſti.*
20 *de pu.iudi.§.Item lex Cornelia de ſica.*Qui † tempo
re neceſsitatis ſine Principis licentia recedit de
patria, & eius ſuccurſum deſerit, tanquam reus
maieſtatis venit puniendus:vt *ff.de re mili.l.deſer-
tore. §.qui filium,* & *ff.de cap. & poſti.reuer.l.poſti.§.
filius.*& *§.transfuga,*& notatur in *l.ſi quis.in gloſ.C.
de poſti.*& *de capidimi.l.amiſsione.§.qui deficiunt,* &
in *vſat.qui ſeniorem ſuum & ſequendo.*cum quilibet
21 teneatur patriam defendere. ¶ Sed † quæro, vtrũ
ſeditio ſit peccatum mortale? Reſpondeo ſecun-
dum S. *Thom.in ſecunda ſecundæ q.42.artic.2.*dicẽ-
dũ,quod ſeditio proprie opponitur vnitati mul-
titudinis,ſcilicet populi, ciuitatis,vel Regni. Et
dicit *Auguſtinus 21. de Ciuitate Dei,*quod popu-
lus determinat ſapientes, non omnem cœtum
multitudinis; ſed cœtum iuris conſenſu,& vtili-
tatis commune ſociatum. Vnde manifeſtum eſt,
vnitatem,cui oppponitur ſeditio, eſſe vnitatem
iuris communis vtilitatis, manifeſtum eſt ergo,
quod ſeditio opponitur iuſtitię: non ergo fece
runt ſeditionem,qui pro iuſtitia,& bono commu
ni excommunicatos, & diſsipatores communi
tatis olim impugnabãt Gerũdæ,vt vidimus. Nec
peccarũt mortaliter,immo merebantur qui bono
animo mouebantur & communi bono,& ideo ex
ſuo genere eſt peccatum mortale;& tãto grauius,
quãto bonum commune, quod impugnatur per
ſeditionem,eſt maius quam bonum priuatũ,quod
22 impugnatur per rixam. Peccatum † autem ſedi-
tionis primo, & principaliter ſpectat ad eos qui
ſeditionem procurant,qui grauiſsime peccãt: ſe-
cundo autem ad eos,qui eos ſequuntur perturban
tes bonum commune. Illi vero, qui bonum com-
mune defendũt, eis reſiſtentes non ſunt dicendi
ſeditioſi;ſicut nec illi,qui ſe defendunt, dicuntur
rixoſi;& ponitur per *Ioan. de Imola in Summa Cõ-*
23 *feſſor.lib.3.tit.34.q.228.* ¶ Qui † vero dicantur
rebelles.vide in *l.extrauaganti domini Henri.Impe-*
24 *ratoris.Rubri.qui dicuntur rebelles,coll.*11.Et † quo
modo procedatur in crimine maieſtatis, dicitur
latius in alia extrauaganti dicti Imperatoris.quæ
25 incipit, *Ad reprimendum.* ¶ Sed † qualiter proce-
datur in crimine hæreſis.ad occupãdum bona hæ-
reticorum,dic vt legitur,& notatur *extra.de hære-*
27 *ticis cap.cum ſecundum.lib.6.* Qualiter † vero pu-
niantur hæretici, diſtingue; quod aut hæreti-
cus eſt abiurare paratus, & ſe vult corrigere;
aut eſt relapſus. & tunc ſine ſpe veniæ tradendus
eſt curiæ ſæculari: vt *extra. de hæreti. cap.ſuper eo
lib.6.* Aut non eſt relapſus, & tunc aut conuerti-
tur continuo,& ſponte: & tali facta abiuratione
parcitur vitę: vt *extra. eod. tit. cap. ad abolendam:*
aut non conuertitur continuo, & ſponte, ſed ex
interuallo, & metu probationum ſeu tormento-
rum,& tunc ante ſententiam poteſt haberi miſe-
ricordia,vt non tradatur foro ſæculari,iuxta no-
tata per *Ioan.Calderin.eodem tit.in 2.conclu.in fi.* &
ita loquitur *ſpe.& Hoſtien.eod.tit.§. qualiter depre-
hendatur.*

bendatur, vers. adverte tamen. Sed de iuris rigore tradi potest foro sæculari: vt in *alleg. cap. ad abolêdam,* & ita loquitur *Ant. de Butrio.* ibi & *glos. Ray.* & *Ioan. de Imo. in Summa Confes. eod. tit. q. 4.* in fi. & *Ioan. de Imola in Clemen. fi.* in *glos. propagentur.* Sed post sententiam damnationis non poterit reconciliari nisi per Papam, secundum *Hostien.* vbi supra. adde notata per *Henri. in alleg. c. ad abolendam.* aut hæreticus est pertinax; & incorrigibilis; & tûc siue fuerit relapsus, siue non, tradendus est curiæ

27 sæculari. Pœna † vero hæretici traditi curiæ sæculari est côcrematio in igne, vt notatur per *Hêricum* vbi supra. Sed quando ante sententiam côuertitur, & non est relapsus. tunc est pœna carceris perpetui; vt *extra. de hæreticis cap. excommunicamus in 2. §. si qui autem.* & hoc verum de rigore iuris; quando continuo, & sponte reuertitur; & quâdo ex interuallo, vel metu, & ante sententiam, misericordia adhibetur. Poterit tamen etiam hæc sententia per inquisitorem postea mitigari: vt *eodem tit. cap. vt commissi. lib. 6.* & notat *Ioan. An. in alleg. §. si qui autem.* Sed sententia damnationis, per quam relinquitur foro sæculari, non poterit forte mitigari nisi per Papam, vt dixi secundum *Hostien.* quia ex quo semel relictus est iudici sæculari, iam non est de foro inquisitoris, qui plene functus est officio suo: *extra. de offi. dele. cap. in litteris.* & sic

28 nihil ad nos de his qui foris sunt: Papa † vero est supra ius, & non est qui ei dicat: Cur ita facis? habet enim plenitudinem potestatis. *extra. de conse. praben. c. proposuit.* Et de falsa moneta vide in *vsat.*

29 *simili modo.* & *vsat. moneta.* ¶ Quatuor † quæ habent Principes contra rebelles suos, vide per *Iaco. de Cal. in sua Margarita fisci octauo dubio, versiculo 206.*

De abatuts. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores, & eorum factores falliti puniuntur pœna statuta contra campsores fallitos.*

2 *Mercatores falliti capi possunt in persona, licet non sint obligati cum instrumento, declaratur num. 3.*

4 *Dilapidator quis sit traditur.*

5 *Latitare quis dicatur explicatur.*

6 *Pœna fallitorum non habent locum in mercatoribus qui recusant soluere debitum, dummodo non se absentent, nec latitent.*

7 *Campsores quocunq. modo fallantur puniuntur, quod secus est in mercatoribus, & alijs, traditur differentiã hic.*

8 *Mercatores qui sint traditur.*

STatuimus insuper, & ordinamus, quod quicunq. mercator, vel draperius, &c. Casus. Mercatores † dra-

1 perij, & eorum factores, qui se abatran de valore centum librarum, vel vltra; & curritores pallerij cuiuscunq. legis, vel sectæ existant, qui se abatran, etiam de minori quantitate, puniuntur pœna statuta contra campsores qui se abaten. Hoc

2 dicit. ¶ Nota, † quod mercatores, & alij prænominati, qui se abaten, in casibus huius constitutionis, possunt capi in personis, licet se non obligauerint cum instrumento; & sic videtur contra de constitutionibus, quæ prohibent liberum hominem capi pro debito ciuili: vt supra *colla. 2. in curia Regis Petri II. cap. Item quod nullus miles, vel*

3 *liber homo.* cum suis concor. Sed dic † quod hic nô capiuntur pro debito, nisi quando se abatran aliquo de modis hic contentis, scilicet, fugiendo, vel se absentando, vel latitando; & tunc magis pro delicto perfidiæ, quam pro debito pecuniæ ca-

4 pientur, & punietur in personis. Itê nota. † quod dilapidator dicitur, fructus in suã vtilitatem côuertens 2. *q. 6. cap. quantum.* & in *Clemen. 1. de re iudi.* & in *Clemen. 1. de sequestrum po. & fruc.* & 11. *q. 1. cap. quia res.* secundum *Archi.* Item dilapidare dicitur, quando homines dicunt, quod aliquis malefacit facta sua. *C. man. l. si pro ea.* in *glo.* vide notata per *Angel. in l. si fideiussor. §. si satisfiatũ. ff. qui sat. co.*

5 Et † quando dicatur quis latitare. vide in *l. Pulcinus. §. quid autẽ sit latitare. ff. ex quibus causis in posse eatur.* Item latitare dicitur omnis qui vocationi iudicis non obedit, secundum *Inno. extra. de verborum signifi. cap. dilecto.* cum scire præsumatur, secun

6 dum *Baldum* ibidem. ¶ Sed † quæro: pone, quod mercatores, & alij hic nominati, non fugiunt, nec se absentant nec latitant; sed soluere retardant. & recusant, nunquid habebit locum pœna campsorum abatuts? Dic quod non, quia cum ista constitutio sit pœnalis, & stricti iuris, non extendam extra casus in ea nominatim expressos, scilicet, fugiendo, absentando, & latidando. Non obstant constitutiones loquentes de campsoribus abatuts supra *colla. proxima in secunda curia Barcin. c. 6.* & 7. & in *curia Illerden. c. 4. Item super c.* vbi dicitur, quod alij campsores, qui non soluunt plene, dicuntur abatuts, quia illud in câpsoribus hoc in istis mercatoribus, & alijs prænominatis. Et sic

7 nota differentiam, quia † campsores quocunque modo se abaten, non soluendo puniũtur per abatuts. Secus in alijs, in quibus requiritur, quod fugiendo, absentando, vel latitando se abaten, antequam puniantur per abatuts: Sed si alias non soluant, possunt alias capi pro commanda, vel debito ratione officij, vel cum scriptura tertij, iuxta notata supra *allega. c. Item quod nullus miles, vel liber homo.* cum suis concordan. Item nota aliam differentiam inter campsores, mercatores, & draperios; quia campsores dicuntur abatuts per quãtamcunq. quantitatem se abaten indistincte; sed mercatores, & draperij non dicuntur abatuts quo ad pœnam campsorum abatuts, nisi se abatrã pro centum libris, vel vltra; quia in mercatoribus & draperijs habet fieri ista distinctio quantitatis. Sed ista distinctio quantitatis non habet locum in curritoribus & pallerijs, vt hic habetur in textu huius constitutionis, quam vide, & nota eam, quia notabilis est: & adde hic quæ dixi satis late supra in côstitutionibus. *cap.* præallegato. ¶ Vlti-

8 mo † quæro hic, qui dicantur mercatores: Respondeo secundum quod notat *Bart. in l. legatis in prin. ff. de legatis tertio.* Ille dicitur mercator, siue negotiator,

tiator, qui mercari consueuit, & non ille qui semel mercatur. Sed in procemio *ff.* dicit illos esse mercatores, quos vulgus pro mercatoribus communiter appellat, & ita credo, quod sumatur in hac constitutione: adde & vide quæ leguntur, & notantur *ff. de tribu. ac. l.* 1. in prin.

De tabellionibus. Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Notarius creari non debet nisi qui fuerit repertus idoneus scientia, moribus, & ætate, & ætas dicitur idonea vigesimo quarto anno completo.*

2 *Testamenta, codicilli, nec donationes causa mortis recipi possunt per iuratos notariorum, sed tantum per ipsos notarios.*

3 *Maior pars cohæredum debet præferri minori, vbi est quæstio inter eos, apud quem ex hæredibus debeant esse tabulæ testamenti.*

4 *Notarij substituere non possunt ad recipienda testamenta, nec alias vltimas volũtates, & ratio traditur hic.*

5 *Testamentum vltimum reuocat primum, quamuis de eo nullam faciat mentionem. Fallit in duobus casibus, vt hic.*

6 *Testamẽtorum salariorum ipsorum materia. remissiue.*

7 *Notarij in ciuitate Barcinonæ ex priuilegio possunt cõficere testamentum cum solo testatore adhibitis duobus, vel tribus testibus, quibus nihil de contentis in testamento notificatur.*

8 *Testamenta, & aliæ vltimæ voluntates receptæ per substitutos notarij non valent.*

9 *In notario quæ requirantur. remissiue.*

10 *Per exteriora iudicamus de interioribus.*

11 *Infames non possunt esse notarij.*

12 *Notarij à quibus contractibus se debeant abstinere. remissiue.*

13 *Notarij scribaniarum curiarum debent assecurare tabulam.*

14 *Notarius suspectus dari non potest pro testibus recipiendis.*

15 *Notarius an possit conficere penes se testamentum, & acta causarum, in quibus est index. remissiue.*

16 *Notarius potest conficere instrumenta per verba de præsenti, vel præteriti temporis, vel in prima seu in tertia persona.*

17 *Notarius, cui fuerant legatæ notæ, non potest eas redigere in publicam formam absq. iudicis auctoritate.*

18 Et cætera *dictio interpretatur siue ex natura contractus, siue ex consuetudine regionis, siue ex consuetudine notarij, vel ex proximis scripturis.*

19 *Notarios quis creare possit. remissiue.*

20 *Ætatem aliquam quando sit necesse esse completam, vel attigisse, traditur remissiue.*

ITem, *quod nullus de cætero creetur notarius,* &c.
1 Casus. Non † debet creari notarius, nec ad notarij officium admitti, nisi qui repertus fuerit idoneus sciẽtia, moribus, & ętate, quę dicitur idonea ætas viginti quatuor annorum completorũ. Hoc dicit vsque ad §. *Et quod nullus iuratus,* &c.
2 vbi dicitur, † quod testamenta non possunt recipi per iuratos notariorum. Hoc dicit in longo. ¶ Et eodem modo codicilli non possunt recipi per ipsos iuratos: vt *infra colla. proxima curia Mõtissoni cap. finem.* vide ibi dicta de clausula codicillari. ¶ Nec possunt etiam ipsi iurati recipere donationes causa mortis, nec alias vltimas volunta-
3 tes: vt in dicto *cap. finem.* ¶ Et nota, † quod si de tabulis testamenti communibus pluribus cohæredibus sit quæstio apud quem esse debeant, debet pręferri maior minori, & dignior inferiori, & masculus fœminę, & ingenuus liberto: vt *l. si ff. de*
3 *fide instrumentorum.* Item nota † hic, quod notarij non possunt substituere iuratos ad recipiendum testamenta, nec instrumenta quarumlibet vltimarum voluntatum: & est ratio istarum prohibitionum, periculum magnum, quod vertitur in istis instrumentis vltimarum voluntatum, in quibus iura etiam voluerunt augeri numerum testium: quia in testamentis requiruntur septem testes in ciuitatibus, vel quinq. in locis ruralibus: vt *C. de testamen. l. & ab antiquis.* Et in codicillis & alijs vltimis voluntatibus requiruntur quinq. testes: vt *C. de codicillis. l. vltima. §. vltimo.* Item in testamentis testes requiruntur rogati: vt *ff. de testamentis. l. hæredes palam. §. in testamentis.* & ita vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum. *extra. de electione capitulo. vbi maius.* Item nota, † quod per vl-
5 timum testamentum reuocatur primum, etiam si de primo mentio non fiat in secundo. Fallit in duobus casibus, scilicet, si primum testamentum sit inter liberos: *C. de testamen. authen. hoc inter liberos.* Item cum testator legem testãdi sibi dixit sic, scilicet, Si fecero aliud testãmentum, non valeat: quia tunc secundum faciendo, oportet, quod mentionem faciat de primo: *ff. de le. 3. l. si quis.* in prin. secundum *Ioan. An.* qui ita notat *extra. de constitu.*
6 *cap.* 1. super verbo *reuocare. lib. 6.* de salarijs † testamentorum, codicillorum, & aliarum vltimarũ voluntatum, multa notabilia ad materiam testamentorum vide infra in *colla. proxima curia Montissoni cap. pro testamentis, & cap. finem.* Sed † in Barci-
7 no. iuxta consuetudinem scriptam in priuilegio *Del recognoueruut proceres,* possunt notarij cum solo testatore conficere testamentum, adhibitis duobus, vel tribus testibus, qui tamen nil scient de contentis in ipso testamento; & ita statur fidei solius notarij quod videtur cõtra Euangelium, quia in *ore duorum, vel trium testium stat omne verbum. extra. de testibus, cap. in omni.* & *de testa. cap. cum esses.*
8 Sed † quid si per iuratum substitutum notarij fuerint recepta in hac patria testamẽta, vel alię quęlibet vltimæ voluntates, sicut quandoq. forte fit Gerundæ, nunquid valebunt huiusmodi instrumenta? Dic quod non, immo, sunt nulla ex defectu auctoritatis, & potestatis, quia isti iurati sunt tanquam priuatæ personæ, quo ad ista. Item quia quę contra leges fiunt, &c. & sufficit prohibitum esse à lege, &c. vt *C. de legibus non dubium.* & dixi supra *colla. 4. in curia 2. Barcino. cap. 17.* cum concor. in contrarium videtur *extra. de fide instrumentorum. capitulo, cum dilectus.* quia in his multum attenditur consuetudo, vt ibi dicitur: sed nõ obstat,

quia

quia hic non valet consuetudo contra constitutionem istam iuratam, & esset illa consuetudo irrationabilis, & periculosa valde, præsertim, quia iuuenes quindecim annorum consueuerunt substitui in notaria Gerundæ. Sed non vidi de ijs casum in controuersia: verumtamen non credo, quod valeant acta contra prohibitionem constitutionis, & sic ex actibus nullis non poterit induci consuetudo: vide *An. de Butrio in cap. vltimo.*
9 *extra. de consue.* & *de treu. & pa. cap.* 1. ¶ Quæ † etiam requiratur in notario, dic vt dixi supra *collat. 3. in curia Montissoni cap. 20.* ¶ Sed de moribus dic, quod non sit infamis, & sit discretus, & bene morigeratus in gestu, & loquela, maxime, vt non sit homo mendax, & teneat secretum; quæ omnia relinquuntur arbitrio examinatorum; de quibus dixi supra in allegato *cap.* 20. adde & repete hic
10 quæ ibi dixi: ¶ Et nota, † quod dixi *in gestu*, quia per exteriora iudicamus de interioribus. *extra de præsump. cap. ex studijs.* & in compositione corporis qualitatem denotat mentis: vt 41. *dist.* §. *vltim.* & in vestibus etiam attenditur grauitas animi; vt *ead. dist. cap. quisquis.* Item debet esse discretus in silentio secreti, & vtilis in verbo, scilicet veritatem scribendo, & proferendo, ne aut tacēda proferat, aut proferenda taceat: vt 43. *dis. cap. sit rector.*
11 in prin. ¶ Item infames † non possunt esse nota-
12 rij: vt *l. non alias. ff. de adop.* ¶ A quibus † contractibus se debent abstinere notarij: vide in allegat. *cap.* 20. & supra *colla. 1. cap. Item statuimus, quod tabelliones,* &c. vide ibi. Item nota, † quod notarij
13 scribaniarum curiarum tenentur assecurare tabu-
14 lam: quod dic vt infra *colla.* 5. *cap.* 8. ¶ Item † nota, quod tabellio siue notarius non debet dari suspectus ad recipiendum testes. nota *glo. in authen. de triente, & semisse.* §. *& quod.* super verbo *ar-*
15 *tificis. colla.* 3. ¶ Vtrum autem notarius † possit sibi scribere testamentum suum; & acta causarum in quibus est iudex, vide per *Bar. ff. de stipu.* secun-
16 dum *l. seruus communis.* Item nota, † quod non refert an instrumentum conficiat notarius per verba de præsenti, vel præteriti temporis, vel in prima, vel in tertia persona: vt legitur, & notatur *extra. de iur. pa. cap. quod autem.* & *de conuersi. coniuga-*
17 *torum. cap. dudum.* Quid † si aliquis tabellio legat alij notas suas, sicut potest, nunquid legatarius poterit in publicam formam redigere sine iudicis auctoritate? dic quod non: vt in *c. cū per tabellio. extra. de fide instrumentorum:* de quo vide latius in *spe. tit. de instrument. edit.* §. *ostenso. vers. quid si aliquis tabellio.* ¶ Item quando notat semel, vel plures, po-
18 nit dictionem, &c. † in instrumentis iudex supplet interpretando illam dictionem ex natura contractus, ex consuetudine regionis, vel ex consuetudine notarij; vel ex proximis scripturis: vide per *Hostien. in cap. cum per. extra. de fide instrumētorum.* adde quæ notantur in *spe. tit. de instrumentorū edi.* §. *ostenso. ver. s. quid si abbreuiatura.* ¶ Quis au-
19 tem † possit creare notarios; vide *Henricum in dicto cap. cum per.* & quæ notat *An. de Butr. extra. qui fi. sint l. cap. per ven.* Vltimo nota in textu, ibi, *compleuerint*, quod non sufficeret attigisse trigesimum quartum annum, & etiam vltimum diem, ex quo
20 littera expresse dicit, *compleuerit.* Et † quando sufficiat attingere, vel sit necesse complere, vide latius per *Ioan. de Imola in Clem. generalē. super glos. in decimo octauo anno. de ætate, & qualitate ordinandorum.* & ibi melius, & clarius per *Franciscum de Zabarellis in penultima collatione.*

De ouibus, agnis, ac perdicibus, & de venatoribus. Capitulum XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Oues & agni quamuis causa vendendi essent olim prohibiti occidi, hodie tamen hoc non seruatur.*
2 *Perdices non sunt capienda, nec occidenda, nisi venando cum auibus à Paschate Domini vsq. ad festum Sancti Michaelis mensis Septembris.*
3 *Columbi alieni capiendi non sunt modo hic contento.*
4 *Retia seu laquei tendendi non sunt ad capiendas venationes, nisi contra apros aut lupos capiendos.*
5 *Venatio multiplex est.*
6 *Venatio specialiter prohibetur clericis.*
7 *Venator in sacra scriptura non fuit inuentus Sanctus, licet multi Sancti inuenti fuerint piscatores.*
8 *Venatio quare sit prohibita, & piscatio permissa, ratio differentiæ traditur.*
9 *Iulianus, & Eustachius cum erant venatores, adhuc non erant Sancti.*
10 *Venari an licitum sit in aliquo casu, & referuntur casus.*
11 *Venari non potest in alieno, domino inuito.*
12 *Venatio non potest prohiberi per violentiam.*
13 *Bannum venandi perdices fuit publicatum Gerundæ, & refertur bannum Martini in formalibus verbis, quod non extenditur ad terras Baronum num. 15.*
14 *Nobiles dicuntur domicelli, donec sint facti milites.*
16 *Perdicum natura fera est, licet aliquando perdices sint domesticæ.*
17 *Gallinarum, & anserum natura domestica est.*

1 ITem, *quod infra decem annos,* &c. Casus. † Oues nisi quatuor annos excesserint, & agni causa vendendi per decennium prohibiti fuerunt occidi, & hoc hodie non tenetur de consuetudine notoria, forte quia nec fuit moribus vtentium approbata vt 4. *dist.* §. *leges.* & notatur in *glos. extra. de trenga & pace cap.* 1. Secundo in §. *Et quod nul-*
2 *lus,* &c. dicitur, quod † nullus audeat capere, vel occidere perdices, nisi venando cum auibus à Paschate Domini vsq. ad festū Sancti Michaelis Septembris; nec vllo tēpore audeat quis destrue-
3 re nidos perdicum; nec † columbos alienos capere ab antesses, simbells, filats, vel alio modo. Contrafacientibus pœnam siue bannum imponi iubet per eos qui bannum in eorum locis seu terminis soliti sint imponere. Hoc dicit in longo. Et confirmatur præsens constitutio infra *collat. proxima in curia Montissoni cap. denuq.* vbi præcipit istam constitutionem seruari, iuxta sui seriem, & tenorem; vide quæ ibi dicam. Sic etiam de iure
4 communi nemo retia, † seu laqueos, aut quælibet instru-

instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi
aduersus apros, aut lupos capiēdos: vt habetur in
l. fen. de pace te. alias *de clericis vie. pa.* §. *nemo.* alias
est *vers.* sub §. *mercator.* ¶ Et quia hic loquitur de
5 venatione, scias, † quod venatio est multiplex: vt
notatur per *glos.* 2. *in cap. Episcopum. extra. de cleri-*
6 *cis vena.* ¶ Item nota, † quod venatio specialiter
clericis prohibetur: vt *extra. de cle. vena. cap.* 1. &
extra de censi. cap. cum Apostolus. Et nō mireris, quia
dicit *Hieronymus super Psal.* 85. *Esau venator erat,*
7 *quia peccator erat.* & penitus † non inuenimus in
Scripturis Sanctum aliquem venatorem, piscatores
inuenimus Sanctos. Vnde *Ambrosius in homilia
de Quadragesima. Quid prodest ieiunare visceribus, &
luxuriari venatibus; abstinere à cibis, & errare pecu-
nijs?* Item *August. super Psalm.* 147. *Vidēt homines ve-
natorem, & delectantur; videbunt Saluatorem, & con-
tristabuntur.* Ex prædictis ergo conclude, quod nō
solum quis prohibetur venari, sed etiam inspicere:
de hoc in *cap. Esau.* & *c. quid prodest.* & *cap. vide-
tur* 80. *dist.* & vide *cap. qui venatoribus.* & *cap. ampu-
8 tatis. eadem dist. contra venatores.* Sed † quare prohibetur
venatio, & non piscatio? Respōdeo, quia
piscatio fit sine clamore, venatio non: vel quia maior
delectatio est in venatione; dum enim quis est
in ea, nihil de diuinis potest cogitare: vt notatur
in dicto *cap. Esau.* Item, quia raro fit sine damno
proximi, dum venatores incedant per campos, &
vineas: non sic piscatores. Item, quia quandoque
capiunt columbos alienos, vt hic dicitur. ¶ Sed
9 quid † dicemus de Sancto Iuliano, qui fuit venator,
& similiter de Sancto Eustachio? Dic. quod
tunc non erant Sancti, quando erant venatores; si-
cut notatur in dicto *cap. Esau.* ad quod facit, quod
10 notatur 34. *dist. cap. quorundam.* ¶ Sed nūquid † aliquo
casu est licitum venari? Dic, quod nedum
laicis, sed etiam clericis, si redditus eorum existāt
in venatione cyrogrillorum, siue cuniculorum, si-
cut est in aliquibus partibus; dum tamen hoc fiat
tempore competenti, vel etiam causa recreationis,
vel causa necessitatis permissum est: vt innuitur
à contrario sensu in dicto *cap.* 1. *de clericis ve-
na.* & ibi notatur per *glos.* & *Inno.* puta ad excitan
dum calorem naturalem, vel appetitum, prout ibi
notatur per *Inno.* plenius in *cap.* 3. *eod. tit.* & per
Henric. eod. tit. cap. Episcopum. vbi etiam nota de
pœna clerici venatoris: & vide etiam *Ioan. in Sum
ma Confessorum lib.* 3. *Rubri. de venatione q.* 1. *& se-
11 quitur.* Vlterius † quæro, an in alieno posit quis
venari, vel aucupari, domino inuito? Textus, quod
12 non. *ff. de serui. ru. prædi. l. diuus Pius.* Sed † an possit
per violentiam prohiberi? *Angelus,* ibi super
glo. tenet quod non, sed potest agi iniuriarum: vt
glos. ibi dicit: quod forte est speciale in venatoribus,
secus in alijs; vt *l. qui sella.* §. *in rusticis.* ¶ Et no-
13 ta, † quod bannum venandi perdices fuit postea
appositum, & publicatum Gerundæ, 8. die Maij,
anno à Natiuitate Domini 1401. vt constat in
regestro curiæ Regiæ sub forma sequenti.

¶ *En Martin per la gratia de Deu, Rey Darago, de
Valēcia, de Mallorques, de Sardenya, & de Corsega; Cō
te de Barcelona, de Rossello, & de Sardanya. Al noble
è amat nostre en Benet de Cruylles Donzell.* [Nota,
14 quod † etiā nobiles dicuntur domicelli, donec
sint facti milites, quoniam iste nobilis Benedictus
de Crudilijs non erat miles, ideo vocatur, hic per
dominum Regem domicellus.] *Salut & dilectio.
Segun auem entes, alguns, axi homens de paratge, com
de viles, dins la Vegueria de Gona constituits & poblats
de dies & de nits, prenen les perdius, axi ab filats com
ab calderes; no obstant la inhibicio, è ordinacio feta sobre
asso, com aquellas se deguen caçar è pendre ab aucells de
presa, ò ab can de mostre. En tant que com nos serem en
aquexes partides, no trobarem que a nostre deport pu-
gam caçar, si per nos en aquesta manera noyes prouehit.
Perque confiant de la vostra fe approbada, & industria,
à vos dehim, comanā & manam espressament, & de cer-
ta sciencia; que per los llochs de la dita Vegueria ab veu
de crida fassats publicar, que algun de qualsevulla esta-
ment, ò condicio sia no gos sots pena de perdre lo puyn, &
de sinchoanta sous Barcelonesos cascuna vegada que hi
serà contra fet. La qual pena volem, que per vos sia ex-
higida, llevada, è executada, sense alguna gracia, è mer-
ce caçar, ò pendre les dites perdius, sino ab aucell de pre-
sa, ò can de mostra, segons dit es; no res menys, tots, &
qualsevol filats, & altres artificis fabents per apendre
les dites perdius, hon sevulla que sien: prenets à vostres
mans, rompent, & trencant aquells, axi com a vos serà
ben vist faedor, per manera que aquells que aytal arti-
ficis assagen de fer, fretura jents daquells no hagen leer,
ò occasio de venir contra la present nostra ordinacio, &
manament, demanāts nostres meynes ab qualsevulla of-
ficials, & sotsmesos nostres, sots priuacio de sos officis,
que a vos dit Benet, en les dites coses executar, donen
consell, fauor, & ajuda, cada vegada, & quant per vos
ne seran requests. Car nos ab la present à vos en les dites
coses, & cascuna daquelles dependents, & emergents da
quellas, comanant plenariament nostres veus. Dada en
Çaragoça sots nostre sagell secret, à 5. dies de Ianer, en
lany de la Natiuitat de nostre Senyor de mil noranta y
vuyt. Rey Marti.*

15 ¶ Et nota, † quod bannum prædictum non extenditur
ad terras Baronum, & aliorum, qui in
suis locis, & terminis consueuerunt bannum apponere:
vt in hoc cap. dicitur, & de istis bannis
vide quæ dixi supra *colla.* 4. *in curia prima Barcino.
cap.* 33. *Item quod aliquis Vicarius, vel officialis noster
non imponat bannum,* &c. ¶ Hodie vero tales del
alij commissarij sunt probibiti per generalem
constitutionem, quæ est infra *colla.* 10. *curia domi-
na Maria cap. Item per tolre vexacio,* &c. adde constitutionem
nouellam super venationem perdicum
prohibitam, editam in curia Barcinonæ, per
Regem Ioannem Nauarræ Locumtenentem. Et
16 notandum, † quod huiusmodi perdicum fera natura
est, licet quandoque fiant domesticæ, sicuti
pauonum, & columborum natura fera est: vt *insti.
17 de rerum diui.* §. *pauonum.* Secus † de gallinis, &
anseribus: vt in §. *gallinarum. insti. eodem titulo.*

De marchis, & repræsalijs. Cap. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Marcha adiudicari non potest, quando curia requisita certificat clare debitores non habere bona in sua iurisdictione; nisi creditores probarent contrarium, declaratur num. 14.*

2 *Litteris curiarum creditur, nisi probaretur contrarium.*

3 *Officialis non dicitur repertus in faticha iustitia, quoties debitor non habet vnde soluat.*

4 *Subditi marchari non possunt, quando subditus debitor, vel eius superior negligens sit non soluendo.*

5 *Arma mouere quis potest auctoritate superioris pro recuperanda re sua, vbicumq. ius suum prosequi non valet.*

6 *Accipere quis potest æquiualens rei furatæ auctoritate superioris, vbi dictam rem furatam recuperare nequit.*

7 *Bellum indicere, & bona eorum deuastare possum propter iniustitiam mihi illatam per iudicem propter suos subditos.*

8 *Iudex ratione personæ an iudicet de bonis alibi existentibus. remissiue.*

9 *Iudex an possit exequi suam sententiam in bonis existentibus extra territorium.*

10 *Iudex in cuius territorio sunt bona, requisitus vt exequatur sententiam alterius iudicis, an possit cognoscere an dicta sententia sit iusta, vel iniusta, & sic se abstinere ab executione. remissiue.*

11 *Marcha declarari non potest, vbi non sunt bona, in quibus fieri possit executio. & quæ sint bona, in quibus fieri non potest executio, declaratur.*

12 *Executionis exceptio in quibus non obstat, traditur.*

13 *Curia requisita cognoscit de oppositione vxoris facta in executione viri.*

15 *Dubia probatio non releuat.*

16 *Certum quid dicatur. remissiue.*

ITem statuimus, quod si Vicarij ad instantiam creditorum pro executione, &c. Casus. † Si curia requisita pro executione facienda certificauerit clare, quod debitores non habeant bona aliqua, in quibus possit fieri executio, nequit marcha per requirentem curiam adiudicari, nec concedi licentia pignorandi, nisi creditores probauerint, quod debitores iam dicti habeãt bona intra iurisdictionem curiæ requisitę. Hoc dicit. Pone hic apostillas, quas habeo in libro Liuido de materia marcharum, & etiam tractatum domini Petri de Pœnis, quem scripsi inferius in hoc volumine. ¶ Et est notabilis, & praticabilis hæc constitutio ad materiam marcharum, & repræsaliarum huius patriæ. ¶ Ex qua † nota, quod creditur litteris curiarum, nisi contra probetur: vt hic, & supra in *curia proxima c. 26.* vide quæ ibi dixi, sic & litteris prælatorum creditur: *extra. de proba. cap. post cessionem, & de fide instrumentorũ. c. 2.* & nota *extra. de solu. c. 2.* vbi de hoc per *glos.* & *Ioan. An.* & de materia executionis vide supra *ead. c. 10.* secũdo nota, † quod ita demum tenetur dominus, vel officialis, qui nõ facit iustitiam de subdito, si ille subditus fuerit soluendo; quia alias non dicetur repertus in faticha, si debitor non habet vnde soluat: argumento hic, & *extra. de solu. c. Odoardus.* Nec † possunt subditi marchari, quando subditus debitor, vel eius superior negligens fuerit non soluendo, secũdum *Lau.* & *Gui. in Rosa. 23. q. 2. c. dñs noster.* quia delictũ domini non est conuertendum in damnum Reipublicę. de hoc notatur *ead. q. 3. c. fi.* in fi. ¶ In textu, ibi, *Vicarij.* dic idem de alijs officialibus, qui possunt, & consueuerunt facere processus marcharũ: de quo dixi supra *colla. 4. in curia 1. Barcino. c. 16. Item ad requisitionem.* vide ibi cum suis cõcor. Ad maiorem declarationem eorum, quę notantur hic, & supra *colla. 2. in 2. curia Barcino. c. 44. Item si de homine,* &c. & in dicto *c. Item ad requisitionem,* &c. & de materia marcharum nota, † q̃ vbicumq. per alium rem suã, vel ius suum prosequi nõ potest, licitum est auctoritate superioris arma mouere, & bellum indicere, ad recuperandum sua, vel etiam furtiue accipere: vt *C. de Iudæis. l. nullus.* & *23. q. 2. c. dñs noster.* & *c. iustum est bellũ.* Et hoc videtur iustum, quia nulli licet iura vitiare sine licentia cõditoris iurium: in iure autem continetur, quod etiam suam possessionem nullus occupare possit. *C. vnde vi. l. si quis in tantam.* & notatur *1. di. c. ius gētium.* in *glos. 1.* Sed principi, qui solutus est legibus & constitutionibus ciuilibus, licet hoc sine alterius auctoritate. *ar. C. de le. l. digna vox.* Item, † quod plus est, etiam si furto, vel violentia rapta habere non possit, potest accipere æquiualẽs auctoritate superioris: vt in allega. *c. dns noster,* vbi de hoc notatur latius per *Gui. in Ros.* vide ibi, & per *Inno. extra. de resti. spo. c. olim.* & *de foro cõpe. c. postulasti.* & *de iureiuran. c. sint ij.* & *de appel. c. dilectus.* vbi nota, † q̃ propter iniustitiam mihi illatã per iudicẽ aduersus suos subditos, licite possum indicere bellũ, & bona eorum deuastare, secundũ *Bal.* & *Inno.* in *glos. Ep. s. in vers. de hoc autem non est dubium,* &c. & adde per *Bar. in tractatu repræsaliarum.* Sed † hic quęro, an iudex ratione personæ iudicabit de bonis alibi existentibus? Vide *C. vbi in rem ac. l. fi.* & quod ibi notatur. & *de præscrip. lon. tẽp. l. fi.* & *C. ne fiat. do. dem. ex. l. 2.* ¶ Sed † an iudex possit exequi sententiã suam in bonis existentibus extra territorium, vide *ff. de bonis auctoritate iudi. po. l. cum vnus. §. penult.* & *ff. de rebus eorum qui sub tu. vel cu. l. magis puto. §. in primis.* & *Cy. C. de edic. diui Adriani tollen. l. vna.* & *C. de iudi. l. properandum. §. fiant.* ¶ Et † an iudex, in cuius territorio sunt bona, prius cognoscat an sententia sit iusta, & an possit compelli ad exequẽdũ per iudicem, qui sententiam tulit, notant *Doct. C. de fide instrumento. authen. apud eloquentissimum.* & *Ioan. An. in c. 1. de confe. lib. 6. in nouella.* & adde quę notantur per *Ioan. de Imol. Henric.* & *An. de Butrio. extra. de sen. & re iudi. c. de cætero.* & *cap. quo ad consultationẽ.* In textu, ibi, *in quibus possit fieri executio.* nota, cum dixi, *in quibus possit fieri executio,* &c. vnde † nisi sint bona, in quibus possit fieri executio & venditio, non potest aliter fieri marcha. Et sunt illa, in quibus non potest fieri executio, vt res sacræ, & quando vxor se opponit, q̃ sit prior, vt in

c. 26.

c.26. *Item statuimus, & etiam ordinamus, quod si aliquis homo. supra colla. proxima curia Gerūda.* vel quia bona sunt, in posse tertij possessoris, qui opponit quod prius discutiantur bona hæredum, vel fideiussorum, vel forte, quia bona sunt alicuius potētis: ita quod de facto non reperitur emptor, nec creditor vult illa emere, nec recipere in solutum,
12 & huiusmodi. Nota, † quod exceptio excussionis nō obstat, nec est notoria, vbi ille, qui excuti debet, est notorie non soluendo. *ff. de verbo. obli. l. decre.* & ibi *gl. s.* & *Bar.* & vide *glo. s. in l. fi. ff. si cer. pe.* Item non obstat exceptio excussionis, vbi bona illius, qui excuti debuit, sunt inundata, vel in cōfinio inimicorum posita, secundum *Gui. de Suda.* qui ita notat in *l. prætor. §. est præterea. ff. de re. authen. indi. possi.* Et idem est vbicumq. ille, qui debet excuti de facto nō potest conueniri, quia est vnus magnus Comes, vel alius tyrannus, vel non recognoscit superiorem, vel est positus in castro munitissimo: iuxta notata per *Bar. in l. qui satisdare. ff. de fideius.* & *glo. in l. 2. qui satis cog.* Et sufficit excussionē esse factam in loco iudicij, non autem oportet fieri in alijs locis, vbi excutiendum habet patrimoniū. vt *l. fi.* & ibi *gl. s. C. de princi. agen. in re. li. 10.*
13 Item nota, † quod curia requisita facere executionem cognoscet de prioritate & potioritate iuris dotis vxoris illius cuius bona exequi petuntur: de quo dic vt dixi supra *colla. proxima curia Gerunda c. 26.* Et tunc seruabitur pragmatica Regis Iacobi, data Barcinonæ, idus Septembris, anno Domini 1261. quæ habet locum, quando vxor non est obligata cum viro, nec firmauit in debito, pro quo petitur fieri executio; alias secus, vt ex eius tenore apparet; loquitur enim quādo fit executio pro debitis, & fidantijs factis per viros absque firmamento vxorū suarum: vide in dicta pragmatica, quæ est supra *ead. collat. c. 10.* ¶ Vlterius
14 nota, † quod textus dicit, *clare certificauerit,* quod certificatio debet esse clara, & manifesta, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat: *4. dist. c. erit autem lex.* secus ergo vbi certificatio esset obscura, vel dubia. *ar. ff. quod vi, aut clam. l. aut qui aliter.* debet enim rescribens in littera certificatoria ponere kalendaria instrumentorum, & nomina notariorum, & an sit originale, vel transumptū; & hoc probat littera, quæ dicit, *clare*; quia si du-
15 bie certificauerit, non releuatur: quia † dubia probatio non iuuat. *extra. de proba. cap. in præsentia.* Immo præsumitur contra eum, cum poterit; & debuerit clare certificare: ad hoc *extra de reg. iuris*
16 *c. contra eum. lib. 6.* quid † dicatur certum, vide *ff. si certum petatur. l. certum.* & *ff. de verbo. obli. l. stipulatio.* & *l. se.* quia certum est, de quo, quid, quale, & quantum sic apparet, vt dictis legibus habetur.

De bouatico. Cap. XXXVI.

S V M M A R I V M.

1 *Vassalli religionis Sancti Ioannis Hierosolymitani sunt immunes, & liberi à solutione bouatici, terragij, & herbagij.*
2 *De bouatico remissione.*

I*Nsuper attendens, quod priuilegia,* &c. Casus. Om-
1 nes fratres, † homines, & loca Ordinis Sancti Ioannis Hierolymitani Cathalanis Empostæ, & Prioratus Cathaloniæ sunt exempti penitus ab omni præstatione bouatici, terragij, & herbagij. Sunt etiam incorporati, & inclusi per hanc constitutionem in charta venditionis, absolutionis, & remissionis bouatici facta per dominum Regem Iacobum Secundum, in posse Stephani de Podio notarium Barcino. pridie nonas Februarij, anno à Natiuitate Domini 1299. Hoc dicit.
2 ¶ De † isto bouatico vidisti supra in pluribus constitutionibus: vt supra *collat. 2. in curia Regis Petri Secundi cap. 7. item, quod nos, vel antecessores nostri.* & supra *colla. 4. in curia 2. Barcino. c. 29. Item, quod nostri successores.* & *cap. 16. Item quod ex certa scientia.* vide, & repete hic quæ in dictis capitulis dixi.

Reges, eorumq. officiales, & cæteri tenentur seruare constitutiones, & libertates Cathalanorum.
Capitulum XXXVII.

S V M M A R I V M.

1 *Constitutiones, & libertates Cathaloniæ sunt seruandæ.*
2 *Priuilegium continens idem quod ius commune, non est priuilegium; secus erit, si aliquid addat iuri communi.*
3 *Officiales laici debent præstare iuramentum, & homagium ad requisitionem dominorum deputatorum de seruādis cōstitutionibus, & alijs iuribus Cathaloniæ.*
4 *Consuetudinis diuisio, & subdiuisio traditur.*

I*Nsuper etiam volumus, & statuimus, quod nos,* &c.
1 Casus. † Dominus Rex, Regina, primogenitus, gubernator, & omnes officiales eorum tenentur seruare generales constitutiones Cathaloniæ, & cuicumque omnes libertates, priuilegia, vsus, & consuetudines; prout melius, & plenius vsi fuerint; & ita omnibus confirmantur. Hoc dicit. ¶ Concor. supra *in curia Gerundæ cap. 17.* & *in tertia curia Barcinonæ Regis Iacobi Secundi cap. 17.* & *cap. 29.* vide quæ in eis dixi, & adde notata supra *colla. 3. cap. 8.* & *cap. 17.* & adde etiam infra *colla. 6. curiæ Montissoni cap. vt melius. in fi.* & vide quæ di-
2 cam *in curia Dertusæ, cap. vt autem.* ¶ Sed † nota, quod priuilegium, quod continet ius commune, non est priuilegium, nisi concedatur inhabili: vt *C. de inoffi. test. l. si quando.* facit. *ff. man. l. qui mutuam. C. de fideius. l. non recte.* Sed si aliquid addit, vel detrahit iuri communi, tunc est priuilegium: vt *l. ius ciuile. ff. de iusti. & iure.* secundum *Innocen.* & *Bald.*
3 *extra de rescriptis. cap. 1.* ¶ Vlterius † nota, quod hodie officiales laici ad requisitionē Deputatorū generalis Cathaloniæ præstant iuramentum, & homagium de seruando constitutiones, vsaticos, & capitula curiarū generaliū Cathaloniæ; prout ego somniaueram supra *colla. proxima curiæ Illerd.*
4 *cap. 18.* Et nota, † quod consuetudo, quædam est generalissima, quædam generalis, quædam specialis. Specialis vero, quædam est prouincialis, quædam ciuitatis, alia oppidi, alia certi prædij, alia certæ Ecclesiæ, seu monaste-

rij, alia certi hominis, seu patrisfamilias, alia animalis, seu certi fori. De his vide latius per *Gui. in Rosario. 12. dist. cap. illud. super glos.* in additione, quę incipit, *ratione contractus seu delicti sortitur quis forum*, &c.

Capitulum XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Ponuntur hic firmæ cum solita protestatione curiæ Montisalbi.*

PRædicta siquidem capitula vniuersa, &c. hic vsq.
1 in finem ponuntur † firmæ domini Regis, & totius curiæ; quam tamen firmarunt Prælati & clerici cum protestatione solita, salua libertate Ecclesiastica; & iure Ecclesiæ. Actum fuit in Cœmeterio Ecclesiæ maioris villæ Montisalbi, decimo tertio Kalendas Iulij, anno Domini 1303.

¶Explicit curia Montisalbi Regis Alfonsi Tertij. Deo gratias.

De custodia reorum.

SVMMARIVM.

1 *Capti quando sint dandi manuleuta, & refertur pragmatica Regis Petri.*
2 *Captus pro debito ciuili tradi non debet manuleuta.*
3 *Arrestum seu manuleuta largo modo dicitur captio.*
4 *Detinendi capti an sint, qui nolunt, seu non possunt tradi idonea manuleuta, traditur.*

DEbet inseri supra in *colla. 4. in 2. curia Barcin. cap. 27. Item, quod aliquis homo*, &c. *in illa quæ-*
1 *stione, Sed quæro, † an, & quando delatus de crimine*, &c.

¶Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corsicæ, Comesque Barcino. Dilectis & fidelibus Vicarijs, Baiulis, curijs, cæterisq. officialibus infra Cathaloniam constitutis, ad quos præsentes peruenerint, salutem & dilectionem. Querula insinuatione nobis facta in generali curia, quam nunc celebramus Cathalanis in ciuitate Barcinonæ, ad aures nostras nouiter est deductum, quod licet de iure [vt *ff. de custo. re. l. 1.* vbi de hoc per *Bart.* vide quę scripsi supra *colla. 4. in curia Gerundæ cap. 23. tit. de salario carceratorum, quilibet incarceratus*, scilicet, pro crimine, vt infra scribit; se-
2 cus † enim in capto pro ciuili] captus debeat tradi manuleutæ, qui captus non sit pro tali crimine, de quo pœna mortis naturalis, aut membri mutilatio sequi debeat: Attamen vos, seu aliqui vestrum plerumq. non vultis manuleutę tradere captos aliquos, quamuis ipsi non sint tali crimine irretiti, quod pœnas incurrere debeant prælibatas, ipsosq. calūniari facitis, detinēdo eos captos: [idest incarceratos, vel forsan vinculatos seu com-
3 peditos, quia etiam † arrestum, & manuleuta large dicitur captio, scilicet, cum catenis, & compedibus, & huiusmodi; vide quæ dicam in *constitutione domini Ferdinādi, cap. & quia sæpe,*] & alias per habendo extortiones indebitas ab eisdem. Cum autē prædicta sint valde perniciosa exemplo, nec debeant per nos aliquatenus tollerari, propterea ad supplicationem humilem inde nobis exhibitā vobis dicimus & mandamus expresse, quatenus, quoscūq. captos, qui nō sūt dictis pœnis puniēdi,
4 tradatis de cætero idoneæ manuleutę. [Sed † quid si noluerint, vel non potuerint se idonee manuleuare, nunquid poterunt in vinculis detineri? Respondeo, non, nisi sint de crimine tali confessi: propter quod veniant corporaliter puniendi; tūc enim non solū in carcere, sed in vinculis, catenis, sepis, & cōpedibus poterunt detineri: sic loquitur *l. si confessus. ff. de custo. re.* secundum *Bar.* qui ita notat in *l. 1. ff. eod.* Et idem si sint delati de graui scelere: vt *ead. l. 1.* & intellige graue scelus, propter quod pœna mortis naturalis, vel membri mutilationis deberetur; vt in hac pragmatica dicitur, alias autem possunt delati poni in carcere, non q vinculentur, vel poterunt committi custodiendi militibus, vel cōmittentur fideiussoribus de stando in certo loco. Et ita potest intelligi ista pragmatica, quæ præcipit dari manuleutæ, subaudi, scilicet, de stando in certo loco; non tamen de repræsentando, secundum notata per *Bart. vbi supra.* poterit tamen iudex etiam tales dare ad manuleu tam de repræsentando suo bono arbitrio, & sic seruantur manuleutæ.] Cauendo solicite, ne dictas oppresiones facere seu attentare aliquatenus præsumatis, alias vos inde rigide puniemus, non omittentes correctionem, quam facere intendimus de illis, qui iam oppresiones fecerunt antedictas. Datum Barcino. idus Decembris, anno â Natiuitate Domini 1345.

INCIPIT SEXTA COLLATIO, QVÆ CONTINET generales constitutiones curiarum generalium Cathalanis celebratarum per Serenissimum Regem Petrum Tertium, quarum altera fuit celebrata in Villa Perpiniani, alia in Villa Ceruariæ, & reliquæ in Villa Montissoni. Sequitur ergo hic curia Perpiniani, quæ continet quadraginta constitutiones siue capitula, vltra processum necis Abbatis Sancti Cucufatis Vallensis.

SVMMARIVM.

1 *Constitutiones Cathaloniæ sunt leges municipales ipsius.*
2 *Constitutiones Cathaloniæ quandoque dicuntur statuta.*
3 *Iudicandum est in Cathalonia secundum constitutiones; quibus deficientibus recurritur ad arbitrium iudicis iuxta ius commune Romanorum.*

Lex

4 *Lex unde dicatur, traditur.*
5 *Lex, & consuetudo in quibus parificentur, remissiue.*
6 *Constitutiones, & statuta municipalia an recipiant interpretationem extensiuam, traditur.*
7 *Interpretatio cōstitutionum fieri non potest, nisi in curijs generalibus, vel iuxta formam* cap. 10. curiæ Gerundæ.
8 *Statuti verba sunt cum effectu intelligenda.*
9 *Verbis proprijs vti debemus si possumus; sin minus, verbis improprijs.*
10 *Legatus an possit facere constitutionem, vel eam interpretatur, remissiue.*
11 *Ciuitas an possit facere statutum contra ius commune traditur sub distinctione.*
12 *Statutum non valet in praeiudicium singularium personarum.*

IN *nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Nouerint vniuersi; quod nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Maioricæ, Sardiniæ, & Corsicæ: Comesque Barcinonæ, Rossilionis, & Ceritaniæ, Leges prædecessorum nostrorum sequentes, mandauissemus*, &c. Nota in
1 verbo † *leges*, quod istę constitutiones sunt leges municipales huius patriæ; lex enim constitutio est: vt *ff. de legi. l. lex*: & in *decretis*. 1. *di. c. lex est*. & dicitur lex, eo ꝙ legitime agat. 3. *di. c. omnis*. & istę
2 cnostitutiones † quandoq. dicuntur etiam statuta, vt patet per multas constitutiones, quæ dicunt, *statuimus*. de quibus plures habes supra *colla*. 4. *in*
3 *curia Gerundæ*. & secundum † has constitutiones ante omnia alia iura iudicandum est in hac patria; quibus deficientibus, recurrimus ad iudicis arbitrium; quod erit secundum leges Romanas, tanquam rationabiles, secundum *Iaco. de Monte Iudaico in vsat. Barcino. Item iudicia curiæ*. vide quæ dicā in *c. per tal les leys, in curia Regis Ferdinandi*. & in *c. assats es cosa ridiculosa, in curia dominæ Mariæ*. adde quæ notat *Iaco. de Cali. in vsat. Antequam vsatici*. in verbo, *leges*. Et vnde † dicatur lex, vide in
4 *Rosario Gui. prima. dist. lex est*. vbi etiam nota, quod lex proprie loquendo non est ipsum ius, sed aliqualis ratio iuris, secundum *S. Thomam*. in quibus
5 autem † lex & consuetudo parificentur, dicit *Gui*. 10. *dist. c. in ijs*, super verbo, *contemptores consuetudinum*. adde *vsat. vnaquaeq. gens*. & quæ ibi notantur
6 per *Doct*. ¶ Sed † quęro hic, an huiusmodi constitutiones, & statuta municipalia recipiant interpretationem, vel extēsionem? Dic, quod recipiūt interpretationem, secundum ius cōmune: vt *ff. de ven. in posse*. 4. *l*. 1. §. *quamuis*. Sed si lex prohibet expresse interpretationē, aut est in lege ambiguitas propter multiplicem sensum verborum, aut propter legem. Primo casu si omnes intellectus sunt honesti, omnes sunt sequendi, dummodo absq. vitio verbis, & voluntati leges conueniant: *ff. de le. l. scire*, nisi de cōsuetudine aliud sit seruatum: vt *ff. eod. l. minime*. & *l. si de interpretatione*. & *extra. de consue. c. cum dilectus*. Sed si absq. vitio sensus omnes conuenire nō possunt, accipietur magis proprie verbis, & voluntati legis, & benigniot per prædicta iura, & *ff. de reg. iuris semper indubijs*. & *de statu liber. l. Labeo*. Secundo casu nullum intellectū sequendum. 4. *dist. c. erit autem lex*. & hoc quando ex verbis legis nullus bonus sensus elici potest. Quidam tamen dicunt minus honestum, qui magis congruat sequenti: vt *ff. de reg. iuris l. quotiens nihil*. debet enim accipi sensus honestius, & benignius, per eādem *l*. & *C. de Episcopis, & clericis. l. conuenticula. ff. de iurisdict. omnium iudi. l. nemo*. quando autem est ambiguitas propter legis mentem; tunc à verbis non est recedēdum, sed debet seruari non corrigendo, non arctando, non extendendo, per *l. prospexit*, in prin. *ff. qui, & à quibus ma. li. non fi*. Si tamen verba essent obscura, recurratur ad condentem: *ff. de reg. iuris l. Neratius*. & *extra. de sen. excom. c. inter alia*. Sed in Cathalonia seruatur, quod habes *supra colla*. 4. *in curia Gerundæ c*. 10. *Item statuimus, quod capitulum*, &c. & vide, & adde quæ scripsi supra *colla*. 4. *in* 2. *curia Barcino. c*. 32. *Item quod si in aliquo capitulo*, &c. Vbi vero lex non prohibet interpretationem, aut quęris de interpretatione, quæ corrigat, porrigat, vel arctet; & tunc correctionem facere non potest, nisi legislator: prorogare vero, vel extendere potest etiam doctor, vbi est eadem ratio, & omnimoda similitudo: si tamen coaptatur verbis, & mēti: *ff. ad Macedo. l. filium. ff. de verbo. sig. l. iuxta interpretationem*, & nota *glo. in c. si postquam. extra. de elec. lib*. 6. alias secus. *ff. soluto matri. l. si vero*. §. *penultimo*. & dicta *l. prospexit*. Arctare potest ad vitandum prauum intellectum, qui alias insurgit ex verbis: vt *ff. de mu. & ho. l. vt gradatim*. §. 1. *ff. de ritu nupti. l. penultima*. §. 1. *de verborum obli. l. si seruum*. § *sequitur. C. de testa. l. cum antiquitas*. alias secus, cum arctatio esset tunc legis correctio. Secundo casu, si verba sunt ambigua propter diuersos intellectus, dic vt supra. Si propter mentem, non licet interpretari corrigendo, prorogando, vel arctando, nisi vt superius dictū est, vel nisi mens legis esset scripta: vt *C. de le. l. non dubium*. Si autem omnino sunt obscura, & incerta, recurritur ad legislatorem: vt supra dictū est, & notatur *ff. de le*. 1. *nō possunt*. & per *Ioā. An. in regula iuris pro possessore in nouella. li*. 6. & adde quæ notantur per *Henri*. latius *extra, de spon. c. ex litteris*, & *de verbo. sig. c. ex parte. in vltima dist*. ¶ Nota etiā, quod
7 prohibitum † est interpretari constitutiones Cathaloniæ, nisi in curijs generalibus, vel secundum formam dicti *c*. 10. *curiæ Gerun*. & repete hic quæ ibi dixi, adde etiam quę dixi supra *colla*. 4. *in* 1. *curia Barcino. c*. 35. *in fi*. Et vide quæ dicam infra *coll*.
8 *c. hac nostra*. super verbo, *constitutione*. Item † nota, quod verba statuti sunt cum effectu intelligenda, & ponderanda: vt *l. si vehēda. ff. ad l. Rom*. vide *Iaco*.
9 & ibi nota per *Angel*. Vlterius nota, † quod proprijs verbis debemus vti, si possumus, iuxta *l. quicquid restringen. ff. de verborum obliga*. & *l. fin. de condi. ob causam*. Si non possumus, tunc vtimur

verbis improprijs. *ff. si certum pe. l. si quis pecuniam.* Et ista improprietas aliquando contingit propter subtilitatem iuris, & nō nocet: vt dicta *l. si quis.* aliquando propter communem vsum loquendi: & idem, quia vsus conuertit artem: *ff. de le. 3. l. librorum. §. Cassius.* aliquando propter ineptam potentiam loquendi, & tunc vitiat: vt §. 1. *l. si quis in fundi vocabulo de le.* 1. aliquando propter latitudinem significationis verbi, & tunc non vitiat, licet stricte, & proprie aliter sonare videatur: vt *l. 2. C.*
10 *de consti. pe.* vbi ita notatur per *Bal.* ¶ Sed † vtrum legatus posit facere constitutionem, & interpretationem iuris, vel rescripti, vide per *gl s.* & *Doct.*
11 *extra. de verbor. signifi. cap. ex parte. in* 3. Sed † quæro, an ciuitas, vel alia communitas villæ posit facere statutum contra dispositionem legis communis? Videtur, quod sic: vt *ff. de insti. & iure. l. omnes populi.* & *ff. de capi. di. l. amissione. §. 1. cū glo. pilei. ff. de decretis ab ordi. fa. l. ambitio.* & *ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. §. sed si lege, & de colle. illi citis. l. sodales.* quod est verum, quando statutum est factum contra legē simpliciter disponentem. Secus autem si factum fuerit contra legem præcipientem, idem si contra legem iuratam, quia iuramentū habet vim clausulæ derogatoriæ: vt notat *Bart. ff. de le. 3. l. si quis in prin. testi. in penultima q.* vel expresse derogantem, quia tunc non valeret statutum: vt *C. de fur. authen. nauigia.* & *C. de vsur. l. reos.* & ita intelligitur *glos. C. de decretis decurio. super Rubri. lib.* 10.
12 Item nec † valet statutum in præiudicium singularium personarum factum. *ff. de pollici. l. quotiēs.*

De ambitu.

SVMMARIVM.

1 *Officia iudicum tabulæ non sunt conferenda supplicantibus, & ratio traditur num* 2.
3 *Episcopatus conferri non debet petentibus.*
4 *Dignitas acquisita per solutionem pecuniæ ab alio meo nomine, me tamen ignorante, non facit me incidere in pœnam legis Iuliæ de ambitu.*
5 *Collatio officiorum facta petentibus est reuocanda. declaratur num.* 6.
7 *Iudex petitus dari non debet.*
8 *Petere, & recipere dignitatem de iure communi an quis posit. remissiue.*
9 *Ambitus cum Principe in quo committatur.*
10 *Papa an posit incurrere vitium simoniæ. remissiue.*
11 *Assumendus ad officium non debet suum proprium defectum allegare, & ibidem declaratur dictum.*
12 *Delegatus non est dignitas, sed grauamen.*
13 *Ad officium debent assumi personæ diuites.*
14 *Ad officium continuandum quis non compellitur.*
15 *Officialis regulariter exercere nequit per substitutū.*

1 IN primis siquidem ordinamus, &c. Casus. † Officia tabulæ tenendæ astricta, & iudicum ipsius tabulæ supplicantibus pro se conferri non de-
2 bent. Hoc dicit. ¶ Et † est ratio, quæ redditur in littera, quia qui se ingerit, suspectus est, sic *extra.*
3 *de iure patro. c. per tuas.* sic † etiam Episcopatus nō debet petentibus conferri: vt *l. si quemquam. C. de Episcopis & clericis.* Nemo enim sibi honorē assumat, sed qui vocatus est, tanquam Aaron. *extra. de elec. c. qualiter.* & 8. *quæstione.* 1. *c. in scripturis.* quod etiam videtur contra: dic vt ibi. Dignitas adqui-
4 sita † per solutionē pecuniæ ab alio meo nomine, me tamen ignorante facta, me non facit incidere in legē Iuliam de ambitu, *glos.* in *l. 1. ff. ad l. Iulia. de ambitu.* vide *extra. de elec. c. fi.* in *glos.* ¶ Sed quæro
5 hic, † quid si officia prædicta conferantur pro se supplicantibus, nunquid tenebit collatio? Videtur quod sic, quia multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent: vt *extra. de regul. cap. ad Apostolica.* vbi de hoc. Ego credo, quod debeat talis collatio reuocari, & non valeat tanquam facta contra legem iuratam; vt *l. non dubium. C. de leg.* vbi de hoc, super quo an valeat actum contra cōstitutiones; vide quæ scripsi infra *curia proxima c. 2.* & adde quæ notantur in *regula iuris, quæ contra ius fiunt.* &c. *lib.* 6. & supra *colla. 3. c. 8.* & *c. 17.* alias de vento seruiret hæc constitutio, & de hoc est casus in *l. vnica. C. ad l. Iuliam de ambitu*, ibi, *cassatis quæ hoc modo sunt impetrata*, &c. adde quæ ibi notantur. ad idem *C. de Episcopis & clericis. l. si quēquam.* & in *authen. eum qui desiderium.* quæ ponitur
6 super ipsa lege. Vel † dic, quod forte valeret collatio licet debeat puniri supplicator obtinēs taliter officium tanquam huius constitutionis violator quia non collatio, sed supplicatio hic inhibetur, quod prius dixi verius est: officia namque
7 petentibus dari non debent; sicut & iudex † petitus dari non debet. vt *ff. de iudi. l. obseruandum*, quæ autem sit pœna violantis constitutionem, dicetur
8 infra *ead. in c. cum secundum.* ¶ Et † vtrum de iure communi posit quis petere, & recipere honorē, vel dignitatem; dic per *Henric. extra. de simo. c. tuanos. di.* 1. & *de ætate, & quali. c. tuam.* & per *Gui.* 1. *q.*
9 7. *c. sicut is.* ¶ Vlterius nota † hic casum, in quo committitur ambitus cum principe per hanc constitutionem, contra *l. 1. ff. ad l. Iuliam. de ambi.* vide ibi *Bar.* Item cum Principe non committitur dolus, vt *l. probatoria. C. de diuer. officijs. lib.* 7. Sed
10 an † Papa posit incurrere vitium simoniæ, vide in *Rosario* 12. *di. c. non decet.* super verbo, *mater.* Itē
11 nota, † quod nullus, cum ad officium assumitur, tenet suum defectum allegare, quod est verum, quando assumitur motu proprio superioris; secus si ad sui instantiam: & ita notat *Angelus in le. 1. §. deinde. ff. de postulando.* & adde quę notat *Inno. in c. si citatus. extra. de rescriptis.* & vide *gl s.* & *Doct. in c. vno extra. de seru. ordi. facien.* Et prædicta intellige de officio ordinario, quod est dignitas, ad quam propter infamiam non est licitum aspirare, imo
12 aspirando punitur. Secus in delegato, quia † non est dignitas, sed grauamen: vt *l. munerum. §. iudicandi. ff. de mu. & hono.* quod notatur latius per *Ange. ff. de iudi. l. cum prætor. §. non autem.* vbi videtur approbare dictum *Inno.* contra dictum *Bar. in l. 2. C. si seruus, aut libertus ad decuric. aspi. lib.* 10. Et nota,
13 quod † ad officium debent assumi personæ diui-
14 tes. *C. de decurio. l. ad subeunda.* Item † ad officium continuandum, vel repetendum quis non compellitur.

pellitur. *eod.tit.l.quis tam.* Imo continuatio prohibetur: vt infra in *curia Montissoni. c.cum iurisdi-*
15 *ctionis officia.* Et † officialis regulariter non potest seruire per substitutum: vt *l.nullus.eod.tit.* vide & adde ad hanc materiam notata per *Ioannem Fabri*, & *Ioannem de Platea insti.de publi.iudi.§.sunt praeterea.*

De officio delegati.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius, quamuis ei sit delegata causa, non recipiet salarium pro tali causa delegata: assessores tamẽ sui recipere poterunt salarium moderatum. idem numero 9.*

2 *Iudices an recipere possint aliquid. remissiue.*

3 *Officialibus ordinarijs hodie deleganda non sunt causae.*

4 *Quod vna via concedi non debet, id alia non permittitur.*

5 *Ordinarius cognoscens vt delegatus de causa, non minus adstrictus est ad tabulam, atqui si cognosceret vt ordinarius.*

6 *Delegationes possunt fieri officialibus, qui non sunt periti in iure. declaratur nu. 7.*

8 *Causae appellationum delegari non possunt nisi iurisperitis.*

10 *Assessor remotus ab officio per fraudem, vel imperitiã, non potest consequi salarium.*

11 *Delegatio ordinario fieri non potest de causa, quae ad eum iam pertinebat iure ordinario, nisi per Principẽ.*

12 *Consuetudine introduci potest, vt causae delegentur ordinario.*

CVm non debeat per vnam viam concedi, &c. Ca-
1 sus. Ordinarius iudex † de causa cognoscẽs vt delegatus, recipiet salarium ac si vt ordinarius cognosceret. Hoc dicit. Vel sic. Si causa delegetur ordinario, qui salarium non recipiebat vt ordinarius, nec modo recipiet vt delegatus. Assessores tamen eius salarium poterunt recipere temperatum. Hoc dicit. Immo iudex ordinarius occasione delegationis sibi factae aliquid exigẽs, infamis efficitur: & quod receperit, de proprio restituere cogetur. vt *C.de officio rectoris prouinciae. l.qui ordinariam.* & forte inde fuit sumpta praesens consti-
2 tutio. Sed † an. & quãdo liceat iudicibus aliquid recipere, vide quae scripsi supra *colla. 5. in cap. 25.*
3 *Item quod iudices.* in fine Hodie † tamen prohibitum est fieri huiusmodi commissiones officialibus ordinarijs, per *cap. Item senyor, que sia merce vostra, que a algun. in curia Regis Martini. infra. colla. 8.*
4 dic vt ibi dixi. Nota quae dixi. Item nota, † quod non debet per vnam viam concedi, quod per aliã viam est prohibitum. vt hic littera dicit in principio. Concordat huic extrauagans de procuratoribus. *cap. tua.* & de restitutione in integrum. *c. coram.* vbi de hoc. & latius in *cap. cum quid vna via. extra. de regulis iuris. lib. 6.* Ad idem facit infra *ead.*
5 *c. vt fraudibus.* vbi dicitur, quod † si ordinarius cognosceret vt ordinarius de causa, teneretur adstrictus ad tabulam; si de causa illa cognoscat vt de-
6 legatus, tenebit tabulã similiter. Item † nota hic, quod officialibus, qui non sunt in iure periti, possunt fieri delegationes: & ita se poterunt intromittere iudicaturis. Et ita videtur contra supra, *colla. 3. c. 18.* & infra, in *curia Montissoni cap. in ci-*
7 *uitatibus.* Sed † dic speciale hic in officialibus, & maxime in Vicarijs, qui communiter sunt milites; & tamẽ iudicant in processibus pacis & treugae: & per hoc limitantur dictae constitutiones,
8 quae videntur contrarię. Et † intellige praedicta de causis principalibus, quia causae appellationũ non possunt committi nisi iurisperitis: vt infra *in curia Montissoni cap. iuxta.* alias autem de iure cõmuni habentibus peritiam causarum poterat delegari causae cognitio: vt *C. de iudi. l. certi iuris.* sed causae matrimoniales habent committi Canonistis: de quo per *Antonium de Butrio in c. 1. extra. de consangui. & affini.* adde quae notãtur de causis feudalibus supra *colla. 2. curia 2. Barcinonae cap. 60.* Itẽ
9 nota, † quod licet iudex non possit recipere salarium, tamen assessor eius poterit recipere moderatum. & adde quae notantur de rescriptis, *cap. statutum. §. assessorem. lib. 6.* & quę scripsi supra *collat. 3. cap. 2.* & adde quę notant Doctores *C. de priuil. scolarum. l. quotiens.* super verbo *decreuimus.*
10 *lib. 12.* Et nota, † quod assessor, qui propter fraudem, vel imperitiam remouetur ab officio nõ debet consequi salarium, vt not *Dy. in l. vi anna. ff. de an le.* & de materia assessorum vide quae dixi sup. *collat. 5. cap. 12.* & vide remissiones ibi. Sed an or-
11 dinario † possit fieri delegatio de causa, quę ad eum iure ordinario competebat: forte nõ, nisi per Principem. Et ita intelligo hanc constitutionẽ, de alijs forte secus: & in dubio pręsumitur, potius Principem excitare, quam delegare: vt notat *Gui. de Cug. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdict. l. & si praetor.* vide ibi, & *extra. de offi. ordi. cap. grauem.* Et si ordinarius virtute litterarum, quae excitant officium, procedat vt delegatus, non valet processus, secũdum *Gui.* qui ita notat *ff. de negotijs gest. l. si secundum.* adde tamen quae notantur per *Innocentium extra. de praescrip. cap. cum ex officij. in*
12 *gl. s. nota, quod simul.* Vlterius nota, † quod consuetudo dat licentiam delegandi: vt *l. cum praetor. §. Item his. ff. de iudicijs.*

Vt notarij curiarum teneantur ad tabulam.

SVMMARIVM.

1 *Notarij regentes scribanias curiarum Regiarum, tenẽtur assecurare tabulam, sicut & alij officiales Regij. idem nu. 2.*

3 *Notarij non possunt redire ad regimen scribaniae, donec in tabula fuerint absoluti. declaratur nu. 4.*

5 *Officium & exercitium in quo differant, traditur.*

6 *Scriba tenens tabulam potest regere per substitutũ scribaniam.*

7 *Idoneitas in scriba requiritur nedum in moribus, verũ etiam in scientia, & aetate.*

8 *Bonus quilibet praesumitur de bonitate intrinseca, nisi contrarium probetur.*

9 *Scribania Regia committi potest clerico tonsurato, quãuis secus sit in clerico simplici. & declaratur ibidem. & ratio traditur nu. 10.*

Sane

ne. *C.de sacrosanct.Eccles.*& ita debet limitari id quod notatur per *Innocentium extra.de testibus.cap. cum á nobis.* adde notata per *Bart.ff. de prato.stip.l. seruus.in quæstione,*quę incipit:*Pone,aliquis notarius.* & vide *Ioan. de Platea in l.certe quidem.C.de proxi. sacro.scri. in vers.ex hoc nota.* Sed numquid poterit
6 notarius † suum conficere testamentum,& in publicam formam redigere? Dic quod sic. vt est casus in *l.quotiens.de heredi.insti.* §.1.alias est *l.1.* §. *quotiens.* facit *l.si consul.ff.de adop.*

Vt nemo tabellionatus & iurisdictionis officia simul gerat in eodem territorio.

SVMMARIVM.

1 *Notarius quamuis teneat notariam curiæ, potest regere officium iurisdictionis, dummodo notariatu nō vtatur durante regimine.& declaratur nu.2.& 6.*
3 *Clericus coniugatus perdit priuilegium fori, quamdiu non defert tonsuram.*
4 *Notarius effectus Doctor non propterea perdit auctoritatem notariatus.*
5 *Aduocatus exercere non potest officium tabellionatus.*

ORdinamus etiam,quod si alicui notario, &c. Casus.
1 Notarius † notariæ alicuius ciuitatis potest officium iurisdictionis regere in eadem ciuitate,vel loco,dummodo notariatu non vtatur durante regimine: completionem tamen instrumētorum antea per ipsum receptorum, tenebitur alteri delegare.Hoc dicit. In textu,ibi,*quamdiu*,no
2 ta, † quod interim durante regimine officij iurisdictionis,suspenditur ab officio tabellionatus,sed auctoritatem officij notariæ nō amittit, quinimo finito officio iurisdictionis, reassumit officiū notariæ, propter istud verbum,*quamdiu*: sicut cleri
3 cus † coniugatus amittit priuilegium clericale, quamdiu non defert tonsuram.vt *extra. de vita & honesta.cleric.cap.ex litteris.*& *de priu.l.cap.ex parte.* & reassumpta tōsura reassumit priuilegiū. Et est
4 hic argumentum,quod † notarius,si efficiatur doctor,vel alterius gradus,vel aduocatus,non amittit auctoritatem tabellionatus, licet forte suspendatur ab exercitio,præsertim in ijs,in quibus officia sunt contraria, & non bene se compatiūtur: vt sunt officia iudicis,aduocati,& huiusmodi, nā tunc non posset esse notarius in eadem causa: vide *C.de fal.l.decurio.in glo.*& adde quæ dixi supra
5 *cap.proximo.* Dic tamen, † quod aduocatus non potest exercere officium tabellionatus,vt est *glos.* singularis in *l.vniuersos.C.de decurio.lib.* 10.secun-
6 dum *Baldum.*Et quod † littera dicit,*iurisdictionis*, dic,scilicet,alias nō prohibitæ, & de quibus sunt capaces:quia notarij,qui non sunt iurisperiti approbati,nullo modo poterunt regere officiū iudicandi:vt infra *ead.colla.in curia Montissoni,cap.in ciuitatibus.* cum suis concor.quia expedit iura iuribus concordari: *extra.de elec. cap. cum expediat. lib.6.*& non est nouum posteriores leges ad priores trahi,& è conuerso:vt *ff.de le.l.non est nouum.*

De deposito.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius ratione officij tenens depositum, vel sequestrum,non potest recipere salarium pro custodia, vel labore.declaratur nu.2.& 3.*
4 *Sequester,large sumpto vocabulo,est officialis.*
5 *Sequester electus per partes potest recipere mercedē suæ custodia, secus quando fuerit electus per iudicē publica auctoritate.*
6 *Depositarius,qui recipit pecuniam pro custodia, tenetur de culpa.*
7 *Compensatio non admittitur contra depositum.*
8 *Cessio bonorum facta per depositarium an admittatur, remissiue.*

DEnique confirmantes capitulum,&c. Casus. Vi-
1 carius, † Baiulus,aut alius officialis Regius, vel scriptor curiæ ipsius,vel quæuis alia persona tenens depositum,vel sequestrum ratione sui officij,pro custodia vel labore,non potest salariū. aut seruitium recipere,vel habere. Hoc dicit. Et videtur hæc constitutio multum contra officium depositarij curiæ Regiæ Gerundæ nouiter introductum quia hic est casus, quod de & pro custodia rerum & pecuniarum depositarum & sequestratarum non possit salarium exigere,& tamen exi-
2 git de facto quatuor denarios pro libra.Sed † forte per hanc constitutionem non prohibetur exigi salarium per depositarium à Rege, vel alio officiali deputatum ad custodiam sequestri vel depositi;quia nullus cogitur de suo beneficium facere,alias non reperiretur depositarius vel sequester,qui sine solutione vellet onus custodiæ assu-
3 mere. Sed † tantum prohibetur officialibus, vel personis,quæ iubent & faciunt fieri huiusmodi sequestrum vel depositum: & fuit ratio prohibēdi,ne propter ambitionē salarij, vel seruitij, sint nimis prompti & voluntarij,ad decernendū fieri sequestrum vel depositum: & ita intelligendo nō obstat depositario Gerundæ, & credo quod is sit verus intellectus istius constitutionis, & communiter seruatur in practica, quia hic littera dicit de persona, quæ tenet depositum ratione officij
4 sui:secus ergo de alia. Et nota, quod † sequester, large sumpto vocabulo,est officialis, non tamen est officium publicum auctoritate,secundū *Ange.* qui de hoc latius notat in *l.si fideiussor.* §.*si satisdatum.ff. qui satis dare cog.*super verbo, *apud officium.* vide ibi de materia sequestrationis. Et hoc facit contra depositarium Gerundæ; iuncta cōstitione dominæ Mariæ,*cap. contra constitutions,* &c. vbi prohibentur poni officiales vbi non erant tēpore Regis Petri Tertij.Sed ibi loquitur de of-
5 ficiali iurisdictionis. Vide scias quod † sequester potest recipere mercedem suæ custodiæ, quando eligitur per partes,secus quando eligitur per iudicem publica auctoritate;& ita loquitur hæc cōstitutio,non tamen debet sentire damnum,secundum *Baldum*,quem vide *ff.de dolo.l.si oleū.* in prin. Ad materiam huius adde quæ dixi supra *collat.4. in curia 3.Barcinonæ,cap.20.* Item *ordinamus de con-*
6 *silio,* &c.quod cōfirmatur hic.Et † nota,quod isti depositarij, qui recipiunt pecuniam ratione custodiæ,tenentur de culpa;vt *extra. de deposito. cap.* bona

bona fides. & *ff. eodem tit. l. 1. §. sæpe.* Item nota quod
7 contra † depositum non admittitur compensatio. de quo dic latius per *Henricum Boich in allega. cap. bona fides. in 2. dist.* Sed vtrum admittatur cessio
8 bonorum, † vide supra *collatione 4. in 3. curia Barcinona cap. 21. Item ordinamus, quod omnis homo, & omnis fæmina,* &c. & vide melius supra *collat. 4. in 3. curia Barcino. cap. 20. prælleg.* & in concordantijs ibi positis. De oblatione & cõsignatione dixi supra *collatione prima, curia Gerundæ capitu.* 8. *hoc etiam in his.*

De libelli oblatione.

SVMMARIVM.

1 *Libelli ineptitudo, dummodo constet de intentione agentis, non vitiat processum. declaratur nu. 2.*
3 *De libelli ineptitudine, remissiue.*
4 *De ineptitudine libelli obijci non potest post sententiã, secus tamen est de iure communi.*
5 *Litis contestatio in quibus causis non sit necessaria traditur. item & nu. 7.*
6 *Litis contestatio non fit per responsionem ad libellum. & ratio dicti traditur.*
8 *In libello de iure canonico sufficit actori factum proponere, quamuis actionis nomen non exprimatur.*
9 *Subtilitas perniciosa reprobatur.*
10 *Pauperes contemnuntur contra iustitiam & veritatem multoties, cum non habeant quid offerant.*
11 *Salarium integrum iudici soluendum est per pauperẽ, iuxta quantitatem contentam in petitione.*
12 *Libelli ineptitudo siue fuerit patens, siue non, in Cathalonia non nocet, dummodo constet de intentione agentis: secus est de iure communi. declaratur nu. 13.*
14 *De nullitate sententiæ non curatur, si non proponitur intra decendium.*
15 *Libelli ineptitudo non officit in causis vbi proceditur summarie, & sine figura iudicij.*
16 *Libellus obscurus admittitur vbi obscuritas nasceretur ex conuentione partium.*
17 *Exceptio ineptitudinis libelli non est proprie exceptio.*
18 *Iudex ex officio repellere potest libellũ notorie ineptũ.*
19 *In confessis partes iudicis sunt in condemnando.*
20 *Executio fieri potest contra debitorem, si non negando contractum opponat exceptionem, & eam non probet.*
21 *Libelli ineptitudo emendari potest post litẽ contestatã.*
22 *Nullitates processuum sunt restringẽdæ, cũ sint odiosæ.*
23 *Iura sua debent cuilibet illæsa seruari.*
24 *Exceptio ineptitudinis libelli est odiosa.*
25 *Iudices debent iudicare secundum merita actorum.*
26 *Exceptio ineptitudinis libelli est de iure Cathaloniæ reprobata.*
27 *Processus irritari non potest prætextu ineptitudinis libelli. declaratur nu. 28.*
29 *Pœnitentia non habet locum declarato libello.*
30 *Posita in libellis habentur pro veris, nisi negentur: cum tunc de eis constare debeat.*
31 *Libellus datus contra iuris ordinem est nullus.*
32 *Libellus offerri debet cum uento expensis actoris offerentis: secus est in curia Principis.*
33 *Libellus vtrum sit de substantia iudicij, & omitti possit. remissiue.*
34 *Libellus pro debito conditionali prodest actori, si pendente iudicio conditio purificari potest.*
35 *Actio in libello narrari sufficit, nec est necesse mentionẽ facere de replicatione.*
36 *Sententia ferri non potest ex instrumentis productis in libello ante contestationem litis. & traditur cautela quod reproducantur instrumenta post litis contestationem.*
37 *Libellus procedit, si intentio agentis est apta, licet actio sit inepta.*
38 *Libellus ineptus quando lacerandus sit per iudicem, traditur: & iterum num. 44.*
39 *Petitio tolerabilis semper est admittenda.*
40 *Actio non est necesse quod proponatur explicite, cũ sufficiat quod ex narratis constet qualis sit.*
41 *Actio specialis in dubio intentata videtur, vbi libellus intentatus comprehendere potest actionem generalem & specialem.*
42 *Libelli concepti per gerundia an valeant, & de multis alijs circa libellum. remissiue.*
43 *Libellus an procedat sine conclusione. remissiue.*
45 *Libellus mutari non potest post litis contestationem. fallit, vt hic.*
46 *Libellus in causis summarijs non est necessarius, cum sufficiat qualis qualis petitio.*
47 *Libellus est offerendus iudici.*
48 *Iudicis officium quotuplex sit, traditur.*
49 *Iudex sequi non debet petitionem partis in criminali nec in ciuili.*
50 *Fama est maior omnibus bonis.*
51 *Offerens debitum & expensas non cogitur litigare.*
52 *Oblatio iudicialis habet vim depositi, & liberationem inducit.*

1 QVia sæpe contingit, &c. Casus. Libelli † ineptitudo non vitiat processum, per quem constat de intentione agentis, sed debet ex eo ferri sententia, exceptione ineptitudinis non obstante. Hoc dicit breuiter præsens constitutio, quæ intelligitur de quacumque turpitudine, dũmodo agentis intentio clareat per processum: quod est valde notandum, & menti tenendum: & per hoc debet limitari quod notatur per *Ioannem Fab. in-*
2 *sti. de actio. §. si minus.* Attende, † quod videtur ꝙ hæc constitutio solum repellat hanc exceptionẽ ineptitudinis, quando de intentione constat: ergo secus si proponatur ante litem contestatam, quia tunc non dicitur constare de intentione, &c. vnde tunc seruari debet quod notat *Guil. in spe. in 1. par. tit. de officio iudicis. §. detrahit. vers. quid si proponens coram delegato.* Sed littera huius constitutionis videtur in contrarium; quia dicit, quod iudex non debet talem exceptionem ante litem cõtestatam. vel post admittere. Quod est verum, dum clare cõstet de intentione. In textu. *sæpe,* supple, ideo fuit prouidendum: sic *extra. de resti spoliato. c. sæpe.* & *in Cle. sæpe. de verb. signif.* & *l. nam ad ea. ff. de le.* In tex.
3 *ineptitudine:* de ista † ineptitudine notatur *extra. de iudi. c. examinata.* vide ibi per *Ant. de But.* habes
4 ergo in hac constitutione, † quod de ineptitudine libelli non potest obijci post sententiam: contra videtur

videtur de iure communi: vt *extra. de emp. & ven. c. cum dilecti.* & notat *Bald. in l. edita. C. de edendo.* de quo dic vt notatur per *Ioan. de Imola extra. de elec. c. constitutionem. super glo. legitime.* vbi etiā dic, quod libellus est ineptus: sed si probatio est apta, valet probatio, & poterit sententia ferri. videas ibi. Sed *Angelus in l. si patronus. ff. de iureiurand.* tenet quod exceptio ineptitudinis libelli reddit iudicium retro nullum: sicut exceptio falsi procuratoris. Secus tamen est per hanc constitutionē
5 in hac patria. Item nota, † quod lite non contestata proceditur ad sententiam in causa liberali. *ff. de li. causa. l. dim.* Item in possessorijs. *ff. de li. ho. exhi. l. 3. §. penultimo.* Item in causa nullitatis nō est necessaria litis contestatio: secundum *Gui. de Suda. in auth. qui semel. C. quomodo, & quando iudex.* Hoc credo verum quando non datur libellus, alias secus: vt in *c. 1. extra. de offi. iudicis.* adde quæ scripsi supra *collat. 4. in curia Illerda cap.* 14. vbi agitur de nullitatibus. Sed nota, quod per respō-
6 sionem ad † libellum non fit litis contestatio, secundum *Bart. in dicta authen.* & assignat rationem, quia illa est particularis responsio, & non vniuersalis ad petita. Idem *Gui.* assignat duas. Prima est, quia non intendunt partes. Secunda, quia nihil includit, nisi quando fieret generalis positio de cōtentis in libello, secundum *Antonium de Butrio in spica.* in verbo, *litis contestatio.* Item vbi agitur pro
7 tributis, † & pro vendicando subiecto, proceditur lite non contestata: *C. vbi de cur. vel coraria. l. 2.* Item vbi non est cum quo fiat litis contestatio, proceditur lite non contestata: sic loquitur *auth. si omnes. C. si vt ab haredi.* Item per verbum, *dubito,* fit litis contestatio: *ff. de peti. haredi. l. si debitor.* In tex. *petitionis:* vt *extra de sen. & re iudi. c. abbate. li. 6.* Sed hodie formulæ, & aucupationes sunt subla-
8 tę: vt *C. de form. subla. l. 1. & in Rub.* Et † de iure canonico sufficit actori factum proponere, nec cogitur quis nomen actionis exprimere: vt *extra. de iudi. c. dilecti.* vbi de hoc. Et ita sufficit, quod saltem per acta clare constet de agentis intentione, nec curatur de exceptione impertinentiæ, vel ineptitudinis libelli, vt hic ratio est in textu huius capituli. & hic amplectitur æquitas & simplici-
9 tas, & reprobatur † perniciosa subtilitas: vt notatur in alleg. *c. dilecti.* & *extra. de ferijs. c. capellanus.* In textu, *pauperibus,* suppe, qui cum non habeant
10 quid † offerant, non solum audiri contemnūtur, sed etiam multotiens contra veritatem & iustitiā opprimuntur: vt in *c. pauper. 11. q. 3.* vbi *Gui. in*
11 *Rosario* ponit priuilegia paupertatis. Sed † licet reus sit ita pauper, quod nomen eius communiter non emeretur pro decem, nihilominus tamen soluetur iudici integrum salarium, iuxta quantitatē in petitione comprehensam: vt probatur *C. de apel. l. in offerendis.* & ibi notat *Bar.* & *Matth. in Cle. nota.* adde infra *in curia Ferdinandi c. ne ex beneficio concesso.* In textu, *ex aliqua.* Nota istud verbum, *ex*
12 *aliqua,* quia † siue ineptitudo libelli fuerit patens, siue latens, hodie non nocet in Cathalonia, dummodo per processum de intentione constet. Secus est de iure communi, quia si quis actionem ineptam proponeret, reus absoluebatur ab instātia iudicij: vt *extr. de iudi. c. examinata.* vbi de hoc.
13 Verumtamen † libelli incertitudo etiam de iure admittitur, dummodo per articulos & probationes possit probari: & ita est conclusio dominorum de Rota *conclusione* 186. Item propter ineptitudinem libelli non veniret de iure cōdemnatio, si esset patens, secus si esset latēs. vt est alia *conclusio Rota* 402. Sed quia in hac constitutione dicitur, *ex aliqua,* &c. patet, quod siue sit patens, siue latens, non obstat, dummodo per processum clare constet de agentis intentione, vt hic vides:
14 sic † etiam non curatur de nullitate, quæ infra decendium non proponitur: vt *supra collat. 4. cur. Illerd. c. 14.* & *infra collat. 6. curia Monisson cap. constitutio edita.* per quas similiter pauperibus prouidetur, & vt lites abbreuientur: agimus enim de iustitia, veritate, & bona fide, in quibus nō curatur de apicibus iuris: vt *ff. man. l. si fini iusso. §. quauam.* Et ideo licet talis petitio esset sine conclusione, vel cum conclusione inepta, dummodo alias per processum appareat de iure & intentione agētis,
15 sufficit: sic † quando proceditur sine figura iudicij: vt notat *Bar. in extrana. ad reprimendum.* super verbo, *figura iudicij,* dummodo non sit tantā ineptitudo, quod auferantur defensiones reo: vt ibi notatur, & in *Cle. sæpe. de verbor. signif.* Tamen, vt dixi, exceptio ineptitudinis libelli de iure communi redderet iudicium retro nullum: & sic poterat opponi quandocumque, ante sententiam & etiam post, secundum *Angelum in l. si patronus. ff. de*
16 *iureiuran.* Item † admittitur obscurus libellus, quando obscuritas nascitur ex partium conuentione, secundum *Ang. in l. Neratius. §. si quis Ephe-*
17 *si. ff. de condi. inde.* Nota † etiam, quod ista exceptio ineptitudinis libelli non est proprie exceptio, quia licet non excipiatur, tamen procedi nō potest, vt notatur in *l. edita. C. de edē.* per *Bar.* vide *Bald. super spe. de libellorum cōcep. in §. sequitur.* No-
18 ta, † non credo per hanc constitutionē tolli, quin iudex ex officio valeat reijcere libellum notorie ineptum, iuxta notata per *Innoc. extra. de offic. Vicarij. cap. 1.* quia tunc cessat ratio & causa finalis huius constitutionis. Item credo, quod vbi esset libellus ex seipso ineptus, vt quia ex seipso non concluditur ius agendi, non haberet locum ista constitutio, propter verbum, *aliqua,* quia tunc est omnino nulla, iuxta notata per *Mattheū de Matasalanis in 10. notabili.* In textu. ibi, *per processum.* Forte ex confessione, vel per instrumenta, aut testes, aut alias: vt *extra. de resti. spo. cap. cum ad sedem.* Et vbi quis inepte egit, sed reus confitetur intētentionem, tunc danda est sentētia, vt hic, vel sal-
19 tem fieret præceptum, quia † in confessis nullæ sunt partes iudicis, &c. vide *Ioan. Fab. insti. de act. §. si minus.* Item notat *Bald. in l. 2. C. quando fiscus,*
20 *vel priuatus,* &c. quod si debitor † non faceret se debitorem, nec negat contractum, sed opponit

exceptio-

exceptionē,& non probat,quod poteſt fieri exe-
cutio,quaſi deficiens in probatione videatur cō-
fiteri,per notata in *gloſ.in autkent.de exhi.& intro.*
reis.§.ſuſcepto.colla.5. ſuper verbo,*litis conteſtatio.*
dicit etiam,quod ſi à tali executione appelletur,
quod ſentētia ſuper tali appellatione lata ſit dif
finitiua,per tex.in *auth. vt nulli iudicum. §.ſuper*
hoc vero.colla.9 In textu,ibi,*vel poſt.* Hic ergo pa-
21 tet,† quod libelli ineptitudo poteſt poſt litem
cōteſtatam emendari.Et ita videntur corrigi iura.
C.de eden.l.edita.& *inſti.de act.§.ſi minus.* quia iu-
dex talem exceptionem nullatenus debet admit
tere de iure Cathaloniæ:vt patet hic:ad quod pa
rum conſueuit aduerti inter practicos in foro ſæ-
culari Gerundæ. Vnde ex iſta conſtitutione no-
22 ta primo, † quod nullitates proceſſuum ſunt o-
dioſæ, & ideo reſtringendæ,& euitandę, in quā-
tum fieri poſſit,vt ſic res magis valeat, quam pa-
23 reat.Secundo † nota, quod cuilibet debent ſua
iura ſeruari, & occaſio capeſſendi auferri. Tertio
24 nota, † quod exceptio impertinentiæ & inep-
titudinis libellorum eſt pernicioſa,inutilis,& o-
dioſa:&ideo non debet admitti, dummodo alias
clareat per proceſſum de agentis intentione.No-
25 ta † quarto, quod iudices debent iudicare ſecū-
dum veritatem & merita actorum proceſſuū,pa-
rum curando de nullitatibus pernicioſis & de in
eptitudine libelli. Quinto † nota,quod exceptio
26 impertinentiæ † & ineptitudinis libelli eſt ho-
die de iure Cathaloniæ penitus reprobata: & ita
videtur,quod libellus ineptus poſſit emendari
etiam poſt litis conteſtationem impune auctori-
tate huius conſtitutionis;&ſic nullis refectis ex-
penſis,ne per hoc litigantes habeant occaſionem
deferendi iura ſua.Et per hoc reſtringuntur nota-
ta per *Bart.*& *Bald.*& alios Doctores *in C.de edē-*
do.l.edita.& per *Ioan.Fab.in allega.§.ſi minus.*Nota
27 ſexto,† quod proceſſus ex inepto libello habi-
tus non poteſt prætextu turpitudinis libelli irri-
tari,vel dici nullus: imo valet ſententia ex tali
28 proceſſu lata. Attende † tamen, quia ſi nondum
claret de intentione agentis, credo quod poterit
opponi ineptitudo libelli, argumento à contra,
& quia quod non mutatur, &c. & quia iurium
29 correctio non debet extendi. Item † nota, quod
libello declarato non habet locum pœnitentia.
vide *Bald.in l.ſi quis agere.C.de codicillis.* Item no-
30 ta, † quod ea quæ ponuntur in libello, habētur
pro veris quoad modum procedendi, & quoad
poteſtatem iudicis.Etſi negetur:tunc enim habet
prius conſtare: & facit pro libellis quotidie in
curia officialis Gerundæ. Vide ſuper hoc *Ant. de*
Butrio extra.de coha.clerici & mulieris.c.veſtra.in q.
an notorium debeat probari iudici. Vlterius nota, ꝙ
31 libellus contra † iuris ordinem datus eſt nullus.
caſus eſt in *l.ſi maritus.ff.de adulte.*& non alibi,ſe-
cundum *Baldum.* Item nota, quod libellus debet
32 offerri † & tradi conuento expenſis actoris oſte-
rentis:vt notat *Io. And.* & *Io.de Imo.in Cle.cauſam*
quæ.de elect.in glo.porrectio, contra notat *Ange.ff.de*
*eden.l.1.§.eden.*Sed opinio *Ioannis And.*& *Ioan.de*
Imola ſeruatur inconcuſſe,& melius cōmuniter.
33 Sed in curia Principis ſecus.Vtrum † autem, &
quādo libellus ſit de ſubſtantia iudicij,vel poſſit
omitti,notat *Gui.in ſpe.in 4.parte.tit.de libel.cōcep.*
§.Vtrum libellus.& *Io.de Blanoſco in Rubri.qualiter*
fiat.§.Item fallit prædicta regula. Vlterius nota ſe-
cundum *Matth.de Mataſa.*quod procedit iudiciū
de conſenſu partium ſine actione,quæ tamen nata
fuerat.vide in 8.*ſuo notabili.* Item nota ſecundum
34 eumdem *Matth.in 10.not.* quod † ſi creditor cō-
ditionalis aſſeruerit debitorem eſſe reum pure,
vel ſimpliciter, cum tunc libellus habeat for-
mam aptam, proderit actori purificatio condi-
tionis pendente iudicio facta:ita quod pro actore
35 ſententiabitur. *l.ſi rem.§.fi.ff.de pigno.act.* † Item
nota *in 11.notabili;*quod ſufficit in libello narra-
re id quod eſt cauſa agendi:nec eſt neceſſe mētio-
nem fieri de replicatione.Item dicit *in 12.notabi-*
*li,*quod non eſt neceſſe in libello fieri mentionē
36 de ſolemnitate extrinſeca. Item † nota, quod ſi
actor ſimul cum libello ſuo produxerit inſtrumē
ta ſua,& poſtea ſit facta litis conteſtatio, non po
terit ex illis inſtrumentis ferri ſentētia pro acto-
re,licet contra ea nihil ſit oppoſitum: ſicut pro-
ducta & examinata ante litē conteſtatam regula
riter non probant ad finem ferendi ſententiā dif-
finitiuæ:vt in *auth.de exhi.re.§.ſi vero.colla.5.*& *C.*
qui frequenter.in prin.vt lite non conteſtata. Ergo ad-
uocati & practici quando petunt ſententiam,re-
producunt omnia inſtrumēta & acta in cauſa pro
ducta,& hanc regulam poſuit *Federicus de Senis*
in quodam ſuo conſilio,& eum ſequitur *Anton.de*
Butrio in c.1.de probat.& ita notat *Matth.de Mata-*
ſalanis in 41.notabili.& idem videtur velle *Gui. in*
ſpe.tit.de inſtrument.edit.§.nunc dicamus.verſ.ſed po
*ne appellans:*ibi,*Dic contra. Nam cum teſtes parificē-*
tur,&c.vide ibi. Nota etiam de iure communi,ꝙ
37 ſi intentio eſt apta,licet actio ſit inepta,procedit
libellus,& ſequi debet victoria. Exemplū.Si di-
co,peto rem meam, ad me pertinere iuriſdictā do-
mini,ideo me dominum declarari,& te compelli
ad reſtituendum.Super hoc propono actionē ex
locato,ſecundum *Bal.* Si agatur in tabula,vel ſyn
dicatu contra officialē,vel iudicem, pro eo quia
timent damna ratione marchæ, quæ nondum eſt
executata,vel ratione ſententiæ,cuius appellatio
pendet; tunc debet formari libellus; vt fiat con-
demnatio illius officialis,vel iudicis,ad præſtan-
dum immunitatem parti conquerenti.Facit *ff.de*
ſtatu lib. l.liberorum ratione. C.de ſent.quæ ſine certa
quantitate.l.2.C.ſi non eadem promi.l. 1.ff.de rei ven-
di.l.penultima. Facit quod notat *Innoc.in c.3.ad fi.*
38 *de conſtitu.*Item nota, † quod quando petitio of-
fertur euidenter inepta, iudex libellum lacerat:
ſed ſi ex poſt facto appareat inepta, iudex pronū
tiat actionem non tenere. Si vero dubitatur, vtrū
ſit apta, vel inepta, ſemper interpretatio ſit pro
actore,ſecundum *Bald.in c. 1.de offic. Vicarij* poſt
*Innoc.*Sed nos ſeruamus in Cathalonia conſtitu-
tionem

39 tionem iſtam. Item † nota,quod ſi tolerabilis ſit
petitio,ſemper debet admitti,ſecundum *Bald.*&
Innoc.in c.examinata.extra.de iudi. vide ibi *Innoc.*
in gloſ.nota quod ſi. in princ.& in *c. ex parte. de re-*
40 *ſtit.ſpol.*Item nota,† quod actio non debet expli
cite proponi: ſufficit enim,quod ex narratis im
plicite concludatur.ſecundum *Innoc.* & *Bal.in c.*
dilecti.extra.de iudi. Et vide quæ notat *Matth.69.*
41 *not.* Item † nota,quod vbi libellus eſt ita conce-
ptus,quod ex eo competere poteſt actio genera-
lis,& ſpecialis; in dubio videtur intentata ſpe-
cialis.vide *Matthæum in 88.not.* Sed numquid va
42 leant † libelli concepti per gerundia. & an va-
leat libelli oblatio facta die feriato.Item quid ſi
libellus in ſe continet plures actiones,an debeat
admitti in omnibus. Item an admittatur libellus
in reali, ſine confrontationibus, ſi actor dicat. il-
los ſe ignorare,& tamen eos ſe probare offert in
proceſſu iudicij. Item an & quando libellus ſit
neceſſarius,& an poſsit de conſenſu partiũ omit-
ti, & an quando agitur ad pœnam, ſit offerendus
libellus,vide per *Tancredum de Corneto in quæſtio-*
*nibus ſuis.tit.de quæſtionibus circa libellos.*Sed vtrum
43 libellus ſine concluſione procedat, † vide *Innoc.*
extra.de ſepul. c.in noſtra.& *c.certificari.* & *Io.Fab.*
*inſti.de actio.*circa princip.*verſ.iuxta hoc poſſet quæ*
*ri.*adde *Gui.in ſpe.tit.de oblatione libelli.& de libel-*
44 *lorum conceptione.*Sed † an & quando libellus in-
eptus ſit lacerandus,& quando non,vide per *Gui.*
*de Cugno ſuper gloſ.in l.1.ff.de officio aſſeſſorum.*Item
45 mutatio † libelli fieri non poteſt poſt litis con-
teſtationem.vt *l.edita.C.de eden.*Fallit in caſu *l.in*
*delictis.§.ſi detracta.ff.de noxalibus.*vbi eſt ſpeciale,
46 vt ibi nota.Eſt tamen † ſciendum,quod in cau-
ſis ſummarijs non debet dari libellus, ſed ſufficit
qualis qualis petitio:*ff.de commun. diuid. l.vt fun-*
dum.& ibi *Gui.de Suda.*vide *Antonium de Butr. in*
c.1. de libelli oblatione. Et in iſtis cauſis ſummarijs
habet procedi & tractari velo eleuato: *l. de ſub-*
merſis.C.li.10.& ibi non exigitur libellus,ſed ſuf
47 ficit quædam interpellatio.Item nota,† quod li-
bellus eſt offerendus iudici: de quo dixi latius in
fra *eadem colla.in curia Montiſſoni,c. iudices tabulæ.*
48 vide ibi. Nota,quod † quoddam eſt iudicis offi-
cium nobiliſsimum,quod reſidet in iudice,& il-
lud ex officio impertitur:vt *l.congruit.ff. de officio*
*præſidis.*quoddam reſidens in parte. Et ſi pars ne-
ſcit implorare iudice certificato: vt eſt de pupil-
lo,qui neſcit petere tutorẽ, debet impartiri etiã
non petenti:vt *l.nec quidquam.§.eos.* & *§.aduoca-*
tos.ff.de officio proconſ. Si potuit implorare, & ſci-
uit,tunc ſi reſpicit non ſolum illius auxilium,ſed
tertij,dabit etiam non petenti; *ff.de libel.dimi. l.1.*
& *C.de appel.l.eos.*in fi.Si proficit ſolum parti, nõ
dabit niſi petenti,vt patet in cautione dãni infe-
cti,cum ſimi.& ibi nota.Et ideo ſis cautus,vt ſem
per implores iudicis officium.ſuper quo vide no
tata per *Ang.in l.nam & poſtea.§.ſi damnetur.ff.de in*
49 *rem uerſ.an.*Item † nota,quod in cauſa criminali iu-
dex non habet ſequi petitionem partis, ſicuti in
ciuili.de quo dic latius per *Gui.ff.de his qui no. in-*
fa.l.quid ergo.§.pœna.in q.ſed numquid iudex ſine cau
*ſa.*vbi etiam nota, quod fama eſt maior omnibus
50 bonis, † quod facit pro his quæ dicam inf. *eadẽ*
coll.in curia Montiſſoni,c.cauſæ. Vltimo nota,quod
51 nullus † cõpellitur litigare ante litẽ conteſtatã,
vel poſt,ſi debitũ,& expenſas offerat: de quo dic
per *Gui.ff.de procurator.l.ſi reus.* & ff. *ad l. Aquil. l.*
proinde.§.filius. Et ita videtur, quod facta huius
oblatione in iudicio,ſi hoc non obſtante creditor
expenſas alias fecerit,non teneatur debitor ad ſol
uendũ illas expenſas, quas poſt factã oblationẽ fe
cerit, dummodo oblatio fieret cum effectu : quia
52 oblatio † iudicialis habet vim depoſiti,iuxta *Bar.*
*ff.de pig.act.l.ſi rem.§.qui ante.*vbi nota,quod obla-
tio facta in iudicio liberationem inducit.

De condemnatione in criminali.

SVMMARIVM.

1 *Delatus an ſit detinendus in carcere, vel tradendus ad manuleutam,traditur.*

C*Onfirmantes capitulũ,*&c. Hic confirmatur cõ-
ſtitutio Regis Alfonſi Tertij,ſupra *collatione*
proxima. Item quod nullus condemnetur ad morte,&c.
vide quæ ibi dixi:& adde quæ dicam infra in *cu-*
ria Ceruariæ,cap. inprimis. & adde hic *cap.18.curiæ*
*Montiſſoni,Regis Petri:*quod eſt tenoris ſequentis:
Item que vos ſenyor, ne voſtre primogenit, ne officials
voſtres,ne ſeus daqui auant no turmetets, ne turmẽtar
pugats null hom de paratge en alguna manera,ſi dons no
auiẽ mort llur ſenyor,o ſon primogenit,o ly erẽ traydors
ſoes,que ab ſos enemichs ly occupaſſen ſos regnes & ter-
ras,o algun lloch daquells,o eren heretges:e oydos enca-
ra en los dits caſos,a ells primerament plenes defenſes
per dret otorgades,promulgada axi mateix primera-
ment interlocutoria de iutge.Ne les pugats per conſciẽ-
tia en alguna manera condemnar,ſino a conexenſa de iut
ges,e a conexenſa daquells haguesſen eſſer donats a mã-
lenta,ſegons conſtitutions de Cathalunya. Plau al ſe-
nyor Rey.

1 ¶ Et † nota hic,quod delatus de crimine valde gra
ui,puta,de quo mereatur pœnã mortis,vel mem-
bri mutilationis,debet detineri in vinculis:vt *l.*
prima.ff.de cuſtodia reorum. Sed de alio minori de-
latus debet tradi manuleutæ, niſi forte ſit de cri-
mine confeſſus,vel conuictus:vt *l.ſi confeſſus.ff. eo-*
*dem,*ſcilicet,*de cuſtodia reorum.* Sed ſi non eſt con-
feſſus,nec eſt graue ſcelus, tamen eſt tale crimen,
de quo venit pœna corpori infligenda, tunc de-
bet poni in carcere, ſed non in vinculis , & po-
teſt dari ad manuleutam. vide *Bart.in dicta l.1.*

De homicidio.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſus de homicidio deliberato redire non debet in loco vbi interfectus morabatur,infra quinque annos.& declaratur nu.12.& 27.*

2 *Vir vbi obtinet remiſsionem de nece vxoris adulteræ, non inde exire debet à loco interfectæ.cum nõ habeat locum conſtitutio hæc.*

3 *Remiſsiones homicidiorum à quibus faciendæ ſint , traditur.*

4 *Indulgentia criminis allegari potest nulla, tamquam obtenta per surreptionem, si exprimenda non exprimantur.*

5 *Dispensatio est iuris ciuilis prouida relaxatio.*

6 *Remissio an censeatur facta per dominum Regem in fauorem homicidæ, si eum admittat ad familiaritatē, sub distinctione traditur.*

7 *Dispensatio est mitigatio excessuum & seueritatis.*

8 *Causa remittendi delicta quæ sint, referuntur.*

10 *Iudex inferior an possit absoluere reum à pœna legis imposita per superiorem, & quæ in illo sint consideranda, ac differentia inter eum & Principem supremum quoad hoc, traditur nu. 11.*

13 *Iudex an possit relaxare accusato pœnam, inuito accusatore, remissiue.*

14 *Pœna an augeri, vel minui possit, remissiue.*

15 *Conatus delicti de generali consuetudine mundi non punitur. Fallit in crimine læsæ Maiestatis, & patria oppugnata.*

16 *Pœna homicidij in foro sæculari quæ sit, traditur.*

17 *Occidere malefactorem non licet priuatæ personæ. fallit nu. 18.*

19 *Remissio delicti fieri non debet, nisi satisfacta parte læsa.*

20 *Remissus de crimine habetur pro confesso. & multiplex ratio traditur.*

21 *Excedens modum defensionis punitur in eo quod excedit.*

22 *Animus defendendi probatur in homicida ex eo ipso quod probatur occisum venire contra se cum gladio.*

23 *Offenso viro probo licet percutere offendentem, etiamsi posset euadere, dummodo aliter sua fama & honori esset detrimentum.*

24 *Iniuriam propulsare ita licitum est, quod non sit spectanda percussio, sed sufficiat quod minetur.*

25 *Statuto si permittatur vindicta alicui, non licet reo se defendere.*

26 *Moderamen tutelæ quando consideretur in propulsanda iniuria, traditur.*

28 *Occidens vxorem, vel alium, perdit ius successionis illius. fallit si occidisset in casibus à iure permissis.*

29 *Excusatio vulnerati non prodest vulneranti.*

30 *Pœna an sit remittenda delinquenti ad requisitionē offensi, remissiue.*

INsuper ordinamus & statuimus, quod aliquis, qui de
1 homicidio diffinitionem, &c. Casus. Habentes † seu impetrantes remissionem homicidij, mente deliberata commissi, non debent redire, nec morari in loco, in quo interfectus morabatur, infra quinque annos. Nec ratione homicidij in rixa commissi audent in dicto loco morari infra duos annos, nisi se conuenerint cum filijs vel proximioribus interfecti, alias remissio huiusmodi est irrita ipso facto. Secus est de homicidio in casu defensionis, & alijs casibus de iure licitis perpetrato. Hoc dicit. Et idem est de guidatico, vt infra *in*
2 *curia Ceruariæ cap. Præterea in quarto*. Et nota, † quod huiusmodi constitutio non habet locum, quando vir obtinet remissionem de nece vxoris adulteræ: vt scripsi in *cap. Maritus*. infra in curia Mō-
3 tissoni. ¶ Quæro † hic, quis possit huiusmodi remissiones homicidiorum facere? Respondeo, quod potestates habentes merum imperium, & eorum officiales merum imperium exercentes, quibus hoc voluerint potestates conferre: vt in *vsatico, Quia iustitiam. §. mulieribus*. ibi, *& cui voluerit perdonare*. adde quæ notantur latius per dominum *Iacobum de Calicio in sua Margarita Fisci, in* 8
4 *dubio. vers. 34*. & ibi notat, quod † aduersus impetrationem indulgentiæ criminis potest allegari surreptio, si omnia exprimenda non fuerint expressa: vt dicit *Baldus in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam*. adde infra *eadem collatione sexta in curia Montissoni, cap. qui verba*, super verbo, *sine spe veniæ*. Sed an id deceat, vel liceat potestati? Iacobus de Monteiudaico ibi dicit, hoc Theologis relinquendum, & saluo tamen eorum consilio saniori, credit fore dicendum sicut in dispensatione: quia remittere, secundum eum, est quædam dispensatio, quæ fit à potestate, quia dis-
5 pensatio † est iuris communis prouida relaxatio vt colligitur 1. *q. 7. §. nisi rigor. & cap. sequenti*. Est enim dispensare diuersa pensare: vt notatur 1. *q. 7. §. nisi rigor. in glossa*. vide ibi late. Ad hoc fa-
6 cit 43. *dist. cap. vltimo*. Sed quæro: dominus † Rex sciente admittit ad osculum, vel eius familiaritatem eum, quem scit homicidam, an videatur facta sibi remissio, vel dispensatio super homicidio illo? Crederem forsan distinguendum, an præcessit aliqua causæ cognitio, & tunc sic; alias secus, iuxta notata per *Innocentium* & *Baldum in cap. veniens. extra. de filijs presbyterorum*. & per *Ioannem de Imola in Clemētina, Si summus. de sententia excommunicationis. super glossa*. in verbo, *approbare*. ¶ Et
7 nota, † quod dispēsatio dicitur seueritatis & excessuum mitigatio. Facit *extra. de iudi. cap. at si clerici*. vide *Baldum de pace constantiæ*, in verbo, *dispensationem*. Dispēsatio igitur debet ex causa fieri, & prouide; sic & ista dimissio criminis per po-
8 testatem. Causa † autem potest esse vel ex tempore, vel ex persona, vel ex necessitate, vel ex vitatione scandali, & alias: vt de his habetur *in spec. tit. de legato. §. præmisimus*. & *§. dispensatio*. & *§. genera*. Ex quibus liquet, quod dominus Rex prouide pensans aliquam de dictis causis, vel alijs rationabilibus, dimittit crimen, vel pœnam criminis, quod non peccat, & quod hoc liceat ei, & deceat eum; alias non licet, quin sit peccatum. Tamen semper valet diffinitio cum causa, vel sine causa, quoad eum, cui dimittitur, secundum dominum *Iacobum de Monteiudaico*. Sed fallit, quando fieret remissio campsori abatut, non facta satisfactione creditoribus, nec in alijs casibus, in quibus dominus Rex sibi legem imposuerit per constitutionem iuratam Cathaloniæ: vt sup. *collatione 4. in curia Gerundæ cap. 13. § & quod nos, vel inclytus*, &c. vide quæ ibi dixi, & adde quæ dicam infra *eadem, cap. vltimo, in quæstione vltima*, quæ in-
9 cipit: *Huius actione quæro*. Pone, † quod interfectus ciuis vnius loci est in alio interfectus, in quo à casu

à casu fuit repertus,de quo loco intelligetur?ibi dixi pro & contra. mihi autem videtur debere intelligi de loco habitationis,vbi morabatur, nã habet ibi amicos, qui sunt causa huius prohibitionis.cogita amplius,& vide in alio hoc,&infra *in curia proxima cap.praeterea.* 10. Et nota secundũ
10 S. *Thomam in* 2.2.q.67.art.4.quod † quantum ad iudicem,super his duo sunt consideranda. Vnum est;quod ipse habet iudicare inter accusatorem& reum:aliud,quod ipse non fert sententiam quasi ex propria, sed quasi ex publica potestate;duplici igitur ratione impeditur iudex, ne reũ à poena absoluere possit: primo quidem ex parte accusatoris,ad cuius ius quãdoque pertinet vt reus puniatur,puta propter aliquam iniuriam in ipsum commissam,cuius relaxatio non est in arbitrio alicuius iudicis, quia quilibet iudex tenetur ius suum reddere vnicuique. Alio modo impeditur ex parte reipublicae,cuius potestate fungitur ad cuius bonum pertinet quod malefactores puniantur.Sed quãtum ad hoc differt inter iudices, & supremum iudicem,scilicet principẽ, cui potestas publica plenarie est commissa, iudex enim inferior non habet potestatem absoluendi reum à poena contra leges à superiore sibi impositas. Vnde super illud *Ioannis* 19. *Non haberes aduersum me potestatem vllam*,dicit Augustinus:*Talẽ dedit Deus Pilato potestatem,vt esset sub Caesaris potestate,ne ei omnino liberum esset,accusatum absoluere.*Est enim respiciendum iudicanti,ne quid aut durius aut remissius statuatur,quam causa deposcit: nec enim seueritatis, nec clementiae gloria affectãda est:vt *ff.de poenis.l.respiciendum.*in princ. Sed prin
11 ceps,qui habet potestatem in Republica, si ille, qui passus est iniuriam, velit remittere, poterit eum licite absoluere.si hoc publicae vtilitati viderit non esse nocumentum.Si autem inordinate poenam remitteret,tunc peccaret, quia & communitati noceret,cui expedit maleficia puniri, quae vult recompensationem honoris in poenam iniuriantis,secundum *S.Thomam*, & ponit *Ioan. de Imola in Summa Confesso.lib.* 2. *tit.* 5.*q.*145. Peccat enim Princeps vtendo absoluta potestate, sine iusta & rationabili causa, secundum *Innocentium extra.de censibus.cap.innouamus.*Sed pone
12 quod occisus est in hac ciuitate aliquis aduena, non habens certam habitationem in hoc Principatu Cathaloniae,certe in hoc casu non potest intelligi de loco habitationis extra regnum; ergo oportet intelligi de loco occisionis; & si ibi non haberet amicos,forte non haberet locum haec cõstitutio. Cogita. Sed vtrum iudex possit inuito
13 accusatore † poenam relaxare accusato?*Gui. in spec.in* 3.*parte.tit.de aboli.* §.*sciendum.vers.sed cum supra diximus.* tenet quod sic.vide ibi per eum latius. Sed † an possit poena per iudicem minui,
14 vel augeri,dixi sup. *colla.*4.*in* 2.*curia Barcino. c.*9.
15 Item nota† valde,quod licet de iure quandoque conatus puniatur, sicut pro facto consummato: vt in *l.is qui cum telo.C.ad l.Cornel.de sica.* & *C.de Episcopis & clericis.l.si quis non dicam.* cum simil. attamen hodie de generali consuetudine mundi secus est,praeterquam in crimine laesae maiestatis & patriae oppugnatae,in quibus non spectatur euentus, & sufficit conatus, quia sero pararetur vindicta crimine consummato,secundum *Angel. in l.*1.§.*hi autem verba.ff.quod quisque iuris.* Quaero
16 quae sit poena homicidij in foro saeculari? Resp. quod laici honestiori loco positi deportari solẽt: in secundo gradu,idest humiliores capite puniũtur:vt *ff.ad l.Cor. de sica. l.qui eadem.*& *l.*3.§.*legis.* de hoc nota *insti.de publi.iudi.* §. *Item lex Cornelia*
17 *de sica.* vide ibi *Ioan.Fab.* Item quaero,† vtrum liceat priuatae personae occidere malefactorem? Resp. secundũ *S.Thom.in* 2.2.*q.*64.*art.*3. quod nõ licet priuatae personę alium occidere, sed illi tãtum,cui cõmunitatis cura cõmissa est, sicut principi habenti publicam auctoritatem: sicut ad medicum pertinet praescindere membrum putridũ, quando ei cõmissa fuerit cura salutis totius corporis. Vnde Augustinus in 1. *de Ciuitate Dei* dicit,quod qui sine aliqua publica administratione maleficum interfecerit, velut homicida iudicabitur: & tanto amplius,quanto sibi à Deo nõ cõcessam vsurpare non timuit potestatem. Idẽ tenet *Petrus in scripto super* 3.*Sent. dist.*38. & *Ioan. de*
18 *Imola in Summa Confess.lib.*2.*tit.*5. *q.* 5.nisi † pro defensione,vel in alijs casibus à iure permissis id fecerit.vt hic dicitur in fine. & *ff.de iustit.& iure. l.vt vim.C.quando liceat vnicuique sine iudice se vind. l.*1.& 2.*in Clem.si furiosus.de homici.*& nota in *Summa Confess.lib.& tit. praalleg.q.* 13. Vlterius nota,
19 quod † huiusmodi remissiones fieri non debẽt, donec pars laesa fuerit satisfacta de iniuria, damnis,& expensis:quod dic vt sup. *collat.*4. *curia* 1. *Barcin.cap.*9.*Item quod nos*,&c.cũ suis concor.quę videntur contra.Solutio autem. Remissio criminis fit gratiose,nulla data pecunia, & ita loquitur praesens c.Aut pecunia interueniẽte,& sic lo
20 quuntur contraria.Item † nota, quod obtinẽtes huiusmodi remissiones criminum habentur pro confessis de criminibus ipsis,vt habetur in pragmaticis Regijs,quas inserui supra in dicto *c.* 9.in *vers.In ijs autem*,ibi ,*nolumus sub.*Et est ratio,quia isti tales,qui se defendendo, vel alias in casibus à iure permissis aliquem occiderint, non indigent remissione,nisi ad cautelam, quia quod quis ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse videtur: *ff.de iusti.& iure.l.vt vim.* & eodem modo quãdo lege permittente fit,quia qui peccat, non peccat legis auctoritate:vt 23.*q.*3.*c.qui peccat.*& quod legitime factum est, poenã non meretur: *C. de adult. l.Gracchus.* & in alleg.*Cle.si furiosus.*cum simil.nã quandoque à iure permittitur vindicta:vt *C.quãdo licet vnicuique se vind.l.*1.& 2.& *C.vnde vi.l.*1. & *ff.de iusti.& iure.l.vt vim.*cum concor.Itẽ nota,
21 quod † vbicumque permittitur defensio ad certum modum,excedens modum non punitur pro toto facto,sed tantum in eo quod excedit: vt *l.si*
22 *adulterium.*§.*Imperatores.ff.de adulterijs.*Nota,† q

ex eo; quod probo venire aliquem contra me cū gladio, probando hoc, si eum occido, probatū est, quod animo defendendi hoc feci: *ff. ad l. Aquil. l.*
23 *itaque.* & *l. sequenti.* & ibi *Bart.* Item nota, † quod probo viro licet percutere aggredientem; etiam vbi aliter potest euadere, ad euitandam verecundiam, iuxta *Bart.* Idem *Cyn. in l. 1. C. vnde vi.* idem *Petrus*: quia non potest fugere sine detrimento famæ, quam defendere licet: allegat. *l. in eadem. ff. ex qui. ca. maior.* Et quia fama illa est irreparabilis, & præfertur vtilitati. *ff. si quis ob causam testamenti. l.*
24 *Iulianus.* Item nota, † quod licitum est iniuriam propulsare, nec spectare oportet quod percutiat: sed sufficit quod minetur, *l. 1. C. quando liceat sine*
25 *iudice se vindicare.* Item nota, † quod si ex statuto permitteretur vindicta alicui; non liceret reo se defendere aduersus illatorem vindictæ. *ff. de iustitia & iure. l. vt vim.* Et si statuto permitteretur, bannitū occidi, non liceret se defendere, vide ibi *Bart.* & in *l. 1. C. quando liceat sine iudice se vindicare.* & hæc nota pro sacramētali & priuilegio vin
26 dictarum. Item nota, † quod moderamen in propulsando non consideratur, vt parilitate armorū seruata debeat iniuriam propulsare venienti cum pugno, sed alter me defendere possum, & armis resistere, secundum *Petrum* & *Bald. in l. vt vim. ff. de iust. & iure.* vide & adde notata per *Henric. Boich, extra de homicidio cap. significasti. in 2. dist.* Rusticus vero, qui sine infamia fugere potest insultantem, occidens tenetur de culpa, iuxta notata per *Bald.*
27 *in l. filius qui. ff. de cond. & subst.* Et est verū, quod dicti quinque; vel duo anni computantur à die remissionis obtentæ, vt dicit littera in textu hu-
28 ius capituli. Et † qui occiderit vxorem, vel aliā personam, cui successurus erat in aliquo, perdit illud ius successionis, nisi quando occiderit in casibus à iure permissis: vt infra *eadem colla. in curia Montissoni, c. maritus.* vide quæ ibi dicam, secundū
29 *Matthæum in 72. not.* Quæro, † vulneratus excusauit vulnerantem, an talis excusatio valeat? *Gui. de Cug.* tenet quod non, *ff. de pact. l. antequam super*
30 *§. si paciscar.* Vtrum † autem pœna remittatur delinquenti ad requisitionem offensi, vide *Gui. in l. quos prohibet. ff. de postulando.* adde quæ notat *Bar. in l. si quis in graui. ff. ad Sc. Sil.*

De salarijs decretorum.

SVMMARIVM.

1 *Pro decretis interponendis salarium quod constitutum, & præfixum, traditur.*
2 *Curator quando potest facere procuratorem sine decreto.*
3 *Assessores non possunt interponere decretum in alienationibus sine licentia Principis.*
4 *Decretum iudicis non requiritur in donatione, cū sufficiat quod sit insinuata.*
5 *Insinuationi renuntiari non potest.*
6 *Insinuatio an sit necessaria in donatione facta per patrem filio.*
7 *Decretum interponi potest die feriato in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis: secus autem si fuerint cōtentiosa.*
8 *Salarium pro decreto interponendo in rebus furiosi, & mente capti non soluitur.*
9 *Modus non est excedendus in exactione salariorum.*
10 *Decretum est interponendum in scriptis, & cum causæ cognitione, quia est sententia.*
11 *Decretum interpositum ex falsa causa vel erronea, est nullum ipso iure.*
12 *Decretum est interponendum ante alienationem.*
13 *Decretum iudicis non requiritur in alienatione facta per patrem, vt legitimum administratorem de bonis filij.*

NE *modus excedatur in recipiendo salarium.* &c.
1 Casus. Iudex, † vel alius officialis pro salario decreti interponendi rei valenti quinquaginta libris, recipit tres solidos, à valore vero quinquaginta vsque ad centum, & à centum & vltra recipiet decem solidos, & non vltra: pro re vero incertæ quantitatis seu valoris, recipiet tres solidos tantum, saluis locorum consuetudinibus de minori, vel nihilo recipiendo. Hoc dicit. Et est hic casus contra honorabilem Andreā Cornelli, qui pro decretis interponendis actoris, quæ fiunt apud acta, dum erat iudex, exigebat tres solidos, cum fuerit, & sit consuetudo Gerundæ nihil exigi, vel recipi pro decreto talium actoriarum quæ fiunt apud acta tam in curia Ecclesiastica & sæculari Gerundę, quam in alijs huius diœcesis. Sed contra eum ego seruabam practicam, quod
2 tutor, † vel curator prius contestaretur litem, & postea potest facere procuratorem tamquam dñs litis, sine decreto: vt *l. neque. C. de procura.* Item no-
3 ta hic, † quod assessores non possunt interponere decretum super alienationibus, sine licentia Principis, vt dixi latius supra *collat. 4. in 2. curia Barcinonæ cap. 6. Item quod aliquis clericus*; &c. Sed
4 dicit † *Bartolus*; quod in donatione nō requiritur decretum, sed insinuatio, per *l. finalem. C. de prædijs curialiū sine decreto non alienandis. lib. 10.* Cui renū-
5 tiari † non potest, etiam cum iuramento, videas
6 per *Doct. in l. fin. C. de renoca. dona.* Sed † an sit necessaria insinuatio in donatione, quā facit pater filio, vide in *spec. tit. de donationibus. vers. quid si pater.* & infra *eisdem collat. & curia. c. statuimus.* adde quæ notat *Ioan. Faber institu. de donationibus. §. & cū*
7 *retro.* Scias † tamen, quod decretū quando habet interponi sine causæ cognitione in his quę sunt voluntariæ iurisdictionis, potest interponi etiam tempore feriato: vt notat *Gui. in spec. tit. de ferijs. in 2. parte. §. sequitur videre. vers. porro.* secus in ijs quæ causæ cognitionem desiderant, vt nota *in eodē §. sequitur.* in prin. ergo tutelæ datio, & ea quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, poterūt de plano expediri tēpore feriato: vt *ff. de tutelis. l. qui habet. §. penult.* & nota in *spec. in alleg. vers. porro.* videas
8 ibi latius. Item † nota, quod à furiosis & mēte captis non debent exigi huiusmodi salaria pro decretis: vt *C. de Episc. audien. l. tam dementis.* & notat *Azo in Summa. C. de sportulis.* in fine. Nota hic in
9 prin. textus, † quia modus debet seruari, & nō excedi in salarijs exigendis; sic inf. *ead. col. curia Montisson.*

tissoni.c.cum notarij. & *extra de rescriptis.c.statutum.* *§.notarium .lib.6.* adde quæ dixi infra *eadem, c.ad tollendam,* super verbo, *decretum.* & in *vers. ulte-*
10 *rius nota.* Et † nota, quod decretum est sententia, & debet interponi cum causæ cognitione, & in scriptis: vt *C. de prædijs curialium sine decreto non alie.l.fin.* in fine. & *ff.de offi.procons.l.nequidquam.*
11 *§.vbi decretum.* Item nota, † quod decretū ex falsa causa, vel erroneee positum, est ipso iure nullū; secus in sentētia, quæ tenet, nisi sit error iuris expressius in ea: vt notat *Ioannes Fab. insti. de excusa-*
12 *tu. §.si quis autem.* Item † nota, quod decretū debet interponi ante alienationem: *ff.de rebus eorū, qui sub tu.l.magis. §.non passim.* & *§.sequenti.* sed cōsensus præstatur ante & post: vt notat *Innocent.*
13 *extra.de reb. Eccle.non alie.c.dudum.* Nota, † quod in alienatione, vel contractu factis per patrem, vt legitimum administratorem de bonis filij non requiritur decretum iudicis, secundum *Azonem in Summa.C.de bo.quæ li.* & *Bald.* & *Angel.in l.1.ff. quæ res pig.obli.pos.*

De salarijs distributionum.

SVMMARIVM.

1 *Salarium distributionum quid sit. remissiue.*

1 **P***Ari modo ordinamus, quod index,* &c. Hic † agitur de salario distributionis, de quo dic hodie vt infra in *curia domini Ferdinandi cap.los salaris.* & *cap.seq.* vide quæ ibi dicam; quia ista constitutio, & infra in *curia Montissoni, c.si ratione.* cum similibus, corriguntur per illam Ferdinandi. vt in dicto *c.los salaris. §.vltimo.* alias est *c.c. Los aduocats.* quod est posterius. *extra.de constit.c. licet Romanus.libro 6.*

De tutelis.

SVMMARIVM.

1 *Tutor testamentarius, præstito prius iuramento de procurando vtilia, potest se immiscere hæreditati pupilli, & conficere inuentarium, ac si esset cum decreto legitime confirmatus. & ratio traditur nu.8. & ampliatur nu.14. & nu.31.*
2 *Tutor Attilianus non requiritur de iure Cathaloniæ.*
3 *Tutor maior esse debet viginti quinque annorum, alias non potest tutelam gerere.*
4 *Tutor alius interim dandus est, dum tutor testamento datus minor est viginti quinque annorum.*
5 *Creditor vel debitor pupilli tutor ipsius esse non potest. Fallit vt hic.*
6 *Omissio solemnitatis substantialis de iure communi vitiat actum.*
7 *Solemnitas dandi tutorem testamentarium de iure cōmuni traditur.*
9 *Tutor vti non potest officio tutelæ, donec fecerit inuentarium.*
10 *Fiscus non tenetur facere inuentarium.*
11 *Appellari an possit à nominatione tutoris. remissiue.*
12 *Tutela vt sit legitime decreta, requiritur, quod tutor specialiter promittat subire defensionem pupilli.*
13 *Decretum non est necessarium vbi pater vt legitimus administrator, alienat res filij.*
15 *Tutela definitio traditur.*
16 *Filij militum in Cathalonia sunt sub tutela vsque ad viginti annos.*
17 *Datio tutorum est de mixto Imperio.*
18 *Nepotes continentur sub nomine liberorum.*
19 *Tutores qui dari possunt, traditur.*
20 *Monachus tutor esse non potest, secus est in clerico.*
21 *Tutor dari potest in testamento, vel codicilllis testamēto confirmatis.*
22 *Testamentum an probetur per duos testes. remissiue.*
23 *Testamentum nuncupatiuum probatur per instrumētū.*
24 *Tutor datus vtiliter in testamento perfecto non indiget confirmatione. & declaratur nu.62.*
25 *Lex debet intelligi in casu dubio.*
26 *Tutoris datio de iure communi incipit tenere hæreditate adita.*
27 *Tutor datus à matre an & quando confirmandus. remissiue.*
28 *Tutela & reliqua contenta in testamento sumūt vires ab aditione hæreditatis.*
29 *Tutela non vitiatur, quamuis fideiussores dati ab initio non sint legitimi.*
30 *Vitricus an possit esse tutor.*
32 *Tutela legitima quando locus sit.*
33 *Tutor facto iuramento ante omnia debet facere inuentarium.*
34 *Confirmatio iudicis in tutore testamentario de iure Cathaloniæ non est necessaria.*
35 *Inuentarium per tutorem receptum nedum est inuentarium tutoris, verum etiam & pupilli, ne pupillus teneatur vltra vires hæreditarias. & refertur pro eo pragmatica Regis Iacobi nu.36.*
37 *Prodigo datur curator.*
38 *Prodigus quis sit, traditur.*
39 *Alienata per prodigum etiam notorium valent, antequam sibi à iudice interdicatur administratio.*
40 *Tutor an emere possit res pupillares, remissiue. declaratur nu.50.*
41 *Fideiussor emere non potest, quod soluere debet.*
42 *Testator an remittere possit tutori confectionem inuentarij. remissiue.*
43 *Hæres intra tempus conficiendi inuentarium conueniri non potest. Fallit nu.44.*
45 *Confessio minoris an valeat. remissiue.*
46 *Hæres an perdat Trebellianicam ob non confectionem inuentarij. remissiue.*
47 *Bona secundi viri tacite sunt obligata pupillis, si mater, non reddita ratione tutelæ, secundo nubat.*
48 *Pupillus quando agere possit, distinguendo traditur.*
49 *Adultus non habens curatorem potest esse in iudicio.*
51 *Pater est legitimus tutor filij emancipati.*
52 *Remissio debiti liquidi facta per tutorem non valet: secus si fuerit illiquidum debitum.*
53 *Tutor recipiens pecuniam pro pupilla maritanda an teneatur eam restituere.*
54 *Consuetudine induci potest, quod inuentarium recipi possit per curatores pupillorum, non conuocatis creditoribus & legatarijs.*
55 *Hæres ex æquitate canonica ob non confectum inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias.*
56 *Tutor dolose administrans potest à iudice remoueri.*

57 *Tutor an possit adire hereditatem pupilli sine eius consensu.*
58 *Tutor recuperat à pupillo quod expendit in rebus ipsius, vltra quam esset expensurus in domo sua.*
59 *Tutores, curatores, & alij administratores debētagnoscere bonā fidē, nec debent præponere cōmodū famæ.*
60 *Tutor in aliquibus causis præsumitur suspectus, etsi nō probetur. & referuntur causæ.*
61 *Pupillus apud quem sit educandus. remissiue.*
63 *Tutor testamentarius non tenetur satisdare. idē dicitur in tutore dato cū inquisitione à maioribus iudicibus.*
64 *Satisdationis inopia remouet tutorem, licet paupertas illum non remoueat.*
65 *Mulier tutrix filiorum antequam secundo nubat, debet petere tutorem pupillis, & reddere rationem, alias priuatur successione.*
66 *Tutores in quibus casibus possint in carceribus poni.*

PRæterea reiecta solemnitate à iure Romano, &c.
1 Casus. Tutor † datus in testamēto, codicillo, aut alia vltima voluntate patris pupilli, præstito iuramento in posse curiæ de procurando vtilia, potest hæreditati paternæ nomine ipsius pupilli se immiscere, inuentarium facere, & omnia cætera gerere, ac si esset cum decreto legitime confirmatus, omni alia solemnitate iuris Romani reie-
2 cta, Hoc dicit. Et † ita iure isto non requiritur tutor Attilianus, qui adeat hæreditatem, qui requiritur de iure communi: vt *ff. de testa. tu. l. nemo hæreditatem.* de quo vide per *Io. de Platea instit. qui dari tu. possunt. §. ad certum.* In tex. *reiecta*, nota solēnitatem iuris ciuilis in hoc casu reijci: sic sup. *eadē, c. quia sæpe contingit.* vide quę ibi dixi. Oportet ta-
3 men, † quod talis tutor sit maior viginti quinque annorū, alias nō potest tutelam gerere: vt *insti. de fiducia tu. §. fi.* Si tamen in testamento datus fue-
4 rit † minor, interim donec viginti quinq; annos habeat, dabitur alius tutor, vt dicetur inferius. Itē
5 oportet † quod tutor non sit obligatus pupillo, neque cum habeat obligatum: vt in *auth. vt hi qui ob fe. ha. pari res mi. colla.* 7. Fallit in testamentarijs: vt in *auth. de hæredi. quæ ab intestato de. §. ex ijs.* Item fallit in matre, quæ etiamsi non sit testamento data, potest habere tutelā, licet fuerit creditrix, vel debitrix pupilli; vt in *auth. matres debi. & credi. collat.* 7. & idem forte in auia & auo, vt ibi notat *glossa* per dictum §. *ex ijs.* qui videtur contra, ibi, *& nulla lege prohibeantur.* de hoc legitur & notatur in *auth. matri. C. quando mulier tu. officio fungi po.* In textu, *solemnitate.* Nota tamen, quod de iure com-
6 muni † omissio solemnitatis substantialis vitiat
7 actum; vt *ff. de transac. l. cum ij. §. si prætor.* Sed † in quo cōsistat, seu quæ sit hæc solemnitas iuris Romani; sciendum est, quod sæpe contingit, tutorē inutiliter testamento dari, quandoque propter personam dantis in testamento, vt quia pupillū in potestate non habet; quandoque propter personam eius cui datur, vt si puberi, tamquam impuberi detur: quandoque propter solemnitatem non adhibitā, puta, si in testamento, vel codicillis testamento confirmatis aliquis detur tutor: vt *ff. de con fir. tut. l. neque.* In primo distingue, vtrū fuerit pater, qui non habebat in potestate, an mater, an extraneus: si pater, debet omnino confirmari, id est, sine inquisitione: vt *instit. de tutelis. §. vltimo.* nec satisdabit rem pupilli saluā fore, quia sufficit ei paternum testimoniū pro satisdatione; vt *C. de Episcopali audientia. l. de creationibus. §. 1.* & *ff. eod. l. 2.* Sed nec inquiretur sit locuples, an non; & vtrum sit fidelis, an non: quia fides eius est approbata à testatore: *instit. de satis. tu. §. sed hoc nō est.* Et hoc nisi noua causa superueniat; vt *ff. de testamentaria tutela. l. pater.* tunc enim non videtur durasse patris voluntas, vel nisi vetus causa abscondita & latens detegatur; vt quia male morigeratus erat, vel pauper factus, quę nesciebat testator: nam in omnibus ijs sequitur prætor vtilitatem pupillorum, non scripturam testium, vel codicillorum: vt *ff. eodem, scilicet, de confir. tu. l. in cōfirmando.* & *l. vtilitatem.* Et talis tutor confirmatus potius dicebatur datiuus, quam testamentarius; vt notat *Azo in Summa eod. tit. & ac. insti. eod. titulo,* scilicet, *de tutelis §. vltimo. in glos.* super verbo, *cōfirmandus.* & *C. de confir. tut. l. 2.* & vide *Bar. in l. 2. ff. eod. tit.* Hodie vero in Cathalonia huiusmodi solemnitates, scilicet inquisitionis, decreti, & cōfirmationis sunt sublatæ, dummodo talis tutor datus in qualibet vltima voluntate de illo suum
8 præstat iuramentum, & ratio † fuit ex quo pater confisus fuit, nil amplius quæratur, nisi iuramentum, licet inquisitio iudicis esset vtilis pupillis, si iudex esset bonus & diligens. Sed quia iudices nō curāt nisi de salario decreti confirmationis, ideo ista cōstitutio prouidet, ne oporteat in vanum expendere pro decreto & processu cō-
9 firmationis. Nota † tamen, quod tutor non poterit vti officio tutelæ, donec fecerit inuentarium: de quo habet facere fidem, vsque ad expresionē bonorum; iuxta notata per *Bart. de Salic. in l. quod plerumque. C. de alimen. pup. præstan.* alia etiam requiruntur quæ dixi infra *ead. cap. hoc nostra.* super verbo, *adstrictos.* in *vers. Item nota casum, qui quotidie ac*
10 *cidit.* Nota etiam, quod fiscus non tenetur facere inuentarium: vt notat *Iacobus de Calicio in Margarita fisci in 3. dubio principali, vers. 34.* Item potest adire hæreditatem per procuratorem, licet sit secus in priuato, vt in eodem dubio, vers. 37.
11 Item, † vtrum, & quando tutor vel curator à nominatione habeat appellare, vide quæ notantur per *Doct. super Rub. de excu. munerum. lib. 10. C.* Itē
12 nota, quod † ad hoc vt tutela dicatur legitime decreta, requiritur, ꝙ tutor specialiter promittat subire defensionem pupilli; vt *l. fi. §. defensionē. ff. de admi. tut.* vide *Bart. in l. legitimos. ff. de legit. tut.* & *Matthæum in 104. not.* & *Io. de Platea insti. de le-*
13 *gitima tutela.* Pater † in his, quæ agit tāquā legitimus administrator filij nō eget decreto iudicis, vt dixi supra, *c. ne modus.* & infra *ead. c. statuimus. in*
14 *fi.* Sed † quæro, an habeat locum hæc constitutio in tutore vtiliter dato in testamento patris pupilli: Videtur, quod non, quia in eo non requiritur

tur confirmatio. Sed contra seruatur, & bene, quia iuramentum huiusmodi succedit loco satisdationis rem pupilli saluam fore, & minime sunt mutanda, &c. l. minime. ff. de legibus. ¶ In textu, à iure Romano: vt C. de confirma. tu. l. 2. & in alijs legibus
15 superius allegatis. ¶ In textu, tutor. Quid † est tutela? Est vis, & potestas in capite liberorum, ad tuendū eū, qui propter ætatem suam se defendere nequit iure ciuili; data ac permissa: vt insti. de tutelis. §. 1. & ff. eod. scilicet de tutelis. l. 1. quod prosequere vt notatur per Azonem in Summa. C. tit. de
16 testa. tu. Nota † tamen, quod filij militum, & domicellorum in hac patria, iuxta vsaticum Barcinonæ, sunt sub tutore vsq. ad viginti annos: vt in
17 vsat. tutores. vel Baiuli, vide ibi. Item † nota, quod datio tutorum est de mixto imperio. Sed vbi facultas pupilli non excedit ducentos aureos, competit magistratibus minoribus, & potest delegari fauore pupilli. Sed vbi excedit, non delegatur; nisi alias iurisdictionem habenti, secundum Angelum, qui latius notat in l. 1. ff. de iurisdict. omniū iudicum. vide ibi. ¶ In textu, ibi, filios, seu filia; idem credo de nepotibus, qui non sunt in eorum patris
18 potestate, cum sit eadem ratio; & liberorum † nomine nepotes continentur: vt notat idem Azo in Summa vbi supra. §. Item liberorum appellatione, de quo dic late per Bar. in l. liberorum. ff. de verborum
19 significa. ¶ Quæro † quis possit dari tutor? Respondeo, datur tutor ille, qui non est mutus, vel surdus; tutor enim debet loqui, & audire: vt ff. de tutelis l. 1. §. penultimo, & vltimo. minus autem plene audientes possunt esse tutores; vt ff. de legi. tu. l. penultima. §. vltimo, & l. vltima. Item datur ille qui est compos mentis suę, furiosus autem non datur: vt ff. eod. l. si hæreditas. §. si furiosus. nec minor viginti quinq. annorum, nisi ita detur cum cōpos mentis suæ erit, vt insti. eod. §. furiosus. & allegat. lege. si hæreditas. §. si furiosus. Item datur ille tutor cum quo testamenti factio est: vt ff. eod. l. testamento tutores. ¶ Item datur tutor masculus, & non fœmina; quia id munus masculorum est, nisi à Principe impetrauerit mulier tutelam filiorum. Hodie tamen admittuntur mater & auia; & præferuntur omnibus, exceptis tamen testamentarijs: vt C. quando mulier tu. offi. fungi po. authen. matri, & auiæ. ¶ Item datur tutor etiam ille qui non est eiusdem ciuitatis, cuius est testator: vt ff. eod. l. quaro. licet ille prætendere possit excusationem: vt
20 ff. de excusa. tuto. l. vltima. §. vltimo. Sed † nunquid monachus poterit esse tutor? Bal. tenet, quod non: de quo vide latius per eum in l. generaliter. C. de Episcopis, & clericis. in penultima. q. Et idem tenet Archidia. in Rosario. 86. dist. cap. peruenit, de hoc tāgit spe. tit. de tutore. §. generaliter. Clerici vero possunt esse tutores; sed inuiti nō cogūtur. Sed Episcopi & monachi, etiam volentes, non admittuntur, secūdum Archi. vbi supra. Sed glos. ibidem aliter dicit, & clericos & monachos volētes saltem ad legitimam tutelam admitti; quod forte præualet de iure canonico, & seruatur de facto in practica; vt videmus, vide ipsam glos. in allegat. cap. peruenit & 33. dist. cap. vltimo. & 21. q. 3. c. Cyprianus.
21 ¶ In textu, ibi, testamento, codicillo. In qua † voluntate potest dari tutor? Respondeo, dari potest, vel in testamento, vel in codicillis testamento confirmatis. & semper videntur hodie confirmati, si testamentum præcedat, vel sequatur codicillos: vt ff. eod. l. 3. & insti. de codicillis. & idem est de iure Cathaloniæ in qualibet vltima voluntate, vt in
22 hac constitutione dicitur. Sed † an testamentum probetur per duos testes, vide quæ leguntur, & notantur C. de bo. posse. secundum tabulas. l. 2. Item
23 an † testamentum nuncupatiuum probetur per instrumentum tabellionis; dic quod sic, & seruatur de consuetudine, dummodo illud instrumentum habeat legitimum numerum testium: de quo vide pro, & contra latius in l. si. C. de fideico. per glo. magnam. ¶ In textu, in qualibet alia voluntate. q. d. etiam minus solemni, quæ alias de iure communi confirmatione, & decreto prætoris indigent: vt l. 2. C. de confir. tu. quia de valido, solemni, & perfe-
24 cto testamento non erat dubium, quia † tutor datus vtiliter in testamento perfecto non eget con-
25 firmatione: vt l. 1. ff. de confir. tu. Et † tamen lex, debet intelligi in casu dubij, vt dixi infra eod. cap. cum qualibet. Sed si ab intestato quis faciat codicillos, ipso iure non tenet datio, quia nō possunt, vt dixi, testamento confirmari de iure cōmuni, & ista solemnitas etiam remouetur hic, quando dicit, in qualibet alia voluntate. Item siquidē dati sunt testamento tutores, & alij dati sunt codicillis, omnes erunt tutores; nisi posteriorem dando, priorē reprobauerit testator: vt C. de confir. tu. l. & si à patre. & ff. eod. tit. l. vltima. ¶ Et de iure communi Ro-
26 mano incipit tenere † datio tutoris ab adita hæreditate: Saltem ab vno hærede adita hæreditate: Si vero nemo adierit hæreditatem, nihil valet ex ijs quæ in testamento scripta sunt: vt ff. de testa. tu. l. si nemo. secundum Azonem in Summa C.
27 eod. tit. ¶ Sed † an, & quando confirmetur tutor datus à matre, vide in dicta Summa Azonis. C. de
28 confir. tu. §. si vero mater dederit. Et nota, † quod tutela, & alia in testamento contenta sumunt vires ab aditione hæreditatis: vt ff. de testa. tu. l. si nemo. & l. si hæreditas. Et si pupillus in potestate instituatur à patre, statim mortuo patre est hæres, & sic statim valet tutela insti. de hæredi. ab intesta. §. postu-
29 mi. vers. sui autem. Item nota, † quod tutela non vitiatur, licet fideiussores dati ab initio non sint legitimi. Casus est singularis in l. mulier. C. de iure dotium. & non est alibi secundum Bald. Vtrum
30 vitricus † possit esse tutor? Florianus de Sācto Pe. in l. non potest. ff. de adop. tenet quod sic: vide ibi plene, quia est in arbitrio iudicis, qui debet examinare qualiter contraxerit cum matre pupilli, & cuius fidei sit, licet Bart. & Bald. in hoc aliter dixerint, & sint inuicem contrarij; & de hoc etiam nota per glos. in authen. de nupti. collat. 4. ¶ In textu, sui
31 patris. Secus † ergo est de tutore dato à matre, vel alijs extraneis in eorum testamētis, codicillis, vel alia

alia vltima voluntate, in quibus seruabuntur dictæ solemnitates iuris Romani; quod patet hic à contrario sensu. Et quia dicēdo de patre, videtur secus de alijs: vt *ff. de indi.l.cū prator. extra. de prasump. cap. nonne*. & quia quod hic non mutatur, relinquitur iuri antiquo: vt *l. pracipimus. C. de app.* cū suis concor. Dico igitur, ꝙ in tutore dato à matre, vel alijs extraneis, erit necessaria hæreditatis aditio, confirmatio, inquisitio, inuentariū; & alia, quæ de iure communi Romano sunt necessaria, vt dictum est: & *ff. de admi. tu. l. tutor qui reportorium.* & *de suspec. tu. l. tutor. §. tutores*, & *C. arbi. tu. l. fi. ff. de testa. l. si nemo hareditatem*, & *l. hareditas.* cum similibus. ¶ In textu, *datus*, supple, contra quem possunt opponi multa, quæ vide latissime in *spe. tit. de tutore.*

32 Et vt scias † quando tutelę legitimę locus sit, dic, cum persona agnati impeditur habere tutelam legitimam; aut impeditur ab initio cum tutela est deferenda; aut ex post facto ea iam delata. Si ab initio, & impedimentum est perpetuum, quia est fœmina; vel perpetuo furiosus, mutus, vel surdus: tunc non est locus datiuo, sed legitimo sequentis gradus: vt *ff. de legi. tu. l. 1. §. interdū alibi.* & *§. Item in libertinis.* & *§. fi.* & *l. agnato.* in fin. Si autem est temporale impedimentum, vt quia minor, vel captus ab hostibus; tunc non est locus legitimo sequentis gradus, sed tantum datiuo: vt *ff. de legi. tu. l. 1. §. si apud.* & *ff. de excu. tu. l. non solum. §. si libertus*. Cæterum si impeditur ex post facto, vt quia remouetur, vel excusatur; locus est datiuo, & non legitimo sequentis gradus: vt *ff. de legi. tutor. l. 3. §. Quari potest.* si vero moritur, vel capite minuitur, locus est legitimo sequentis gradus, & non datiuo: vt *ff. de legi. tutoribus. l. 3. §. non tantum.* & *l. quo defuncto.* Ita notatur *in spe. eod. tit. §. Si vero dicit. vers. fin.* adde quæ notat *Ioan. Fab. in fine de fiduciaria tutela.* super *glos. qui pro certo.* in fine. *in quastione, Sed quaritur, nunquid si proximior.* ¶ In textu, *hareditati paterna*: ergo non erit necessaria alia aditio, nec alia solemnitas. Immo ipsemet tutor, præstito huiusmodi iuramento, poterit adire hæreditatem patris pupilli, nomine ipsius pupilli, & cætera facere quæ posset tutor cum decreto rite cōfirmatus.

33 Sed facto iuramento † ante omnia debet incipere inuentarium ratione tutelæ. Et sic se dictæ hæreditati inmiscere, & subsequenter cætera agere, vt legitimus tutor; vt subijcitur infra, ibi, *quod antequam incipiat*, &c. ¶ Vnde nota ordinem, quia tutor datus à patre mortuo testatore patre pupilli, primo debet tutor adire curiam ordinariam, vnde confirmatio erat petenda. Et præstabit in posse dictæ curiæ dictum iuramentum de procurando vtilia, & inutilia vitando, &c. quo iuramento præstito, statim incipiet facere inuentarium, adeundo, siue immiscendo se nomine pupilli hæreditati paternæ; quo facto, postea in iudicio, & extra agere poterit ratione ipsius tutelę; vt *l. de creationibus. C. de Episcopali audi.* vbi vide *Bal.*

34 Sed an † vltra iuramentum est necessaria iudicis approbatio, seu decretum? Forte non, per hanc constitutionem. Sed tutius est habere decretum; & ita seruatur. Pro quo vide *Bal. ff. de transac. l. cū ij. §. solet.* vbi nota, quod vbi requiritur iudicis præsentia, potest approbare, vel reprobare. Et quod non sufficit insinuatio, si iudex non admittit, quia videtur reprobata: facit *ff. de compen. l. quod*

35 *in diem. §. si rationem.* ¶ Et sic nota, † quod huiusmodi inuentarium erit inuentarium tutoris, cum quo reddet computum finito officio tutelæ, & erit inuentarium hæredis pupilli, vt pupillus non teneatur vltra vires hæreditarias, ac si tale inuentarium factum esset cum solemnitate *legis, scimus. C. de iure deli.* & ita seruatur Barcinonæ de consuetudine, non obstantibus opinionibus contrarijs, vt continetur in quadam prouisione Regia teno-

36 ris † sequentis.

¶ Nos Iacobus, Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Sardiniæ, & Corsicæ, ac Comes Barcinonæ: considerantes, quod pro parte consiliariorum, & proborum hominum ciuitatis Barcinonæ fuit nobis monstratum, quod licet in dicta ciuitate Barcinonæ, & eius Vicaria sint, & fuerint vsus, consuetudo, & obseruantia notorie hactenus sine contradictione aliqua obseruata, quod inuentaria per tutores, & curatores pupillorum, & adultorum, & per alios, qui ipsa inuentaria facere possunt, & debent, fuerint confecta, & conficiuntur sine conuocatione creditorum & legatariorum, & quod ex ipsis inuentarijs per dictos tutores, & curatores, & sub eorum nomine confectis iuuantur ipsi pupilli, & adulti in eo, quod non tenentur creditoribus hæreditarijs siue hæreditatum suarum vltra vires hæreditarias respondere, & quod ipsis inuentarijs sic confectis fuit adhibita, & adhibetur super præmissis, & in omnibus plena fides, tanquam rite, & legitime factis. Nunc aliqui iurisperiti, seu alij nituntur, & intendunt ipsam cōsuetudinem, vsum, & obseruantiam in dubium vertere; vnde nobis supplicarunt, quatenus dictam consuetudinem, vsum, & obseruantiam, vt antiquam, veram, notoriam mandaremus inconcusse, & firmiter obseruari. Ideo conspicientes, & intendentes circa vtilitatem, & bonum statum dictę ciuitatis, & Vicariæ suæ, ac ciuium, & consiliariorum eiusdem, ad supplicationem dictorum consiliariorum, & proborum hominum cum hac præsenti charta, iam dictam cōsuetudinem, vsum, & obseruantiam, prout largius supra allegatę, & declaratę sunt, laudamus, corroboramus, & etiam approbamus; & ex certa scientia decernimus ab omnibus in dicta ciuitate, & eius Vicaria inuiolabiliter, & quocumque reiecto dubio, perpetuo obseruari. Hoc igitur nedum ad futura, sed etiam ad præterita, & pendentia negotia intelligi volumus, & iubemus. Mandantes per præsentem chartam nostram Vicario, & Baiulo Barcinonæ, pręsentibus, & qui pro tempore fuerint, & eorum locatenentibus, quod prædicta obseruent, & faciant ab omnibus firmiter obseruari, & neminem contrauenire permittant. In præmissorū autem testimonium,

monium, & robur perpetuæ firmitatis huic chartę Maiestatis nostræ sigillum nostrum appendēs, iussimus apponendum. Dat. Illerdę quarto kalendas Iulij, anno Domini 1317.

37 ¶Nota, † quod prodigo datur curator: vt *C. de*
38 *cura. furio.* & *ff. eod. tit. per totum.* & dicitur † prodigus, qui nimis continuat diminutionem sui patrimonij: quia vnam, vel aliam rem quis iactare potest etiam in mare: vt *l. in re. mandata. C. man.* Et
39 valent † alienata per prodigum etiam notorium, antequam à iudice sibi interdicatur rerum administratio, secundum *Angelum*, quem vide latius *ff. de peti. hæredi. in l. sed, & si lege. §. consuluit.* licet *Bar.* videatur contra in *l. is cui bonis. ff. de verbo. obli.* & *Ioan. Fab. insti. de curatoribus. §. furiosi.* super
40 *glos.* Sed an † tutor possit emere de rebus pupilli, vide *C. de cōtrahen. emp. & vend. l. cum ipse.* & *ff. eod. tit. l. non licet.* & *ff. de admi. tu. l. tutor rerum.* Item fi-
41 deiussor † non potest emere, quod debet soluere: *ff. de legatis secundo. l. testator. §. quatuor.* & ibi *glos.* & *ff. man. l. si mandato. §. Paulus.* & *C. de dolo. l. 1.* vbi de
42 hoc. Sed † an testator possit remittere confectionē inuentarij tutori? Dic per *Bar. in l. nemo. ff. de*
43 *leg. 1.* Itē nota, † quod hæres non potest infra tēpora conficiendi inuentarium conueniri, nec executari personali, vel hypotecaria à creditoribus hæreditarijs, neq. à legatarijs, vel fideicōmissarijs: vt *C. de iure deli. l. scimus. §. donec.* & ibi nota latius
44 per *Bar.* Sed bene † poterit conueniri rei vendicatione, secundum *Bald. ibidem.* & idem in debito iurato, vel vbi vertitur periculum animæ, se-
45 cundum *Cy. ibi. in addit.* Et an, † & quando valet minoris confessio, vel etiam tutoris, aut curatoris, vide per *Abba. extra. de confe. cap. ex parte.* Sed
46 an † hæres, qui non fecit inuentarium, perdat trebellanicam, vide quæ scripsi infra *ead. cap. hac nostra.* super verbo *inuentarium*, & super verbo, *pro-*
47 *missione anni luctus.* Quando † mater transit ad secunda vota, non reddita ratione tutelæ filiorum suorum, tunc bona secundi viri tacite obligantur pupillis: vt *l. si mater. C. in quibus causis pig. tacite contrahatur.* & *in authen. de nuptijs. §. tutelam colla. 4.*
48 Si pupillus † est infans, agit tutor. Si est maior infante, est triplex practica. Vna, quod agat tutor nomine eius. Alia, quod agat ipse auctoritate tutoris. Alia, quod agat vterq. principaliter *Butri.*
49 *in l. 2. §. quod obseruare. C. de iure ca.* An † pupillus, vel adultus non habens curatorem, possit esse in iudicio? Videtur, quod sic: *l. si curatorē. Gui.* & *Dolli. in l. 2. C. qui le. per.* ibi videas ipsos omnino. Sed *glos. in l. si curatorem. C. in inte. resti. minorum,* dicit,
50 quod non potest. Item nota, † quod tutor palam potest emere bona pupilli: *C. de contrahen. emp. l. cum ipse tutor.* & ibi *glos.* Idem est in quolibet alio
51 administratore. *Cy. ibi.* contra. Item nota, † quod pater est legitimus tutor filij, emancipati. *C. de do-*
52 *lo. l. substituto.* Item nota, † quod non valet remissio debiti liquidi facta per tutorem; secus si sit dubium. *C. de pac. l. tale pactum.* & quod ibi notatur, & ibi vide *Butri.* vide. *Cy. in l. 1. C. de in integrum resti.*

53 & *Iaco. de Aren.* Sed an † tutor, qui recipit pecuniam, vt consentiret pro pupilla aliter maritanda, teneatur pecuniam restituere, vide. *glos.* & *Gui.*
54 *ff. de nego. gest. l. qui sine.* ¶Et nota, † quod licet etiā in ciuitate Gerundæ, vbi est priuilegium, quod gaudemus, & vtimur, ac vti possumus vsibus, & consuetudinibus Barcinonæ, similiter consueuerunt fieri inuentaria per tutores, & curatores de hæreditatibus, & bonis pupillorū, & adultorum, sine conuocatione creditorum, & legatariorum: Attamen à modico citra tempora non nulli moderni practici, Doctores, & iurisperiti huius ciuitatis Gerundæ iterum prædicta vertentes in dubium, nituntur dicta inuentaria impugnare, & nonnullis consuluerunt præconizationes, & conuocationes creditorum & legatariorum fieri, seruando formam dictæ *l. scimus. C. de iure deli.* opinantes, quod alias ipsi pupilli, & adulti tenerentur vltra vires hæreditarias contra dictam consuetudinem Barcinonæ, per dictam legem. ¶Sed ego contrarium sentiens per dictam consuetudinem legitimam per dominum Regem (vt præmissum est) approbatam, allegaui pluries hanc constitutionem, quæ vult totam solemnitatem iuris Romani reijci in adeundo hæreditatem paternam per tutorem pupilli, & quia legibus Romanis in Cathalonia non vtimur, nisi in subsidium, vt in fine *vsat. iudicia curia.* & ibi nota. & in curia Regis Martini, *cap. Item senyor quels Cancellers,* in curia Ferdinandi, *cap. per tal les leys.* & in curia dominæ Mariæ, *cap. assats es cosa ridiculosa.* & consuetudo ista rationabilis vincit legem: vt *l. de quibus. ff. de legibus.* & ad vicinas cōsuetudines prius recurrendum est, vt ibi, & *extra. de consue. cap. cum olim.* Et in inuentarijs tutorum, & curatorum cessat ratio dictæ legis, *scimus,* quia nō est verisimile, quod tutores, & curatores contra eorum conscientiam, & iuramentum defraudarent inuentaria, sine commodo ipsorum, nec, quod vellent committere crimen, pro vtilitate pupillorum; & credo, quod magis legaliora sint inuentaria, quę faciunt tutores cum dicto iuramento, etiam non vocatis creditoribus, & legatarijs, quam inuentaria hæredū maiorum, qui dolose potuerunt multa occultare, antequam vocari faciant creditores, & legatarios; & videmus quotidie, quod vocati etiam non veniūt ad videndum ipsam inuentarij confessionem; cautela tamen prædictorum non est improbanda, licat fiant inde plures expensæ superfluæ. Sed credo, quod dicta consuetudo etiam excuset illos hæredes, quorum tutores & curatores secundū vsum antiquum inuentaria fecerint, nullis creditoribus, & legatarijs vocatis, quia minime sunt mutanda. &c. *ff. de legibus. l. minime.* nec videtur mihi, quod lex illa, *scimus. C. de iure deli.* seu pœna eius locum habeat in pupillis, & alijs minoribus; & est vale durum, quod isti minores credentes tutores cum beneficio inuentarij se immiscuisse hæreditatibus, postquam modo essent maiores viginti nouē annis, præiudicaretur eis vt tenerentur vltra

tra

tra vires hæreditarias. Et hoc nititur æquitati, nam & de benignitate canonica hæres etiam non
55 facto inuentario † non tenetur vltra vires hæreditatis: de quo per *Ioan. An. in cap. quamquam de vsur. in nouella.* & per *Bald.* super *Ru. de adi. hæredi.*
56 Nota † casum, quod si iudex videt tutorem dolose administrare, potest eum à tutela remouere: vt *de suspec. tuto. l. 3. §. præterea videndū.* & ibi *glos.* super verbo *prætori.* ¶ In textu, ibi, *gerere*, de bonis scilicet, nisi ea quæ sunt tempore peritura: vt *C. de tu. qui satis non dedit. l. tutor.* alias poterit vt suspectus omnino remoueri: vt *ff. de tutela. l. in eos.* vel subaudi, scilicet, in damnum pupilli, secus si in commodum eius. vt *l. quod fauore. C. de legibus.* &
57 *C. de procura. l. non eo minus.* Sed † an tutor possit sine consensu pupilli consequi hæreditatem, vi-
58 de *C. de iure deli. l. potuit.* Item nota, † quod si tutor expendit in rebus pupilli vltra quam esset expensurus in domo sua, recuperabit à pupillo:
59 vt *ff. de admi. tu. l. tutoribus. §. 1.* ¶ Vlterius † nota, quod tutores, & curatores, & quilibet alij, administratores, & etiam emptores possunt, & debent agnoscere bonam fidem: nec debent præponere commodum famæ. vt notatur per *Angelum in l. vi-*
60 *deamus. ff. de in litem iurando.* Vlterius † nota, quod dum tutor præsumitur suspectus ex quibusdam causis, in quibus non oportet pupillum aliquid probare; vt puta, si tutor alias fuit remotus vt suspectus; vel si tutor est inimicus pupillo, vel parentibus eius; vel si per mendacium dicat alimenta non posse decerni impuberi; vel si non faciat inuentarium; vel si non defendat impuberem; vel si tutor datus non comparet: vt notatur per *Azonem in Summa. C. de suspec. tu.* Et idem si inuentariū dolo fraudauit. Item si bona alienari prohibita alienauit: vt *l. in eos. ff. de tutela.* & ibi notat *Bartol.* Item si non satisdedit, & administrauit: vt notat *glos. in l. suspectus. ff. de suspec. tu.* Item ex alijs causis propter malos mores, & suspiciones, potest etiam postulari suspectus tutor, vel curator: vt *instit. de*
61 *suspec. tu. §. finali.* Sed † apud quam personam debet pupillus educari? Dic vt legitur, & notatur *C. vbi pu. ed. debet.* per totum, & in *l. 1.* & *l. si discepte tur. ff. eod. tit.* & adde quæ notantur per *glos.* & *Doct. extra. de supplemen. neg. præla. c. grandi.* super verbo, *fratrem, lib. 6.* adde notata per *Ioan. de Platea insti. de suspectis tut. §. libertus.* vbi ponit latius de causis, pro quibus habetur suspectus tutor. ¶ In fi. ad-
62 de, † hoc verum de tutore dato inutiliter, qui eget cōfirmatione & decreto iudicis iure Romano, secus de dato vtiliter in perfecto testamento: tunc enim non egeret confirmatione, nec decreto: vt *ff. de confir. tu. l. 1.* ergo nec iuramentum sit necessarium, quod loco confirmationis succedit, vt dixi. Sed sufficiat se immiscuisse hæreditati, & inuētarium, & iuramentum ad cautionem rem pupilli saluam fore, præstitisse; iuxta *l. si nemo.* & *l. testamento. ff. de testa. tu.* & *C. de Episcop. audi. l. de creationibus.* & *de cura fu. l. vltima. §. cum antiquitas.* & *ff. de admi. tu. l. tutor quia repertorium.* Sed, vt dixi, indifferenter omnes tutores dati à patre seruant hanc constitutionem, præstando dictum iuramentum de consuetudine, quæ est optima legum interpres: vt *ff. de legibus. l. si de interpretatione.* & *extra. de consue. cap. cum dilectus.* & ideo minime sunt mu-
63 tanda, &c. Notandum, † quod tutor testamentarius non tenetur satisdare, & idem in tutore, vel curatore dato cum inquisitione à maioribus iudicibus; secus de omnibus alijs, qui satisdare tenentur: vt legitur, & notatur *C. de tu. vel cura. qui*
64 *non satis dedit. l. 1.* Et licet † paupertas non remoueat tutorem, qui alias est diligens, tamen inopia satisdationis remouet: vt legitur, & notatur *C. eod. l. 2.* & *ff. de suspec. tu. l. suspectus.* & *insti. eod. §. finali.*
65 Item † etiam nota, quod mulier tutrix filiorum, antequam secundas ineat nuptias, debet petere tutorem pupillis, & reddere rationes; alias priuatur successione filiorum, & alias pœnas de iure Romano etiam incurrit, & eius, & viri secundi bona erunt filijs obligata tacite: vt in *authentic. de nuptijs. §. si autem tutela.* ¶ Item nota, quod mater, quę non petit tutorem filio suo, priuatur hæreditate post annum, quę defertur proximiori, nisi ille proximior esset pater illius matris, quia eodem modo ipse priuaretur, secundum *Bald.* cuius est hoc dictum singularissimum in *l. quid ergo. §. 1. ff. de his qui notantur infa.* adde quæ dicam infra *eod. cap. hac nostra. in vltima glos.* quę est posita super ver
66 bo *adstrictos.* ¶ Vlterius nota, † quod tutores, etiā si fuerit fœmina, iuxta *l. 3. §. tutores.* infra *ff. de suspec. tu.* & *l. ob fœnus. ff. de admi. tu.* & dixi supra *col. 2. in 2. curia Barcino. cap. 29. Item quod nullus miles possit vinculari.* quando dissipant pecunias pupillares, vel nolunt facere inuentarium, & quando continuant tenere deponere ipsas pecunias ad emendum prædia, vt notatur in *Margarita fisci Iaco. de Calio. in 6. dubio.* vbi tractat de remedijs prætorijs in *vers. 81.*

De officio delegati.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius cognoscens de causa ordinaria, vt delegatus tenetur ad tabulam ea ratione ac si cognouisset vt ordinarius. declaratur num. 2.*
3 *Causa ordinario delegari non potest hodie, si de ea iam vt ordinarius cognoscere posset.*

1 ET *fraudibus*, &c. Casus. † Si causa delegetur ordinario, qui de illa iure ordinario cognoscendo haberet tenere tabulam, modo etiam tabulam tenebit, licet de ipsa causa cognouerit tanquam delegatus: secus si prius non teneretur vt ordinarius. Hoc dicit. ¶ Et est ratio, ne vna via cōcedatur, quod alia prohibetur: vt supra *ead. c. cū non debeat.* vide ibi. ¶ Et nota hic pro fraudibus euitandis, vt dicit textus in prin. & infra *ead. cap.*
2 *ad excludendū fraudes.* Et nota, † quod dicit, *causa*, quia secus forte, si articulus causæ commissus sit, vt puta receptionem testium, super quorum examinatione gerit nudum ministerium: vt *extra. de sen. & re. iud. cap. cum Bertoldus.* & *extra. de offi. dele. cap. super quæstionum. §. porro.* Sed tamen hodie per

cap.

cap.curiæ Regis Martini, infrà *coll.*8. *cap.Item senyor*
3 *que sia merce vostra*, *q̃ si algun*, &c. est prohibitũ † fieri commissiones officiali ordinario de causa, de qua possit vt ordinarius cognoscere: de quo dic vt ibi scripsi latius.

De elongamentis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento creditoris Christiani statur super elongamento, vel solutione debitorum suorum in odium exactorum tertiorum, vel aliarum pœnarum: idem num.*4.
2 *Elongamentorum materia.remissiue.*
3 *Probationes potius sunt amplianda quàm angustianda.*
5 *Testimonium vnius quando sufficiat.remissiue.*
6 *Guidaticum concessum ad petitionem vniuersitatis tempore nundinarum est seruandum, quamuis debitor renuntiauerit eidem cum iuramento; si syndicus dictæ vniuersitatis opponat de eius obseruantia.*
7 *Pœna tertij exequi non potest nisi retroclamo exposito; & refertur capitulum Regis Petri Tertij.*
8 *Retroclamũ est secunda querela, qua fit post dies clami.*

AD obuiandum difficultati prolationis, quam exa-
1 ctores, &c. Casus. † Statur † iuramento creditoris Christiani, super elongamento, vel solutione debitorum suorum factis per eum infra terminum soluendi in odium exactorum tertiorum, vel aliarum pœnarum. Secus est de iuramento Iudæi,
2 vel Pagani. Hoc dicit. Et de materia † elongamentorum vide, quæ notantur supra *colla.*4. *in* 2.*curia*
3 *Barcino.cap.*36.*Item si debitum.* ¶ Nota † primo hic, quod probationes non sunt angustiandę, sed potius ampliandæ, vt hic, & *C.de hæreticis. l.quoniam multi.* & *ar.extra.de proba. cap.quoniam cõtra falsam.*
4 ¶ Secundo † nota casum, in quo statur iuramento vnius testis in præiudicium exactorum tertiorũ, vel pœnarum: hoc verum de Christiano, secus de infideli. sic supra *colla.*1.*curiæ Barcino. cap.*1. vide
5 ibi. Casus † autem, in quibus sufficiat vnius testimonium, vide *extra.de testibus cap. veniens.in* 1. regulariter autem requiruntur duo, vel plures: vt
6 in *cap.in omni.extra.de testibus.* Quęro † pone. quod auctoritate priuilegij Regij est cõcessum guidaticum nundinarum. ecce, quod debitor iurauit non allegare guidaticum aliquod, & capitur tempore nundinarum; syndicus ciuitatis petit illum debitorem liberari propter dictum guidaticum: creditor opponit de renunciatione guidatici cum iuramento: certe credo, quod debeat seruari ad petitionem syndici, quia illud priuilegium ciuitati est concessum; secus si ad petitionem debitoris, quia licet renunciare potuerit iuri suo. non tamen potuit renunciare iuri dictę ciuitatis: *ar.extra. de foro compe.cap.si diligenti.* cum similibus. Adde huic constitutioni quoddam capitulum curiæ per Regem Petrum Tertium celebratæ Illerdæ, anno à Natiuitate Domini 1375. quod est tenoris sequentis:

7 ¶ *Item † com les penes de terces, & altres ques acostumen de posar en contractes de censals, ò de violaris, se pessen en aquells à instancia, & en fauor de la part, apparega rahonable, que aquelles non deguen esser lleuades, sino à instantia de part los fiscals tercer, & altres se vagen à aquells qui prenen censals, è violaris els fassen fer sagrament; dient fils es pagada la paga, ò pensio en fin terme, è si no es procehit de fet contra la vniuersitat, ò singulars sens altre clam, ò instancia à exhigir, è lleuar les dites penes, perso senyor supplica, è demana la dita cort que penas algunas iudicials en los dits contractes posades, ò posadores, comeses, cometedores no puguen esser demanades, exhigides, ò lleuade s en alguna manera, si dons no era fet clam, & reclam, ò requesta, ò feta instantia de part, è solament per aquella quantitat de que serà fet lo reclam, ò requesta. Plau al senyor Rey.*

¶ Nota contra malam pragmaticam Barcinonę, vbi sine clamo statim fit retroclamum, & executio pro scriptura tertij, quæ tamen requirit secũdam querelam: adde in curia *Regis Martini cap. Item senyor com lo senyor Rey en Pere de alta recordatio*, &c. & infra *curia proxima c.insuper confirmantes constitutionem*, &c. & infra *in curia Regis Perdinandi, cap. confirmantes.* ¶ Et istud capitulum curiæ præinsertum fuit confirmatum per Regem Ferdinandum in dicto *cap. confirmantes.* & adde super ijs priuilegium ciuitatis Gerundæ, quo inter cætera cauetur, quod nulla pœna tertij exigatur, nisi expresse in contractu contineatur, nec tunc nisi prius datis clamo, & retroclamo, vide etiam
8 in priuilegio scripturę tertij. Et nota, † quod retroclamum est secunda querela, quæ fit post dies clami, & ita iuxta dictum priuilegium dato clamo post decem dies potest fieri executio ad retroclamum, requisitionem, vel instantiam querelantis; & ista instantia secunda, dicitur retroclamum siue secunda querela. Aliter tamen video quod seruatur Barcinonæ.

De edendo.

SVMMARIVM.

1 *Notarij monstrare debent dominis directis instrumenta venditionum, & aliarum alienationum de rebus feudalibus, vel emphiteotecarijs sine solutione: copiam autem tradere non tenentur absq; solutione. declaratur num.*3.
2 Exhibere *aliud est, & aliud est* dare, *seu* tradere.
4 *Tenor instrumenti deperditi casu fortuito probari potest per testes; secus erit si amissum seu deperditum fuerit voluntarie, vel lata culpa.*
5 *Testis deponens de tenore instrumenti deperditi dicere non potest, quod illud erat sine vitio.*
6 *Scriptura vbi requiritur ad substantiam actus; factum probari non potest per testes; nisi probetur scripturam inde confectam casualiter amissam fuisse.*
7 l. in exercendis. C. de fide instrument. *declaratur.*
8 l. fin. C. de fide instrument. *declaratur.*
9 *Instrumentum factum in captione Regis an valeat, traditur sub distinctione.*
10 *Scriptura in quibus casibus sit necessaria. remissiue.*
11 *Instrumentis registratis in iudicio nulla fides adhibetur, nisi originalia ostendantur.*
12 *In odiũ surripiẽtis instrumentũ inductũ est, vt sufficiat probare instrumentum, licet non probetur eius tenor.*
13 *Reparatio instrumenti qualiter fieri habeat. remissiue.*

Diffi-

1 Difficultati notariorum, &c. Casus. † Notarij debent sine difficultate exhibere dominis directis instrumenta venditionum, & aliarum alienationum de rebus feudalibus, vel emphiteotecarijs, quæ pro eis tenentur; & de illis copiam tradere dominorum expensis absque compulsione
2 curiæ. Hoc dicit. ¶ Nota, † quod aliud est exhibere, aliud dare, seu tradere, vt hic vides; quia notarij tenentur exhibere, idest, monstrare, & copiam legendi dicta instrumenta facere, sine solutione. Sed copiam tradere non tenentur absque solutio-
3 ne. Vnde † credo dicendum, quod aut constat fore dominum directum, vel non negatur, & tunc notarius debet notam instrumenti illius venditionis, seu alienationis exhibere; quod nisi facere voluerit, compelletur per suum ordinarium auctoritate huius constitutionis, quæ excitat officium ordinarij: vt *extra. de offi. iudi. cap. graue*, aut negatur, quod sit ille dominus directus, nec in tali instrumento dicitur rem tenere pro eo, & tunc notarius non tenebitur exhibere, nec dare copiam sine compulsu ordinarij, nec ordinarius debebit id mandare, nisi saltem habita aliqua summaria cognitione, per quam præsumatur, quod sit dominus directus illius rei; vel nisi saltem iurauerit sua interesse, & non petere ob dolum, vel calumniam: iuxta notata per *Inno.* & *Doct. extra. de proba. cap.*
4 *ex epistola.* & *C. de eden. l.* 1. Item nota, † ꝙ quando instrumentum est perditum casu fortuito, sufficit quod tenor probetur per testes; secus si est amissũ voluntarie, vel lata culpa; quia potuisset ibi esse latens falsitas ignorata per testes, secundum *Inno.* & *Bald. in cap. cum olim. in prima extra. de priuilegijs.*
5 Itẽ nota, † quod testis non potest deponere, quod instrumentum perditum erat, sine vitio; vel quod nulla falsitas erat ibi. Et si hoc dicat, potest vt falsarius puniri, secundum *Inno.* & *Bald.* vbi supra.
6 Item nota, † quod vbicumq. ad actus sustantiam requiritur scriptura, non potest factum probari per testes, nisi probetur scripturam inde confectã casualiter amissam esse: sic intelligitur *l. testium. C.*
7 *de testibus.* Itẽ nota, † quod *l. in excerendis. C. de fide instrumentorum*, quæ dicit, quod testium, & instrumentorum par est virtus, intelligitur, vbi ad actus substantiam non requiritur scriptura, secundum
8 *Bald.* vbi supra. Item nota, † quod *l. vltima. C. de fide instrumentorum*, quæ dicit; quod casualis amissio instrumenti probatur per iuramentum, intelligitur, præmissa tamen aliqua cognitione summa-
19 ria. Sed quæro, † an valeat instrumentum factum in captione Regis? Respondeo, quod sic, si fuit captio licita; secus si prædonica: vt dixi supra *colla. 4. in prima curia Barcinonæ. cap.* 34. secundum *Bart. in l. qui neq.* alias incipit, *solutum. ff. de verbo. signifi.*
10 In quibus † tamen casibus sit necessaria scriptura, vide *Ioan. Mo. extra. de censibus. cap. Romana.* & *glos.* & *Doct. in l. contrahitur. ff. de pig.* Adde hic quæ notantur supra *colla. 3. cap.* 20. ¶ Et nota etiam,
11 quod † instrumentis registratis in iudicio nulla fides adhibetur, nisi originalia ostendantur, nisi notarius in actis scripserit, quod illa instrumenta fuerunt producta iudici, nam tunc adhibetur eis fides perpetua, & si originalia perierint, dummodo iuramentum præstetur de eorum peremptione, secundum *Bald.* & *Inno. extra. de offi. dele. cap. cum*
12 *in iure. in glo. vltima.* Nota † vlterius, quod in odiũ surripientis instrumentum est inductum, vt sufficiat probare instrumentum sumptum, licet non probetur eius tenor, vel quod non fuerit vitiosum, secundum *Inno.* & *Bald. in dicto cap. cum olim.*
13 *in prima extra. de priuilegijs.* Qualiter † autem habeat fieri reparatio instrumenti prædicti, vide per *glos.* & *Doct. in dicto cap. cum olim.* Si vero petatur reparari propter vetustatem, vide *extra. de fide instrumentorum. cap. si instrumenta, & præallegat. l. finali. C. eodem titulo.*

De emancipatione, & forisfacatione.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de præsenti de voluntate parentis contracta emancipationem inducunt. idem num.* 5.
2 *Pater donare non potest filio in sua potestate constituto. Fallit vt hic.*
3 *Sententia lata contra filium, qui habet pecuniam patris ad negotiandum, potest exequi contra patrem ratione peculij filij.*
4 *Casus, in quibus seruatur lex Gotica, referuntur.*
6 *Episcopatus dignitas liberat filium à patris potestate.*
7 *Clericus in potestate patris constitutus testari potest de bonis aduentitijs, & de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis.*
8 *Patria potestas vtrum finiatur per ingressum religionis. remissiue.*
9 *Pater agens, vt legitimus administrator filij, debet eius consensum requirere. declara vt ibi.*
10 *Filius an præsumatur emancipatus in dubio, traditur.*
11 *Infiliationis causa cui incũbat onus probadi. remissiue.*
12 *Pater institutus hæres, & grauatus de emancipandis filijs, grauatus etiam videtur de restituenda hæreditate ipsis filijs.*
13 *Pater est legitimus administrator filij emancipati.*
14 *Pater tenetur dotare filiam matrimonio etiam contracto.*
15 *Pater non cogitur emancipare filium. Fallit in casibus hic traditis.*
16 *Filius proteruus erat condemnandus ad voluntatem parentum, secundum legem Moysi.*
17 *Filius si institutus est ab extraneo sub conditione si emãcipetur à patre, & pater eum emancipare non voluerit; quis tenebit hæreditatẽ, traditur sub distinctione.*
18 *Pater non est legitimus administrator in illis bonis, in quibus non habet vsumfructum.*
19 *Verba cum effectu sunt intelligenda.*
20 *Emancipatio facta in fraudem creditorum est nulla.*
21 *Insinuatio non est necessaria in donatione facta per patrem filio vsq. ad legitimam.*
22 *Filiusfamilias an possit esse in iudicio traditur sub distinctione.*
23 *Filius per contractum matrimonij per verba de præsenti liberatur à patris potestate; quamuis copula carnalis non sequatur.*

Vxor

24 *Vxor non est in potestate viri, nisi quo ad debitũ carnis.*
25 *Acquisitum per mulierem præsumitur de bonis viri acquisitum, nisi probetur aliunde iuste acquisiuisse.*
26 *Consensus paternus in matrimonio ad effectum emancipationis filij an requiratur, vel sufficiat illud petere. traditur late.*
27 *Pater sciens, & non contradicens nuptijs filij, habetur pro consentiente.*
28 *Pater ita furiosus, vt consentire non possit, pro consentiente habetur.*
29 *Patria potestas soluitur multis modis, & referuntur.*
30 *Sententia lata contra filium, qui fuit in iudicio de voluntate patris, potest mandari executioni contra patrem in peculio, vel vsufructu aduentitiorum.*
31 *Decretum requiritur in emancipatione. & ratio traditur.*
32 *Emancipatio an fieri possit per procuratorem, & die feriata. remissiue. idem num. 44.*
33 *Pater an cogi possit emancipare filium, quando filius fuit institutus hæres sub conditione si emanciparetur, traditur.*
34 *Filius ex causa inuitus emancipari potest; & omnis causa, ob quam quis potest exhæredari, est sufficiens ad emancipandum.*
35 *Emancipatio an sit honor, vel onus. remissiue.*
36 *Pater licet cogatur in aliquibus casibus emancipare filium, filius tamen in eisdem non cogitur emancipationem recipere.*
37 *Si mater instituat filium sub conditione emancipationis, & pater illum nolit emancipare, quid iuris sit. remissiue.*
38 *Vsusfructus non finitur quamuis patria potestas soluatur per mortem filij.*
39 *Vsusfructus quæsitus patri per filium, nec morte solius patris, nec morte solius filij finitur, quinimo de vno redit ad alium.*
40 *Pater si vilis est non debet administrare bona filij.*
41 *Filius rixosus emancipari cogendus est à patre stante statuto, quod pater habens filium in potestate possit pro eius debito conueniri.*
42 *Decretum non est necessarium in venditione rei filij facta per patrem tanquã legitimum administratorẽ.*
43 *Emancipatio facta per laicum de filio clerico an facienda sit coram iudice laico, traditur.*

S*Tatuimus etiam, & sancimus, quod si filius, vel filia.*
1 &c. Casus. † Sponsalia de præsenti de volun-
tate parentis contracta emancipationem inducũt.
Hoc dicit. Et quod hic per istam constitutionem
cauetur. Iam habebatur per legem Goticam, quæ
dicit, quod omnia quæ parentes liberis suis do-
nant tempore nuptiarum, habent omnimodam
roboris firmitatem, & etiam de ijs omnibus sta-
tuendi, & iudicandi habent liberi siue filij libe-
ram potestatem: vt in *Goticis. li. 4. ti. 5. de non exhæ-
redandis filijs suis l. quicquid indiscreta.* Et hinc etiã
emanauit. *cap. ad excludendum fraudẽ.* infra *eadem.*
2 Regulariter † tamen pater non potest donare fi-
lio suo in potestate constituto: vt *l. donationes. C. de
reuo. do.* Sed fallit in casibus *vsat. auctoritate, & ro-
gatu.* & alijs notatis per *glos. in l. si pater. C. de inoffi.*
3 *donati.* Nota, † quod quando filiusfamilias delin-
quit, qui tenet pecuniam patris ad mercandum,
quod primo debet fieri condemnatio in personã
filij, postea mandabitur sententia executioni in
personam patris peculio tenus; alias non posset
agi contra patrem, secundum *glos.* & *Doct. in l. no-
xali iudicio. ff. de noxalibus actionibus.* alias est in *l. &
si condemnatus.* quæ continuatur ibidem. adde quæ
notat *Gui. in spe. tit. de syndico. §. 1. vers. sed quæritur*
4 *vtrum pater agens.* ¶ Nota † ergo hic vnum casum,
in quo seruatur lex Gotica. Item alium habes in
præscriptis triginta annorum, de quo in *vsat. hoc
quod iuris est sanctorum.* & in *recognouerunt proceres
Barcin.* Item alium habes in duplicatione canonis
per triennium cessati, & in duplicato foriscapio:
de quo in *constitutione Ferdinandi, colla. 9. c. als scan-
dols.* vbi dicam latius. Item habes alium in testa-
mentis sacramentalibus: vt in allegat. *recognoue-
runt.* Item alium habes de contropasione instru-
mentorum: de quo in *l. contractus. C. de fide instru-
5 mentorum.* Item † nota hic in ista constitutione ca-
sum, in quo quis liberatur à patria potestate, sci-
licet, per contractum matrimonij de consensu pa-
tris, in cuius potestate esset; & idem de auo, & cę-
teris: vt textus dicit: & forte idem in casibus *vsat.
6 auctoritate, & rogatu.* vide ibi *Doct.* Sic † & Epis-
copatus liberat à patria potestate: vt 54. *dist. cap. si
seruus sciente.* nulla tamen dignitas inferior Epis-
copatu liberat à patria potestate, nisi quoad illos
actus qui exercentur suæ dignitatis, vel ordinis
ratione, secundum *Inno. extra. de æta. & quali. cap.
Iudæorum.* & *Bald. ibidem.* Sic intellige *glos. extra.
de sent. excom. cap. cum voluntate,* super verbo *, infe-
riorum graduum.* & ita loquitur *glos.* in 45. *dist. c. cũ
beatus.* & vide *Ioan. Fa. insti. qui mo. ius. pa. po. sol. in
glos. nisi in casu.* & *Gui. 23. q. 5. cap. 1. in glo.* super ver
bo; *magistris.* & adde quæ notat *Ioan. in Summa con-
fes. lib. 2. tit. 4. q. 12. in fin.* nota etiam *glos. 19. q. 3.* ꝙ
7 clericus † in potestate constitutus testari potest
de rebus Ecclesiæ intuitu aquisitis, licet de alijs
secus: vt *C. de Episcopis, & clericis. authẽ. presbyteros.*
& idem *Hostien. in Summa de testamen. §. qualiter in-
firmetur. vers. quod si is.* vbi dicit, quod filiusfami-
lias clericus de aduentitio peculio testari potest,
adde etiam quæ notat *Bart. in l. sacrosancta. C. de
Episcop. & clericis.* vbi dicit, quod clerici licet sint
in potestate patris, de omnibus quæ clericatus ra-
tione lucrantur, tanquam de quasi castrẽsibus pos-
8 sunt disponere. ¶ Sed vtrum † per ingressum reli-
gionis perdatur patria potestas: vide *spe. in 4. parte
9 tit. de sta. mo. vers. 12.* ¶ Item nota. † quod pater,
qui agit, vt legitimus administrator filij, debet
ipsius consensum requirere, textus est vnicus se-
cundum *Bald. in l. fin. §. vbi autem voluntas. C. de bo-
nis quæ liberis.* ¶ Quod est verum, quando filius est
10 doli capax. ¶ Sed † pone, agitur contra filium, &
ignoratur habere patrem, in processu ponit ipse,
quod habet patrẽ, & viuit; nunquid hoc probato
sit in potestate, & sic irritetur processus, propte-
rea, quia pater non consentijt, nec assistit ei? Dico

quod est necesse, quod probetur, quod sit in potestate,& hoc probatur: quia probatur, quod est legitimus,vt scilicet per nuptias,& quia sic parentes ipsum vocauerunt,& tractauerunt;quo probato,est in potestate: *ff. solu. matri. l. Titia. in glo. 1. insti. de pa. po.* & facit *C. de nup. l. 2. ff. de his, qui sui, vel alieni iuris sunt. l. is qui.* & hæc vera, nisi probetur vxoratus, tunc enim præsumitur emancipatus in hac
11 patria. Et † cui incumbat onus probandi in quæstione filiationis, nota in dicta *l. 2.* & *ff. de proba. l. 2.* & *C. quorum bo. l. 1. C. qui accu. non po. l. non ignorat.*
12 ¶ Item nota, † quod pater institutus, & de emancipando grauatus, videtur etiam grauatus de restituendo ipsis filijs: vt in *l. quamuis. C. de fidei comissis.* & est casus singularis secundum *Bal.* ¶ Item no-
13 ta, † quod pater est legitimus administrator ipsius filij etiam emancipati: vt *l. si infanti. §. ea vero. C. de iure deli.* & non est alibi, secundum *Bal.* ¶ Itẽ
14 pater † tenetur dotare filiam etiam matrimonio iam contracto; nota *glo. in l. obligamur. §. lege. ff. de*
15 *actio. & obli.* ¶ Item nota, † quod regulariter pater non cogitur emancipare filium; vel filiam, tallit tamen in casibus qui continentur ijs versibus.

Si quid legetur, si nata coacta probetur.
Si male tractetur, minor, optimusque probetur.
Tunc pater inuitus emancipare tenetur.

Vide *ff. de adop. l. non potest.* & ibi glo. & per *Azonem in Summa. C. de emancipa. vers. in casibus autem.* adde quæ notantur per *glo.* & *Ioan. Fa. institu. de pa. po.* &
16 *qui. mo. ius pa. po. sol.* Item nota, † quod secundum legem Moysi filius proteruus debet condemnari ad voluntatem parentum etiam ad mortem inclusiue, vt habetur in *Deuteronomio cap. 21. vers. si ge-*
17 *nuerit homo.* ¶ Quæro † hic, quid iuris quando filius est institutus ab extraneo, sub conditione, si emancipetur à patre? dic vt legitur, & notatur in *l. filijs. C. de inoffi. testa.* vide ibi *Bald.* qui etiam notat, quod pater non potest dari tutor filio, quem habet in potestate, sed emancipato sic. vt *insti. de legi. paren. tu.* ¶ Et quis ipsam hæreditatem tenebit, si pater eum nolit emancipare? *Gui. de Cug.* distinguit; quoniam aut in ista conditione implẽda est dies apposita, & tunc lapsa die filius tenebit hæreditatem maternam; ita quod pater nihil habebit, etiam in vsufructu; à quo mater potest eum repellere. per *authen. vt licet matri & auia. coll. 8. §. 1.* & de hoc est textus *ff. vnde lib. l. penultima.* Aut in ista conditione implenda non est dies apposita, & tunc aut iste filius est minor vigintiquinq. annorum, & tunc dabitur curator bonis: vt dicit *glos. in allegat. l. filius.* vel prætor tradet curatori bona: vt *C. de iure deli. l. si infanti,* & *qui admi. ad bo. posse. po. l. bonorum.* Si autẽ iste filius esset maior vigintiquinque annorũ, tunc sibi tradentur bona. Hoc dicitur *ff. ad Trebellia. l. Imperator.* Nam mater potest prohibere maritum ab administratione bonorum: vt *ff. de tu. & cu. da. ab ijs. l. scire oportet. §. si mater.* se-
18 cundum *Gui.* Et nota, † quod pater non est legitimus administrator in ijs bonis, in quibus non habet vsufructum: vt notat *glos. in authẽt. excipitur.* posita super *l. cum oportet. C. de bonis quæ li.* adde quę notantur in dicta *authen. vt liceat matri.* ¶ In textu, ibi, *matrimonio se collocauerit.* intellige, scilicet, legitime; ita, quod matrimonium teneat cum effe-
19 ctu, quia † verba cum effectu sunt intelligenda: vt *ff. quod quisq. iuris. l. 1. §. hac autẽ verba.* & *de pe. di. 1. §. hac autem verba.* & *extra. de clericis non resi. cap. re-*
20 *latum.* cum suis concor. Emancipatio † tamen, quæ fieret in fraudem creditorum, est nulla: vt notat *Bal. C. de cessio. bo. l. si pater.* & dixi supra *colla. 4.*
21 *in 3. curia Barcino. cap. 21. in fi.* Sed † an in donatione, quam facit pater filio, sit necessaria insinuatio? Dic quod non vsq. ad bonorum subsidium, vltra vero est consilium secundum *G. in spe. tit. de dona.*
22 *vers. quid si pater.* vide ibi latius. Vtrum, † & quãdo filiusfamilias possit esse in iudicio; distingue, quia aut in publicis criminibus; & dic, quod sic, siue accuset, siue accusetur; quia sic est in seruo: *ff. de accusa. l. hos accusa. §. omnibus. ar. ff. ad Trebell. l. nã quod.* & *ff. de his qui sui, vel alieni iuris sunt. l. filiusfamilias.* & quia ad publicam vtilitatẽ pertinet, ideo non curatur de patria potestate: *ff. de cap. l. in bello. §. sed si filius de adulterio.* est casus *ff. de adul. l. inter liberas. §. 1.* & *l. filius.* & in alijs criminibus *ff. de his quibus vt indig. l. post legatum. §. si filius.* aut loquimur de priuatis delictis, & tũc agendo non potest; *ff. de iudi. l. si longius.* & *de iniur. l. Item apud Labeonem. §. filiofamilias.* Sed in defendendo, & tunc si pater defendit, non potest filius esse in iudicio, alias
23 sic, vide *ff. de noxa. l. noxali.* ¶ Sed † pone, quod filius de consensu patris contraxit matrimonium, per verba de præsenti cum Berta, quæ ante carnalem copulam, ingressa est monasterium, sicut potest: *extra. de conuer. coniu. cap. verum.* & *cap. publico.* nunquid iste filius remanebit emancipatus, ex quo pater illi matrimonio consenserat? Videtur, quod sic, per istam constitutionem, ex quo matrimoniũ fuit legitime contractum; quia sufficit semel conditionem extitisse. In contrarium videtur, quod nõ, quia textus hic dicit, *matrimonio se collocauerit,* & non dicitur, collocatus cum effectu, ex quo matrimonium non fuit carnali copula consummatũ; quia collocare dicit cohabitationem; at isti non cohabitarunt, & per ingressum monasterij solutum est vinculum matrimonij. Ita quod si cũ alia iste contrahat, & eam cognoscat, non dicetur bigamus: vt *extra. de biga. cap. debitum.* & non dicitur versum, quod non durat versum. *ff. de nego. gest. l. sed an vltro.* ar. ad hoc *extra. de verbo. signifi. cap. nam & ego.* quid dicendum? Breuiter dico primã partem veram per literam quæ sequitur hic, *quia sola matrimonij collocatione,* &c. & in *fi. licet carnalis copula non fuerit subsecuta.* Et est ratio, quia magis hic cõsideratur consensus parentis, sine quo non valeret emancipatio. Non obstant contraria, quia hic consensus parentis durat, nec potest reuocari, ex quo emancipatio semel habuit suum effectum, & sufficit hoc ita esse hic statutum: vt *l. prospexit, qui & à quibus ma. li. fi. ff.* Et ita ex quo semel, cum consensu parentis matrimonium contraxerit, licet

postea

postea incognita decedat, vel conuertatur in religionem, nihilominus tamen remanet iste filius sui iuris per hanc constitutionem. Secus tamen erat de iure Romano: vt legitur & notatur ff. solu. matri. l. rei iudicatae. § socero. Sed mulier est in potestate viri quo ad opera, & quo ad debitum carnis; vt notat glos. insti. ad Tertul. §. 2. facit Genesis 2. cap. Sed Inno. & Bald. extra. de testa. cap. cum in officijs. notāt quod quicquid vxor adquirit cōstante matrimonio ex operibus suis, quaerit viro, sed non
24 clericus, vel praelatus Ecclesiae. Vnde † nota, ꝙ vxor operatur viro, sed non est in potestate mariti, nisi quo ad debitum carnis: vt l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. Et ideo de iure Romano non adquirit viro, sed patri, vel sibi ipsi, si est sui iuris. Ro. in libellis iuris ciuil. tit. si filius, vel nepos alicuius, &c. in f. notat quod vxor non est in potestate viri, sed eius officio, per dictam l. assiduis. & ff. de operis li. l.
25 sicut patronus. Sed quicquid adquirit, † nisi probetur vnde alias iuste adquisiuerit, praesumitur de bonis mariti adquisiuisse: vt notat Inno. in dicto cap. cum in officijs. & vide Ioan. Fab. insti. ad Tertul. & quae notat Ioan in Summa Cōfessorum lib. 1. tit. 8. q. 36. in fine. ¶ In textu; ibi. de & cum voluntate patris, &c Et ita videtur, quod non sufficeret requiri consensum, & voluntatem patris, vel aui, vel alterius, in cuius potestate esset, nisi expresse, vel saltem tacite ipse consensus, vel voluntas ipsi
26 matrimonio habeatur. Et an. † & quādo requiratur consensus, vel sufficiat illud petere; dic vt notatur extra. de arbi. cap. cum olim. Sed videtur, quod requiratur voluntas ipsi collocationi matrimonij; quare forte licet contracto matrimonio sine consensu patris, postea pater consentiat, non haberetur pro emancipato, quia textus dicit, quod sola collocatione cum consensu facta; ergo secus est de collocatione facta sine consensu: & sic consensus postea sequens non valeret, nisi fieret incontinenti post; iuxta l. obligari. ff. de aucto. tuto. quia cum ista constitutio exorbitet à iure communi, non videtur, quod debeat extendi extra casum suum, & hoc credo verum de rigore; sed contra seruatur de benignitate; & sic minime sunt mutanda, &c. ff. de legibus l. minime. adde infra in curia domini Ferdinandi cap. com fer. o
27 com traura. Pater † tamen sciens, & non contradicens nuptijs filij, habetur pro consentiente: vt C. de nuptijs. l. si vt proponis, facit l. si vt proponis. C.
28 de nuptijs. Sed † si pater fuerit furiosus, vt consentire non possit, pro consentiente habebitur: vt institut. eodem, scilicet de nuptijs. §. vnde quaesitum
29 est. Vnde nota, † quod multis modis soluitur patria potestas, scilicet, morte naturali. Item morte ciuili. Item dignitate. Item captiuitate. Item emancipatione. Item adoptione. Item per ingressum religionis. De quibus notat Iacobus de Aren. institut. quibus modis ius. pat. po. sol. & praedictis adde casum huius constitutionis, scilicet, per contractum matrimonij de voluntate patris.
30 Quaero, † filiusfamilias confessus fuit in iudicio patre consentiente, & fuit condemnatus: nunquid pater tenetur? Dic, quod sic, & potest fieri contra patrem executio in peculium profectitium, vel in vsufructu aduentitiorum hodie, secundum Bald. & Iacobo de Insula, & est glossa singularis in
31 l. si condemnatus ff. de noxa. Vlterius † quaero, quare in emancipatione requiritur decretum? Respondeo, quia est quaedam inextimabilis donatio: & patria potestas est sacra, & de iure publico, ideo emancipatio non potest fieri nisi publica auctoritate; secundum Gui. vide Antonium de
32 Butrio in spica. in vsat. emancipatus, & ibi nota, † an possit fieri per procuratorem. Sed an possit fieri die feriata, vide l. actus C. de ferijs. An pater
33 possit † cogi ad emancipandum filium, cui legatum est factum, vel promissio, si emancipetur? Dicit glossa, quod sic, in l. inter temporalem. ff. de verborum oblig. quae reprobatur, & l. si cui. quam allegat, loquitur quando pater aliquid recepit
34 vt emanciparet. Filius potest † inuitus ex causa emancipari, & omnis causa, propter quam potest exhaeredari, est sufficiens ad emancipandum: vide l. cum filium, & ibi Bart. ff. de verborum obliga.
35 Et ibi nota † an emancipari sit honor, vel onus; commodum, vel in commodum. Item nota, quod filius non potest cogere patrem inuitum ad emancipandum: l. nec auus. C. de eman. liberorum. Item
36 in quibus † casibus pater cogitur emancipare, filius tamen non cogitur emancipationem recipere: quia filius non emancipatur inuitus, nisi sit infans: vt C. de emācipa. l. iubemus. & ibi nota, quod pater donat aliquid in praemium emancipationis, & in emancipando non exigitur cauta. no-
37 ta Cyn. in l. non nuda. eodem tit. Si mater † instituat filium sub conditione emancipationis; & pater nolit emancipare, quid iuris sit, vide Cyn. gloss. & Gui. in l. filius matrem. ff. de inofficioso. testamento.
38 ibi etiam per Butrium plene. ¶ Item nota, † quod licet per mortem filij soluatur patria potestas; non tamen finitur vsufructus formalis retro quaesitus patri ratione patriae potestatis: vt l. si
39 quis. C. ad Tertullia. secundum Bald. Item vsufructus † quaesitus patri per filium nec morte solius patris, nec morte solius filij finitur; sed de vno redit ad alium: vt l. fin. C. de vsufruct. secundum
40 Bald. & non est alibi. Item † quando pater est vilis persona, non debet administrare bona filij, secundum Gui. de Cug. in l. in personam in glo. postquam.
41 ff. de pactis. Quaero, † dicit statutum, quod pater habens filium in potestate, pro eius debito possit conueniri, quidam habet filium rixosum, vult eū emancipare; filius non vult, an possit cogi? Dic, quod sic. Et est casus singularis in l. quidam cum filium. ff. de verb. obli. & non est alibi secundū Ioan. de
42 Insul. ¶ Item nota, † quod auctoritas iudicis non requiritur, cum pater vendit rem filij tanquam legitimus administrator filij: hoc tenet Azo in Summa. C. de bo. quae li. & non est alibi secundum Baldum, idem Angelus, quem vide latius in l. 1.
43 ff. quae res pig. vel hypo. ob. p. s. ¶ Vltimo † nota, quod

emancipatio, quam facit laicus de filio clerico, est facienda coram iudice sæculari. Ita est decisio Rotæ conclusione 374. contrarium tamen seruatur saltem de consuetudine in hac patria. Et est cautela, quod talis clericus emanciparetur coram vtroq. iudice, scilicet, Ecclesiastico, & sæculari.

44 Sed an† possit fieri emancipatio die feriato? Dic quod sic, secũdum *Guill. spe. tit. de ferijs in 2. parte. §. sequitur videre. vers. porrò ea quæ ad voluntariam iurisdictionem spectant*, & ei vide ibi.

De donationibus minorum viginti annorum.

S V M M A R I V M.

1 *Diffinitio, donatio, vel remissio facta per minorem non valet, si non fuerit seruata forma in constitutione contenta. declaratur nu. 11. & 20. & limitatur nu. 25. & 65.*

2 *Suspicio omnis est euitanda.*

3 *Instrumentum factum contra formam huius constitutionis est nullum ipso iure, & non probat in iudicio, nec extra.*

4 *Solemnitas iuris an præsumenda in contractu, teste, vel scriptura. remissiue.*

5 *Insinuatio in donatione interfuisse an præsumatur. remiss.*

6 *Donatio facta per patrem filiofamilias an & quando valida. remissiue.*

7 *Contractus factus per minorem absq. solemnitate constitutionis, dum sapiat donationem, non valet.*

8 *Minor ætas in contractibus excusat, sed non in pæna.*

9 *Princeps solus concedit minori bonorum suorum administrationem, & non iudex inferior.*

10 *Donatio facta per militem suæ concubinæ non valet. idem est in clerico.*

12 *Iuramentum non redundans in tertij præiudicium, & quod potest seruari sine detrimẽto animæ est seruãdũ.*

13 *Renuntiatio iurata per filiam facta metu paterno non nocet, dummodo sit absoluta filia à nexibus iuramẽti. & an noceat nepoti, & filio dictæ filiæ. resolutiue n. 14.*

15 *Iuramentum an suppleat defectũ solemnitatis seruandæ in donatione, vel diffinitione facta per minorem. traditur late.*

16 *Pupillus consentit tutori eo ipso, quod non contradicit. declaratur num. 17.*

18 *Decretum iudicis tollit suspicionem fraudis.*

19 *Statuta laicorum an inducere possint, quod iuramenta in aliquibus contractibus apposita non valeant, & an sint valida, traditur.*

21 *Testes idonei non sunt, quibus imperari potest, vt testes sint.*

22 *Repudiatio hæreditatis facta per mulierem metu paterno non tenet.*

23 *Expensæ siue labores adiudicari non debent tutori, si bona pupilli non sufficiant creditoribus. declaratur num. 24.*

26 Alias *verbum restringit secundum specificata.*

27 *Promissio facta ob nimiam reuerentiam præsumitur facta ob metum.*

28 *Filia semper præsumitur patri consentire per nimiam ipsius reuerentiam.*

29 *Fœmineus sexus est fragilis, & cito mouetur minis, & terroribus.*

30 *Metus reuerentialis non vitiat actum, nisi fuerit processum ad minas, vel ad verbera.*

31 *Iudex committere non potest interpositionem decreti.*

32 *Decretum interpositum sine causa cognitione non tenet.*

33 *Decretum in causa alimentorum debet interponi per iudicem competentem.*

34 *Decretum quandoque dicitur sententia.*

35 *Auctoritas iudicis in venditione minoris est necessaria ante venditionem.*

36 *Decretum interpositum ex falsa causa est nullum. idem num. 46. declaratur n. 47.*

37 *Donatio facta piæ causa valet etiam sine insinuatione.*

38 *Differentia inter decretum, auctoritatem, & consensum traditur.*

39 *Iudex non debet aliquid recipere pro decreto. secus est in Cathalonia.*

40 *Decretum non requiritur in donatione.*

41 *Pactum liberatorium cuiuslibet quantitatis sit, non eget insinuatione, nisi sit factũ de debito liquido cõfessato.*

42 *Donatio iurata an valeat sine insinuatione, traditur.*

43 *Decretum secundum interponitur in actione reali, vt statuatur tempus, post quod veniens actor non audiatur de proprietate.*

44 *Princeps solus licentiam concedere potest præsidi Prouinciæ, quod eius assessor possit decretum interponere.*

45 *Missus in possessionem ex primo decreto pro executione sententiæ latæ in actione personali possidet naturaliter, & ciuiliter.*

48 *Decretum iudicis non excludit minorem à restitutione in integrum.*

49 *Ex contractu iurato, licet nullo, agi potest, dummodo iuramentum dolo præstitum non sit.*

50 *Iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ.*

51 *Iuramentum non est seruandum, si redundet in damnũ publicum.*

52 *Iuramentum contra bonos mores non valet.*

53 *Iuramentum facit valere actum omni meliori modo.*

54 *Iuramentum est seruandum in forma specifica. & simul traditum an debitum iuratum possit compensari.*

55 *Compensationis materia, remissiue. idem num. 60.*

56 *Promittens cum iuramento factum non liberatur soluendo interesse.*

57 l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de verb. oblig. *declaratur.*

58 *Statutum valet in quo disponitur contractum minoris iuratum contra formam factum nullum, ex quo aliter præsumatur minorẽ inductum, & traditur ratio.*

59 *Negans debitum, & conuictus de eo, non potest opponere compensationem inuito creditore.*

61 *Iuramenti paruulorum materia. remissiue.*

62 *Iuramẽtũ tollit exceptiones dilatorias, & peremptorias.*

63 *Statutũ disponẽs mulierẽ nõ posse testari nisi cũ consensu propinquorum non comprehendit causam piam.*

64 *Statutũ disponens mulierẽ non posse se obligare sine consensu propinquorum non comprehendit Ecclesiam.*

66 *An statutum dicat quod minor, vel mulier non possit contrahere nisi seruata certa forma; vel dicat quod non possit se obligare: traditur differentia.*

67 *Decretum iudicis confirmans contractum operatur; quod partes non possint conqueri, quod sint decepti ultra*

vltra dimidium iusti pretij.

68 *Renũtiatio facta per filium bonis paternis, & maternis non nocet, si bona perueniant ad fratrem.*

69 *Renuntiatio facta per metum, vel nimiam reuerentiã non valet.*

70 *Preces importunæ æquiparantur metui.*

71 *Donatio facta per patrem filio, vt bene merito non valet, si merita non præcesserunt.*

72 *Minor agere non potest per procuratorem nisi in casibus vt hic. remissiue.*

AD *tollendam omnis suspicionis materiam.* &c.
1 Casus. † Diffinitio, remissio, vel donatio facta per minorem viginti annorũ illi, in cuius potestate fuerit, non valet, nisi facta fuerit cum solẽnitate. & seruata forma in præsenti constitutione contenta. Hoc dicit breuiter. Vel sic latius, & clarius. Minor viginti annorũ non potest facere donationem, diffinitionem, remissionem, absolutionem aliquam illi, vel illis, sub quorum potestate fuerit, nec alicui alteri pro eo, vel eis; nisi de, & cũ consensu trium personarum ex parte patris, & trium ex parte matris in gradu parentelæ proximorum sibi, si reperiri poterunt, vel saltem trium ex parte patris, vel ex parte matris prout reperiri potuerunt; vel in defectu præmissorum fieret cum consensu trium magis amicorum specialium. Et etiam cũ decreto iudicis, & iuramento ipsius adulti donationem, vel diffinitionem facientis; quo mediante afferat illas personas esse sibi magis propinquas, vel amicas; alias contractus, & instrumentum huiusmodi, qui & quod donationẽ saperent, non valent ipso iure. Hoc dicit. ¶ Nota in princi-
2 pio huius capituli omnem † suspicionem esse vitandam: sic supra *colla. proxima curia Illerdæ c.* 15. concor. infra *ead. cap. ad excludẽdum.* facit extra. vt *Eccles. bene. cap. vt nostrum.* cum ibi notatis. ¶ Item
3 nota, † quod instrumentum factum contra formã, & solemnitatem huius constitutionis est nullum ipso iure; & sic nil probat in iudicio, vel extra, sic
4 infra *ead. cap. ad excludendum.* Sed † an, & quando solemnitas iuris præsumatur interuenisse in contractu, notant *Doct. in l. 1. C. de contrahen. & comi. stipu.* & *in l. 1. C. de vsuris.* & ibi distinguitur, quid in teste, & quid in scriptura: & *C. de repu. l. non dubium,* & ff. *de pac. l. Sed si. §. quod fere per Doct.* & vide *Ioan. Fab. insti. de fideius. §. si quid autem* super *glo.*
5 *sed contra.* in fi. Sed † quid, si donans confitetur solemnitatem, & insinuationẽ interuenisse? *Ioan. Fab. insti. de donati. §. & cum retro.* tenet, quod oportet, quod probetur, intercessisse, quinimo non sufficeret expressa renuntiatio donantis, nec forsan
6 iuramentum: vide ibi latius. Et de † donatione facta per parentes filijsfamilias, an & quando valeat, vide in *vsat. auctoritate, & rogatu.* & quæ ibi notantur per *Doct.* Item nota, quod non valet cõ-
7 tractus † sapiens donationem factam per minorẽ viginti annorum tutori, curatori, vel alij, in cuius potestate fuerit, nec alteri pro eo nisi fuerit seruata forma, & solemnitas huius constitutionis, quia talis cõtractus præsumitur dolosus, & ideo annullatur per istam constitutionem fauore minorum
8 viginti annorum. Item nota, † quod minor ætas excusat in contractibus, sed non à pœna: vt *C. de*
9 *pœnis. l. impunitas.* ¶ Item † nota, quod solus princeps potest minori suorum bonorum administrationem concedere, & non iudex inferior: vt *l. denique. in prin.* cum ibi notatis ff. *de minoribus.* & *l. 2. C. de his qui veniam ætatis impetrarunt.* ita notat *Iac.*
18 *in suo Curia. 7. dubio. vers.* 124. ¶ Item † scias, quod non valet donatio facta per militem suæ fornicariæ: vt *l. 2. C. de dona. inter virum & vxorem.* nec per presbyterum, qui miles est militiæ cælestis: vt ibi notat *Bar. de Salice.* nec forsan valet facta filijs ex
11 talibus fornicarijs genitis. ¶ Vltimo nota, † quod hæc constitutio non habet locum in maioribus viginti annorum, licet sint minores vigintiquinq; annorum, quia in illis maioribus viginti annorũ sufficit, quod cum iuramento renuncient iuri minoris ætatis, & beneficio restitutionis in integrũ, per *l. hac edictali in feu. de pace iuramento fir. §. item sacramenta puberum.* & *C. si aduer. vendi. authen. sacramẽta puberũ.* vide ibi *Bar.* & *Bal.* & latius in dicto §. *Itẽ sacramẽta.* Sed *Bar. in authen. Sacramenta,* notat, quod vbi aliquis per statutum prohibetur contrahere, si contrahat, peccat mortaliter: vnde non validaretur per iuramẽtum, secundum eum; vt in *authen. quod eis. C. de nuptijs.* vide latius per ipsum *Bar. ff. de fideiussoribus. l. si quis pro eo.* vbi etiam tenet, quod non valet fideiussio dotis cum iuramento. Et idem tenet *Antonius de Butrio.* non per rationem *Bar. in cap. cum contingat extra. de iureiurando.* vbi *Ioan. de Imola.* tenet contrarium; & bene, & huius opinionis fuerunt multi in collatione, quia
12 iuramentum, † quod potest seruari sine detrimento animæ, & quod non sit principaliter in alterius præiudicium, seruandum est: vt in *allegat. cap. cum contingat de iureiuran. & eod. tit. cap. licet. li. 6.* & *tit. de pactis, cap. quamuis pactum. eod. li.* adde quæ ibi no-
13 tantur. ¶ Vnde † quæro: Si filia renunciauit cum iuramento, metu tamen patris, vel nimia reuerentia, vtrum sibi noceat? *Angelus* dicit quod non, dum tamen petat absolutionem à iuramento. *l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum ac. non detur.* & *l. si.*
14 *ff. de fur.* Sed † quæro, an talis renuntiatio noceat nepoti? Et dic quod non, tum quia iuramentum est personale: vt *extra. de iureiurã. cap. veritatis:* tum quia super iure tertij iurare non potuit: vt *l. 1. C. de repu. bo. po.* Et hoc verum, quando fit simpliciter renuntiatio; secus, si partis sibi debitæ perceptio. Nam tunc obstat sequentibus non vi repudiationis, sed vi successionis, quia successit in parte sua, consulitur tamen patri, si vult, quod nepotes ex filia non succedant, quod filia vocet se contentam sua portione, & iuret si non apparet aliqua causa renunciationis, deuolueretur ius suum ad nepotem: vt *C. de succe. edic. l. 1.* Etiam si renunciasset aliquo accepto pro ipsa renunciatione: vt ff. *de adquirenda hæreditate. l. fuit quæstionis.* & ff. *si quis ob. ca. te. l. licet.* Nisi tale acceptum consueuerit in legitimam reputari: vt dos; tunc enim non

est mera renunciatio, sed partis, & suæ legitimæ perceptio, & ideo non fieret locus sequenti in gradu. Si autẽ ista filia decederet viuo patre, tunc indistincte nõ obstaret nepoti: vt *l. Gallus. de lib. & postu. & de iniusto testa.* *L. postumorũ.* Nec per talem renunciationem prohibetur succedere ex testamento patris: vt *C. de pac. l. fi. ff. de verbo. oblig. l. sti- pu. hoc modo.* alias impediretur testamentum patris, quod est absurdum. Et si renunciasset patri propter fratres viuentes, qui postea decesserunt viuo patre, non nocebit ipsa renunciatio filiæ: *ar. ff. ad Velle. l. iubemus.* secundum *Angelum in l. pactum. C. de colla.*

15 Item quæro † hic, quid si minor viginti annorum in casu huius constitutionis faciat diffinitionis, vel alicuius donationis instrumentum iuramento, nunquid valebit, saltem ratione iuris, etiam non seruata forma solemnitatis huius constitutionis? Videtur, quod sic, per dicta iura in vltimo notabili allegata, & secundum opinionem *Ioan de imola.* & sequacium. In contrarium faciũt notata per *Bart. vbi supra.* & in *l. scimus in primo Responso. C. in quibus cau. in integrum resti. non est necessaria.* & in *l. cum lex.* & *l. si quis pro eo. ff. de fideiusso.* & huius opinionis fuerunt *Narcissus de Sãcto Dionysio.* & *ff. s. ra.* & alij dicentes ita fuisse obtentũ in Regia Audientia. Sed ego non credo, quod fuerit obtentum illa ratione; quia negari non potest, quin tale iuramentum obliget; super quo vide notata per *G. de Monteluq. in Clemen. ne Romani.* super verbo, *confirmauit, de iureiurando.* Sed forte fuit illa ratio, quia iuramentum nõ probatur per tale instrumentum, quod nullum & irritum est ipso iure; vnde esset optima cautela, quod iuramentum probaretur per testes, & ageretur ex illa probatione, secundum notata per *Albericum de Rosatis in l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbor. obli.* & nota infra *eadem, cap. ad excludendum.* vel dic melius, vt credo, quod cum tale iuramentum præsumatur dolose extortum, argumento eius, quod hic dicit *tex. in prin.* & quia est hic iuris præsumptio, quod dolus intercesserit, vbi non seruatur forma huius constitutionis, donatio enim occulte facta præsumitur suspecta: vt *extra. vt Ecclesiastica benefi. sine di. conf. cap. vnico.* Ideo tale iuramentum dolo præstitum non astringit: vt in *authent. sacramenta.* & *cap. cũ contingat.* & suis concor. prælleg. super quo vide *Bald. in feu. l. hac edictali. §. Item sacramenta.* & ibi *glos.* ponit multas quæstiones, quæ possent congrue recitari hic: vnde non sufficeret in hoc casu probare per testes iuramentum intercessisse, nisi etiam probaretur, quod scienter, &

16 sponte præstitum fuisset. ¶ Nota † tamen, quod pupillus videtur consentire tutori, eo ipso, quod non contradicit tutori: textus est singularis secũdum *Bald. in l. Lucius. ff. de man. testa.* & facit ad ma-

17 teriam *l. potuit. ff. de iure deliberandi,* quod † forte non est verum in minore infante, qui consentire nõ potest; quia talis ętas quicquid videt ignorat: *C. de falsa mo. l. 1. ve. s. impuberes vero.* Vlterius no-

18 ta, † quod decretũ iudicis tollit fraudis suspicionem: vt *l. 1. C. de prædijs decurionum,* & dicam infra, & ideo requiritur in casu huius constitu-

19 tionis. Sed quæro † an per huiusmodi constitutiones, & statuta laicorum possit prouideri, ne valeat iuramentum? *Angelus de Perusio in repetitione l. pactum. C. de collat.* tenet quod sic; quia lex habet vim Apostolici, vt notat in *l. adigere. §. fi. ff. de*

20 *iure patronatus.* ¶ In textu † ibi, *tutoris, curatoris, aut alias,* subaudi, vt quia est in potestate patris; sed tunc non valet etiam de iure communi donatio, vel cõtractus neq. lis inter patrem, & filium: vt notatur supra *c. proximo.* & *ff. de iudi. l. lis nulla.* nisi in casibus: vt *extra. de spon. cap. non est vobis.* & *extra. de iudi. c. si annum. lib. 6.* cum similibus. Vnde quod dixi de potestate patris, habet verum, etiam si filius esset emancipatus, & moraretur cum patre, vel matre: & idem si fiat per minorem tale instrumentum, quod donationem sapiat ei cum quo moratur, vt subditus, propter verbum, *aut alias,* hic positum; quia hæc constitutio præsumit quod talis minor circumueniatur per illum cuius panem comedit, & cui est subditus: vt sunt vxor, filij, serui, & seruitores, famuli, & continui com-

21 mensales recõmendati. Et tales, † quibus imperari posset, vt testes fiant: vt *4. q. 3. §. item in criminali, ver. s. item idonei non videntur.* & *vers. s.* & idem in illis qui debent nimiam reuerentiam, quæ alias

22 inducit iustum metum. Vnde † repudiatio, quam mulier facit metu, vel pudore patris, vel matris, non tenet: vt est casus singularis secundum *Bal. in prima glos.* super verbo, *metu sol. ff. quarum rerum*

23 *actio non detur.* Item nota, † quod tutori, & curatori non debent expensæ siue labores adiudicari, si bona non sufficiant creditoribus; quia non in-

24 uenitur in hoc priuilegiatus: nisi † datus fuerit pro executione facienda, puta ad vendendum bona, &c. quia tunc debet ei satisfieri, vt alijs laborantibus in dicta executione, sicut iudici, notario, & alijs. Sed tamen si bona non sufficiant, salaria iudicis, & aliorum debent deduci de quolibet creditore, pro rata quantitatis, scilicet, secundum magis, & minus, alias totum soluerent vltimi creditores, quod fieri non debet, cum communiter fiat executio pro omnibus, licet contra seruetur

25 Gerundæ, & forte non bene. Nota † tamen, quod ista constitutio non habet locum in diffinitionibus, quæ fiunt per filias suis parentibus tempore nuptiarum: vt notat *Bal. in l. pactum. C. de collat. in*

26 *2. q.* Et verbum † *alias* in littera positum restringitur secundum specificata: vt *l. fi. §. si cui dulcia. ff. de vino, triti. & oleo le.* Aduerto tamen, quia si filia renunciat bona materna patri, satis habet locum constitutio: sed secus in bonis paternis: & ita loquitur *Bald.* ¶ Item *ead. glos.* super verbo *causa* no-

27 tat, † quod promissio facta ob nimiam reuerentiam præsumitur facta per metum: quod facit pro ijs quę dixi supra, ibi, *vel dic melius.* ¶ Item in *ead.*

28 *glos.* nota, † quod filia præsumitur patri consentire per nimiam reuerentiam; ad quod optime facit *l. penultima. ff. de fur.* quam tene menti secundum

29 dum *Baldum*. Item † nota, quod sexus fæmineus
est fragilis, & cito mouetur minis & terroribus:
ita notat *Gui.* secundum *Hu.* 33. *q.* 5. *cap. notifica-*
sti. super verbo, *extorsisse*. & adde quæ notat *Ioan-*
nes Fab. insti. de obli. quæ ex quasi delic. nasc. §. *furtũ*
30 *in li. quid ergo si pater. in fi.* Item † nota, quod con-
sensus mulieris ob reuerentiam viri extortus nõ
videtur vitiare, nisi sit processum ad minas, vel ad
verbera. Ad quod facit *Innocentius de officio dele. c.*
causam, secundum *Antonium de Butrio in c. accedẽs,*
extra. de conuer. coniug. In textu, ibi, *amicorũ*, huic
concordant quæ notat *Bartolus* ff. *vbi pupil. educ.*
31 *vel morari debet. l. vltima.* In tex. ibi, *decretũ*. † dic
quod istud decretum, siue decreti interpositionẽ
non potest iudex committere: vt *extra. casus cum*
glos. C. de prædijs curialium. l. fi. lib. 10. *cum glos.* su-
per verbo, *nec etiã tabellioni*. & videtur expressum
C. de assessoribus. l. 2. & *C. de prædijs minorum*. Et
32 est † sciendum, quod decretum sine causæ cog-
nitione interpositum non tenet vbi illa desidera-
tur, nec potest delegari: vt ff. *de transac. l. cum ij.* §.
33 *si prætor*. Et † super causa alimentorum habet in-
terponi per iudicem competentem: vt *eadem l.* §.
transactiones. Item nota, quod decretum quandoq.
34 dicitur † sententia: vt in allegata *l. fi. C. de præd.*
curial. non alienandis. Et nota etiam ff. *de offic. pro-*
consf. l. nec quidquam, §. *vbi decretum*. Item nota, quod
35 in † venditione rei minoris necessaria est aucto-
ritas iudicis ante venditionem. *Azo* tenet quod
non, in *Summa. C. de bo. quæ li.* in fine. quod nõ est
36 alibi, secundum *Baldum*. Item est nullum † de-
cretum, si interponatur ex falsa causa, vt dixi su-
pra *eadem, c. ne modus*. Item etiam nota, quod valet
37 donatio † facta in piam causam, etiam vltra du-
cẽtos aureos sine insinuatione: vt notat *Matthæus*
de Matasalanis in 178. *notabili*. Quę autem sit dif-
38 ferentia inter decretum, † auctoritatem, & con-
sensum, vide *Innocentium in cap. dudum. de rebus*
Ecclesiæ non alienandis. lib. 6. & de materia decreti
vide latius per *Doctores in allegato* §. *vbi decretum*.
39 Vtrum autem † iudex debeat aliquid recipere
pro decreto? In *allegata l. finali* notatur quod nõ,
sed dic contra de iure Cathaloniæ; vt supra *ead.*
40 *c. ne modus*. vide ibi. Item † in *eadem l. finali* notat
Bart. quod in donatione non requiritur decretũ,
sed insinuatio, quæ non potest remitti per pactũ
etiam iuramento vallatum. & notat *Cyn. C. de re-*
reuocan. donat. l. fi. & *Baldus C. de sacrosanctis Eccle.*
l. illud. in 5. *q.* licet *Gui. de Montelugd.* contra, vt no
tatur *in Clem. ne Romani.* super verbo, *firmauit. de*
iureiurando. adde quæ notat *Ioannes Fab. insti. de do-*
na. §. *& cum retro.* Nota tamen, quod pactum libe
41 ratorium, † quantæcumque quantitatis sit, eget
insinuatione, nisi sit factum de debito liquido cõ-
fessato; de quo vide latius per *Angelum in l. tale*
42 *pactum.* ff. *de pactis*. An ratione † iuris valet do-
natio sine insinuatione? *Baldus in l. illud. C. de sa-*
crosanctis Eccles. tenet quod non. Contrarium no-
tat *Gui. de Montelug. in Clement. ne Romani,* in ver-
bo, *confirmauit. de iureiurando*. vide *Henricũ Boich,*
Antonium de Butrio, & *Albertum de Sicilia in cap.*
si diligenti. 2. *c. cum contingat. eod. tit.* & *cap. quamuis.*
de pactis. lib. 6. & *Ioannem de Imola in alleg. cap. cum*
contingat. Et de multiplici decreto vide per *An.*
de Barrulo in l. ordinis, C. de decretis decurionum. li-
43 *bro* 10. Item † nota, quod secundum decretũ in-
terponitur in reali, vt statuatur tẽpus, post quod
veniens non audiatur de proprietate, secundum
Bartolum in l. à quo fundum. ff. *de damno infecto*. vide
44 ibi. Item nota, quod † solus Princeps potest cõ-
cedere licentiam Præsidi Prouinciæ, quod as-
sessori ipsius Præsidis super alienationibus rerũ
minorum, & super transactionibus alimentorum
se subscribat, & decretum interponere debeat: vt
l. 2. *C. de Assessoribus. cum glos.* Item nota doctrinã
45 mirabilem, † quam pauci sciunt, secundũ *Mat-*
thæum de Matasalanis, quod licet in personali mis
sus in possessionem ex primo decreto ante litis
contestationem, vel post dicatur habere nudã de-
tentionem: *l.* 3. §. *fi.* ff. *de adquir. poss.* tamen se-
cus est quando in executione diffinitiuæ latæ in
personali mittitur victor in possessionem ex pri-
mo decreto, quia tunc statim possidet naturali-
ter & ciuiliter: *l. à diuo Pio.* §. *si super rebus.* ff. *de re*
iudi. vbi *Bart.* Singulariter hoc tenet *Matthæus*
46 *in* 85. *notabili*. Vlterius nota, † quod decretũ ex
falsa causa interpositum est ipso iure nullum: vt
l. cum nemo. §. *subuentum.* ff. *de fideicommiss. li.* & *l.*
scio egresso. & *l. tutor si petitus.* ff. *de tut. & curat. da.*
ab his, & *in l. illa.* §. *hæc verba.* ff. *ne vis fiat ei*. quod
47 est † verum, nisi quando decretum fuerit inter-
positum petentibus illis, de quorum præiudicio
agitur, & qui habiles erant ad sibi præiudicandũ;
vt ff. *de transactionibus. l. cum ij.* §. *fundus ad alimẽ-*
ta. in glo. quæ incipit, *quid igitur*. ibi, *decretum te-*
neat, secundum *Angelum*. qui hoc tenet. & est mẽ-
ti tenendum pro declaratione dictarum legum &
similium; ex quibus regulariter dicimus decretũ
ex falsa causa interpositum fore ipso iure nullũ.
48 Item † nota, quod decretum & auctoritates iu-
dicis in contractu, in quo obligatur minor, non
excludit minorem à restitutione; secus in decre-
to, vbi solutionem recipit; *text.* & *glos. C. de fide-*
iussoribus minorum. l. 2. In tex. ibi, *& iuramentum*,
49 nota, † secundum *Ioannem Fab. institu. de action.* §.
Item si quis postulante, quod ex contractu nullo, iu
rato tamen, ex vi iuramenti de iure canonico agi
potest: quod est verum, si tale iuramentum sit non
vi vel dolo præstitum, &c. vt in *c. cum contingat.* &
cap. quamuis pactum. superius allegat. Iuramentũ
50 enim † habet vim clausulæ derogatoriæ; vt no-
tat *Bart. in l. si quis in prin. testi. in penultima q.* ff. *de*
51 *legatis tertio*. Item nota, † quod quis non tenetur
seruare iuramentum, quod redundat in damnum
publicum, vel ad delictum. vide *Baldum in l. fi. ad*
excludendam. de rebus creditis. vbi etiam notat, quod
52 iuramentum, † per quod excluduntur boni mo-
res & laudabiles, non valet: vt si quis iurauit non
doctorari, vel non facere aliquod opus laudabile.
Vide *Ioannem de Imola*, & alios Doctores *in c. cum*
contin-

contingat.de iureiurando.& per *gl.ff.*& *Dynum in c.nō*
*est obligatoriū.de reg.iuris.lib.6.*Et adde quæ notā-
tur in *Summa Confessorum lib. 1. tit.9. q.13.* Item
53 nota hanc regulam, † quod iuramentum habet
hanc virtutem,quod facit actū valere, prout me-
lius valere potest:vt *l.cum pater.§.filius matrem.ff.*
de legatis secundo.& non est alibi,secundum *Mat-*
thæum in 57.notabili.& *Bart.* hoc tenet *in §. filijs.*
& *in l. 1. §.si quis ita.de verbor.obligat.* & *in l.si quis*
54 *pro eo.ff.de fideiussoribus.* Vlterius nota, † quod iu
ramentum est seruandum in sui forma specifica:
in tantum,quod si ego promitto, & iuro tibi da-
re,vel soluere centum infra annum, non possum
compensare cum alio debito,te inuito.Probatur
in *cap.ad nostram.1.de iureiurando.*vbi *Doct.*hoc te-
nēt,licet *Bartolus* senserit contrarium,& non be-
ne, in *l.amplius.*in fine.*ff. rem ratam haberi.* Et de
55 materia † compensationis vide *infra eadem.c.ad*
56 *euitandum.*Et ex hoc sequitur,† quod si ego pro-
mitto & iuro tibi facere aliquod factum,puta, lo
care domum,vel colere fundum,possum propter
iuramentum præcise cogi ad factum, neque eua-
do periurium offerendo interesse, argumento di-
cti *cap.ad nostram.* Facit *cap.per venerabile.* in fine.
57 *extra.de elect.*Et sic limitari debet † regula *l.sti-*
pulationes non diuiduntur. §.Celsus.ff. de verb. oblig.
& hoc tenet *Antonius de Butrio in cap.experto. ex-*
*tra.de iureiurando.*Pro quo bene facit textus in *c.*
*quanto.eod.tit.*Hoc confirmatur ratione. Nā si fa-
uor vltimæ voluntatis hoc operatur, quod præ-
cise compellatur ad factum:*l.si fideicommissa.§.vlti-*
*mo.ff.de legatis tertio.*multo magis fauor religionis
iuramenti,secundum *Matthæum de Matasalanis in*
*55.notabili.*Sed forte opinio *Bartoli* posset salua-
ri,quando de debito, de quo obijcitur compen-
satio,constaret per confessionem eius cui obij-
citur: & tunc posset fieri compensatio propter
æquitatem officio iudicis, etiamsi non petatur
aperte,quæ obijcit compensationem:argumento
extra. de excep.c. exceptionem. & per regulam *dolo*
facit. Item sicut compensatur ipso iure aduersus
pœnam,sic aduersus iuramentum metu periurij:
vt *ff.de compensat.l.cum alter.*& *C.eod.l.si cōstat.* vel
dicas,quod quis aut iurauit soluere non obstāte
compensatione,vel deductione: aut iurauit sim-
pliciter soluere,primo casu non admittetur cō-
pensatio,propter formam iuramēti, quod habet
seruari,vt dictum est:secūdo casu subdistingue,
quia aut constat liquido de debito, cuius oppo-
nitur compensatio per compensationem aduer-
sarij:& tunc habet locum opinio *Bartoli*:aut non
constat de debito, de quo petitur compensatio,
quia aduersarius illud inficiatur, & tunc cessabit
compensatio ratione iuramenti, quia debet ser-
uari,& non calumniari: vt in *cap.ad nostram.*& ita
loquitur opinio *Matthæi*:vel forsan in hoc vlti-
mo casu,si fuerit apposita pœna simul cum iura-
mento,fiet compēsatio ipso iure opposita exce-
ptione,per *l.cum alter.*& *l.si constat.* dummodo de
debito,quod petitur compensari,constet liquido

incontinenti,vel saltem de facili possit liquida-
58 ri arbitrio iudicis.Nota † tamen,quod nō valet
statutum dictans,quod contractus minoris nō va
leat,& possit conueniri, etiamsi fuerit iuratum,
etiamsi interueniant consensus agnatorum. Nam
hoc statutum inducit peccatum,quia dat causam
periurij.Sed bene valet,si dicit quod si cōtractus
aliter factus fuerit, præsumatur minor dolo in-
ductus,quia tunc potest iuramentum contemni,
propter dolum præsumptum: *extra. de iureiuran-*
*do.cap.cum contingat,*secundum *Ioannem de Platea*
insti.de iure naturali.§.ius autem ciuile. vers. simili-
59 *ter non valet.* ¶ Quæro hic,si negauerim debitum
creditori,an si postea sim conuictus,possim oppo
nere compensationem meo creditori inuito? Dic
quod non:secus si per meam confessionem fuero
cōuictus, secundum *Ludouicum de Roma*,& alle-
gatam *glossam* singularem in *l.nemo ex ijs.ff. de reg.*
iuris.& in *l.finali* in verbo,*coniuncta. C.de compen-*
60 *sat.* De materia † compensationis vide per Ca-
nonistas in *c.bona fides.extra. de depositis.* & *de fide*
instrumentorum c.cum Ioannes: & adde quæ dicā de
61 compensatione infra *eadem,c.ad euitandum.* † De
iuramento paruulorum dic vt notatur in *cap.par-*
uuli.22.q.5. & ibi nota:an iurent de calumnia &
veritate dicenda: & an valeat eorum confessio,
& an ex iure conueniri possit,& an testificentur.
Pone,iuraui me soluturum Titio decem vsq; ad
Pascha, contingit quod post Pascha eligar ad
quandam dignitatem: quilibet potest opponere
de periurio:ergo quilibet teneret edere instrumē
tum solutionis : quod est falsum, quia editio fit
inter contrahentes: *ff. de edendo. l. prætor.* & idem
de testibus;quia cui non teneor edere instrumen-
tum,non teneor edere testes;*ff. de arbitris.l. non ex*
omnibus. alias oporteret infinita instrumenta ha-
bere,vt infinitis edi possent. Qui ergo sentit se
non posse probare, non opponat: vt in *c.circa. de*
elect.lib.6. ita notat *Baldus in l. emfiteotecarijs. C.*
62 *de iure emfiteotico.* Et est sciendum, † quod iura-
mentum adhibitum in promissione tollit excep-
tionem dilatoriam & peremptoriam, secundum
Baldum in l.sciendum.ff.de verborum oblig.& ita vi-
detur,quod debitor cum iuramento nequeat pe-
tere ferias messium & vindemiarum:In textu,*as-*
serat prædictas personas esse,scilicet,magis propin-
63 quas.Quæro, † dicit statutum quod mulier non
possit testari sine consensu propinquorum; vtrū
poterit testari ad pias causas,non habito isto cō-
sensu? Respondeo secundum *Baldum*,quod sic,nā
pia causa est priuilegiata:vnde contra illud pri-
uilegium,quod respicit ipsum Deum, nō potest
fieri statutum:& hoc sentit *Bartolus in l.cunctos po*
64 *pulos.in 5.q.C. de summa Trinitate.* Item † quæro,
dicit statutum quod mulier non possit se obli-
gare sine consensu propinquorum, vtrum pote-
rit offerre bona sua Ecclesiæ? Respondeo quod
sic,siue offerat se & sua, quia est actus spiritualis,
super quo statutum non disponit,nec potest dis-
ponere;vt *l.priuilegia. C. de sacrosan. Ecclesijs.*siue
bona

bona sua. Nam ista est donatio in qua Ecclesiæ sunt priuilegiatę. Vnde non valet statutum contra priuilegium huiusmodi: vt *C. eod. l. vt inter diuinum.* adde tamen quod notatur *ff. de verb. obliga. l. si ita quis. §. ea l.* secūdum *Bald. in l. generali. C. de sacrosanct. Eccles.* Et † per præmissa potest limitari præsens constitutio: quia licet minor viginti annorū moraretur sub potestate alicuius Abbatis, vel Prelati, si faciat donationē Ecclesię illius Abbatis, vel Prælati absq. solemnitate huius c. valet donatio, n. si alias probaretur, quod dolo vi, vel metu coactus & circumuentus donationē huiusmodi fecisset: sed si se & sua offerat Religioni, nō poterit dici deceptus, cū eius conditio melior sit effecta iuxta lecta & notata *extra. de conuer. cōiug. c. dudum in glo.* nota hic arg. Insuper † nota quod est differentia, an statutum dicatur, quod minor, vel mulier non possit contrahere, nisi seruata certa forma. An vero dicat quod nō possit se obligare: de quo tamen dic per *Matthæum in. 176. not.*

67 Vlterius nota, † quod decretum iudicis confirmans contractum operatur quod partes non poterunt cōqueri, quod sunt decepti vltra dimidiā iusti pretij. Et est casus singularissimus in *l. 1. C. de prædijs decurionum non alie. lib. 10.* Vtrum renū-

68 tiatio † facta per filiam bonis paternis & materrnis noceat, si bona ipsa perueniant ad fratrē. Dic quod non per *Gui. de Cug. ff. de transac. l. in partres. §. 1. in glo.* alias est in *l. de his. ff. de transact.* vide ibi *Gui. de Cug.* imo videtur in *vers. & melius in q. pone filiam,* &c. & ibi allega casum *ff. de hæred. in-*

69 *sti. l. liber homo. §. penult. & fin.* Si fiat † renūtiatio per metum, vel nimiam reuerentiam, non valet. de quo notat *Angelus ff. de pigno. l. si locussor. §. pater.*

70 *in 3. not.* Item etiam † preces importunæ æquiparantur metui, secūdū *Innoc. & Bald. extra. de iureiuran. c. petitio.* Item † nota, quod si pater do-

71 nat filio hodie vt bene merito, & merita nō præcesserunt, talis donatio non confirmatur: ita videtur velle *glo. f. fi. ibi, nec postea confir.* in *l. si donationē. C. de collat.* licet olim esset secus: & est ratio, quia præsumitur in fraudem esse facta: item simulata, vide ex ea non quæritur ius etiam confirmationis, quia ex ea non transit possessio etiam ad filiū. textus est singularis in *l. prætor. ff. de aqua pluuia ar.* & non reperitur alibi secundū *Bald.* adde quæ notantur in *Spe. tit. de donat. vers. Item pone aliquis intendit.* Vltimo † nota: quod minor viginti

72 quinque annorum non potest agere per procuratorem, nisi in casibus notatis per *glo. in c. ex parte. extra. de resti. spol.* & adde *c. si annum. de iudi. li. 6.* adde etiam *l. exigendi. C. de procura.* in fine.

De censibus.

SVMMARIVM.

1 *Officialis Regius colligere non potest nec per se, nec suā familiam redditus non Regios. idem nu. 2.*

3 *Pro censu cessato agitur contra possessorem prædij.*

4 *Solutio census an probet dominium. remissiue.*

1 SAncimus, ordinamus, & statuimus, quod nullus Vicarius, &c. Casus. Officialis † Regius alterius quam Regis redditus colligere non potest per se vel familiā ipsius. Hoc dicit. Adde & repete hic quæ dixi supra *collat. 4. in curia 2. Barci. c. 13. Item quod aliquis Vicarius, vel Baiulus,* &c. & in *curia Ilerda c. 9. Item super illo cap.* &c. Nota ergo ꝙ dixi

2 in summario. Item † nota, quod officiales Regij infra districtum eis commissum non possunt recipere procurationem vel commissionem alterius personæ super redditibus, aut alijs iuribus colligendis, exceptis Regijs; super quibus Rex potest libere cuilibet, prout voluerit, potestatem colligendi demandare. Sed licet pro vtilitate publica, quæ de se patet, fuerit ita salubriter statutū, tamē male seruatur, quia non est qui puniat contrafacientes: & hoc est valde imputandum desidiæ inquisitorum tabulæ, qui parum curant de inquisitione generali, & minus curant punire de violatione & non obseruatione constitutionum, vt tenentur, & de his habent onus principale, vt patet sup. *collat. 4. in curia 3. Barci. c. 7. Item ordinamus de consilio,* &c. *vers. Et inquirant & indagent.* vide quæ ibi dixi. *§. ex quinta parte. vers. 3. si seruauerūt,* &c.

3 Et nota, † quod pro cessato censu agitur contra possessorem prædij tributarij, vel pro quo census præstatur: vt *l. cum possessor. §. vlt.* in fine. *ff. de censibus.* & *ff. de publica. l. Imperator.* & notat *glo. in auth. de alie. emph. §. si vero quis de prædictis. collat. 9.* Vtrū

4 solutio census probet dominiū, & possessionem, vel subiectionem, & quid iuris de hac materia, nota *extra. de fide instrum. cap. inter dilectos. & de causa po. & propriet. c. fi.* & *in c. cum Bertoldus. de re iudi.* & *in c. bonæ. de appel.* & *de resti. spol. c. olim. in 1.* & *c. cum venissent.* & *c. cum ad sedem. de censu ignorantia.* vide *extra. de censibus. c. prohibemus.* & *c. peruenit.* & ibi latius per *Antoninum de Butrio.*

De tabellionibus.

SVMMARIVM.

1 *Notarij debent instrumenta, seu testamenta sine imbreuiatura notare largo modo infra duos menses, medietate salarij à contrahentibus inde soluta. reliqua vide in littera.*

2 *Instrumentum cancellatum an probet, traditur sub distinctione.*

3 *Creditor, licet solutum sit debitum, penes se detinet instrumentum debiti, & debet facere debitoribus apocham de soluto.*

4 *Instrumentum debet scribi non per notas, sed extense: & declaratur quid sit scribere per notas, & quid extēse.*

5 *Instrumentum obscuratum non probat.*

6 *Instrumentum abbreuiatum, & non extensum an sit publicandum, & quando, traditur.*

7 *Abbreuiatura extendi potest ad clausulas tātum in instrumentis apponi solitas.*

8 *Notarius errorem suum corrigere potest: quod declaratur distinctione adhibita.*

9 *Instrumenta possunt exemplari ob vetustatem, vel aliā iustam causam.*

10 *Instrumenta exemplata iudicis auctoritate eamdē habent vim cum originali.*

11 *Instrumentum quid sit, remissiue.*

Instru-

A*D occurrendum desidiæ, quæ in notarijs, seu tabellionibus hactenus inoleuit,* &c. Casus. Notarij
1 debent † instrumenta & testamenta sine abbreuiatura largo modo notare infra duos menses, medietate salarij à contrahentibus inde sibi soluta. Hoc dicit breuiter. Et diuiditur in sex partes. In prima dicit, quod dictum est in secũda, ibi: *Si vero dictum instrumentum.* &c. dicitur, ꝙ quãdo instrumentum habet fieri ad cognitionẽ sapiẽtis, vel alicuius personæ, tũc spatium dictorum duorum mensiũ currit, postquã ipsa cognitio fuerit adhibita, & non ante. In tertia parte, ibi: *Et illud idẽ,* &c. dicitur, quod idem est in testamentis, in quibus tamẽ duo menses incipient currere post publicationem & inquisitionẽ factã mortuo testatore, & non ante. In quarta parte, ibi: *Et si forsan,* &c. dicitur, ꝙ si testator in vita sua voluerit testamentũ suũ in nota capibreuij vel libri notularũ redigi seu scribi, tunc notarius id tenebitur facere infra duos mẽses à die ipsius requisitionis per testatorẽ factæ, ipso tamẽ soluente medietatẽ salarij. In quinta parte, ibi, *In locis tamen,* &c. dicitur, ꝙ vbi in aliquo loco est ordinatum, ꝙ notarij habeãt testamenta in capibreuijs redigere, ipsa ordinatio obseruetur. In sexta parte & vltima, ibi: *Et si prædicta, aut prædictorum aliquid,* &c. ponitur pœna priuationis notario contrafacienti. Ex prima parte nota, tabelliones & notarios fore desides in notando, vt hic. Item sunt difficiles in notas exhibendo, sup. *e. c. difficultati.* Sunt tamen faciles & importuni in salaria exigendo, & in eis exigendis nimium excedendo; vt infra *eadem collatione in curia Montissoni. c. cum notarij.* An instru-
2 mentum † cancellatum probet, *Bald. in l. Labeo. ff. de pact.* dicit, quod aut est cancellatum manu notarij, & causa assignata, & non probat: *l. cancellauerat de his quæ in testamento delentur.* aut est cãcellatum manu notarij, alia causa non assignata, & idem. Dicit tamen, quod instrumentum cancellatũ, quia soluit condẽnationem, probat infamiã, quia cancellatio restringitur ad causam cancellationis. Aut reperitur cancellatum penes alium, & nescitur per quem. Et si reperitur penes notariũ, vel eius successorem, præsumitur per notariũ cãcellatũ, & non probat: si reperitur penes aliũ, quo ad ea quę exigunt summariam probationẽ, tamquam vituperatum non facit fidem. *C. de edic. diui Adri. tol. l. 1. §. si autem.* Facit tamẽ qualem qualẽ probationem. Vide *Bal. in d. l. Labeo.* Quis debeat
3 tenere † instrumentum debiti soluto debito? Dic quod creditor: vt notatur in *l. si quis donatarius. ff. de vsuf.* tenetur tamen creditor facere apochã de soluto: vt notat *Bar. in l. qui tabulas. ff. de furtis.* In
4 tex. ibi, *per verbũ,* &c. nota, † quod instrumentum scribi debet non per notas, sed extense. Et per notas dicitur scribi, quãdo vna littera ponitur pro syllaba: de quo nota in *1. consti. ff. §. Illud antẽ.* Et sic debet instrumentũ scribi litteris claris & intelligibilibus, sine subauditu, & litteris linguæ vsitatæ in loco: *ff. de institoria. l. sed & si pupillus. §. de*
5 *quo palam.* vbi etiã nota, ꝙ † instrumentum obscuratum non probat. Et de hoc, &c. vide notata per *Bal. in l. Gallus. ff. de lib. & posth.* Item vide in *l. Itẽ veniunt.*

veniunt.§.petitam autē hereditatem.ff.de peti. haredi.
vide etiam in Spec.ti.de instrumentorū edi. §.ostenso.
vers.quid si abbreuiatura. vbi quærit Gui. quid sit
abbreuiatura: sic inueniatur abbreuiatura, quod
nescitur quid dicere velit: & respondet, ꝙ si cō-
6 tractus † erat celebratus, in scriptis non poterit
publicari: vt patet per notata in Summa Hostien.
eod.tit.§.quid de contractibus.& per Ioan. Fab.instit.
de emp. & vendi. §. in ijs. & C. de fide instrument.
l.contractus.vel si per scripturā præcedentem, vel
subsequentem, vel per aliam eadem manu confe-
ctā à simili, vel eodem contractu potest fieri fides,
bene poterit publicari: arg.ff. de leg.1.l.si ser. plu-
rium.§.si numerus nummorum.ff.de fundo instructo. l.
cū de lanionis. §.asinā. & de pig.actio.l. vniuersorū.&
de vsuris.qui semisses.Cętera enim, quę ibi deficiūt,
quæ continentur sub &c.vel sub alijs signis cum
his præsumptionibus, iudicis auctoritate supple-
buntur: vt ff.quod cum fal.tu.ac.l.2.§.2. & in auth.
vt factum filij.§.illud quoque.col.9. Idē est etiam, si
id quod deficit, per testes, vel per confessionem
aduersarij probari possit: puta, quia cohærentiæ
deficiūt, vel aliquid tale factū, ergo non potest iu
dex supplere, quod nequit diuinare: extra. vt Ec.
benef.c.vt nostrū.sed ius supplere potest, cuius est
minister: & hoc est contra illud ꝙ dicitur, factū
nō est iudicis, sed ius: ff. ad municipales.l. ordine. §.
durioribus.2.q.3.§.notandū. Et quid rasura in nar-
ratione iuris, & non facti obest: extra.de fide instru
7 mētorū.c.ex litteris.Quid † ergo si in abbreuiatura
continetur, & renūtiauit, &c.quid ponet notarius?
Resp. ea sola, quæ in instrumentis cōsueuerūt ap-
poni, siue sit ipse idem notarius, qui rogationem
scripsit, siue rogatus: iura enim quandoque ponūt
similes abbreuiaturas: ff. de peti.haredi.l.Itē veniūt.
§.petitam autē.ff.de lib.& post.l.si alius. in prin.c.§.
nunc de lege.& vers.Item credendum est.ff.de nautico
fœnore.l.periculi.ff.de euic.l.si ita quid.extra.de re iu-
dic.c.ad Apostolicā.lib.6. & facit C.de ve.iur.enuc.
l.1.§.Sed hoc studiosum. Nota, quod notarius po-
8 test † suum errorē corrigere, quod dicit Bart. ve-
rum, si fiat auctoritate iudicis, alias etiā tenebitur
parti, quā ex omissione læserit. vide per eū in l.si
Imperator Titus.ff.de sta.ho. sed vbi error est noto-
rius, dicit Bal. ꝙ notarius potest auctoritate pro-
pria corrigere errorē suū; quia notarij æquiparā-
tur sententiæ, & quia ipse est ordinarius in officio
suo, & hoc quādo concordat cū protocollo, & da-
to ꝙ esset necessariū iudicis mandatū, credit Bal.
ꝙ hoc possit mandare, vt corrigat nemine citato,
quia hic punctus est iuris, & non facti: & dicit ꝙ
hoc tenet Cyn.de adop.l.cum ita diuus.alleg.nota per
Innoc.extra.de consue.c.cū inter.glos.fi.vide Bal.in d.
l. Imperator.& Ant.in Spica.vers.instrumentū. Item
9 etiā † nota, ꝙ propter vetustatē, vel aliam iustam
causam possunt instrumenta exemplari, siue re-
nouari: vt extra.de fide instrum.c.fi. cū suis cōcord.
& potest esse iusta causa, si perdita sint. vt §.postquā
præm.& arg.extra.de conuer.coniug.c.dudum.Et iu-
10 dicis † ordinarij, vel delegati ab ipso auctorita-
te exemplata eādem vim habent cū originali: vt
extra.de fide instrum.c.penult.& fi. secundū Guil. in
Spe.vbi sup. In textu, ibi, instrumentum: quid † sit
11 instrumentū, † & quid documentū, & quid mu-
nimentum, notat glos.& Gui. in c. si quis. de cleri-
12 cis.12.q.2. Item † vtrū valeat instrumentū in pa
pyro scriptū, vide per Hostien. ext.de confir.vti.vel
inuti. c.cū dilecta.& in Spec.de instrum.edit.§.postre-
mo.vers.idem quod est scriptū.& extra.de proba.c. 1.
13 Vtrum † instrumentū debeat tradi debitori sol-
uenti, vide in l.dissoluta.C.de condi.ex l.per Gui.de
Cug.& alios Doct.& per Bart.in l.qui tabulas.ff.de
14 furtis. Item † quis teneatur soluere salarium no-
tario pro instrumento, notat Gui.vbi sup.& adde
quæ scripsi sup.col.4.curia 2.Barci.c.19.Item quod
15 quilibet not. Nota † vlterius, quod per restitutio-
nē instrumenti præsumitur res liberata â debito;
quod tamen dic vt notat glos.& Ant.de But.extra,
vt lit.pen. c. Ecclesia S.Mariæ.adde quæ not.inf.e.c.
16 ad excludendum. Sed si † instrumentū cancellatū
reperiatur penes debitorē, an præsumatur debi-
tor liberatus? Dic quod sic, nisi debitor esset fami
liaris creditoris, tunc enim haberet probare resti-
tutionē instrumenti: de hoc tamen dic latius per
glos.& Doct. ff.de pact.l. Labeo.& l.seq. & ff.de prob.
l.si chirographū.& per Henricū Bosch in c.vlt.ext. de
solut.& per glos.& Gui.in cap. si forte.76.dist.& per
Bart.in l.fullo.§.qui tabulas.ff.de furt.& per Ant.de
But.in c.penult.vt lit.pen.Item adde quæ notat Ioā.
de Imo. in Clem.1.de procur. in 3.not. Vtrum autē
17 credatur † instrumento de alio facienti mentio-
nē, vide C.de eden.auth.si quis in aliquo.& quæ not.
Gui.in Rosar.dist.19.c.si Romanorū.vers.itaque nihil
interest.& C.de contra morem.& adde quæ dicā inf.
e.c.ad excludendū.in fin.tex.vers.nota ꝙ exemplum.
18 Item † an præsumatur fore notariū illū qui clau
sit instrumentū, vide notata per Io. de Imo. in Cle.
1.de procur.vers.quid etiam si reuocetur in dubiū. &
per Bart.& Bal.in auth.quas actiones.& Innoc.in cap.
19 Veniens.de verb.sig. Nota † tamen, quod iudex po-
test prefigere terminum parti, infra quē producat
instrumenta, quibus vsura est, alias quod amodo
illis nō possit vti: vt notat Gui.de Suda. in allega.
20 auth. si quis in aliquo. Item nota, † quod per instru
mentū locationis non probatur possessio: vt ext.
de fide instrum.c.dilecto.de quo vide per Bart.ff.de
adqui.pos.l.qui vniuersas. Item nota, quod non dici
21 tur † instrumentum de falso redargui, si nō redar
guitur tenor instrumenti; sed est præsumptio ta-
cita. vt notatur ff.de pact.l.iur.gentiū.§.quod fere.li-
22 cet † præsumptio pro liquida charta habeatur:
C.de periculo tut.l.penult. de apo. pub.l.qui tantū. vi-
de Innoc.& Bal.ext. de hæreticis. c.fraternitatis. De
instrumentis confessionatis vide Bal.super Innoc.
de san.ex c.nouerint. In tex. ibi, ad cognitionem sa-
pientis, de hoc vide per Bar.in l.ex ea parte.in prin.
ff.de verb.oblig.& ff. de hæredi.insti. l.in illa.Sed illa
23 clausula † quid operetur; dic quod poterit adde
re ad confirmationem rei gestæ, substātia nō mu-
tata: de quo vide in spe.tit.de instrum.edit.§. instru-
mentum.

mentum.§.vers. quid si à contrahentibus: & latius per *Bal.C.de verb.signif.l.finali.* Item nota, quod iste sapiens poterit consulere, vt adijciatur pœna, sicut lex consulit: vt *l. pacto.ff.de transact.*& ibi hoc notat *Ang.*& *glos.in l.ea parte.* in prin.*ff. de verb.oblig.* & de potestate istius consultoris nota per *Bar. in l.illa constitutio.ff.de hæred. instit.* allega. Sed an, &
24 quando † valeat contractus collatus in voluntate alterius contrahentiũ, vide per *Iac. de Aren.*& *Albert.de Rosat.ff.de verb.oblig.l.stipulatio non valet.*
25 Qualis intelligatur † cautio, quãdo dicitur, *caveas ad sensum sapientis*, vel idonee, vide *glos.in l. dic.§.fi.* alias *in l.mandata.§.Paulus.ff. mandati.* Itẽ nota, ꝙ
26 instrumẽta † habent paratã executionẽ, sicut sententia, quãdo debitor defert iuramentũ creditori ꝙ iuret eũ sibi teneri in centũ. Nã si ita iurauerit creditor, hoc iuramentum habet paratam executionẽ: vt *l.post rem.ff. de re iudi.*& *l.non erit. §.dato. ff.de iureiur.*& idẽ si creditor deferat debitori, qui iuret se debitorẽ esse, vt notat *Matasal.in 21.not.*
27 In tex.ibi, *in testamento*, nota, † ꝙ generalis potestas de soluẽdo datã in testamento, intelligitur de debito quod exigi possit, vt notat *Bar.ff.ne vis fiat ei qui in poss.mis.est.l.1.§.hæc verba.* vide *l.si is cui*
28 *§.fi.ff. de solut.* Itẽ nota, † ꝙ hæres soluendo creditoribus hæreditarijs simpliciter ex hoc videtur adire hęreditatẽ ꝙ est mirabile, cũ hoc fieri possit citra ius & nomen hæredis, cũ quilibet possit soluere debitum alienũ: *l.soluendo.ff.de neg.gest.* & de hoc est tex. singularis in *l.2. C.de iure deli.* vbi *Bart.* hoc multũ notat, secundũ *Matasala.in 26.no.*
29 Itẽ *in 35.not.* Quod † si in instrumento procurationis dicatur Petrus hæres Ioannis fratris sui, vt dicit & asseruit, fecit talẽ procurationẽ ad lites, siue simpliciter dicatur, talis hæres facit talẽ procuratorẽ ad lites: illa verba enũciatiua plene probant talẽ esse hæredẽ talis; vt singulariter ponit *Bart.in l.gerit.ff.de adqui.hæred.* secundũ *Matasal.* Quod intelligo verũ in præiudiciũ asserentis se
30 hæredẽ, † alias secus, nisi probaretur hæres ex testamẽto, vel ꝙ esset filius, vel alias proximior in gradu illius, cuius esset hęres ab intestato. De illo
31 qui consentit testamento alterius, vide per *Bald. in l.quotiens.de fideicom.* Quãdo testator mãdat
32 debita † sua persolui, an videatur mãdasse de debito naturali tantũ? Dic quod sic, secus si inter viuos hoc mãdasset: & idẽ de debito præscripto. vide *Bal.in l.etsi inutiliter.C.de fideicõ.* & idem tenet *Tanc.de Corne.in quæst.suis.Rub.circa vltimas volũtates.post 10.q.* & hoc per *l.quibus diebus.§.dns ser-*
33 *uo.ff.de condi.& de.* Debitũ † iuratũ nõ potest pręscribi: vt *extra.de præscrip.c. si diligenti.*& ibi nota per *Henric.*& alios. Item nota, quod hæres, si est
34 filius, † & tangit aliquid de hęreditate, videtur adire, nisi protestetur expresse. vt *l.pro hærede.ff.de adqui.hæredi.* vide notata in *l.1.C.si vt ab hæredi. se absti.* Fallit quãdo tangit ratione funeris: vt *ff. de reli.& sump.fun.l.scripsit.* & *l.at si quis. §.plerique.*
35 vide ibi. Item hæres suus, si † postquam de hæreditate vel prouisione eius cõsumpsit aliquid, se abstinet per restitutionẽ in integrũ nõ tenetur id restituere: secus si fuerit hæres extraneus, vt late notat *Cyn.* secundũ *Iac.de Aren. in auth.si omnes.C.*
36 *si vt ab hæredi.se abstineat.* Itẽ † hæres assessoris tenetur stare ad syndicatũ. Casus est singularis iuxta *Ang.in l.4.* in *fi.ff.de dam.infec.* Sed regulariter de iure ciuili non tenetur ex delicto defuncti, secus de iure canonico: vt legitur & notatur *extra. de sepul.c.vlt.* dic vt ibi. Itẽ in quibus casibus hæ-
37 res conueniatur † in solidũ, & nõ pro hæreditaria portione, vide *glos.not.in l.2.C.de hæred.ac.* Sed
38 an † hæres præsumatur scire testamentũ, vel etiã codicillos, vide *Bar.in l.qui Romæ.§.duos.ff.de ver.*
39 *obli.* Priuata † dispositio testatoris nõ potest generalẽ constitutionem canonis immutare: vt *ext. de test.requisit.* vide ibi *Henric.in 2. dist.* Itẽ in te-
40 stamentis † de iure canonico sufficiũt duo testes: vt *extra.de testa.c.cũ esses.* vbi de hoc per *Anton.de But.* licet secundum leges requirantur septem, vel
41 quinque testes, vt dixi sup. Sed † si aliquis cõsentit testamento illius, qui non poterat alienare, videtur venditionẽ illius confirmare: vt notat *Bal. in l.quotiens.C.de fideicõ.* In tex. ibi, *per sententiam*,
42 quando † dicatur pœna imponi ipso iure, vel per sententiam, vide *Matasala. in 110.& 114. not.* & vide *glos.in auth.de incestis nup.col.3.* & dic vt not. *ext. de hæret. c.cũ secundum.lib.6.* & vide quæ dicã infra *e.c.hac nostra.* super verbo, *careat.* Vltimo no-
42 ta, ꝙ † abbreuiatura scedæ, siue apprisiæ instrumẽti debet per notarium vulgariter legi partibus, & per extensum. *glo.* est in *l.fideicommissa.§.1.ff. de legatis tertio.* & non reperitur alibi, secundũ *Bald.*

De officio carcerarij.

SVMMARIVM.

1 *Commentariensis pro locandis pannis, lectis, & alijs rebus exigere potest solum quod per officialẽ capti fuerit taxatum, pœna hic contenta.*

2 *Captus à curia, & missus in carceres, ab illis exire non potest sine licentia curiæ.*

CAEterũ confirmantes, &c. Casus. Carcerarius.
1 pro † locatione pannorum, lectorũ, vel aliarũ rerum non potest exigere nisi mercedẽ arbitrio officialis, de cuius mandato captus detinetur in carcere; alias priuatus ab officio in perpetuũ tenebitur ad reddendum illi capto id quod vltra conuictus fuerit recepisse. Hoc dicit. Adde tamẽ, & repete hic quæ dixi supra *col.4. in curia Gerũdæ c.23. Item statuimus.& etiam ordinamus, quod carce-*
2 *rarij vicariorũ*, &c. Et nota, † quod captus à curia & missus in captionẽ per instantiam, non debet ab ea exire sine licentia curię. alias punitur pœna triginta solidorũ, quos curiæ dabit, nisi mori timuerit: reuersus in captionem, emendabit culpã, quã habuit, prout curia iudicabit, vt in *vsa. Barc. c.captus.* vide & adde quæ ibi notat *Iac. de Calic.* & quę notantur per *Doct.ff.de custod.re.exhi. reor. l.in cos.*& *ff.de exhi actionibus. l.1.*

De inquisitione.

SVMMARIVM.

1 *Inquiri potest contra Iudæos ad instantiam partis priuatæ*

nata ad emendam sui iuris, non obstante remissione de crimine.

2 *Iudex an & quando exercere possit officiũ siue proprio motu, siue ad partis instantiam. remissiue.*

3 *Episcopus potest procedere per viam inquisitionis cõtra tenentes bona distribuenda pauperibus, & in alias pias causas.*

4 *Iudex fauore pupilli inquirit ex officio remouendo tutorem suspectum.*

5 *Inquisitio pro vtilitate priuata ex officio regulariter non admittitur, sed secus pro vtilitate publica. nu.6.*

7 *Inquisitio pro vsuris admittitur.*

8 *Inquisitio ex officio admittenda pro libertate ancillæ contra pactum prostitutæ.*

9 *Officium iudicis est mala prohibere, inquirendo etiam de eis sine accusatore.*

10 *Iudex ex officio procedere potest in causis miserabiliũ personarum.*

11 *Debitor publicus manifeste conuictus non appellat, sed contra eum fit executio, appellatione remota.*

12 *Inquisitio quotuplex.*

VOlumus, & concedimus, quod non obstante, &c.
1 Casus. Potest † contra Iudæos inquiri ad instantiam partis priuatæ ad emendã sui iuris, non obstãte remissione de crimine facta in qua tamen debet seruari constitutio Regis Iacobi II. supra *collat.4. in curia 1. Barcin.c.9. Item quod nos, vel officiales nostri,* &c. vbi dicitur, quod satisfiat, vel satisdetur idonee parti læsæ, priusquam curia aliquid recipiat, & consumatur. infra *ead. coll. in curia Montisson. c. nos, & primogenitus,* &c. & adde quę in eisdẽ capitulis dixi: & sup. *ead. c. insuper.* Qua-
2 liter autem, † & quando iudex possit exercere officium suum, siue proprio motu, siue ad partis instantiam, vide per *Henric. Boich extra. de offi. iudi. c.1. in 1. not.1.* & *gl. 2.q.7. c. alieni.* & in 1. *par-*
3 *te spec. tit. de offi. iudi.* Vltimo sciendum, † quod Episcopus potest procedere inquirendo cõtra tenentes bona, quæ debet distribui pauperibus, vel in alias pias causas, & etiam ad vtilitatem fisci in causa ciuili: & est tex. singularis in *l. si vacantia. C. de bon. vac. lib.* 10. secundum *Bald.* Item fauorem &
4 vtilitatem † pupilli iudex ex officio inquirit & remouet tutorem, quem liquet suspectũ euidentissimis argumentis: vt *ff. de suspec. tut. l. tutor quoque. §. præterea videndum.* & *insti. eod. tit. §. si antequã.* Item adde sup. *collat.4. curia Illerdæ c.2.* secus est in priuatis regulariter, quia intentatis actionibus agendum est, vt dixi sup. *collat.2. in 2. curia Barcin. cap.27. Item quod nos, vel officiales nostri,* &c. super
5 verbo, *sine causa cognitione,* &c. quia † regulariter ad vtilitatem priuatorum non inquiritur, nisi in casu *l.1. §. deque pœna.* alias est *§. sciendum. ff. de suspec. tut.* & notat *Bart. in l. si vacantia. C. de bonis vac. lib.10.* vide *Io. de Platea in l. omnes. eod. tit. & lib.* sed
6 bene † pro vtilitate publica potest inquiri etiã in ciuilibus: vt *ff. de custo. re. l. si quis reum.* & vide *Innoc. extra. de iureiur. c. ad nostram.* 3. & per *Henricũ Boich in c.1. de offi. ordi.* Et latius per *Gui. in spec. in 3. parte. tit. de inquisitione. §. quando autem.* vide etiã, & adde quæ notat *Bart. in l. iam tamen. §. si plures.*
7 *ff. iudi. solu.* Itẽ † inquiritur pro vsuris: de quo per
8 *Io. de Imola in Cle. eos. de vsuris.* Item † iudex debet ex officio tueri libertatem ancillæ contra pactũ prostitutæ, & de hoc inquirere ex officio mero: vt *l. mulierem. C. si serui ita ve. ne prosti.* & idẽ est vbicumque est causa pia, vel miserabiliũ personarũ: vt ibi notat *Cyn.* & *Inno.* in alleg. *c. ad nostram. in 3. de iureiur.* alias non proceditur regulariter per inquisitionem, nisi propter magnũ scandalum vitandum, vel deferente fama. Et nota iudicis officium
9 esse, † mala prohibere, & de eis inquirere, etiã sine accusatore, secundum *Ni. de Maccarel. in l.1. in fin. C. de monopol.* & secundũ *Bald. l. mulierẽ.* alleg.
10 Item iudex † ex officio potest procedere in causis miserabilium: vt *l. mulierẽ. C. si man. ita fu. alie. ne prosti.* & ibi *Cyn.* & *Bald.* & dixi sup. constit. Regis
11 Ferdin. *c. ne ex beneficio.* Vlterius † nota, quod publicus debitor manifeste cõuictus non appellat: sed fit executio appellatione reiecta: vt *C. quorum appel. non recip. l. abstinendum:* & *l. & publicarum functionum.* vide & adde quæ dixi sup. *col.4. in 2. curia Barcin. c.21. Item quod omnis firma,* &c. adde quæ dicam infra *ead. collat. c. volumus etiam.* iudices enim oportet inquirere debitores fiscales: vt *l. missi. C. de exac. tribu. lib.* 10. & vide quæ dixi sup. *collat.5.*
12 *c.16. Item quod in executionibus.* Item † nota, quod inquisitio quandoque est iussa, quãdoque permissa, quandoque prohibita. Primo casu scientia, & fama, & iussus habentur pro promotore. Secũdo casu, nisi sit promotor, non inquirit iudex. Tertio casu non teneret inquisitio, secundum *Bart.* quem vide in *l. solet. ff. vbi pu. edu. debet.*

De elongamentis & supersedimentis.

SVMMARIVM.

1 *Elongamento prohibito prohibitum censetur supersedimentum, & ratio traditur nu.2.*

3 *Omnes de consilio ciuitatis sunt vocandi pro condenda lege.*

4 *Lex an recipiat interpretationem extensiuã. remissiue.*

5 *Leges contrariæ destruuntur.*

6 *Lex corrigens vnum ex correlatiuis, videtur corrigere & aliud.*

7 *Deficiente canone recurritur ad ius ciuile.*

8 *Constitutio & lex quid. remissiue.*

9 *Supersedimentum est elongamentum, sed aliqua differentia inter dictas dictiones reperitur nu.10.*

10 *Verba interpretanda sunt secundum intentionem, & non e contra.*

11 *Lex non est trahenda ad iniquum sensum.*

12 *Constitutiones incipiunt ligare subditos post duos menses, postquam fuerint publicatæ, nisi aliter in eis exprimatur. nu.13.*

14 *Constitutio non est necesse vt singulorum auribus inculcetur, cum sufficiat publice recitari.*

15 *Probabilis ignorantia excusat à pœna legis.*

16 *Decretalis quando liget, & dicatur ad notitiam peruenire. remissiue.*

CVm quælibet constitutio, seu lex imponi debeat rebus, & non verbis, ordinamus, &c. Casus. † Vbi
1

prohibetur elongamentum, est prohibitũ supersedimentũ. Hoc dicit. Ratio est in text. ne videa-
2 tur † lex imposita verbis tantũ, vt dicitur hic in prin. & *C. commun. de legatis l. 2. in fi.* adde notata inf. in *curia Regis Martini §. Item Senyor quels can-*
3 *cellers.* Item nota, † quod in lege condenda debẽt vocari omnes, quorum consilio ciuitas debet regi, sic quod licet adesset maior pars ciuitatis, dũ tamẽ fiat absentibus sapientibus, non valeret statutũ, quia sapiẽtes potuissent alios trahere ad suã sententiam, secundũ *Iac. de Aren. in glos. l. 1. ff. de leg. b.* ꝙ nota contra modernos, qui vitant sapientes
4 à consilijs ciuitatũ & locorũ. Sed an † lex recipiat interpretationẽ extensiuã, vide per *Bart.* & *Bal. in l. non dubium, C. de legibus.* Debet tamen lex ista intelligi, vt sit lata in casu dubij, iuxta *Cyn. in l. siqui-*
5 *dem. C. de excep.* Item nota, quod † leges cõtrariæ
6 destruũtur: vt notatur *25. q. 2. c. si ea.* Item † nota, ꝙ lex corrigẽs vnũ ex correlatiuis, videtur aliud corrigere: vt *l. 1. in fi. C. de adió. dimi Adr. sol.* quod
7 nota, & non est alibi, secundũ *Bald.* Vlterius † nota, ꝙ ad leges ciuiles recurritur, cũ deficit decretalis: *extra. de elec. c. cum dilectus.* & à cõtrario arg. leges non dedignantur sacros canones imitari: vt in *auth. vt clerici apud prop. Episc. §. fi. col. 6.* nota per *Iac. tit. de causis ex quib. vassal.* & nota *in c. vlt. de nouo. ope. nunt.* adde notata in *vsat. iudicia curia.* Quid sit
8 constitutio, & quid lex, vide in *1. dist. d. o. lex.* & *in constit.* & quasi per tot. & adde quæ dixi sup. *c. c. 1.* & melius inf. *col. 8. c. Item senyor quels canc.* & inf. *col. 9. c. per tal que les leys,* & inf. *col. 10. c. assats es cosa ridiculosa.* & inf. *col. 11. c. vlt.* Item nota, ꝙ super-
9 sedimentum † est elongamentũ: & vbi vnũ est prohibitum, sic & reliquũ, cum sit vtrobique eadem ratio: vt hic habes, & *extra. de procur. c. petitio.* vbi de hoc notatur in *glos. sic patet quod quando verba,*
10 &c. Potest tamẽ † aliqua notari differentia, quia elongamentũ non potest reuocari durante termino, pro quo est cõcessum: sed supersedimentũ potest reuocari quandocũque placuerit ei qui illud concessit: & hoc faciebat dubiũ in hac constit. nõ enim per omnia sunt idem, alias cur diuersis nominibus nuncuparentur? *l. fi. item. C. de codicil.* Sed quia supersedimentũ habet vim elongamenti, licet reuocabilis ad nutũ, tamen quamdiu durat, habet effectũ elongamenti: vbi ergo prohibitum est cõcedi elongamentũ, nõ debet concedi supersedimentũ, ne per vnã viã concedatur, quod alia via prohibetur vt sup. *ead. c. cũ non debeat.* & *extra. de procur. c. tua.* & *de reg. iur. c. cũ quid vna via. lib. 6.* cũ
11 suis concor. Et † verba potius debent seruire intentioni, quã econtra: *extra. de verb. sign. c. intelligentia.* & *1. q. 1. c. Marcion.* Possunt tamen quãdoque trahi ad extraneum intellectũ, vbi aliter res salua esse non potest: vt notatur in alleg. *c. intelligentia.* & hoc vt res magis valeat quã pereat: *ext. de verb. signif. c. Abbatem.* & *ff. de reb. dub. l. quotiens.* cũ
11 simi. Itẽ † lex non est trahenda ad iniquum sen-
12 sum: vt *l. penul. ff. ad exhi.* Vltimo nota † hic, ꝙ constitutiones incipiunt ligare & arctare subiectos post duos mẽses, postquã fuerint publicatæ: vt in *auth. vt facta noua constitu. in Rub.* & in textu *col. 5.* & *extr. ne cleri. vel mo. c. vlt.* ante hoc tempus non ligat: vt *extra. de consti. c. cognoscentes. 82. dist.*
13 *proposuisti.* nisi † aliter in constitutione exprimatur: vt in *ext. ad reprimendum.* & ibi *Bartolus* super verbo, *ex nunc.* Sed post dictum tẽpus bene ligantur, & puniuntur contrafacientes: vt *extra. de con-*
14 *sti. c. 2.* & *c. fi.* Nec est † necesse, quod constitutio singulorum auribus inculcetur, sed sufficit publice recitari: vt *extra. de postu. præla. c. 1.* & *16. dist. c. quod dicitis.* vbi de hoc per *glos.* & *Guil.* Si tamen
15 probaret quis † extra prouinciam se fuisse, vel alias impeditum tempore publicationis, tũc excusaretur propter probabilẽ ignorantiã: vt notatur in præalleg. *c. cognoscentes.* Quod de constitutionibus tam Principũ, quã aliorum sane dici potest. arg. *extra. qui ma. ac. po. c. cũ in tua.* & *extr. de test. ex tenore.* sic intelligo *l. fin. ff. de decretis ab ordi. fisci.* secundum *Ioan. in Summa. de consti. §. incipit.* adde quę not. *4. dist. §. leges.* & quæ dixi sup. *col. 4. in 1. curia Bar. c. 30. Item quod si homines nostri.* & vide quæ notat *Roff. in libel. iuris ciuilis. tit. si quis iu-*
16 *di. non ob. Item & illud quod,* &c. Quando † autẽ decretalis, vel decretum liget, & dicatur ad notitiam peruenire, notat latius *Gui. 19. dist. §. 1. in addi. Hanc sententiam hic sequitur,* &c.

De fictitijs commandis.

S V M M A R I V M.

1 *Commanda facta per Iudæum Christiano, & econuerso præsumuntur simulata, & sic pro talibus persona capi non potest. Fallit si fuerit commanda ratione mercium & negotiationis, & ratio traditur num. 3.*
2 *Commanda pura est, in qua nec dies, nec iuramentũ, nec fideiussor reperitur.*
4 *Simulationes in contractibus sunt vitandæ.*
5 *Veritas in contractibus semper attenditur.*
6 *Fraus in contractibus adhibetur multis modis, remissiue.*
7 *In fraudem facta non valent.*
8 *Occasio mali est euitanda.*
9 *Conuersatio & vita debet esse separata inter Christianos & Iudæos.*
10 *Conuersatio mala indicium est malæ operationis.*
11 *Contractus Iudæi præsumitur vsurarius.*
12 *Præsumptiones duæ faciunt probationem in ciuilibus.*
13 *Fraus præsumitur aliquando ex breuitate temporis.*
14 *Fraus præsumitur, si venditor, post contractũ reperiatur possidere rem, quam alienauit.*
15 *Depositi actio quando intentanda, traditur.*
16 *Sequestratio regulariter est prohibita, permittitur tamen in aliquibus casibus. remissiue.*
17 *Sequestratio releuatur satisdatione.*
18 *Descriptio bonorum mobilium permittitur, ne pereãt.*
19 *Sequestratio fieri debet cum causa cognitione.*
20 *Deperditis litteris cãby in itinere possum pecuniã depositam pro cambio repetere, non obstante quod dictas litteras cambij restituere non possim, dũmodo liberẽ mercatorem ab ipsis litteris cum instrumento.*
21 *Depositum habet promptam executionem, declaratur num. 22.*

Domi-

23 *Dominiū vtile quando quæratur immediate creditori.*
24 *Obligatus ad pecuniam mutuam, si post depositum factum, dicta pecunia recuperat depositum, reincidit in pristinam obligationem.*
25 *Depositario effecto non soluendo, non tenetur qui suam portatā accepit, cōmunicare cū cæteris creditoribus.*
26 *Compensatio est contributio debiti & crediti adinuicē.*
27 *Compensatio dicitur de liquido ad liquidum.*
28 *Differentia inter compensationem & deductionem.*
29 *Cōpensatio in quibus rebus admittatur. & n.31. remis.*
30 *Cōpensatio aliquando etiam in delictis admittitur.*
32 *Compensatione in modum exceptionis opposita reiecta, an possit rursus ea principaliter per viam actionis intentari, traditur sub distinctione.*
33 *Debitor legando creditori an videatur animo compensandi legasse, traditur sub distinctione.*
34 *Compensatio in quibus casibus cesset, traditur.*
35 *Iuramentum est seruandum in sui forma.*
36 *Compensatio fit ipso iure. Limitatur ibidem.*
37 *Excommunicatus an possit compensare. remissiue.*
38 *Cōpensatio an admittatur cōtra iuramētū. remissiue.*
39 *Præsumptio inducitur ex conditione personæ.*
40 *Fictio iuris idem est quod præsumptio iuris, cōtra quā non admittitur probatio in contrariū. Limita. n.41.*
42 *Fictio iuris cadere potest in decem prædicamentis.*
43 *Fictio quid sit, quot sint eius species, & an veritati præferatur. remissiue.*
44 *Possessio an transeat ex contractu simulato, traditur.*
45 *Fictio & simulatio contra instrumentum qualiter probetur. remissiue.*
46 *Collusio & fictio probatur per coniecturas.*
47 *Fictio in eo quod possit esse licita, differt à simulatione.*
48 *Cessio vbi est simulata, agere non potest cessionarius vt simplex procurator. & ratio traditur nu.49.*
50 *Fictio non procedit super impossibili.*
51 *Alienatio omnium bonorum suorum per libertū, præsumitur fraudulenta.*
52 *Causa requiritur in liberatione facta per procuratorē sicuti in cessione.*
53 *Dispositio facta in casu vero, non habet locum in casu ficto.*
54 *Depositum & sequestrum differunt. remissiue.*

AD euitandum occasionem faciendi commandas fictitias, &c. Casus. Cōmandæ † factæ per Iu-
1 dæū Christiano, vel econuerso præsumuntur fictitiæ: ideo pro talibus non habet locū personæ captio, nisi fuerit commanda ratione mercādi. Hoc dicit. De materia huius dixi sup. *collat. 2. c. 29. Itē quod nullus miles.* & supra *collat. 3. c. 25. Item ordinamus & statuimus, quod aliqui homines.* & supra *col. 4. in 1. curia Barcinona c. 34. Item quod aliquis homo non capiatur.* & in *curia Gerundæ cap. 5. Item statui-*
2 *mus quod capitulum factum*, &c. vbi declaratur, † q̄ commanda dicitur pura, in qua videlicet non est terminus, vel iuramentum, vel fideiussor, & q̄ pro tali pura commanda habet locum personæ captio. Repete hic quæ ibi dixi. Ratio † est, quia ficta
3 & falsa commanda non est commanda, sicut falsa iustitia non est iustitia. 23. q. 4. *c. est iniusta.* & sicut falsus denarius non est denarius: vt *ff. de pigno. act.* eleganter *§. qui reprobos.* nec falsus tutor est tutor: *ff. de verb. signi. l. Paulus.* Itē adde notata per *Amatasal. 6. not.* Et nota hic † fictiones & simulationes
4 fore vitandas in contractibus. de quo vide no ata in *c. ex parte scabinorum. extra de alie. mu. iudi. ca. fi.* & *C. plus valere quod agitur.* per totum. veritas
5 enim, † & non simulatio attenditur in contractibus, nisi iuris dispositio repugnet, vt ibi, & in c. Item in simulatione adhibita de persona in personam præualet veritas: vt *C. eod. l. acta.* Item in simulatione de contractu in contractum præualeț
6 veritas: vt *C. eod. l. 3. & 4.* adhibetur † enim nullis modis fraus in cōtractibus. de quibus vide per
7 *glos. in c. plerique. 14. q. 3.* Et est hic arg. † quod nō valent quæ in fraudē fiūt. vt *C. de iure fisci. l.* [illegible] 10. & ibi nota. & *ff. quæ in frau. creditorum.* per tot.
8 In tex. ibi, *occasionem*, nota † quod non solū fraus, & aliud malū debet vitari, sed etiā occasio mali vitanda est: vt hic, & *extra. de vita & honest. cleric. c.* [illegible] *ab omni specie mali.* In text. ibi, *inter subscriptas personas*, scilicet. inter Iudæos & Christianos, † quorū
9 vita & conuersatio debet esse separata neduū à cohabitatione: vt sup. *col. 1. curiæ Barc. c. 6.* sed etiam contrahendo: vt hic: quia nec coutūtur Samaritanis Iudæi, vt habetur in Euang. *Ioan. 4. c.* ex quo etiā nota, quod ex cōuersatione & contractu cum Iudæis & prauis præsumitur contra aliquē Christianū. vt hic, & infra *e.* vbi dicitur, cum ex cōditione dictarū personarū dictā commandā reputemus & fingamus fictitiā, & nō verā. ait propheta: *Cū sancto sanctus eris, & cū peruerso peruerteris*, &c. Item *Apost. 2. Cor. 6. Quæ cōuentio Christi ad Belial?* & *Poeta: Elige sanctorum consortia, non reproborum.* & *in Proœmio Catonis: Cum bonis ambula.* Nā mala
10 conuersatio † malæ operationis est indiciū: *ff. de admi. tu. l. si plures. §. si duæ.* & ex mala conuersatione bonus efficitur malus & vitiosus: vt *ff. de adil. edicto. l. adiles. 1. Rub. §. hoc autem.* Et ait Philosophus: *Qualiumcumque vilium consortium demostratur.* ad hoc facit *extr. de sta. mo. c. recolentes.* & faciūt hæc pro iudicibus ad quæstionandum aliquē. adde *inf. e. c. ordinamus.* Item nota hic, contractū ha-
11 bitum † cum Iudęo præsumi vsurarium; vt sup. *col. 1. curia Barci. c. 1.* & *ead. col. 1. in curia Gerundæ c. 5.* & *c. 7.* & sup. *col. 4. curia Ilerdæ c. 7.* adde quæ ibi dixi, & *in col. 4. curia 2. Barcino. c. 8.* & ideo cōtractus commandæ habitus cum ipso Iudęo præsumitur non vera cōmanda, nisi quando fit commanda mercantilis, vt hic expresse dicitur. Item
12 nota, † quod duæ præsumptiones faciunt probationē in ciuilibus, secus est tamen in criminalibus: de quo dic prout notatur latius *ff. de excu. tut. l. 2. in glos.* super verbo, *legitimis.* & ibi *Bar.* & *Doct.*
13 Item † etiam nota, quod quandoque præsumitur fraus ex breuitate tēporis, iuxta *Bart. in l. si vēter.*
14 *§. eorum. ff. de priuil. cre.* Item † præsumitur fraus, ex quo donator, vel alienans per contractū, reperitur possidere rem quam alienauit: *ff. quib. modis pig. vel hypo. sol. l. superuacuum.* adde quæ notantur sup. *e. c. ad tollendam.* & inf. *e. c. ad excludendum.* Vlterius

25 terius nota, † quod ſi pecunia eſt depoſita, in-
tentione, vt vtatur, non expreſſa, & aliquid pro-
miſſum, ne ſint vacui, agitur depoſiti: *ff. depo. l. quin*
tus. Sed ſi poſtquã depoſui, permittã aliquem vti
pecunia, datur depoſiti: *l. ſacrum. §. 1. ff. depo*. Sed ſi
pecunia eſt depoſita, non ſignata, videtur actum vt
depoſitarius vtatur. Sed ſi eſt ſignata non primo
caſu, tamen agitur depoſiti. Sed ſi eſt actũ vt vta-
tur, & vtitur, agitur ex mutuo: *ff. depo. l. die ſponſa-*
liorum. adde quę notantur ſup. *col. 4. in curia 2. Barc.*
c. Item quod omnis dita. & in 3. *curia Barcin. c. 20. Itẽ*
ordinamus de conſilio. Item nota, quod ſequeſtratio
16 regulariter † eſt prohibita, permittitur tamẽ in
caſibus notatis per *gloſ.* & *Cyn. in l. 1. C. de prohibi.*
ſequeſtri. & *cap. 2. & fi. extra. de ſequeſtris po. & fruc.*
17 Item † an releuetur ſatiſdando, vide *Cyn. vbi ſup.*
18 Item † permittitur deſcriptio mobilium, ne pe-
reant. *l. prima. §. penult. de ven. in poſſ. mi.* & *l. defen-*
19 *ſionis. C. de iure fiſci*. Et † debet fieri ſequeſtratio
cum cauſæ cognitione. Vide *Ant. de Butrio extra.*
de iudi. c. exhibita. ad hanc materiam nota per *An-*
gelum ff. qui ſatis co. l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum. &
per *Bald. in l. 1. C. de prohibi. ſequeſtri pecu*. Item no-
20 ta, quod ſi † mercator fecit mihi litteras cambij,
& ego in itinere eas amiſi. vnde cambium non eſt
ſecutum; poſſum meum depoſitum repetere, non
obſtante quod non poſſim litteras cambij red-
dere, liberando tamen mercatorem ab ipſis litte-
ris per publicum & ſolenne inſtrumentum, secũ-
dum *Bald. in l. inſtrumenta. C. de fideicom.* vbi ipſe
21 notat in fine ipſius legis. Itẽ † nota, quod depo-
ſitum eſt in tantum fauorabile, quod meretur prõ-
ptam executionem, ſicut ſententia, vel confeſſio
facta in iudicio, vel iuramentum conuentionale,
vel iudiciale: vt *l. poſt rem. ff. de re iudi*. vel laudum
emologatum: *l. cum antea. C. de arbitris*. de depoſito
probatur *C. de depoſit. l. penult.* vbi *Bart.* hoc tenet.
22 Hoc tamẽ debet † intelligi, quando eſt quodam-
modo notorium, vt quia de eo apparet publicũ
inſtrumentum, vel apparet publica ſcriptura cõ-
feſsionis, vel atteſtationum teſtium, qui fuerint
recepti ad rei memoriam in aliquo ex caſibus â
iure permiſsis, de quibus *extra. de teſtibus. c. ſignifi-*
cauit. & *c. Albericus*. facit quod notatur *in l. fi. C. de*
edicto diui Adriani tol. & per *Bart. in l. creditores. C.*
de pig. alias autem non haberent paratam execu-
tionem, quia requiritur libellus litis conteſtatæ,
& poſt litis conteſtationem examinentur teſtes:
extra. vt lite non conteſt. c. quoniam frequenter. in prin.
& hanc limitationem dedit *Rogerius de Peruſio*, ſe-
cundum *Maiaſala. in 6. not.* & vide, & adde quæ di-
xi ſupra in *curia Gerunda c. 5. collat.* 4. Quæro, ali-
23 quis † accepit pecuniã mutuo ab aliquo tẽpore
congruo: iſte debitor portauit creditori pecuniã,
quam creditor recipere noluit: debitor depoſuit
in Eccleſia, ſecundum formam *l. acceptam. C. de v-*
ſuris. numquid iſti creditori immediate quæritur
vtile dominium? Dicit textus quod ſic, in dicta *l.*
acceptam. in fine. & nõ eſt alibi, ſecundum *Baldũ.*
24 Itẽ † quæro, Titius accepit pecuniã mutuo ſub
vſuris â Seio: Titius hæc dicta decem Seio ſoluẽ-
da portauit loco & tempore cõgruis: qui recipe-
re noluit. Depoſuit dictus Titius dictam pecuniã
ſecundũ formam dictæ *l. acceptam.* in prin. Iſtã pe-
cuniã Titius accepit: nũquid reincidit in priſtinã
obligationem? Dic quod ſic, per dictam *l. acceptã.*
25 in fi. & non eſt alibi, ſecundũ *Bald.* Item † nota, ꝙ
vbi aliquis ſuam proratã â depoſitario accipit: ſi
poſtea depoſitarius efficiatur non ſoluendo, tamẽ
nõ tenetur cũmunicare cũ cæteris: vt *l. ſupernacuã*
C. depoſiti. & nõ reperitur alibi ſecundũ *Bal.* Quæ-
26 ro † hic: Quid eſt cõpenſatio? Reſp. Cõpenſatio
eſt crediti & debiti inuicẽ hinc inde cõtributio:
27 vt *ff. de compen. l. 1.* Item † fit cõpenſatio de liqui
do ad liquidũ, vel ſi de facili, ſaltẽ infra duos mẽ-
ſes poſsit liquidari: alias ſi inquirit altiorẽ inda-
ginẽ, in alio iudicio reſeruatur: *C. de compen. l. com-*
penſationes. & nota in *c. bona fides. extra. de depo.* Et
28 nota, quod † cõpenſatio eſt in totũ. deductio vero
eſt in parte: ſed alij dicũt, ꝙ cõpenſatio habet lo-
cũ in iudicio, deductio vero extra iudicium. Et fit
29 cõpenſatio † in pecunia, põdere, & quantitate. *C.*
eod. l. ſi conſtat. & non in ſpecie ad pecuniam: *ff. de*
pig. ac. l. ſi conuenerit. nec de ſpecie ad ſpeciẽ, ſed de
genere ad genus. *C. de conſti. pecu. l. 2.* adde etiã quæ
de cõpenſ. notãtur ſup. *e. c. ad tollendam.* ſup. verb.
iuramentum. in *verſ. vlterius nota, quod iura.* &c. vſq.
ad *verſ. de iuram. paruulorum*, &c. & per *Bald. in d. l.*
ſi conſtat. Illud etiam nota, ꝙ ſi agatur in rẽ, & res
reſtitui non poteſt, admittitur cõpenſatio cũ exti
30 matione in pecunia. In † delictis etiã quandoq;
fit cõpenſatio: 32. *q. 5. c. nihil iniquius.* & *ext. de adul.*
c. penult. & *vlt.* & *ff. ſolu. matri. l. viro atque vxore.* Itẽ
31 quando locũ habeat cõpẽſatio, & in quibus fieri
debeat, & quãdo eſt neceſſaria, vide *inſti. de action.*
§. in bonæ fidei. & ibi nota per *Io. Fab.* Itẽ quæro, an
32 reiecta † cõpenſatione, quę fuit incidẽter oppo-
ſita, poſsit de ea poſtea principaliter agi? Reſ. aut
cõpenſatio eſt reiecta, quia de re impoſsibili cõ-
pẽſari, & nõ prohibetur poſtea principaliter peti
vt *C. de cri. expi. hæredi. l. 1.* aut fuit reiecta, quia iu
dex de ea cognoſcere noluit, & idẽ: vt *l. ꝙ in diẽ. §.*
ſi rationẽ. ff. de cõpen. aut quia verũ non erat ꝙ aſſe-
rebat qui cõpenſationẽ obijciebat; puta, quia ſibi
nõ debebatur, & tũc prohibetur petere in alio iu-
dicio ob exceptionẽ rei iudicatæ: vt *d. §. ſi rationẽ.*
ſecundũ *Salicet.* qui ita notat. & vide latius per eũ
33 in *d. l.* 1. Vlterius nota, † ꝙ debitor legãdo quãti-
tatẽ ſuo creditori, in dubio nõ videtur animo cõ-
pẽſandi legaſſe ſi erat debitor ex cõtractu: ſecus ſi
ex diſpoſitione legali: ita dicit *Bart. in ſuo cõſ.* 23.
quod incipit, *municipali diſpoſitione.* Vlterius etiã
34 nota † hic caſus, in quibus ceſſat cõpenſatio. Pri-
mo propter odiũ perfidiæ, vt in depoſito: vt in al
leg. *c. bona fides*: cum ſimil. Item propter dubiũ. vt
ibi, & in alleg *l. compenſationes.* & *ff. de iure fiſci. l. 1.*
§. qui compenſauit. Item propter fauorẽ tributorũ:
ff. de iure fiſci. l. aufertur. §. compenſationem. Et idem
in decimis: vt dixi ſup. in *curia Gerũda c. 1.* alleg.
Item propter fauorem reipublicæ: vt ſi cura pa-
nis,

nis,vel vini sit commissa alicui: *ff. de compensationibus.l.ob negotium.* & ita est in debitum constitutionum Cathaloniæ, vt ego vidi in multis prouisionibus Regijs. Item quando species debetur ex vna parte,& quantitas ex alia: *ff. de condi.inde. l.si non sortem. §.si fixerint.* Item in odium possessionem occupantis violenter. *C.eod.l.fi.* de hac materia vide *extra.de fide instrumentorum.cap.cū Ioannes.* & in dicta *l.ob negotium.* Item in debito cū iuramento: quod dixi supra *ead. cap.ad tollendam.* in
35 *§.vlterius* † *nota, quod iuramentum est seruandum in sui forma,&c.* vide *extra.de iureiuran.c. ad nostram.*
36 & ibi *Doctores.* Item † scias, quod compensatio fit ipso iure, opposita tamen exceptione: vt dicta *l.si constat.* Hoc tamen fallit in delictis, vbi ipso iure fit compensatio. Item ad inhibēdum cursum vsurarum, vel pœnam committendam, & ad pignus liberandum: vt in *l.si.constat.* & *ff.eod.l. cum alter.* cum enim debeantur ex mora, nulla est mora, vbi est exceptio. *ff.si certum petatur.l.lecta.* Et sic teneor soluere sub pœna quinquaginta librarū, ratione commissi, aut alias certam quantitatem, si ille tantumdem mihi debet, non incido in pœnā, nec res caderet in commissum, quia ipso iure cōpensatum est: argumento dictarum legū, & nota.
37 per *Doct.in alleg.c.cum alter.* Sed † an excōmunicatus possit compensare? Dic vt legitur & notatur per *glo.* & *Doct.extra. de excep.c. cum inter priorem.* in *gloss.* super verbo, *reconuentione.* An † contra
38 iuramentum † admittatur compensatio, videas latius supra *ead.c. ad tollendam.* super verbo, *iuramentum.* In tex.circa fin.ibi, *cum ex conditione per-*
39 *sonarum sit.extra.de pig.c. illo vos,* vbi † præsumitur † contra aliquem ex conditione personæ: vt dixi sup. *eod.cap.* In tex.ibi, *fingamus,* hic ergo est
40 fictio iuris, † quæ alias dicitur præsumptio iuris,& de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, de quo vide *gloss.extra.de spō*
41 *sa.c.ad id.* quod verum est, † nisi per confessionē partium. vt est *gl.* singularis in *auth.de æquali.dotis.§.illud,* secundum *Bald.* Sed *Salicet.* adducit aliā *gloss.* in *l.in contractibus.* in prin. in *vers.nullo.C.de nō nu.pec.* Item etiam contra præsumptionē iuris, & de iure admittitur probatio indirecte effectū præsumptionis inualidans, secundum *Io.de Imo.* qui hoc latius notat in *Clem.in litteris.de probat.* super *gloss.fundatur.vers.nota secundo ex glossa limitationē.* vide ibi. Fingitur ergo ista cōmanda inter Christianum & Iudæum, nō vera, nec pura, sed vsuraria, licet quandoque possit vera & pura esse inter eos,& nō vsuraria, vt infra *e.c.approbantes.* Vn-
42 de nota, † quod fictio iuris potest cadere in decē prædicamentis. Fingitur enim esse ꝙ non est, vt hic, & 50.*dist.c.ferrum.* & in Euangelio, *Elias est iste,* quod dicitur de Ioanne. 22. q. 2. §. *Item opponitur.* & est qualitas. Quandoque fingitur minor esse quam sit. 2.q.7.*quamquam.* &, *qui maior est, fiat sicut minister, siue minor.* 23.*dist. c.diaconi.* & est quātitas. Quandoque fingitur esse pater qui non est: 27.q.2.§.*iusta.* & in Euangelio: *Ego & pater tuus* *dolentes quærebamus te.* & est relatio. Quandoque fingitur agere qui non agit: vt *extra, de sent.ex com. c.mulieres.* & est actio. Quandoque fingitur pati qui non patitur. 32.q.5.*proposito.* & est passio. Quādoque fingitur esse in loco vbi non est: 7.*q.* 1.*cap. mutationes.* & est vbi. Quandoque fingitur eo tempore, quo non est: *de pe.dist.* 1.*c.periculose.* & quādoque fingitur scitum esse, quod non est. 13.*dist.c. vtrus.* & *c.duo.* & est scitum esse. Quandoque fingitur habere quod non habet: 31.*dist.c.lex continetur.* & est scire: secundū *Gui.* qui ita notat in *Rosario* super alleg. *c.ferrum.* 50.*dist.* Quid sit fictio, & vn-
43 de † dicatur, & quot sint eius species, & an fictio veritati præferatur, & in quibus locū habeat, dic vt notatur per *Gui.de Monteluq. extra.de elec. cap.*
44 *quod circa.in Cle.* Itēm quæro, † an ex contractu simulato transeat possessio: *Bal.* quod sic, si interueniat traditio. vt *l.Imperialem.§.callidis.in feu.de probi.feu.alie.per Fred.* quod est verū, quādo veritas tendebat ad trāslationem possessionis: vt *ff.de aqua plu.ar.l.emptor,* secundum *Bal.* in alleg. *§.callidis.* Item dicit *Angelus,* quod ex contractu simulato non transit possessio, allegans casum singularem in dicta *l.emptor.* vide *Innoc. in c.cum nostris.*
45 *extra.de conce.praben.* Et qualiter † probetur fictio in,& simulatio contra instrumētum. vide *Henric. Boich extra.de fide instrum. c.cum Ioannes.in 4.dist.* & melius per *Bald. C.plus valere quod agitur,l.fina.* Et
46 nota, † quod fictio & collusio probatur per cōiecturas, vt scripsi in *curia Ferdinandi.c.querelam.§. quod si litis,* super verbo, *constituit iudici.* Nota vlti-
47 mo † differentiā inter fictionem & simulationē: nā fictio potest esse licita, vt hic: secus in simulatio-
48 ne. Vnde † quæro, si cessio est simulata, potest agere cessionarius vt simplex procurator? *Bald.* di-
49 cit ꝙ non. Et est † ratio, quia officiū mādati nō est recti procum, ex quo sequitur, quod si nō valet: ꝙ ago vt ago, nec valet vt valere potest: est *gloss.* singularis *ff.de pact. l.iuris gentium. §.prætor.* in verbo, *principum.* adde quæ notātur in *c. ex parte excabinorū.extra.de alie.mu.iudi.causa facta.* & in *spec. tit.de cessione actionis.§. sciendum.vers.si vero dubi-*
50 *tatur.cū vers.sequentib.* Nota tamen, † quod fictio super impossibili non procedit: vt est *gloss.* singularis in *l.talis scriptura.ff.de leg.primo.* & in *l.pater.*
51 *ff.de inoffi.testa.* Item nota, † quod si libertus alienat omnia bona sua, præsumitur alienatio fraudulenta per noua iura. Sed quid si maiorem partem? *Raynaldus* dicit idem: vt *l.si pater.ff.de leg. tertio.* & ibi *gloss.* quæ alibi nō reperitur, & est in *c.pertuas.extra.de proba.* nota in *cap. Raynaldus. extra.de*
52 *testa.* iuxta *Bal.* Itē nota, † ꝙ in liberatione facta per procurat. requiritur causa, sicut in cessione, & alijs notatis per *Io.de Plat.in l.* 1.*C. de apo.pub. lib.*
53 10. Vltimo nota, † ꝙ dispositio facta in casu vero, non habet locum in casu ficto: vt est casus in *l. hac verba.ff.de negot.gest.* & non reperitur alibi, iu-
54 xta *Bal.* Item nota, † ꝙ inter depositū, & sequestrum est differentia: vt *ff.deposit.l. Lucius.* De materia vero sequestri vide per *Baldum in l. quotiens.*

C. de probibita sequestra pecu. & *Goffred.* & *Hostiens. extra. de sequestra po. & fruc.*

De superazemilarijs, & eorum coadiutoribus.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij locorum cogere possunt superazemilarios, coadiutores, & portarios Regios scienter recipientes animalia non necessaria curiæ ad gentes grauandum, vt restituant extorta, & male recepta.*

2 *Pœna quadrupli de iure communi præfinitur, quando animalia, quæ capiuntur pro seruitio domini Regis, dimittuntur pecunia.*

3 *Animalia, quæ quis habet pro propria equitatura, vel pro furnis, aut molendinis capi non possunt pro seruitio Regis.*

4 *Portarij executionem facere non possunt sine consilio ordinarij.*

5 *Portarij non possunt recipere pro salario pro die vltra quinque solidos.*

6 *Nec Ecclesia, nec priuatus se excusat à muneribus incumbentibus propter Principis expeditionem, sed hodie in Cathalonia Ecclesiastici excusantur.*

7 *Curia non licet capere animal producendo condemnatum ad supplicium, quinimo tenetur illud locare: sed de facto seruatur contrarium.*

C*Oncedimus, statuimus, & sancimus, quod si superazemilarius, & sui coadiutores, & portarij*, &c.

1 Casus. Superazemilarius † & sui coadiutores, & portarij Regij scienter recipientes plura animalia, quam curiæ sint necessaria, vt gentes redimere faciant, vel alias grauent ex proposito excedendo, possunt per ordinarios locorum auctoritate Regia compelli ad restituendum extorta, vel recepta eis, à quibus receperint, corporali tamen, siue criminali punitione domino Regi reseruata. Hoc dicit. Et confirmatur tacite præsens constitutio infra in curia Ceruariæ, *cap. ad reprimendam auaritiam portariorum*, &c. §. *Et simili pœna*, &c. vbi apponitur pœna priuationis officij ipso facto, & quod teneantur exacta illi, à quo receperint, re-

2 stituere in duplum, vt ibi dicitur. Sed † de iure cõmuni est pœna quadrupli, quando animalia pro seruitio domini Regis capiuntur, & pro pecunia dimittuntur: vt *l. agentes. C. de curiosis & stationarijs lib.* 12. Et ponit *Iaco. de Calicio in sua Marg. fisci in*

3 3. *dubio prin. versi.* 294. Item azemilarij, superazemilarij, & portarij, animalia, quæ tamen quis non tenet pro sua propria equitatura, vel pro furnis, aut molendinis, possunt in ciuitatibus, locis, & villis Regijs tantum recipere pro seruitio dominorum Regis & Reginæ, filiorum, ac filiarũ suarum, & eis præsentibus etiam pro consiliarijs, & alijs domesticis eorundem; ac eis absentibus, pro consiliarijs, secretarijs, & scriptoribus eorum; qui tamen accedant pro negotijs dictorum Regis & Reginæ. Et si, vt prædicitur, excesserint, vel alias deliquerint in prædictis, vltra pœnas prædictas, pœnam centum marabatinorũ pro qualibet vice incurrent. Cuius pœnæ executionẽ absente domino Rege facient ordinarij locorum, vbi deliquerint, procedendo summarie, & de plano, ac sine figura iudicij, nec inde poterunt remissionem, vel gratiam facere: vt habetur infra *eadem collat. in curia Montissoni c. portarij.* vide ibi latius. Item

4 portarij non possunt facere executionem sine cõsilio ordinarij, vel iudicis in illo negotio delegati: vt supra *collat.* 5. *cap.* 9. Et non possunt pro sa-

5 lario † vltra quinque solidos pro qualibet die recipere: vt infra in *curia Ceruariæ. c. ad reprimendũ*, præalleg. De materia prædictorum nota per *Cyn.* & *Bart. C. de sacrosanctis Ecclesijs. l. neminem.* vbi habes, quod à muneribus incumbentibus propter

6 principis † expeditionem: nec priuatus, nec Ecclesia se excusat. Fallit tamen in quibusdã personis: vt *l. fi.* §. *penult. ff. de muner. & honor.* Sed hodie in Cathalonia Ecclesiastici excusantur, & fere omnes, nisi qui reperiuntur in ciuitatibus, villis, & locis Regijs, vbi curia fuit, vel est, quando recessit. Sed tamen videmus de facto quandoq. indistincte capi ista animalia per istos azemilarios, & alios prædictos, & soluunt prout volunt: & nullum vidimus puniri: & ideo de modico seruiunt huiusmodi constitutiones in talibus. Vlti-

7 mo quæro, † an liceat curiæ recipere equum vel mulam rustici, vel alterius, producendo condemnatum ad suspendium? Videantur quæ notantur *C. ne rustici ad vllum obsequium deuo. l. prima, libro vndecimo.* Quod est verum, quia debent conducere ab illo, qui tenet ad loguerium. argumento *l. cursum. C. de cursu publico.* licet de facto seruetur contrarium: vt videmus: & vtinam exactiones illicitas, & extorsiones, concussiones, & peiora non committerent.

De lezdis & iuribus fiscalibus.

SVMMARIVM.

1 *Pro lezdis & iuribus fiscalibus proceditur executiuè, & captis pignoribus. declaratur numero* 2.

3 *Fisci fauore sententia non requiritur, nec ordo iudiciarius, si debitum est liquidum.*

4 *Debitor fisci lite pendente cogitur debitum soluere, vbi est præsumptio contra eum, secus si non sit contra eum præsumptio.*

5 *Fœmina capi non possunt in persona pro debito fiscali, vel alio ciuili, declaratur num.* 6.

V*Olumus etiam, & concedimus*, &c. Hic confirmatur capitulum Regis Petri II. sup. *coll.* 2. *in curia Barci. c. Item concedimus, & etiam approbamus, quod lezdæ*, &c. vide quæ ibi dixi: & adde infra *collat.* 8. *in curia Regis Martini, c. Item per tolre vexacions.* Sed notandum, † quod pro lezdis, &

1 alijs iuribus fiscalibus proceditur executiue, & captis pignoribus: vt dixi supra *collat.* 4. *in* 2. *curia Barcinonæ, cap.* 21. *Item quod omnis firma.* Dico

2 tamen, † quod sunt quidam debitores fisci, quos constat fore debitores, & redactos in numero debitorum fisci; & contra tales proceditur executiue, etiam per captionem personarum, & non seruato iuris ordine: vt *l. missi. de exact. tribu.* & *in authent. vt iudices sine quoquo suffragio.* §. *oportet. collat.* 2. Et ibi textus assignat rationem. Alij vero sunt non redacti in numero debitorum fiscaliũ.

Sed

Sed an sint debitores dubitatur, & contra istos debet fiscus agere ordine iudiciario. vt *l. vna. C. de conduc. siue actoribus prædictorum fiscalium, & domus Augustæ lib. 11*, ibi, *non aliter*, &c. facit *l. penultima. C. de conueni. fi. debitori. lib.* 10. In vtroq. tamen casu fiscus litigat captis pignoribus, iuxta notata allegato *cap. Item, quod omnis firma.* & ita seruatur de stylo, & consuetudine curiarum in hac patria,
3 quidam etiam dicunt esse in fisco speciale, quod si debitum est liquidum, non requiritur sententia diffinitiua, nec solemnis ordo iudiciorum: vt *l. 1. C. de capiendis & distrahendis pignoribus tribut. li.* 10. & *l. abstruendum*, & *l. fin. C. quorum app. non reci.* Sed *gloss. in l. quoniam non nulli. C. de app.* videtur in contrarium. Sed *Bald.* ibi dicit, quod si debitum fisci est ex priuata causa, puta venditionis, vel legati, tunc requiritur ordo iuris. Sed si ex publica, puta ob tributa, vel munera, tunc proceditur executiue: vt *l. 1. C. de exac. tribu. lib.* 10. & melius in dicta *l. 1. C. de capi. & distra. pignoribus tribu. eod. lib.* Sic ergo nota secundum *Iaco. de Bello Visu*, quod
4 etiam lite pendente † cogitur ad soluendum debitor fisci, quando est præsumptio contra eum; vt quia tenet prædium tributarium, vel quia est lata sententia contra eum, licet appellauerit, & si fuerit euidenter conuictus, reijcitur appellatio; vbi vero esset præsumptio pro conuento, prius cognoscendum est quam fiat executio; consueuit tamen litigari pignoribus tenentibus, & in hoc est priuilegiatus fiscus, & seruatur de stylo & cõsuetudine, vt dixi; alias regulariter contra: vt in allegato *cap. Item, quod omnis.* & ibi dixi: & melius supra *colla. 9. cap. 10. Item, quod in executionibus.* vide *Iaco. de Calu. in sua Margar. fisci in 3. dubio. vers.*
5 62. & *vers.* 100. mulieres † vero pro debito fiscali, vel alio ciuili personaliter capi non possunt: vt infra *colla. 10. in curia domina Mariæ. cap. a la constitio feminil*, & iudices maiores includẽtes aut custodientes mulieres puniuntur pœna viginti librarum auri, & minores iudices decem libris auri: vt in *authent. Sed hodie nono iure.* posita super *l. 1. C. de offi. diuer. iudi.* & *in authent. vt nulli iudicum*
6 *colla. 9.* Et prædicta † intellige de muliere honesta, secus de meretrice, quæ non meretur, &c. *C. de adulterijs. l. qua adulterium in fi.* ibi, *quas vilitas vitæ*, &c.

De ijs quæ fiũt in fraudem cõtractuum nuptialium.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum factum in præiudicium donationis, vel hæreditamenti nuptialis est nullum ipso iure. & prohibentur notarij recipere talia instrumenta. & ratio traditur num. 3. & declaratur num. 13.*

2 *Donatio facta per patrem filiofamilias est nulla, sed morte confirmatur.*

4 *Instrumentum in præiudicium donationis nuptialis tenet, si fiat cum voluntate coniugum, & aliorum, quorum principaliter interfuit, causa apud iudicem cognita. & est limitatio regulæ.*

5 *Propter onera, & debita rerum donatarum donatarius renuntiare potest hæreditamento nuptiali.*

6 *Donatio facta cum verbis derogatorijs etiam de consensu donatarij reuocari non potest.*

7 *Donatarius non repertis pecunijs inter res donatas tenetur vendere de illis bonis, & soluere quantitatem per donatorem solui iussam tertio.*

8 *Donatio iurata an valeat sine insinuatione, & in quibus casibus non sit necessaria insinuatio. remissiue.*

9 *Instrumentum factum in præiudicium hæreditamenti nuptialis nedum reprobatur, verum etiam, & contractus.*

10 *Donatarius de rebus donatis tempore nuptiarum bene disponere potest in vltima voluntate, & de illis testamentum condere.*

11 *Stante statuto, quod non valeat instrumentum, nisi adfuerint duo notarij, instrumentum ex ea defectuosum nihilominus poterit probari per testes, & agi ex eo.*

12 *Restitutio an detur minori contra patrem. remissiue.*

14 *Donatio facta tempore nuptiarum reuocari poterit ingratitudine donatarij. declaratur num. 15.*

16 *Renuntiare potest quilibet iuri suo. Fallit, vt hic.*

17 *Renuntiatio non extenditur ad ius futurum.*

18 *Renuntians iuri, quod sperat habere intelligitur ex causa de præterito.*

19 *Renuntiatio sororis de hæreditate paterna vni ex fratribus præsenti, & acceptanti accrescit omnibus.*

20 *Renuntiatio facta de hæreditate paterna in fauorem fratris, qui postea non vult dictam hæreditatem, non prodest alijs fratribus.*

21 *Renuntiatio filij futuræ successioni propter expensas studij non valet. declara vt ibidem.*

22 *Instrumentum quid sit. remissiue.*

23 *Exemplum ex exemplo instrumenti non probat.*

24 *Exemplum originalis instrumenti non probat nisi in certis casibus, vt hic.*

25 *Remissio debiti præsumitur cõtra illum, qui iubet reddi instrumentum debiti.*

26 *Confectio sola instrumenti non facit quem de foro loci, vbi fuit confectum instrumentum.*

27 *Suspectum non redditur instrumentum, si notarius dicat in fine dicti instrumenti fecisse sua manu cãcellationes, & rasuras ipsius. declaratur num. 28.*

29 *Instrumentum licet sic cancellatum in nota, vel abbreuiatura de voluntate partiũ, non debet tamen abradi.*

30 *Abbreuiatura debet legi partibus in vulgari, antequã firment instrumentum.*

31 *Notarius faciens instrumentum falsum potest accusari in eodem libello vna cum parte quæ falsitatem committi fecit.*

32 *Traditio ficta possessionis solum comprehendit præsentia, & non futura.*

33 Hæreditabo *verbum licet futuri temporis sumitur fauore matrimonij pro tempore præsenti, idest,* hæredito.

34 *Notarius in confectione instrumenti debet esse rogatus.*

35 *Notarius in confectione instrumenti in dubio præsumitur rogatus.*

36 *Tabellio qui non est an possit conficere instrumentum tanquam publica persona. remissiue.*

37 *Donatio facta coniunctæ personæ non requirit insinuationem.*

Matrimonium

38 *Matrimonium probatur per instrumenta nuptialia.*
39 *Instrumentum antiquissimum non ideo vitiatur., & si non probetur fuisse notarium illum qui scripsit.*
40 *Falsum committi faciens debet perdere causam, quamuis haberet omnes probationes pro se.*
41 *Fraus, & dolus præsumitur, vbi quis intricat bona sua.*
42 *Fraus præsumitur cum quis rem vendit, & partem pretij remittit animo donandi.*
43 *Fraus probatur nouem modis. remissiue.*

AD excludendum fraudes, quæ in subscriptis sæpissime committuntur. Casus. † Instrumentum
1 factũ in præiudiciũ donationis, vel hæreditaméti tempore nuptiarũ factarum est nullum, & irritum ipso iure, prohibenturque notarij talia recipere
2 instrumenta. Hoc dicit. Nota, † quod donatio facta in filium in potestate non valet inter viuos, sed est quasi legatum, & confirmatur morte: vt *C. de dona. inter virum, & vxorem. l. donationes.* & *ff. ad l. falcid. l. quod bonis, §. in donationibus.* vide latius per *Gui. de Cug. C. de inoffi. testam. l. si pater,* & melius in *l. filium quē habentem. C. familiæ ercis.* pro decla-
3 ratione huius constitutionis nota, † quod causa finalis huius constitutionis fuit, & est, fraus, quæ in ijs committebatur sæpissime, vt dicit hic textus in prin. parentes tãtum hæreditabant liberos suos, vel donationes magnas faciebant eis, vt maiores dotes consequerentur, vel etiam haberent, quas optabant vxores: quibus habitis, filij, vel alij donatarij reddebant donata, vel eorum partem suis donatoribus, vel alijs pro eis: ijs fraudibus per hanc constitutionem prouidetur. Vnde
4 quandoque † contingit, quod cessante fraude huiusmodi donatarij volunt sibi donata, vel partem restituere, nunquid possunt? Dicũt quidam, quod non, per hanc constitutionem, quæ simpliciter loquitur; & quia asserunt hanc causam fore impulsiuam, & quod causa finalis fuerit proles, & onus matrimonij; dic contra, quia cessante fraude, quæ fuit causa finalis, cessare debet effectus: vt *extra. de appe. cap. cum cessante.* & nota *extra. de renũ. cap. post translationem.* & ideo de & cum voluntate coniugum, & aliorum, quorum principaliter interfuit, causa apud iudicem cognita poterit fieri tale instrumentum in præiudicium donationis, vel hæreditamenti factum; & ita vidi obseruari, & consului sequendo practicam antiquorum, & sic minime sunt mutanda, &c. *l. minime. ff. de legibus.*
5 Imo † etiam expertus sum, quod quandoque filij erant læsi ex tali hæreditamento propter onera possessionum, & mansorum, & propter debita quæ debebant donatores: & vtilius erat renunciare, quam tot onera, & litigia subire? Quia valde interest litibus non vexari: vt *ff. de minoribus. l. minoribus viginti quinque annis.* & ideo, quod fauore nuptiarum est statutum, non debet verti in læsionem coniugum: vt *C. de le. l. quod fauore.* Si † dona-
6 ui † omnia bona cum verbis derogatorijs, an possim postea de consensu donatarij alij facere secundam donationem? Dic vt notatur per *Gui. de Cug.*
7 *ff. de pacti. l. & hæredi. §. pactus ne peteret.* Et † nota quod si aliquis donauit omnia bona sua cum retentione, quod donatarius habeat dare alteri certam quantitatem inter bona donata, non sint pecuniæ, tunc donatarius debet, & tenetur vendere de talibus bonis, si reperiatur facilis emptor, qui emat iusto pretio, & de illis soluere illi alteri dictam quantitatem: vide textũ in *l. scimus. §. & si præfatam. C. de iure deli.* & in *l. eum pro quo.* iuncta *authẽ. hoc nisi. C. de solutionibus.* non enim tenetur pro vili pretio vendere, quia esset donare, & perdere, &c.
8 Sed † an donatio excedens summam quingentorum aureorum valeat cum iuramento, & in quibus casibus non est necessaria insinuatio, vide *Iod. Fabri insti. de dona. §. & cum retro. super glo.* ¶ In textu ibi, *instrumentum,* ex pone, idest, contractus,
9 super † quo fit instrumentum; quia non solum instrumentum, sed etiam contractus in præiudicium hæreditamenti nuptiarum reprobantur hic; ne alias videatur lex ista verbis imposita, quæ debet imponi rebus: vt supra *ead. cap. cum qualibet constitutio.* cum concor. Nam si fieret contractus coram testibus in præiudicium talis hæreditamenti, non valeret; immo esset nullus; quia potentiam contractus intendit remouere hæc constitutio: vt *ff. de ritu nuptiarum. l. adiuo.* & vide *Bald. in feu. de pace iuramento fir. §. à dhoc qui alodium.* super verbo, *non valeat.* & sic dicas instrumentũ, scilicet, & contra-
10 ctus inter viuos: secus † est de testamento, vel qualibet alia vltima voluntate; quæ ambulatoria est vsque ad mortem. *extra. de cele. mi. c. cum Marthæ.* sic est supra *ead. cap. ad tollendam.* Sed ista constitutio locum habet etiã in maiori viginti quinque annorum, & repete hic quæ dixi supra in al-
11 legato *cap. ad tollendam.* & in *cap. sancimus.* Sed † si dicat statutum, non valeat instrumentum nisi adfuerint duo notarij; dato, quod instrumentum patiatur huiusmodi defectum; tamen per testes poterit probari, & ex illa probatione agi. arg. *ff. de verbo. obli. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus.* & vide
12 ibi *Alberic. de Rosatis in vers. vltimo nota.* Sed † an minori detur restitutio contra patrem: vide textũ & *glo. C. si aduersus donati. l. 2.* & *C. si aduer. rem iudi. l. 2.* & latius in *l. fi. C. qui aduersus quos in integrum resti.* ¶ In textu, ibi, *tempore nuptiali,* idest, contem-
13 platione nuptiarum; quia † licet ante contractũ matrimonij fuerit factum hæreditamentum, vel donatio, vel postea, dummodo fuerit factum contemplatione nuptiarum, siue matrimonij, habet locum huius constitutionis prohibitio. Sic è conuerso si tempore nuptiali fieret, non causa, vel contemplatione nuptiarum, etiã credo, quod non haberet locum ista constitutio: verumtamen præsumetur factum contemplatione nuptiarum, ex quo illo tempore factum fuerit argumentum huius constitutionis maxime in parentibus, & coniunctis personis, quæ consueuerunt tales largitiones facere contemplatione nuptiarum. ¶ Sed
14 pone, † facta fuit donatio tempore nuptiarum, postea donatarius committit ingratitudinem, vel euenit aliquis de casibus, in quibus reuocantur de iure

iure donationes: vt *extra. de dona. cap. vltimo.* nunquid poterit reuocari illa donatio in præiudiciũ nuptiarum? Videtur, quod non, ne quod vna via prohibetur, alia concedatur: vt supra *ead. cap. cum non debeat.* cum concor. dico contra, quia per hanc constitutionem probentur contractus & instrumenta tantum, & quia est exorbitans, non debet extendi ad crimina, vel ad casus necessarios, propter quos donatio reuocabitur: ne videantur reuocari iura de reuocandis donationibus tot vigilijs edita: *arg. l. si quando. C. de inoffi. testa.* & hoc cre-
15 do † verum, nisi forte in fraudem huius constitutionis fieret manus iniectio; quia hæc constitutio fraudes vult excludere, & fraus, & dolus nulli debet patrocinari: *extra. de rescriptis. cap. sedes.* cum similibus. ¶ In textu ibi, *ipso iure.* Sic supra *ead. cap. ad tollenda. & extra. de rebus Eccl. non alie. cap. si quis presbyterorum.* vide ibi *glos.* super verbo. *vacuetur.* Et ita patet hic, quod habens donationem ab aliquo contemplatione nuptiarum, non poterit tali donationi renunciare; sic ille cui facta est donatio pro incremento diuitiarum pro batalias non potest tali donationi renuntiare: vt supra
16 *colla. 4. in curia Barcinona cap. 2.* Regulariter † vero quilibet potest renunciare iuri suo: vt 7. *q.* 1. *cap. quam periculosum. & extra. de regula. cap. ad Apostolicam.* Fallit in dictis duobus casibus, & in alijs 17. casibus. quos notat *Goff. in allegato c. ad Apostolicam.* & ponit eos *Gui. in Rosario, in allegato c. quod periculosum.* super *glos.* scilicet tempore in fin. vide ibi latius, adde quæ notantur *C. de pactis. l. si*
17 *quis in conscribendo.* Sed † an renuntiatio extendatur ad ius postea quæsitum? *Dynus* dicit, quod nõ: vt notat *Angelus de Perusio in repetitione l. pactum. C. de colla. in 6. q.* Et † si forsan renunciet quis iuri,
18 quod sperat habere, verbum, *sperat,* intelligit ex causa de præterito: vt notat *Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obli.* & *Angelus in dicta repetitione in 13. q.* quia de causa de futuro non potuit
19 cogitare, vt ibi notat. Pone, † quod soror renunciauit hæreditati paternæ vni fratrum præsenti, & acceptanti, quæritur an accrescat tã sibi, quam alijs, an sibi soli? *Dyn.* consuluit, quod omnibus; quod dicit *Angelus* verum, nisi appareat præsumptio donationis in recipientem tantum: vt *C. de pac. l. si actionem,* & *l. creditori in glo. 2.* Sed si re-
20 nunciet † vni fratrum, deinde ille non vult hæreditatem paternam, non prodest extraneis, secundum *Gui. per l. auus. ff. de pac.* Sed *Angelus* dicit considerandum factum plus quam contemplationem: vt *l. si pro te. C. de dotis promi.* & ibi nota. & *de iure dotium. l. cum patre.* sed forte propter iuramentum est secus de iure canonico: vt notatur 1. *q.* 7.
21 *cap. quotiens cordis oculus.* Si † vero filius renunciet sucessioni futuræ propter expensas studij: *Cynus* dicit non valere; quod est verum, nisi iurauerit, secũdum *Angelum in dicta l. pactum.* Sed eo casu quo non valeat renunciatio, reputabit expensas in legitima: *arg. l. cum quo. §. fi. ff. ad l. falcid.* secundum *Angel. vbi supra.* ¶ In textu, ibi, *prohibentes,* de pœnis notariorum conficientium instrumenta prohibita, vide quæ dixi supra *collat. 1. in curia Gerũdæ cap. 5.* poterunt etiam puniri in hoc casu pœna qua puniuntur transgressores constitutionis, quę certam non ponit pœnam: de quo vide quę dicam infra *ead. cap. cum secundum,* super verbo, *transgres-*
22 *sores.* ¶ In fine text. *quid* † *sit instrumentum,* vide & adde quæ dixi supra *ead. cap. ad occurrendum.*
23 ¶ Et nota, † quod exemplum ex exemplo non valet, & fidem non habet: vt *l. non satis. C. de diuer. scriptis,* quod alibi nõ reperitur in iure ciuili, nec canonico, secundum *Bald.* & vide *Gui. de Suda.* & alios *Doct. in authent. si quis in aliquo. C. de eden.*
24 ¶ Item † exemplum originalis non facit fidem, nisi originali exhibito, vt *in dicta authen. si quis in aliquo,* vel esset factum manu eiusdem qui originale confecit, secundum *Bart. in l. si quis ex argẽtarijs. §. prætor. ff. de eden.* vel nisi esset sumptũ auctoritate iudiciali, vt notatur allegata *authent. si quis.*
25 ¶ Item † nota, quod iubens reddi instrumentum debiti, videtur illud remittere: vt est *glos. singularis,* secundum *Angelum in l. Labeo. ff. de pactis.* ¶ Itẽ
26 nota † secundũ eum, quod cancellato instrumento de partium voluntate, & tradito; eo ipso intelligitur facta retraditio omnium quæ tradita fuerant per traditiõnem talis instrumenti: vt est *glos.* singularis in *l. ab emptione. ff. de pactis. in glos. magna.* adde quæ dixi supra *ead. cap. ad occurrendum* super verbo *instrumentum.* ¶ Item nota, quod so-
27 la † instrumenti confectio non facit quem esse de foro illius loci, secũdum *Angelum* qui allegat *glos. singularem in l. exigere in prin. ff. de iudi.* ¶ Item nota, quod si notarius dixit in fine instrumẽti: *Inductiones, & cancellationes prædictas omnes mea manu feci,* non redditur instrumentum suspectum, se-
28 cundum *Bald.* & *Oldra.* quod † est verum, secundum *Angelum,* si est vna cancellatura, vel rasura; sed si plures sunt, caute faciet, si desinet sigillatim quas cancellationes fecit. Tene menti, & hoc satis bene seruant notarij in hac patria: vide in *l. pri. ff. de ijs quæ in testa. delentur.* ¶ Item nota, quod licet
29 contractus † sit cancellatus de partium voluntate in nota, vel in abbreuiatura, non tamen debet inde extrahi, cum semper possit prætẽdi cũ interesse edi. secundum *Bald.* & est *glos. ff. de adqui hæredi. l. Pomponius. in glos. fi. in fi.* ibi, *pluribus.* Itẽ † no-
30 ta, quod abbreuiatura debet legi in vulgari coram partibus antequam firment instrumentum, *glos.* est singularis in *l. fideicommissa. §. 1. ff. de leg. 3.* & non
31 reperitur alibi, secundum *Bald.* ¶ Item † notarius, qui fecit instrumentum falsum, potest accusari in eodem libello cum eo qui mandauit fieri simpliciter: vt est *textus* singularis in *l. athletas. ff. de*
32 *falsis.* secundum *Bald.* Vltimo nota, † quod ficta traditio possessionis per actum fictum restringitur ad præsentia, non ad postea quæsita, quod nota, pro istis, qui constituunt se nomine alieno possidere, vel precario: *glos.* est notabilis in *l. 1. ff. pro socio.* quod perpetuo nota: vide in *Spica. Anto. de Butrio in vers. possessio. §. fi.* adde notata per *Angelum*

32 *gelum.ff.de remissio.pig.l.1. vide.* Sed † pone sicut tota die fit, quod pater in capitulis nuptiarum filij dicit, quod hæreditabit, futuri: an verbum futuri temporis, *heretera, o dara*, valeat sicut si de præsenti dixisset *heredito, vel dono*? Respondeo, quod sic, & ita fuit declaratum, vt vitetur circuitus, pro quo faciunt notata per *Ioan. And. in addi. spe. sup. Rubri. de obligationibus, & solutionibus.* facit, quia statim secuto matrimonio verba futuri temporis in capitulis posita resoluuntur ad tempus tacti matrimonij: pro quo facit hæc constitutio, vt excludantur fraudes. facit, quod notat *Bald. in l. si creditoris, de fideicommiss. Bart. in l. si ita. ff. de auro & argen. lega.* quia consensus contrahentium perficitur ex secuto cum effectu matrimonio, cuius contemplatione fiunt prouisiones, quæ communiter fiunt per verba de futuro; quia fiunt antequam matrimonium contrahatur; nec valeret constitutio dotalis facta de præsenti, matrimonio non secu-
34 to: & ita seruatur. ¶ Quæro † vltimo hic, an notarius conficiens instrumentum debeat esse rogatus? Respondeo, sic: vt est *glos. in authen. de tabellio.*
35 *colla. 4.* quæ est super verbo, *tabellionum.* Sed † quid si in instrumento non dicitur, quod fuerit rogatus? Dic quod præsumitur rogatus, vt ibi dicitur, quod notatur singulariter secundum *Baldum.* ¶ Et
36 an † qui non fuerit tabellio, possit tanquam publica persona conficere instrumenta? Dic vt no-
37 tatur in *authent. de nuptijs.* Donatio † facta coniunctæ personæ non requirit insinuationem: vt notatur plene *ff. de stipula. seruo. l. quod seruitus.* per *Bart.* quod dixi *coniuncta persona*, forte debet intelligi incertæ personæ, forte in meo *Bart.* est vitio-
38 sum. ¶ Item † nota secundum *Bald.* quod per instrumenta nuptialia probatur matrimonium, vt est casus singularis in *authen. vt fra. filij. colla. 8.* & ibi nota. Tu tamen dic latius vt legitur. & nota-
39 tur *extra. de præsump. cap. illud.* ¶ Vlterius † etiam nota, quod instrumentum antiquissimum nõ ideo vitiatur, quia non probatur, quod ille, qui scripsit, fuerit notarius, necne. nam præsumptio est, quod fuerit notarius, secundum *Inno. extra de verbor. signifi. cap. veniens.* & vide *Bart. in authent. quas actiones. C. de sacrosanctis Eccles.* & hoc singulariter
40 notat *Bal.* Item nota † quod si aliquis fecit committi falsum per notarium actorum, debet amittere causam, etiam si haberet omnes probationes pro se: vt in *l. in fraudem. §. quotiens. de iure fisci,* secundum *Bald.* facit *extra. de offi. dele. cap. cum olim.*
41 ¶ Item nota, † quod fraus, & dolus præsumitur, quando aliquis intricat bona sua, vel ea transfert cum suspicatur alium acturum: vt notat *Bart. in l. Summa. ff. de peculio.* adde quæ dixi supra *ead. cap. ad euitandum occasionem.* circa finem. ¶ Itẽ † fraus
42 præsumitur, cum quis rem vendit, & partem pretij remittit animo donandi: vide quæ notantur per *Doct. in l. sed & si quæsitum. ff. de liberis & postu.* adde quæ notantur in *l. per diuersas. & l. seq. C. mandati.* ¶ Et † nouem modos probandi fraudem vi-
43 de per *Bald. in l. si paterna. C. de repudianda, here.* & quæ posui supra *ead. cap. ad tollendam. in fi.*

De præscriptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio sex annorum inducta contra chartas Iudæorum intelligitur de chartis vsurarijs, & non vsurarijs, declaratur num. 5.*
2 *Præscriptio sex annorum non procedit de iure canonico.*
3 *Ius commune, consuetudo, vel statutum possunt inducere, quod possessor malæ fidei præscribat in odium negligentis petere.*
4 *Statutum an possit tollere naturalem obligationem, remissiue.*
6 *Res fisci non præscribuntur regulariter.*
7 *Stipulatio vsurarũ præcessisse præsumitur vbi promissio earum apparet.*
8 *Pœna apposita in contractibus an, & quando præsumatur apposita in fraudem vsurarum, remissiue.*
9 *Vsuræ non veniunt in iudicijs stricti iuris etiam post litis contestationem.*
10 *Petitio extraiudicialis non interrumpit præscriptionem statutariam, cum requiratur iudicialis. quod declaratur num. 11.*
12 *Actio perpetuatur per litis contestationem.*
13 *Debitum præscriptum peti potest, vbi testator mandat debita, & iniurias solui.*

1 Approbantes, &c. Casus. † Præscriptio sex annorum per constitutiones Cathaloniæ inducta contra chartas Iudæorum intelligitur de chartis vsurarijs, & non vsurarijs; & nomine ipsius chartæ Iudæorum intelligitur instrumentum publicum, scriptura tertij, confessio iudicialis, & quælibet alia scriptura. Hoc dicit. Hic habes, quid nomine chartæ contineatur: facit ad intellectum constitutio, quæ prohibet chartam fieri contra chartam iuste prius concessam, & ita potest largo modo etiam intelligi de instrumento, & litteris sententiarum. vide *ff. de leg. 3. l. librorũ. & l. chartis.* ¶ Et confirmatur hic constitutio domini Regis Iacobi Secundi, quam habes supra *colla. 4. in prima curia Barcino. cap. 13.* & incipit: *Item, quod*
2 *aliqua charta Iudæorũ.* vide quæ ibi dixi. ¶ Sed † an ista præscriptio sex annorum currat de iure canonico? *Bald.* videtur tenere, quod non: vt notat in *feu. tit. si de feu. contra fuerit. capi. vassallus.* vbi etiam
3 nota, † quod ius commune, consuetudo, & statutum possunt statuere, quod malæ fidei possessor præscribat, & hoc fauore præscribentis, & odio negligentis: vt *l. edicto. §. fi. C. de edic. diui. Adri. tol.* & istam dicit esse potius quandam pœnam legalem, quam præscriptionem: & ibi etiam nota an
4 statutum † possit tollere naturalem obligationem; de quo vide ibi latius per ipsum *Bald.* adde notata per *Doct. in vsat. omnes causæ.* & per *Bart. in l. pater dotem. in fi. ff. rem ratam ha.* ¶ In textu, ibi,
5 *non vsuraria*, subaudi, quæ † tamen sit Iudæi, secus est de instrumentis non vsurarijs Christianorum, quia dictum capitulum solum loquitur de chartis Iudæorum, quæ præsumuntur vsurariæ; adde quæ notantur supra *colla. 4. in prima curia Barcino. cap. 13.* & in remissionibus ibi positis. Vltimo nota,

6 nota, † quod res fisci regulariter non vsucapiuntur, nec præscribuntur: vt *insti. de vsuca. §. Item, fisci nostri.* vide ibi *Ioan. Fabr.* & *Iaco. de Calicio in*
7 *Margarita fisci. 4. dubio. vers. 46.* Et nota, † quod si appareat promissio vsurarum, præsumitur stipulationem earum præcessisse: vt *l. si pro dote. C. de doris promissione.* & non reperitur alibi secundum
8 *Bald.* Sed † an, & quando pœna, quæ est apposita in contractibus, præsumatur apposita in fraudem vsurarum, vide latius per *Angelum in l. vtrum super glos. si. ff. de petitio. heredi.* ¶ Item nota, † quod
9 in stricti iuris iudicijs non veniunt vsuræ, etiam post litis contestationem: vt *C. de condi. inde. l. prima.* & *de vsuris. l. quamuis,* licet veniant fructus: *C. de condi. ex lege. l. 1.* Sic ergo habemus præscriptionem sex annorum in debitis Iudæorum, quæ tamen non currit absenti; nec ei, qui ipsum debitum in curia petierit: vt in allegato *cap. Item quod*
10 *aliqua chartu,* &c. Ex † quo habes, quod non sufficit monitio, nec petitio extra curiam facta: vide
11 *Bart. in l. naturaliter. ff. de vsuca. in fi.* Sed † quæro, an sufficiat querelam, vel petitionem offerri in curia vel executorem mitti? Forte non, vt ibi dixi, quia ante litem contestatam, non dicitur quis agere, sed agere velle. *l. hoc amplius. ff. rem ratam ha.* vel saltem, quod sit lis quasi contestata: vt *extra.*
12 *vt lite non contestata. cap. quoniam frequenter.* Sed † si semel fuerit lis contestata, perpetuabitur actio: vt *C. de præscrip. triginta, vel quadraginta annorum. l. vltima.* verius dic vt dixi supra *collat. 1. in 1. curia. cap. 4.* & ibi est casus, & ita de facto vidi pronunciari, vnde minime sunt mutanda, &c. ¶ Vltimo
13 nota, † quod si testator mandauerit debita, & iniurias solui, tunc poterit peti debitum præscriptum: vt notat *Bart. in l. quibus diebus. ff. de condi. & demon.* & *Iaco. Butri. in l. legam. ff. de li. lega.* & *in l. is cui. §. Flauius. in fi.* & hoc etiã tenet *Iaco. in suo Curiali. 7. dubio. in q. que tractat. an de sententijs in rem iudicatam transactis possit offerri grauamen.*

De in ius vocando.

S V M M A R I V M.

1 *Citatio pro crimine debet fieri voce præconia cum comminatione bannimenti.*
2 *Citatio trina vbi requiritur pro impositione pœnæ, non sufficit vna citatio peremptoria.*
3 *Citatus personaliter in causa ciuili, si comparere non potest, non cogitur mittere procuratorem. Fallit, vt hic.*
4 *Citatus in causa criminali debet personaliter comparere, & non per procuratorem. & causa citationis debet in ea exprimi.*
5 *Citandus personaliter qui regulariter non est.*
6 *Contra milites non proceditur criminaliter nisi ad instantiam partis, ex priuilegio, quod priuilegium similiter habent notarij Gerundæ.*
7 *Iudex non debet impartiri suum officium in tangentibus interesse partis, nisi ad partis instantiam.*
8 *Confessio criminis infamat sicut sententia.*
9 *Infamis quis non efficitur nisi sit sententia secuta.*
10 *Vulneratõ non creditur; si dicat talem eum occidisse; nisi aliter probetur.*
11 *Accusatio facta contra mulierem eo quia interfecerit maritum debet prosequi, quamuis decedat accusator.*
12 *Bannitus accusatus de delicto captus non est condemnandus nisi confiteatur se crimen commisisse.*
13 *Bannito ex vna causa potest concedi securitas vt veniat ad se defendendum ex alio crimine.*
14 *Citatio inualida reddit processum qui sequitur, nullum.*
15 *Sententia sine citatione legitima est nulla.*
16 *Contumax verus dicere potest sententiam nullam, quãuis ab ea appellare non possit.*
17 *Excommunicari an possit contumax citatus traditur.*
18 *Sententia potest declarari nulla, vt quia fuerit lata cum falso procuratore, etiam post ipsius exequutionem.*
19 *Absolutus de crimine non potest super eodem iterum accusari.*
20 *Falsi inquisitio durat triginta annis, licet accusatio non duret nisi viginti: sed de iure Cathaloniæ accusatio biennio finitur.*
21 *Pater occidens filium præsumitur eum occidisse ex improuiso.*
22 *Suspicio sola an sit sufficiens ad inquirendũ, remissiue.*
23 *Inquisitionis materia, remissiue.*
24 *Inquisitio debet fieri in loco delicti.*
25 *Citatio generalis esse debet vbi citatur vniuersitas, seu collegium.*
26 *Iudex vbi procedit ad instantiam partis, debet solum citare reum conuentum.*
27 *Citatio si sua putauerit interesse, est monitoria, & non necessaria, & sic ita citati si volunt comparare, poterunt.*
28 *Citatio per edictum exequi potest tempore feriato.*
29 *Citatio continens comminationem sententiæ ferendæ habet vim peremptorij.*
30 *Citatio generalis per præconem an sufficiat; vel an requiratur, quod quis specialiter citetur, remissiue.*
31 *Appellari a citatione an, & quando possit. remissiue.*
32 *Citatio facta ad domum, vel procuratorẽ an sufficiat, remissiue.*
33 *Citatus personaliter an, & quando possit comparere per procuratorem, remissiue.*
34 *Citatio fit ad finem defensionis.*
35 *Sententia, & iudicium sine citatione est nullum. Fallit, vt hic.*
36 *Processus non tenet, si est vitium in citatione; si tamen citatus comparet, tenet processus non vi citationis, sed vi præsentiæ.*
37 *Citatio generalis non valet, si in ea non inseratur causa.*

1 L*Audantes statutum,* &c. Casus. † Citatio pro crimine habet fieri voce præconia cum comminatione bannimenti; videlicet, quod si citatus infra terminum ei præfixum non comparuerit, banniatur, & pro bannito habeatur. Et lapso ipso termino, etiam bannimentum ipsum nihilominus publicetur. Hoc dicit. ¶ Et si talis bannitus postea citetur pro pace & treuga, habet guidari, iuxta formam constitutionis supra *collat. 4. in const. Gerundæ cap. 27.* adde & repete hic quæ ibi dixi.
2 ¶ Et nota, † quod vbi per ius in pœnæ impositione exigitur trina monitio siue citatio, nõ sufficit

vna

vna cum perempto: vide *An. in cap. ex tua de cleri. non re.* & *Ioan. de Imola. in Clement. de vita: & hon. cle. cap. 1. in glos. tertio. in fin.* ad quod vide etiam *glo.*
3 *in feu. de milite va. qui contu. est.* ¶ Item nota, † quod citatus personaliter, si non potest comparere, non cogitur mittere procuratorem. Fallit vbi vertitur periculum vacationis Ecclesiæ; ille vero, qui citatur simpliciter, si fuerit impeditus, tenetur mittere procuratorem, nisi sit causa grauis: vt in *cap. querelam. extra. de procurator.* vide ibi *Inno.* super verbo *destinauerit.* Secus tamen est in ciuili, secun-
4 dum *Bald. ibidem.* Item nota, † quod talis citatus pro crimine tenetur comparere personaliter, & causa criminis est in ipsa citatione exprimenda: vt hic, & nota in *cap. si primates. 5. q. 3.* & *3. q. 9. cap. indicans.* Item notat *Gui. de Cug. in l. 1. §. 1. ff. qui pe. tu.* vide *Ioan. Andream de testibus cap. Romana. lib. 6. in glos.* super verbo *expressa.* argumentat. contra *C. de exhi. reis. l. nullus.* vide ibi *Bartho. de Sulicet.* & quę scripsi infra in *curia proxima. c. ordinamus etiam & statuimus, quod alguatzirius.* in fi. sed secundum aliquos in dicta *l. nullus.* exponitur, ibi, *explorare quæsitum*, idest, inquirere vtrum fecerit delictum, vel non: & dicit ibi *glos.* super verbo *quæsitum*, scilicet quando fuit absens vocatus; ergo in citatione exprimitur, sed postea veritas exploratur: vide etiã in *spe. tit. de citatione. §. contra citationem. vers. Item, quod in ea.* adde etiam quæ leguntur, & notantur *extra. de iudi. cap. iure lib. 6.* & quod notat *Pan.* & *Ioan. de Imola. in cap. cum litis. extra. vt lite penden. in Cle.* ¶ Et forte deberet in citatione exprimi locus criminis, vt sic videatur an sit de foro: & hoc præsertim, quando citantur extranei, qui non sunt alias de foro citantis. Et ita seruatur de stylo curiæ Regiæ Gerundæ. Et dantur decem dies pro tribus citationibus in vno peremptis edicto, & hoc in paganis, quia militibus, & domicellis alijs de paratico siue de genere militari dantur viginti sex dies. vt supra *colla. 4. in curia 1. Bar-*
5 *cino. cap. 17.* vide ibi. Regulariter † tamen quis nõ est citandus personaliter: vt *C. de procurat. l. fi.* & *ff. de arbi. l. non distinguemus. §. si dominus*, & in allegato
6 *cap. iure de iudi. lib. 6.* ¶ Sed hodie † contra milites non fit inquisitio pro crimine, nisi instante parte priuata, & hoc est ex priuilegio, de quo vide latius per *Iaco. de Calicio in suo Viridario militiæ.* & dixi supra *colla. 4. in prima curia Barci. tit. de guerra militum cap. 27. Item quod aliquis miles.* & idem pri-
7 uilegium habent notarij Gerundę. Item nota, † ꝙ iudex non debet imponere suum officium sine partis instantia in ijs quæ tangunt interesse, & vtilitatem partis: vt notat *Bart. in l. iam tamen. §. si plures. ff. iudi. solui* & vide *Inno. in cap. tua. de coha. cleri. & mulierum.* & in *cap. ad nostram in 3. de iureiu-*
8 *ran.* ¶ Item nota, † quod confessio criminis infamat sicut sententia: vt est *glos.* singularis in *l. fi. §. si cum de hæreditate. glos.* super verbo, *si probasset*
9 alias est in *l. sed & si possessorem.* Sed alias † ex probationibus etiam liquidissimis quis non efficitur infamis, nisi secuta sententia: vt in eadem *glos.*

10 secundum *Bald.* Item nota, † quod non creditur vulnerato, si dicat, quod talis eum occiderit, nisi aliter probetur. textus est singularis in *l. si quis in*
11 *graui. ff. ad Sillenia.* ¶ Item si quis † accusauerit aliquam, quod interfecerit maritum suum, & decesserit accusator, nunquid accusatio debet prosequi? Dic quod sic: vt in *l. filio. §. serui. ff. de ali. le.* ꝙ
12 non est alibi, secundum *Bald.* ¶ Vlterius † nota, quod accusatus ex delicto, si postea exbannitus fuerit, & capitur, non illico est condemnandus; sed iudex debet facere, vt confiteatur se crimen commisisse: vt *ff. de custo. re. l. 2. §. fi.* non est alibi,
13 secundum *Bald.* ¶ Et † si bannitus fuerit ex vna causa, potest sibi concedi securitas, vt veniat ad se defendendum super alio crimine, de quo accusatur: *glos.* est in *l. si qui reus de pub. iudi.* & non reperitur alibi, secundum *Baldum.* idem est in rapta to de bausia supra *colla. 4. in curia Gerundæ cap. 25.*
14 vide quæ ibi dixi. Nota † tamen, quod citatio incongrua facit processum, qui sequitur, nullum. in *Clemen. pastoralis. extra. de re iudi.* secundum *Bald.*
15 ¶ Item sententia † non tenet, quam legitima citatio non præcessit: vt *ff. de re iudi. l. si cum nulla*, & *ff. iudi. sol. l. vir. bonus.* & *C. ne de sta. defuncto. l. si pater.* & ibi *glos.* Secus si sit aliqua, sed potest per exceptionẽ elidi; quia arctat nisi opponatur: vide *Inno.* & *Bald. in cap. super eo, quod metus causa*, & in *cap. querelam. de procura.* Sed an in notoria causa sit citatio, vel sententia necessaria? Dic vt notat *Gui.* *2. q. 1. cap. qui lotarius. super prima glos.* ibi forte, &c.
16 ¶ Et contumax † verus licet non possit appellare, tamen potest dicere sententiam nullam; & istud est singulare dictum *Bart. in l. si, vt proponis. C. quo modo, & quando iudex*, secundum *Bald.* Pone,
17 quod † citato contumaci imponitur à iure certa pœna, an poterit nihilominus contumax excommunicari? Respondeo, vbi certa pœna reperitur, illa, & non alia est imponenda, alias contrafaciẽs fit infamis, nisi ex causa temperetur, vel exaggeretur; potest tamen contumax excommunicari: vt notat latius *Gui. 18. di. cap. propter Ecclesias*, super
18 verbo, *rationem.* Etiam † post executionem sententiæ potest peti, quod declaretur sententia nulla, vt quia fuit lata cum falso procuratore, & ea retractata retractabitur satisdatio, secũdum *Inno.* & *Bald. in cap. ex insinuatione*, super verbo, *restitutio-*
19 *nem. extra. de procura.* Vltimo nota, † quod quando contra aliquem per viam inquisitionis de crimine actum est, & absolutus fuerit ab eodem, non poterit postea per viam accusationis agi contra eum de eodem crimine, vt notat *Inno. in c. cum dilectus. extra. de procur. cap. in magna glos. vltra mediũ.* Item accusatio, & inquisitio vtraque est ad vindictam, ergo, &c. Et absolutus de crimine contra eum per viam exceptionis proposito potest de eodem crimine accusari, vt ibidem per *Inno.* Item
20 inquisitio † falsi durat triginta annis, licet accusatio non duret nisi viginti annis, vbi interuenit ordinarius accusator: vt est *glos.* singularis in *l. querela. C. de falsis.* Sed hodie accusationes, & denunciationes,

ciationes,& querelę pacium & treugarum, biennio concluduntur quoad instantiam: vt in *curia domina Maria colla.* 10.*cap.a remoure.* ¶ Item pa-
21 ter occidens † filium præsumitur ex improuiso occidisse:*glos.*est in *l.* 1.*C.ad l.Cor.de sicar.*& nō est
22 alibi, secundum *Bald.* Vtrum † autem ex sola suspicione posit procedi ad inquirendum: vide *glos.*& *Doct.in cap.ex parte.glos.fi. extra. de offi.ordi.* vide etiam *Inno.*& *Doct.in cap.qualiter,& quādo ij, extra. de accusa.*& per *Archi.eod.tit.cap.vltimo li.6.*
23 ¶Et de materia † inquisitionis vide per *Bart. in l.2.§.si publico.ff.de adulter.*&*ff.ad Turpil.l.senatus.§.eos.*& per *glos.*& *Doct.extra.de accu.cap.qualiter &*
24 *quando.* debet enim fieri † inquisitio in loco delicti,& vbi ille qui inquiritur conuersatur:vt *ex-*
25 *tra.de elec.cap.postquam.*cū concor. Vlterius † nota.quod in negotijs vniuersitatis, & collegiorum non est necesse singulos citari, sed administratores,idest,rectores:secus in factis singulorum; quia debet esse citatio singularis, & non generalis: ideo etiam absentes sunt citandi.*ff.de mino.l.etiam.*
26 *§.fi.*Item † nota.quod quando proceditur ad instantiam,partis,iudex non debet citare nisi reum conuentum. Sed vbi procedit ex officio suo,debent citari omnes quos res tangit,secundum *Inno.* & *Bald.in cap.humil.extra.de maio. & obe.* Item no-
27 ta,† quod citatio generalis omnium,quorum interest non est arctatoria, sed monitoria: ita quod omnes,qui putauerint sua interesse,poterunt ad causam venire si volunt,& cum illis qui venerint poterit procedi,alias non;& est *decisio Rota conclu-*
28 *sione* 456. Item tempore † feriato potest committi, & exequi citatio etiam per edictum in *con-*
29 *clusione Rota* 261. Item † citatio continens comminationem sententiæ proferendę,habet vim peremptorij.*glos.*est singularis in *l. si apparitor. C. de*
30 *coarta.li.*22. ¶ Sed † an sufficiat generalis citatio per præconem,vel requiratur, quod quis specialiter citetur,vide *Bart.C.de remi.pig.l.si eo tempore.*
31 & *in extrauag.quoniam nup.*Sed† an & quando valeat appellari à citatione.vide *Bald.in l.si clericus.*
32 *C.de Episcopali audi.* Et † an, & quando sufficiat citatio facta ad dominum, vel procuratorem, & latius de hac materia citationis,vide per *Ioan. de*
33 *Imola in cap.causam de elec.in cle.*Sed † an,& quando citatus personaliter posit cōparere per procuratorem,vide notata per *Angelum in l.Pompo.in*
34 *prin.ff.de procurat.* ¶ Et nota, † quod citatio non
35 fit nisi ad finem defensionis.Item † vbi non est citatio,nec iudicium,nec sententia,secundum *Bald. C.de his quibus, vt indignis l.cum fratrem.* Fallit in casibus specialibus, in quibus valet procedere sine citatione;quos dicā in *consti. Regis Ferdinandi.*
36 *cap.com molts entenents á fer mal,*&c. Et ita † vbi est vitium in citatione,nunquam tenet processus in præiudicium absentis. Sed † si citatus comparet, non vi citationis,sed vi præsentiæ tenet processus:vt in *l.* 1.in prin.*ff.de ferijs,*secundum *Bald.*
37 *in authen.si omnes.C.si vt ab hæredi.se abst.*Item† in citatione est causa inferenda, alias non valet generalis citatio,vt notat *Gui.de Cug.ff.qui pe.tu.l.*1. §.1.Item si iudex citauerit sine expresione causæ,tenet,quia multa,&c. secundū *Hostien.*& *Ioan. And.*qui ita notat *extra.de appel.cap.Romana.in glo.* quæ cadit super verbo *expressa.*circa prin.secundę colum.vide in *spe.tit.de citatione.§.contra citationem vers.Item,quod in ea,*&c.& tene,& adde, quod ibi notatur,& quod notatur *extra.vt lite per. cap. cum litis.*circa fi.in *Clemen.*per *Paulum,*& vide *glos. C. de exhi.reis.l.*1.super verbo *assensus.*& *Inno.in cap. consuluit de offi.dele.*Item adde hic quæ dixi supra *colla.proxima curia Montisalbi cap.*22. *Item ad tollendum.* vbi agitur de guidaticis, & publicationibus bannitorum.

De salarijs iudicum tabulæ.

SVMMARIVM.

1 *Officiales adstricti ad tabulam tenentur deponere salarium iudicibus dicta tabula in introitu officij, modo & forma expresis hic.*

2 *Officiales ad tabulam adstricti enumerantur.*

3 *Iudex ordinarius Gerunda an teneatur deponere salarium iudicibus tabula, traditur.*

AD *hoc vt salarium inquisitorum tabulæ facilius persoluatur,* &c. Casus. † Omnes officiales
1 qui tabulam tenere sunt astricti, antequam suis fungātur officijs, habent deponere in tabula nūmularia,vel apud aliquem probum hominem salarium inquisitorum tabulæ pro solido, & libra, iuxta salaria, & emolumēta ipsorum officiorum, & quantitatem,quam inde deposuerint, possunt de prouentibus suorum officiorum sibi retinere; & magister rationalis tenetur ex sola apochæ ostensione in computum addmitere,mandato Regio, vel executoria Thesaurarij minime spectatis.Hoc dicit.Et dic,quod soluentur dicta salaria inquisitoribus prædictis isto modo, scilicet, ab initio dabitur tertia pars;& elapso primo mense, qui datur ad proponendum querelas,dabitur alia tertia pars:residua vero pars dabitur in fine quatuor mensium,dum tamen in omnibus inquisitionibus,seu procesibus sententias dederint,& non alias:vt inf.*ead.col.*in *curia Mōtissoni c.iudices tabu-*
2 *la.*in principio. ¶Qui † autē sint officiales ad tabulam adstricti? Dic quod Vicarij Subuicarij,Baiuli,Subbaiuli,Curia, Iudices, Assessores, Carcerarij,Sagiones,& alij,de quibus dictum est supra *colla.*4 *in curia secunda Barcino.cap.primo.* & *in ter-*
3 *tia curia Barcino.cap.*4.vide in eis.Sed ecce † iudex ordinarius Gerundæ habet salarium á Vicario, & Baiulo,sed non recipit emolumenta.nunquid tenetur contribuere per hanc constitutionem? Videtur, quod sic, & ita seruatur. Sed debet de emolumentis,quę recipiunt Vicarius & Baiulus, recuperare,cum ipse non habeat vnde posit retinere;& ita olim seruabatur. Sed postea vidi contra seruari in iudice, qui non recipit emolumenta,sed tantum habet salarium de emolumētis Vicarij,vel Baiuli,& credo,quod bene; quia iudex, qui non recipit emolumenta,non potest consulere per retentionem.

De curia generali.

SVMMARIVM.

1 *Citationis ad curias generales materia. remissiue. & num. 2.*

3 *Iustum impedimentum quod dicatur, vt citatus ad curias generales non veniat. remissiue.*

PRaterea *confirmantes capitulum*, &c. Hic confirmatur *cap. Statuimus etiam.* supra *collat. 4. curia Illerda*, quod loquitur de citatione ad curias celebrandas, de quibus dixi supra *colla. 2. curia Barcino. cap. 26. Item, quod semel in anno*, vide ibi. † In
1 textu, ibi, *aliquam idoneam personam*, subaudi, adminus. quia duas dare poterit simul, vel in solidum, non tamen habebunt nisi vocem vnius: & primo scriptus admittetur: vt *extra de elec. cap. si quis, in sto. lib. 6.* vbi de hoc, & adde, & vide quæ dicam infra in *curia Ceruaria cap. confirmantes.* Vlterius † de
2 materia citationis vide supra *eadem cap. laudantes.* ¶ Sed quæro hic, † quod dicatur iustum
3 impedimentum, vt persona personaliter citata, non teneatur venire? *Iacobus de Calicio*, dicit hoc esse arbitrarium. Vide per eum in *Curiali suo in 6. dubio. §. nunc venio ad brachium militare. vers. quæro, quod impedimentum.* vide latius in *cap. si quis insto. extra. de elec. lib. 6.* præallegato. Forte timor inimicorum, & insidiarum; vel quia locus non est tutus: vt in *cap. accedens. extra. vt lite non contest. vt de ap. cap. ex parte*, vel quia timetur inferri vis personæ, & consensui, alias si soli consensui, sufficeret tunc mitti procuratorem, secundum *Bald.* super *Inno. in cap. bone. in magno. extra. de elec.*

De inhibitione victualium.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio victualium est seruanda, sub pœna hic contēta.*

2 *Comestibilia sunt communia tempore caristia.*

3 *Libertas extrahendi, & apportandi victualia solum per Principem tolli potest tempore caristia.*

4 *Statutum prohibens extrahi frumentum de ciuitate non intellligitur de eo quod est ad vsum proprium.*

5 *Crimen læsa Maiestatis committit, qui non habens potestatem statuendi condit statutum.*

6 *Iudices non punientes delicta subditorum sunt puniendi eadem pœna.*

7 *Constitutio, aut definit, aut prohibet, aut precatur, aut indulget.*

8 *Pœna contra transgressores constitutionum traditur. idem num. 11.*

9 *Iudex in criminalibus pronuntians dolose contra legem punitur criminaliter; secus si per imprudentiam, quia solum tunc punitur ad litis æstimationem.*

10 *Barones iurantes seruare constitutiones, & non seruantes, sunt periuri, & ad earum obseruantiam compelli possunt per dominum Regem.*

12 *Transgressor præcepti superioris peccat mortaliter.*

13 *Iudex faciens contra ius, in quo sunt opiniones, an incidat in pœnam. remissiue.*

14 *Statutum prohibens aliquid simpliciter, licet non imponat pœnam; tamen qui contrafecerit punitur extra ordinem.*

CVm *secundum constitutiones Cathaloniæ*, &c. Ca-
1 sus. † Omnes homines de Cathalonia, etiam Marchio Dertusæ, & alij Barones, ac quinque maiores, & minores tenentur seruare inhibitionem victualium, quam dominus Rex fecerit tempore caristiæ, prout potest, iuxta generales constitutiones Cathaloniæ. quas hic confirmans statuit, quod possit procedere contra dictum Marchionem, eiusque officiales, & alios de ciuitate Dertusæ, contrarium attentantes, velut contra transgressores ipsarum constitutionum, & alias, prout iuris fuerit, & rationis. Hoc dicit. ¶ Nota in principio pro generali allegatione, quam quotidie facimus, dicendo *secundum constitutiones*, vel *contra constitutiones*, non designando de quibus singulariter: sic *extra. de coha. cleri. & muli. cap. vestra.*
2 vbi de hoc notant *Doct.* Item nota, † quod tempore caristiæ omnia comestibilia sunt communia, & qui habent frumentum, possunt cogi vendere viliori pretio; de quo vide latius per *Angelum in l. laborante. §. cum in eandem. ff. ad l. Rhodiam de iactu.* ¶ In textu, ibi, *Constitutiones*, dic; scilicet, quas habes supra *collat. 2. in curia Barcino. cap. statuimus.* & *collat. 3. cap. 9.* & *collat. 4. in secunda curia Barcino. cap. 11.* & *curia Gerunda. cap. 8.* dic, vt ibi notatur cum suis concor. ¶ In textu, ibi, *cuilibet sit*
3 *licitum*, ergo † libertas extrahendi, & portandi victualia, vel alias res non potest tolli nisi à Principe tempore caristiæ, vt hic habes. & in locis præallegatis, vel nisi de mandato Principis, vt dixi in allegato *c. 11.* Et ideo reuocatur hic destrictus, & prohibitio, quæ vulgariter dicitur *destrinnment*, quæ fiebat olim in dicta ciuitate Dertusæ. Sed ta-
4 men † vbi statutum prohibet extrahi frumentum de ciuitate, non intelligitur de eo, quod est sui vsus causa: vt *l. certa. §. si duobus. ff. de legatis secundo.*
5 Nota † tamen, quod pœna statuentis, si non habet potestatem statuendi, est crimen læsæ Maiestatis; vt *l. 3. in fi. ff. ad l. Iuliam maiesta.* vide supra in *curia Gerunda. cap. vltimo.* in fin. ¶ In textu, ibi, *prout contra transgressores constitutionum Cathaloniæ*, &c. Quidam antiqui scribunt, quod dominus Rex consueuit procedere contra non seruantes huiusmodi constitutiones cum hostibus, talando bona illorum transgressorum, & in tali exercitu vadunt etiam omnes homines Prælatorum, Baronum, &
6 aliorum. Vlterius nota, † quod iudex debet inspicere ne quis legem transgrediatur. Item nota, quod iudices non coercentes delicta subditorum, sunt puniendi eadem pœna: vt notat *Bartho. de Saliceto C. de priuatis carceribus. l. 1.* Item nota hic esse præcipuitatem, & prærogatiuam domini Regis facere istam prohibitionem tempore caristiæ, secundum *Iaco. de Calicio*, qui hoc notat in *suo Curiali. septimo dubio*, vbi tractat de prærogatiuis Princi-
7 pis in *versiculo, Et nota,* † *quod constitutio aut diffinit, aut imperat, aut prohibet, aut precatur, aut indulget.* de quo dic vt notatur *dicunanona distin. §. super glos.* & ibi etiam per *Gui. in addit. dic clarius*; de pœna obripientium vide supra *collatione quarta*

in

in *secunda curia Barcino.cap.22.Item quod nos,& no-*
8 *stri successores.* Item quæro † hic,quæ sit pœna istorum transgressorum? Respondeo, videtur, quod sit pœna legis Iuliæ maiestatis:vt *C.ad l.Iul.maiestat.l.1.* vbi de hoc per *glo.*& melius per *Barthol.*
9 *de Saliceto,* qui inter cætera dicit ibi,quod † iudex, qui in criminali dolose contra legem pronunciat, punitur criminaliter; secus vero si per imprudentiam,tunc enim ad litis extimationem,de quo in *l.si filius.ff.de iudi.*& *l.si iudex. ff.de extraord. cri.*& vide quæ dixi supra *collatio. secunda in curia Barcino.cap.prædictas siquidem.* quod facit supra *collat.4.curia Illerdæ.cap.18.* vide *Bald.ff.de leg.l.legis virtus.*& melius in *vsat.iudicium in curia.* vbi dicitur, quod qui iudicium curiæ recusat, & curiam falsat,Principem damnat;& qui Principem vult damnare,punitus,& damnatus sit omni tempore, & cuncta sua progenies,&c. vide ibi, & ipsum *vsat.* intellige,vt notat *Iaco.de Calicio de iure fisci in octauo dubio.versiculo* 155.& *in Exgrauatorio cu-*
10 *riarum.septimo dubio.vers.* 155.Item quia † Marchio,& alij Barones,iurant curias, vnde si postea eas non seruent, sed violent, & transgrediantur, sunt periuri,& inobedientes Principi, cui de fidelitate tenentur, ideo possunt eijci à pace & treuga;& per Principem cum tota pace compelli:vt in *cap.*18.præalleg. & vide ibi, & quæ notantur per *Iacob.de Calicio super vsat.domnus Ray.in q.finali.* vbi quærit,an Barones possint facere vsaticos, & constitutiones in suis Baronijs, vide etiam in
11 *vsat.hæc sunt vsualia in* 1.*q.* Et prædicta † forte vera in illis, qui pertinaciter constitutiones transgrediuntur, & non seruant, prætendentes se ad illas tenendas non astringi; vel quia dicunt Regem non potuisse illas constituere, vel non esse iustas asserunt:*art.19.dist.si Romanorum.* & *extra. de maio.& obe.cap.si quis venerit.* vbi dicitur,*qui non*
12 *obedierit Principi,morte moriatur.* Item † quilibet transgressor præcepti,vel prohibitionis sui superioris incurrit peccatum mortale. *4.dist.cap.denique.art.14.q.1.cap.quod præcipitur:* & *extra de verbor.significa. cap. in ijs.* & nota per *glos.* & *Ioan.de Imola in Clement.præsenti de censibus in 2.glos.* & de pœna transgressorum canonis, vide de *elec. cap. generali lib.6.* vide *glos.in cap.nihil.extra. de elec.* & in *c. sopita.* in fin. *de censi.* & adde notata per *Ioan. de Imola in Clementina prima de æta.* & *quali.super glos.vltima. in 1.q.*& vide latius per *Gui.in Rosario. 19.dist.cap.nulli fas.super 1.glos.* Secus autem credo,si quis alias temerarie transgrediatur, violet, vel non seruet ipsas constitutiones, tunc enim talis transgressor,punietur pœna in ipsis cõstitutionibus expressa si qua sit; alias punietur extraordinarie arbitrio ius dicentis:vt *ff.de crimine stellion.l.2.*& 3.& *ff. de pœnis. l. hodie.* & nota in allegata *l.1.C.ad l.Iuliam Maiesta.* & *C.de pe. iudi. qui male iudi. l.2.* & *insti. de obli. quæ ex quasi delicto.* in prin. vide ibi *Ioan. Fabr.* & *Bartholomæum de Saliceto.* & *Bald. in dicta l.* 1. vbi habetur, quod non propterea quis offendit Principis maiestatem, quod contra ipsius legem, vel constitutionem pronunciauerit,& idem videtur tenere *Iacobus de Calicio in Margarita fisci. septimo dubio. Rubrica de pœna violationis legis, vel constitutionis.* Tenebitur tamen lege Iulia,repetundarum,si pecunia fuerit corruptus, alias tenebitur crimine stellionatus. Item & crimine falsi.vt *ff.ad l.Cornel.de fal.l.1.§. sed si iudex.* vide *Doct. in vsat. simili modo.* & *glo.in l.1.C.ad l.Iuliam vi.* Ciuiliter etiam poterit cõueniri:vt *insti. vbi supra.* Et hoc quando in ciuili contra legem pronunciauerit. Si vero in criminali,tunc aut dolose, vel per imprudentiam, vt dixi supra secundum *Bartholomæum de Salicet.*
13 Sed an, † & quando faciens contra ius, super quo sunt opiniones,incidat in pœnam, vel non, vide per *Ioan.de Imola in Clement.statutum de elec. in 2. q. vers. Nota tamen ex dicto Gullermi.* &c.
14 ¶ Vltimo nota,† quod statutum prohibens aliquid simpliciter, licet non imponat pœnam; tamen qui contrafecerit, punitur extra ordinem. *glos.* est singularis in *l.nemo martyres.C.de sacrosanct. Eccles.* & non est alibi secundum *Bald.* & facit pro ijs quæ dixi statim. vide etiam quæ dixi supra *collat. 4. curia Gerunda cap.* 21. super verbo, *puniatur.* Et adde notata per *Geminian.* & *Ioan. de Imola in Clement. præsenti glos.2.de censibus.* & vide quæ notantur *de elec.cap.generali. lib.6.* per *glos.* & *Doct.* Item qui constitutionem violat, videtur auctori facere iniuriam; & qui canones violat, dicitur blasphemare Spiritum sanctum,secũdum *Gui.in Rosario.distinct.10.cap.certum.*

PRæterea siquidem hic continentur firmæ prædictarum constitutionum huius curiæ Perpiniani factarum in Capitulo Monasterij Fratrum Minorum die Lunæ, qua computabatur, decimo Kalendas Nouembris, anno à Natiuitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo. Et continuando curiam ipsam fuit factus processus solemnis contra interfectorem Abbatis Sancti Cucufatis Vallensis, quem processum non prosequor, sed vide per te, quia pulcher, & notabilis est.

De iure Dotium. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres mortuo viro ipso iure intelliguntur possidere omnia bona viri sui pro suis dote, & sponsalitio, & infra annum luctus alimentari debent de bonis viri, sed non faciunt fructus suos; post annum vero possident,vt vsufructuariæ, nisi per virum fuerit prouisum; & tenentur facere inuentarium infra tempus hic præfixum.*

2 *Vxor secunda an præferatur filijs primæ in hypotheca, & possessione. & quid si hæres primæ præueniat secundam in possessione,& tenuta.*

3 *Pronomen, hac facit demonstrationem. & demonstratio facta per ista pronomina valet, ac si fieret per propria nomina.*

4 *Vxor tenetur operari viri, & post illius mortem hæredibus, qui eam alere tenentur in casu, vt ibi.*

Bonorum

63 *Bonorum possessio agnosci videtur per accusationem testamenti de falso.*

64 *Uxor tenens, & possidens vigore* constitutionis, Hac nostra, *bona mariti, tenetur accipere actiones hæreditarias actiue, & passiue.*

65 Bona *verbum in* constitutione, Hac nostra, *non solum denotat possessionem, sed etiam proprietatem.*

66 *Bonorum appellatio demonstrat vniuersitatem, & ius successionis, & non particulares res.*

67 *Hæres non potest regere hæreditatem inuita vxore, dum ea est in tenuta vigore* constitutionis, Hac nostra; *nisi prius ei dotem soluat, vel offerat; vel nisi tot pecuniæ hæreditariæ penes vxorem sint, ex quibus sibi integre satisfieri possit.*

68 *Mulier non habet beneficium* constitutionis, Hac nostra *in bonis soceri, qui receperit dotem.*

69 *Beneficium prælationis dotis non habet locum in dote confessata.*

70 *Mulier vigore* constitutionis, Hac nostra, *quomodo possideat.*

71 *Dos vbi non adest, ibi nec hypotheca.*

72 *Si maritus in vita fundum donauerit retento vsufructu de vita sua, vxor mortuo viro non censetur dictum fundum possidere.*

73 *Mulier licet dotem non attulerit, habet tamen prouisionem anni luctus. idem num. 92.*

74 *Uxor tenetur præstare patientiam ad instantiam creditorum, quod bona mariti vendantur, vt ipsi, & illis satisfiant.*

75 *Hæredes viri non possunt excludere vxorem à tenuta, nisi offerant dotem.*

76 *Uxor, constante matrimonio, non est excludenda à iure pignoris, & hypotheca, quamuis dos offeratur.*

77 *Uxor, siue dos sibi soluatur, siue non, est alenda de bonis viri infra annum luctus.*

78 *Uxor si transeat ad secunda vota intra annum luctus, an perdat alimenta dicti anni. & num. 81.*

79 *Annus luctus cuius temporis sit traditur. idem num. 84.*

80 *Uxor retinet vestes lugubres.*

82 *Priuilegium faciendi fructus suos an transeat ad hæredes. remissiue.*

83 *Uxor, quæ potuit, sibi satisfacere in dote, & non satisfecit, non gaudet beneficio* constitutionis, Hac nostra.

85 *Annus luctus an habeat locum in viro qui lugendus non est, & quid si vxor non luget.*

86 *Vestes lugubres finito anno non debent hæredibus viri restitui.*

87 *Alimenta vxori præstantur nedum de fructibus, verum etiam, & de bonis, si fructus non sufficiunt. declaratur num. 88.*

89 *Alimenta vxori præstanda in quibus consistant.*

90 *Uxor pauper diuertens à viro non tenetur alere filium anniculum.*

91 *Uxor retinet vestes nigras, quibus induitur tempore mortis mariti.*

93 *Vestes repertæ penes vxorem tempore mortis viri an repetantur à viri hæredibus, an cedant vxori.*

94 *Uxor sicut pro dote an pro alimentis anni luctus habeat bona viri obligata, & hypothecata.*

95 *Alimenta legata vbi sint præstanda.*

96 *Legatarius potest petere, vt iudex sibi taxet alimenta.*

97 *Uxor post annum luctus quomodo, & qualiter possideat. idem num. 98.*

99 *Usufructuarius omnium bonorum an subeat onera legatorum.*

100 *Mulier post* constitutionem, Hac nostra, *quam possessionem retineat.*

101 *Vidua, & si nubat, gaudet nihilominus priuilegio* constitutionis, Hac nostra, *quoad faciendos fructus suos mortuo viro. declaratur num. 102.*

103 *Mulier, cui per primum virum relictus est vsusfructus, eo vna cum secundo viro, & tota familia poterit vti.*

104 *Gerundæ inter rusticos est consuetum pacisci in capitulis matrimonialibus, quod superuiuens vir possit super manso, quod intrauit allata pecunia numerare faciendo fructus suos, donec axouarium fuerit ei restitutum.*

105 *Uxori non competit vsusfructus in bonis viri donatis in vita.*

106 *Priuilegium faciendi fructus suos transit ad filios; licet non ad hæredes extraneos.*

107 *Usufructus potest constitui à lege. idem num. 119.*

108 *Pignus possidens non facit fructus suos.*

109 *Uxor relicta domina potens, & vsufructuaria quomodo intelligatur.*

110 *Uxor tenens, & possidens an possit præsentare ius patronatus.*

111 *Uxor inhoneste viuens an perdat commodum* constitutionis, Hac nostra. *& quid si secundo nubat infra primum sequentem annum post mortem viri. & num. 113.*

112 *Uxor an possit facere eleemosynam de bonis viri.*

114 *Uxor transiens ad secunda vota post mortem mariti habet etiam vsumfructum. declaratur num. 115.*

116 *Si filius est relictus hæres, & vxor vsufructuaria, vxor habebit filium alimentatum, nisi maritus aliter expresserit; & si hæres fuerit extraneus, habebit vxor vsumfructum hæreditatis. declaratur num. 117.*

118 *Mulier relicta vsufructuaria omnium bonorum, tenetur soluere æs alienum.*

120 *Usufructuarius non facit fructus suos, donec satisdederit de vtendo fruendo arbitrio boni viri.*

121 *Pater non perdit vsumfructum in bonis aduentitiis filij per mortem dicti filij.*

122 *Uxore moriente, si testator nullum hæredem instituerit, hæreditas deuenit ab intestato ad propinquiores.*

123 *Si matrimonium post mortem testatoris appareat nullum, an relictum vxori reuocetur.*

124 *Actiones actiuæ, & passiuæ hæreditatis an competant contra vxorem, cui à marito relictus est vsusfructus omnium bonorum, & post eius mortem Titio.*

125 *Actio personalis datur contra debitorem, vel illum qui repræsentat eius personam.*

126 Bart. *in* l. fin. ff. de vsufructu lega. *declaratur.*

127 l. controuersia. ff. de transactio. *declaratur.*

128 *Dictio* donec *facit conditionem.*

Soluere,

Hæres

263 *Hæres non conficiens inuentarium an perdat Trebellianicam.*

264 *Vxor per socerum impedita inuentarium facere, quid facere debeat.*

265 *Socer nurus parentis loco est.*

266 *Parentis prohibitio facilius excusat quam extranei.*

267 *Preces importunæ æquiparantur metui.*

268 *Vxor non conficiens inuentarium non facit fructus suos, quamuis adsit pactum in capitulis matrimonialibus, vt mulier faciat fructus donec dos sibi soluta fuerit.*

269 *Inuentarij confectio an possit remitti ex pacto, vel in testamento viri.*

270 *Vxor non conficiens inuentarium an perdat vsumfructum sibi legatum. idem num. 271.*

272 *Pœna quando censeatur imposita ipso iure.*

273 *Pœnam vt quis incurrat ipso iure, est necessaria declaratio.*

274 *Pœna statuti quantum tempus duret.*

275 *Ordinationes ciuitatum non durant vltra annum.*

276 *Posterior constitutio non mutat ius vetus, nisi ei contrarietur.*

277 *Curatores, prælati, & executores testamentorum, & administratores tenentur conficere inuentarium. & quid erit de curatore ad lites. nu. 278.*

279 *Curator datus bonis indefensis tenetur conficere inuentarium.*

280 *Curator in bonis datur absenti longo tempore.*

281 *Cura furiosi, & prodigi est legitima, cæteræ sunt datiuæ.*

282 *Iudex videns tutorem coram se dolose administrare, potest eum à tutela remouere ex officio.*

283 *Pater legitimus administrator filij potest constituere, procuratorem ante litem contestatam, secus est in curatore. quid in prælato, vel clerico litigante nomine Ecclesiæ, nu. 284. quid in rectore hospitalis, nu. 285.*

286 *Inuentarium quæ persona conficere debeant.*

287 *Tutor si non apposuit omnia in inuentario, repellitur. declaratur ibidem.*

288 *Circa inuentarij confectionem attenditur consuetudo regionis.*

289 *Pulchra practica traditur, vt quis excusetur à tutela.*

290 *Mulier tutrix quibus debeat renuntiare, vt tutela non sit nulla.*

291 *Vxor vsufructuaria an pro iure patronatus præsentare possit. declaratur num. 292.*

293 *Laicus ædificans Ecclesiam nihil consequitur nisi ius patronatus.*

294 *Legatarius pro legato habet tres actiones, personalem, in rem, & hypothecariam.*

295 *Vxor solutis sibi dote, & sponsalitio an possit hæreditatem viri pro legatis adhuc retinere.*

297 *Sententia incerta pro dote valet.*

298 *Exceptio, ne egeat, non habet locum in viro, qui ex labore suo honeste viuere potest.*

299 *Vxor res dotales possidens an possit viro vendicanti opponere exceptionem de inæqualitate donationis propter nuptias.*

300 *Mulier nubendo an censeatur omnia bona sua in dotem viro attulisse.*

301 *Vxor si castrum dedit in dotem, an fructus illius sint viri.*

302 *Confessioni viri asserentis se vergi ad inopiam an sit credendum.*

1 HAC *nostra constitutione*, &c. Casus. † Mulieres, mortuo viro, ipso iure intelliguntur vt creditrices omnia bona viri possidere pro dote, & sponsalitio: & infra annum luctus debent de bonis ipsius viri alimentari, non tamen faciunt fructus suos. Post annum vero luctus mulier mutat possessionem, & possidet vt vsufructuaria conditionalis, nisi per virum extiterit prouisum. Et tenetur de dictis bonis incipere inuentarium infra mensem, à die notitiæ mortis viri, & illud perficere infra alium proxime sequentem mensem: alias priuabitur commodis alimentorum anni luctus, & faciendi fructus suos. Hoc dicit. ¶ Et est multum notabilis, practicabilis, & menti tenenda: quia per eam declaratur *vsat. vidua si honeste, & caste*, &c. & tria, vel quatuor capitula localium Barcinonæ *del recognouerunt proceres*, &c. Pone.
2 Aliquis † habuit duas vxores cum suis dotibus, ex prima habuit filios, quæritur, an eo viro mortuo, secunda vxor seu vltima superueniens præferatur hæredi prioris coniugis in hypotheca & possessione per hanc constitutionem? Videtur quod sic in possessione, & tenuta. Sed quid si hæres primæ coniugis pro dote priori præueniat secundam, & vltimam vxorem in naturali tenuta, vel ei cōcurrat, & de dote priori fidem incontinenti faciat, nunquid præiudicabitur ei per hāc constitutionem? Dixi, quod hæc constitutio non præiudicat dotibus prioribus, nec forte cognouit hunc casum. Immo videtur limitari per *l. assiduis. C. qui po. in pig. ha.* cum simil. & quia si secunda possideret, teneretur restituere priori, & sic obstaret iuris regula, *dolo facit*. Cogita amplius, quia nō dum vidi super hoc declarari, & est casus contingibilis valde, adde infra *ea l.* in verbo, *vxor*. Vnde, si vxor decedit relicto hærede filio communi ipsius matrimonij, aut ipse filius reperitur emancipatus, & potest statim agere hypothecaria pro dote contra patrem; aut reperitur in patria potestate, & tunc pater possidet dotem iure vsufructuario. Sed patre mortuo extinguitur vsufructus, & sic bona patris iure hypothecæ consolidantur filio, qui tanquam hæres matris censetur possidere, & præfertur nouercæ, quæ superuixit marito. idem dicit infra super bona. Et diuiditur in quinque partes. In prima dominus Rex dat priuilegium mulieribus hypothecādo eisdem omnia bona viri; ita quod mulier illico mortuo viro, vt creditrix possideat ipso iure bona ipsius viri; & infra annum luctus de eis alimentetur. ¶ In secunda parte, ibi, *post annum vero*, prouidet ipsi mulieri post annum luctus, volens ipsius viri bona possidere, & facere fructus suos, ipsam vsufructuariam sub conditione constituendo. ¶ In tertia parte, ibi, *exceptis tamen*, ponit exceptionem, vbi alias per virum iam erat prouisum. ¶ In quarta parte,

parte,ibi,*adiecto quod uxor*, ponit limitationẽ priuilegij.In quinta parte & vltima,ibi,*per hoc tamẽ*, declarat dominus Rex,quod adstringendo vxores ad inuentarij confessionem, non liberat alios ab ipsa inuentarij confessione, qui ad eam alias
3 de iure teneantur.In tex.in prin.*hac nostra*, † &c. istud pronomen,*hac*,facit demonstrationem ad intellectum:vt *l.1.§.1.ff.de noui operis nunt.in gl.f.* & plene nota in *l. Manius.§.2.* super *vers. hanc.ff. de legatis 2.* & *l.qui hoc anno.ff.de verb.oblig.*& *l.hac venditio.ff.de ac.empt.& vend.*& *l.veluti.§. hac vox.ff. de edendo.*& *l.1.ff.de seruit.rusticorum prædiorum.* & *l.hac actio.ff.de calumniatoribus.* Et est demonstratiuum ad oculum; vt *l.nemo dubitat.ff.de hæredi.instit.*& *l.si ita stipulatus fuero hanc summam.ff.de verborum oblig.*& *l.huius edicti.§.1.ff. de pactis.* Et demõstratio facta per ista pronomina valet ac si fieret per propria nomina:vt *l.quotiens.§.si quis.ff.de hæredi.insti.* & *l.2.ff.de lib. & postu.* & *l.certum.* ff. *si certum petatur.*dum tamen de corpore constet; vt *C.de testa.l.si in nomine.*& ff. *de legatis primo. l.si quis in fundi vocabulo.*ff.*de contrahen.emp.l. in venditionibus.*& *ff.de verb.oblig. l.si in nomine.*& ff. *de rei ven.l.*
4 *si in rem.* Nota † ꝙ vxor tenetur operari viro: vt notatur in *l.sicut.*ff.*de operis libert.*sic & post mortem viri tenetur operari hæredibus mariti,qui eã alere tenentur,si aliunde non habeat, infra annũ, antequam sibi restituant dotem, alias tenentur sibi dare octo pro centenario ex dote pro alimẽtis,secundum *Iacobum de Butrio in §.exactio.l. vnica.C.de rei vxo.ac.* Sed † quid si ipsa mulier non
5 vult habitare cum hæredibus viri, cum commode & honeste possit? Dic quod tunc debet deduci de alimẽtis,quantum interest hæredum,ipsam pro eis operatam fuisse.De quo dic per *Bart.ff.soluto matrimonio.*ita notat *Ioannes de Platea institu.de se.con.Tertul.*in principio. vide quæ scripsi infra *ead.constit.*super verbo,*de bonis.*In textu,ibi,*constitutionem habemus.l. quod principi placuit.*vt *l.1. & 2. ff.de legibus.* & in Decretis *1.dist.c.lex.*Et procedit lex ex voluntate Principis,secus est in cõstitutionibus curiarum generalium Cathaloniæ: vt supra in *curia*
6 *Illerda.c.statuimus.*quia † Princeps in hac patria non potest facere generalem constitutionẽ, sine consensu generalis curię,& non populi. vt §.*sed quod principi.insti.de iure naturali.*& *l.1.*ff.*de constit. princi.* hodie tamen secundum vsum Cathaloniæ consensus populi interuenit:vt supra *collat. 4. in curia Illerda c.3.statuimus.*& sup. *ista curia Perpiniani c.præterea confirmantes.*cum concordant. suis.
7 Statutum autem populus bene potest facere:vt §. *sed ius quoddam ciuile insti.de iure natu.* & ibi nota. & *C.de noxa.l.2.*& ff.*de captis diminu.l.2.*& ff.*de decretis ab ordin.factis.l.fi.*& *l.ampliorem.* & *l. Lucius.* ff.*ad municipales.*ff.*de collat.l.illi.* & ff.*ad municipales.l.si in prin.*& *l.pro infante.§.idem.* Et tale statutum non ligat,nisi incolas & habitatores illius ciuitatis:vt *l.cum vnus.§.is qui.ff.de bo. auctor.iudi. po.* & *ff.de decre.ab ordi.factis.l.vltima.*& ff. *de iurisdic. omnium iud.l.extra territorium.* & *extra. de consti. c. animarum.lib.6.* & *ff.de offi.præsi.l.3.* n si ibi peregerint contra statutum.quod esset consonans iuri communi, quod prohibet rusticis arma portare, nisi modicum cultellum:vt in *authen.de armis.* per tot.§.1.& 2.*collat. 6.* & *l.qui dolo.ff. ad l. Iul.de vi pu.*& *C.vsus armorum.l.1.lib.11.* & in §.*si quis hominem.*& §.*rustici.*in *feu.tit.de pace te.* & *de alsera. feu.c.3.* & *extra.de vita & hon.cleric.c.cleri. arma.* Secus tamen ad defendendum:vt *l.penult.ff.ad leg. Iul.de vi pu.* & in *c.2. de vita & hon.clerico.* & istis ligantur rustici alieni:vt *ff.de offi.præfect.vrb. l. 1.*
8 §.*cura carnis.*Et præfertur † statutum legi: sed nõ præfertur constitutioni pactionatæ, stipulatæ, & iuratæ:vt *l. si fundus.ff.de euic.*& *l.1.ff.de vsuris.* & facit quod notatur *in l.1. C.quæ sit longa consuet.* & *l.pro infante.ff.ad municipales.* Et lex debet esse generalis omnibus subditis. Vide *4.dist. c.erit autem lex. insti.de iure nat.§. plane.*& *extra.de consti.cap.1.* vbi,*de hoc quod præsumimus in dubio.* §.*quotiens. de iure natu.*& argum.*l.fin. C.de legibus.* Et fit quãdoque per epistolam,per sententiam, & per mãdatum: vt *insti. de iure nat.* §. *quod principi placuit.* &
9 *l.fin.ff.de legibus.* An vero lex generalis tollit statutum loci? Videtur quod sic:vt *ff. de sepul. violat. l.prætor ait.§.diuus Aurelianus.*Sed secus est vt *ext. de consti. c.1.lib.6.* & nota per *Bart.*in allegato §. *diuus.* Sed an tollit statutũ continens id quod ius commune? *Ioannes Andreas* dicit quod sic: vt notatur in allegato *c.1.in glo.ratio rationis.* vide ibi latius.Sed quæro de quæstione,quã *Baldus* dicit ex-
10 pedire scire. Ecce † quod consuetudines locorũ, & singularium Cathaloniæ sunt per generales cõstitutiones confirmatæ:modo fit contraria constitutio,an dictæ consuetudines reuocentur? Videtur quod non,per dictum *cap.1.* non obstãte, quia syndici locorum interueniunt,quia non habẽt ab omnibus tale mandatum. Dic quod singulares cõstitutiones non tolluntur,nisi expresse dicatur:vt in dicto *cap.1.* secus est de generalibus, & de his, quæ continent idem quod ius commune: per ea,
11 quę leguntur & notantur in alleg.*c.1.*Sed † quãdo sentẽtia principis facit ius,distingue, quia aut est sententia diffinitiua,aut interlocutoria principis in corpore iuris clausa, & tunc facit ius generale:vt *C.de nouo.C.compo.*in fine. Aut non est clausa in corpore iuris:& tunc interlocutoria ius generale non facit:vt *C.de legibus.l.3.* Diffinitiua vero aut est lata contra legem scriptam, & nõ facit ius nisi in causa illa, quia non est verisimile, eo modo velle corrigere iura scripta:vt *l.si quãdo. C.de inofficioso testa.* Aut est præter legem, & tunc sine causæ cognitione lata non facit ius extra causam illam:vt *C.de legibus.l.fina.* à contrario sensu. Lata vero cum causæ cognitione, si partibus pręsentibus,facit ius generale:vt dicta *l.fina.* secus si parte absente,vt *ff.de inofficioso testamento.l. qui repudiantis.*nisi esset roborata aliquo de signis positis in *l.leges.C.de legibus.* vbi de hac materia tractatur.& per *Ioannem Fab.insti. de iure naturali.§. sed quod principi.*& per *Doct.extra.de re iudicata.cap. in causis.*

causis. vide ibi *Antonium de Butrio* & adde quæ leguntur & notantur *ff. de sta. ho. l. ingenium.* & *extra. qui subsint legi. cap. causamque.* Pragmatica sanctio,
12 est id, † quod Princeps facit ad postulationem alicuius vniuersitatis, vel alicuius collegij, vt *l. finali. C. de diuersis rescriptis.* & debet ab vniuersis obseruari, nisi localis fuerit: vt *l. fi. C. de legibus.* &. *l. leges la. 1. C. eod. tit.* Sed Barones, & alij habentes iurisdictionem in Cathalonia, prætendunt quod non adstringantur in suis iurisdictionibus seruare pragmaticas Regias, nisi velint: quia ipsi habẽt vocari in iure condendo in hac patria: per *c. statuimus.* & *c. præterea super.* alleg. Quod † forte verũ,
13 nisi pro regalijs, puta, sono emisso, pace, & treuga, & alijs regalijs, pro quibus dominus Rex habet generalem iurisdictionem per totam Cathaloniã, quia in ijs dominus Rex potest & consueuit rescribere, & facere pragmaticas generales, dummodo non sint constitutiones generales Cathaloniæ, quæ iam de ipsis regalijs expresse disposuissent. Populus autem hodie legem generalem non facit: vt *l. 1. ff. de constit. princ.* Et notatur in dicto §. *sed quod princip. instituta. de iure naturali.* & in *l. non*
14 *ambigitur. ff. de legibus.* Iudex † vero statutũ potest facere: vt *l. 1. §. qui magistratus.* & ibi not. *ff. quod quisque iuris.* & *C. quæ sit longa consuetudo. l. 1. ff. de mu. & hon. l. fi. §. Item Episcopi.* & *de officio præfecti vrbis. l. 1. §. cura carnis.* & *ff. de clericis viol. pac. §. post.* & *l. fi. ff. ad legem Iuliam de anno.* Et finit eius officio functo: vt notatur in dicta *l. 1.* si est factũ sine causæ cognitione, arg. *l. final. C. de pœnis.* Si cũ causæ cognitione, durat: arg. *l. 1 ff. de postulan.* Per hæc
15 iura seruatur, quod non valeat † guidaticum vicarij post finitum eius officium. Et nota, quod de ijs facit statutum, quæ eius arbitrio relinquuntur: vt *C. commo. l. in rebus. §. possunt.* & *ff. de vsufruct. l.*
16 *hactenus.* & *ff. de iure deli. l. 1. §. fi.* Et hic nota, † ꝙ non valent ordinationes procerum, quas fecerint contra cõstitutiones quas seruare tenentur, & etiã iurarunt, nec valerent contra vtilitatem publicã, neque pro vtilitate singularium tãtum. Quid sint Senatus consulta, non curandum hic. Vide *institu. de iure natu. §. constat autem ius.* & in Decretis *dist. 2. c. Senatus consultum.* Statutum vero est id, quod ab omnibus de populo decernitur: vt *C. de Episc. & clericis. l. cum clericis. §. statuimus.* & nota bene in *l. pronuntiatum. §. 1. ff. de verb. signif.* vel à maiori parte populi, dum tamen fiat ad vtilitatem municipij, siue ciuitatis: vt *l. quod maior ff. ad municipales.* & *l. aliud. §. 1. ff. de reg. iuris.* & *l. sunt. ff. de pactis.* cum concord. Item statutum interpretatur secundum ius cõmune, & præfertur *legi l. vt gradatim. ff. de mun. & hono.* Vnde † nota, quod huiusmodi constitutiones recipiunt interpretationem
17
à iure communi, nisi in casu dubitabili: quia tunc haberet seruari forma constitutionis curiæ Gerũdæ sup. *collat. 4. c. 10.* dic vt ibi scripsi. In textu,
18 ibi, *perpetuo.* perpetuum † sumitur pro centum annis, ad excipiendum; pro triginta ad agendum: vt *l. 2. C. de diuersis rescriptis.* & notatur in *l. 1. §. perenne. ff. de fluminibus.* & plene in *l. 1. §. hoc interdictum perpetuum. ff. eod. tit.* & nota in *l. 1. ff. pro socio.* & *l. 2. §. hoc interdictum. ff. de locis public.* & *l. ex facto. §. rerum. ff. de hæredi. insti.* Itẽ sumitur pro modico tempore: vt notatur in *l. 1. in fi. ff. de fur. aduer. nau. ff. de pœnis l. seruus.* vbi ponitur pro non tempore. Item ponitur pro generaliter: vt *l. Nesennius.* & ibi *glos. ff. de negotijs gestis.* Item habemus perenne, & idem est quod semper, id est, sine fine: vt *l. 1. §. 1. ff. de fluminibus.* in §. *perenne.* allegato. Sed hic sumitur *perpetuo,* dum Principi placuerit: vt *l. non est nouum. ff. de legibus.* Intellige Principi, scilicet, & generali curiæ Cathaloniæ, quia alias dominus Rex non potest rescribere contra constitutionem Cathaloniæ: vt supra *collat. 3. c. 8. Item ordinamus.* Quandoque constitutio dicitur edictum: vt infra *collat. 10. cap. ab aquest edicte perpe-*
19 *tual statuim.* In textu, ibi, *quod hic.* † quod nõ est nomen: vnde quando est nomen, facit relationem simplicem: vt *l. Iulianus quoque. ff. de hæredi. institu.* quandoque per se, tamen causa contrarietatis: vt *l. 4. C. de negotijs gestis.* & *l. dominium. C. de iniurijs.* & significat substantiam, & non quantitatem, neque qualitatem, vt notatur in *l. 1. in penult. glossa. C. de sen. quæ. pro eo quod interest, profer.* Quandoque ponitur aduersatiue pro *sed*: vt *l. ita stipulatus sum.* & *l. in executione. §. 1 ff. de verborum obligat.* & *l. si duo rei. §. primo. ff. de solut.* & *l. eadem. §. Cato. ff. de verb. signific.* Item ponitur pro *si,* & facit conditionem: vt *l. nuper. ff. de legatis 3.* & *l. si cum. ff. de legatis pri-*
20 *mo.* In textu, ibi, *vxor.* Sed † an Regina gaudeat isto priuilegio huius constitutionis? Respondeo, quod non, cum numquam quis possit vti priuilegio contra illum à quo habet, nisi specialiter fuerit dictum: vt *l. circumuento. ff. de mino.* & *l. amicissimos. §. fi. ff. de excu. tut.* & *l. 1. §. fina.* cum *l. seq. ff. de noui operis nunt.* Item quia persona loquentis intelligitur excepta: vt *l. qui insulam. §. finali. ff. locati.* & *l. inquisitio veritatis. ff. de solut.* & *ff. de sena. l. pri-*
21 *ma.* Fortior est ratio, quia Rex † non posset Regnum obligare in præiudicium successoris: sed habet Regina remedium. §. *exceptis infra eodem.* quia sibi prouidetur de speciali obligatione. Dic etiã
22 melius, † quia Reginæ habent certa loca pro dote, obligata tantum: & tunc non tenentur facere inuentarium: vt infra *eodem. §. exceptis.* & sic illa loca specialiter obligata tantum possidentur pro
23 dote, & non alia. Quæro si † vir prælegauerit dotem vxori, an gaudeat hac constitutione? Dic ꝙ non, nisi aliter probauerit dotem fuisse solutam; vt videtur textus in *l. is qui §. ei. ff. de le. præstan. ff. de contra. ta.* & *l. si non designata.* in fine. *C. de falsa causa adiecta.* & *insti. de le. §. si vxori.* & *l. virilis. §. si quid vxori. ff. de le. præstan. per cõtra. ta.* Sed habebit vxor tamquam sibi legatum, & mulier accipiendo non habet actionem de dote: *l. si filius.* & *l. qui dotem.* & *l. cum scriptum. ff. de dote prælegata.* Item quia solum datur actio pro legato: vt *l. vir vxori. ff. de dote præleg.* Sed contra, quia in tali legato dotis non potest per fideicommissum grauari: vt *l. 3. §. 1.* & *2. ff. de*

ff. *de dote praleg.* Dic quod non grauatur, eo quod non dos sit probata. Sed vt mulier gaudeat plene legato postquam dori videtur renunciare, acceptando legatum: vt *l. qui dotem. ff. eod. tit.* Item contra in *l. 1. §. 1. ff. de dote praleg.* dic vt ibi in *glos.* Item contra, quia videtur confiteri dotem. *ff. de legatis tertio. l. cum quis descendens. §. quisquis.* Dic, quod si quis confiteatur simpliciter non legando, tunc & cum iuramento, & debetur tamquam dos: vt dicto *§. quisquis.* & *C. de proba. auth. quod obtinet.* Aut fatetur simpliciter, & non causa legati. & tunc sapit naturam fideicommissi, & non dotis debitæ: vt *l. Lucius. §. quisquis. ff. de legatis secundo.* & *l. Lucius. § Sempronius. ff. de legatis tertio.* & *l. verba. C. de fal. ca. adiec.* & petetur vt legatum, non vt dos: quemadmodū notatur in præallegata *lege, verba nota. ff. ad Velleia. l. Seia. §. prim.* nota plene in *l. generaliter. C. de non nu. pec.* nisi forte confiteatur vir dotem vxori præsenti per se, vel per nuntiū, vel per epistolā. ff. *de po. l. publica.* in fine. & nota *Bart.* in dicta *l. Lucius. §. quisquis. ff. de legatis secundo.*

24 Nota, quod vxor gaudet † priuilegio viduarū, viro bannito. vt *l. 2. C. ad l. Fabiam de plagi. in glos.* Sed in contrarium facit textus in *auth. quo modo oportet Episcopos. §. 1.* & *§. cum fisco.* Item vxor nō potest conueniri, nisi in quātum facere potest: vt

25 *l. non tantum. ff. de iudi.* Nota, quod quidquid † ex opera vxor adquirit, ex bonis viri præsumitur quæsiuisse constante matrimonio. Vide *Innoc. in cap. cum in officijs. extra. de testam.* & *Ioan. in Summa Confes. lib. 1. tit. 8. q. 36.* in fine. & adde quæ notat *Baldus* super *Inno.* in *c. peruenit. extra. de empt. & vē.* vide in Gotis *lib. 4. tit. 2. c. 17. l. dum persona mariti. vers. sed & si diuisio.* adde quæ notantur per *Io. de Platea* in *l. de iure artificiali. l. & finistram. libro 10.*

27 Pone, mulier † nubit infra annum luctus, nūquid gaudebit hac constitutione? Dico quod sic: vt est *glo. in l. assiduus. C. qui po. in pig. ha. in 4. q.* & in donatione propter nuptias & sponsalitiū cum ijs etiā lex non puniat quoad vsumfructum: vt in *auth. de nuptijs. §. si vero spectant. collat. 4.* & *in l. fœmina. C. de nuptijs.* bene ad proprietatē, vt ibi dicitur, & pœna illa est introducta in fauorem filiorum, & non corrigitur per *cap. cum secundum. extra. de secūdis nuptijs.* secundum *Innoc. Hostien. Ioan. And.* & *Iacobum de Bellouisu.* vide ibi dominum *Antonium de Butrio.* & latius *gloss. tamen, ibi, simpliciter tenet contrarium.* & *l. de cætero. C. de his qui notantur infamia.* & *l. si qua mulier. C. de secundis nuptijs.* & facit in *authentica de non eligen. secundo nubere. §. prospeximus. col. 1.* & *§. sin autem.* licet sit contra *authentica eisdem. C. de secundis nuptijs.* Sed ibi vsusfructus principaliter: vel dic vt ibi. Item quia personæ propter causam, ne remaneant indotatę, & procreent, &c. ff. *soluto matrimonio. l. 1.* & sic non permittit, nisi sola adiunctione solutionis: vt ff. *de in integrum restit. l. non solum.* & *l. interdum. ff. de mino.*

27 & *C. ad Vellei. l. hæres.* Quæ sunt onera matrimonij? Dic quod alere vxorem & liberos, & dotare filias, & huiusmodi. Ex quo videtur quod defuncta vxore, si filij supersint, adhuc durant onera matrimonij: arg. *l. assiduus. §. exceptis. C. qui potiores in pig. habeantur.* & ita priuilegium huius constitut. transit ad liberos: arg. *l. etiam. ff. soluto matrimonio.*

28 Pone, † etiam mulier dedit dotem matrimonio contracto per verba de futuro: vir mortuus est: gaudebitne ipsa hoc priuilegio? Respondeo, sic, vt *l. 2. §. si sponsa. ff. de priuile. credi.* vbi est textus. & ff *de ritu nupt. l. minorem.* & ff. *de dona. inter virū & vxorem. l. cum hic status.* contrarium dicit *Ioan. de Anania in c. salubriter. de vsuris.* & consensus facit matrimonium: vt in *authen. de nuptijs. §. nuptias. collat. 4.* nota in *l. 3. §. 1. ff. de donat. inter virum &*

29 *vxorem.* Sed quæro, † an huiusmodi priuilegiū transeat ad hæredes? Dic quod sic: vt *l. assiduus. C. qui po. in pig. hab.* & cum sit datum rei, transit: vt *l. si ætatem. ff. de censibus.* & ff. *de serui. rust. præd. l. via. §. si finibus.* & *l. 1. C. de priuil. eorum, qui in sacro pal. lib. 12.* & *l. non solum. ff. de in integrum restitut.* & *de priuil. dotis. l. 1.* vide ibi, & adde notata in *spec. tit. de dona. inter virum & vxorem.* & hæc vera in suis hæredibus: arg. *l. etiam filios.* & quæ ibi notantur ff. *soluto matrimonio.* Vtrum priuilegium vxoris in dote transeat ad eius hæredes, intellige de priuilegio possidendi, & faciendi fructus suos, non autem de priuilegio anni luctus, quod est personalissimum vxoris superuiuētis. Sed forte secus de extraneis, in quos non transit commodum faciēdi fructus suos: arg. eorum, quæ leguntur & notātur in *l. maritum viro.* in fine. ff *soluto matrimonio.* & *l. rei iudic. §. 1. eod. tit.* Item quia filij cum parentibus eadem persona reputantur, &c. & ita vidi iudicari Gerundæ, iuxta *l. assiduus. §. exceptis. C. qui pot.* de quo vide notata per *glos. l. moc.* & *Anto. de But. in c. salubriter. extra. de vsuris.* & adde quæ notat *Henricus eodem tit. c. conquestus.* Adde infra *eodem. in §. exceptis tamen erroribus. in q. Sed an idē in extraneis:* & vide *Bart. ff. soluto matrimonio. l. quia*

30 *tale.* Sed an transeat ad cessionarium, dic latissime per *Bart. ff. soluto matrimonio. l. post dotem in pen.*

31 *quæstione.* & tangitur inferius. Pone † vxor promisit mihi centum nomine dotis, & non obligaui bona mea, sed fui confessus me recepisse ea: postea accepi mutuo decem, pro quibus obligaui expresse bona mea illi creditori; vxor postea dedit dotem: quis sit potior? & videtur quod tēpus confessionis sit spectandum: vt ff. *qui potiores in pignore habeantur. l. 1.* ē contra, quod tēpus dotis datæ: vt *C. qui po. in pig. hab. l. fin.* vbi dicit, *re ipsa data.* Solutio. Dic quod est differentia inter obligationem tacitam & expressam: in expressa spectatur tempus obligationis: vt prædicta *l. 1.* in tacita tempus dotis datę. vt dicta *l. fin.* ad hoc *C. de dotis cau. l. prima.* & *de secundis nuptijs hac edit. l. alij. §. sin autem.* & *C. de dona. ante nuptias. l. finali. §. etiam.* & ad hoc *C. de bonis, quæ liberi. l. cum oportet. §. finali,* secundum *Albertum Gal.* Quid de muliere hæretica, si-

32 ue Iudæa, an † gaudeat priuilegio huius constitutionis? Dico quod non, vt est textus in *§. 1. & 2. in authentica de priuileg. dotis. collatione 8.* & *l. prima C. de*

C. de hæreticis. Item quia cessat ratio, quia filij eorum ad defensionem Reipublicę non admittuntur: vt *C. de Iudæis. l. finali.* & notatur in *authentica iusiurandum, quod præstatur ab his.* & in *authentica, vt cum. de appellationibus cog. §. si quis de prædictis.* &
33 *§. generaliter. collatione nona.* Sed † quid si dos simpliciter fuit data viro sine instrumento, & non dicendo, Do in dotem, an præsumatur esse data in dotem? Respondeo, dic quod sic, vt est textus in *l. quod autem.* & *l. debitor mulieris.* & *l. tali. §. finali. C. de iure dotium.* Et gaudet priuilegio dotis; vt *l. 1. §. 1. C. de rei vxo. act.* & *l. 2. C. de nuptijs.* & *l. cum citra. C. de iure dotium.* & *l. in ambiguos. ff. de iure dotiū.* & argumento *legis finalis. C. de dotis promissione.* quod est verum, si statim post matrimonium dedit: argumento *l. Fulcinus. C. de donat. causa mortis.* & *l. secunda.* & *l. Senatus. §. mortis. ff. eodem titulo.* cū dos matrimonio contracto constituatur: vt *l. dotis fructus. §. finali.* cum *l. sequenti ff. de iure dotium.* Si ante nuptias non secutas det, præsumitur causa liberalitatis esse datum: vt *l. cū verū.* & *l. si à sponso. C. de donat. ante nuptias.* & *l. cum te.* & quod notatur in *Rubrica eodem tit. & insti. §. est & aliud insti. de dona.* habendo respectum ad dotis quantitatem, & qualitatem personarum; vt *l. seruus pertinentium ff. de legatis 1.* & *l. heredes palam. ff. de testa.* & *l. 1. §. mulier. ff. de ventre in posse mittendo.* In textu, ibi: *mortuo,* id est, si moriatur vir, alias nō, cū ablati
34 ui absoluti faciant conditionem. vt *l. trabis.* circa medium. *ff. de fide com. liber.* & *l. cum heres. §. fin. ff. de statu lib.* & *l. testator.* & *l. Titio. ff. de condi. & de.*
35 ideo † si matrimonium fuit solutum aliter quam per mortem, non gaudebit hoc priuilegio: vel si dos repetatur propter inopiam, cum habeat eo viuo ex stipulatu actionem; vt notatur in *l. in rebus.* & *l. vbi. C. de iure dotium.* & *C. de rei vxo. act. l. vna. §. 2.* & *§. cum autem.* vel hypothecariam, vel rei vendicationem, secundum alios: vt in dicto §.
36 2. Item † quia vir est priuilegiatus in bonis mulieris, quia non tenetur nisi in quantum facere potest: tenetur tamen præstare iuratoriam cautionē: vt notatur infra *eadem,* super verbo, *in dote. quæst. decima.* nota *l. maritum. ff. soluto matrimonio.* & ibi nota. & *ff. de re iudi. l. inter eas. §. Item si de dote.* & si agat ipsis viuentibus, ergo non videtur in suis bo-
37 nis. & priuilegiatus † vtitur priuilegio contra priuilegiatum: vt *l. si pecunia. ff. de rebus eorum, qui sub tu.* & *l. verum. §. fi. ff. de mino.* & *l. fi. ff. ex quibus ca. ma.* & cum interueniat diuersis causis: argumen-
38 to *l. priuilegia. ff. de priuileg. credi.* Et qualiter probetur mors, vide *Bart. in l. siquidem. C. soluto matrimonio.* & per *Gui. de Cug. in l. ab hostibus. ff. ex quibus cau. maio.* & adde quæ notat *Bartolus in l. genero.* in fine. *ff. ex quibus causis infamia irrogetur.* Item vide latius per dominum *Antonium de Butrio in ca-*
39 *pit. in præsentia. extra. de sponsalitio.* Item nota, † quod mors dicitur casus fortuitus: vt in *l. finali. C. de iure dotium.* & non est alibi, secundum *Baldum.* Et de multis periculis mortis nota *de sententia excommunicationis. cap. quod de ijs.* & ibi per *Innocentium* & *Hostiensem.* Item ruina, incendium, morbus, periculum maris, inundatio aquarum, fulgura, & similia dicuntur esse casus fortuiti, vt notant *Doctores extra. commo. c. vnico.* In textu, ibi, *viro,* vir di-
40 citur † à virtute: vt notat *glos. 1 in c. 1. extrauag. de clandesti. despon.* & vxor eius dicitur virago, quia de viro sumpta est: vt *Geneseos secundo cap.* in fine.
41 In textu, ibi, *confestim,* id est, † mortuo viro, ipso iure possidet, scilicet fictione iuris per hanc constitutionem, scilicet quoad possessionem ciuilē, vt in *authentica de incestis nuptijs. §. primo, collat. 2.* & hoc quoad acquisitionem dominij, seu quoad obligationem pariendam, Sed quoad executionē faciendam, idest, quoad adeptionē naturalis possessionis sumitur pro aliquo interuallo: vt notatur in *l. momentaneæ. C. vnde vi.* & notatur in *l. tutores. C. de administratione tut.* & *§. quod sancitum. in authentica de nuptijs. collatione quarta.* & nota in *l. si constante. ff. soluto matrimonio.* & *l. peremptorium. ff. de iudi.* & *l. à diuo Pio. §. 1. ff. de re iudi.* Et nota de hac dictione *confestim* in *l. ius gentium. §. quinimo. ff. de pactis.* & facit *l. 1. §. Item si ita. ff. ad legem Falcidiam.* & *l. 3. §. cum igitur. ff. de vi, & vi armata.* Et sumitur hic sine aliquo momento, scilicet, quantum ad ciuilem possessionem: vt *l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligat.* alibi quandoque sumitur pro aliquo temporis spatio: vt exponitur in *l. quod diximus. ff. de solut.* & *l. si ex duobus. §. fina. ff. de duobus reis.* & *l. cum quidam.* circa finem. *ff. de legatis secundo.* & *l. 2. §. confestim. ff. ad Tertull.* & *l. si rem.* in fine. *ff. de adquirenda possessione.* Item intelligitur hic ipso iure, propter dictionem *censetur,* quæ est præsentis temporis: vt notatur in *l. 1. C. de pœna iudi. qui male iudi.* & in *l. si quis in tantam. C. vnde vi.* & in *authentica, hab. ta. C. ne filius pro patre.*
42 & in *l. vna. §. 1. C. de rei vxo. act.* & † idem est de verbo *statim,* de quo in cōstitutione pacis & treugæ, quæ incipit: *Notum sit cunctis, quod cum nos Iacobus, §. Item statuimus, quod si quis contra tenorē pacis ceperit.* &c. ibi, *statim teneat.* super quo videas pragmaticam Infantis Alfonsi directam Iacobo de Monte Iudaico, datam Ceruariæ decimo Kalendas Maij, anno Domini 1321. quam inserui in *Summa Regaliæ Soni emissi, quæstione vndecima,* sub *§. præterea quia visum est.* vide ibi. & in *vsatic. auctoritate & rogatu.* per *Iacobum de Monte Iudai-*
43 *co.* Vlterius † quæritur hic, an sit necessaria declaratio super ipsa possessione adipiscenda: scilicet naturali, quæ est facti? Videtur quod sic; quia quando competit alicui ipso iure, adhuc est necessaria declaratio iudicis: vt notatur in *§. 2. instit. de actio.* & *l. intra quatuor. ff. de diuer. & tempora præscrip. ff. de iure fisci. l. aufertur.* in principio. *ff. ad Turpil. l. prima. §. calumniatoribus.* cum ibi notatis. & *extra. de hæreticis. cap. cum secundum.* & infra *collatione octaua. in curia Ferdinandi, capitulo. Querelam.* cum similibus. Vbi autem non competit ipso iure, tunc est necessaria sententia, & non ipso iure. vt *l. quod vulgo.* & *l. si duobus. §. si plus. ff. de bo. po. contra ta.* Et bene facit *l. præses. ff. de mino.* iuncta

iuncta *l. nam postea.* §. *& si minor. ff. de iureiurando. l. exceptio. ff. de exceptionibus.* Sunt casus, quando cõpetit ipso iure, non est necesse quod per sententiã fiat. vt *l. quæ sub conditione.* §. *fin. ff. de condit. instit.* & *l. nam & si sub conditione. ff. de iniusto rupto, & irrito*
44 *testamento.* Facit pro aduocatis, † quando debent in libellis petere in cõclusione declarari, vel per sententiam adiudicari. Et ista conclusio notanda est valde. Vnde dic ad quæstionem, quod mulier non debet petere adiudicari possessionem, cũ iam auctoritate huius constitutionis possideat, & illi, qui possidet, non competit actio, sed exceptio, si non expellatur à possessione, vel defensio: vt *l. 3.* §. *si quis. ff. de vi & vi armata.* & *l. 1.* §. *vim vi. C. vnde vi.* Item quia non debet dicere titulum, nec petere illi, qui iam possidet: vt *l. cogi. C. de petitione hæredi..* quam legem intellige iuxta notata per *Innocentium extra. de præscript. cap. si diligenti. in glossa magna.* Ad idem *C. de probat. l. 2.* Et est textus in *l. siquidem.* §. *1. C. de except.* & §. *commodum. institu. de interdictis.* & *l. fina. C. de rei vend.* Et sic male faciunt aduocati, qui formant libellum in petitione possessionis pro muliere: quod est contra *l. siquidem.* §. *1.* & *ff. de actionibus & obligat. l. negantis.* & *C. de li. causa. l. non ideo.* Et hoc verum, nisi forte pro tenuta & possessione naturali siue facti, quam alius detinet occupatam, scilicet vitiose; secus si absque vitio, vt puta, quia est filius prioris matrimonij, qui ex priuilegio iuris possidet pro dote prioris matrimonij: vel est creditor, qui reuocato precario intrauit possessionem ex pacto mariti, pro hypotheca priori, & de hoc constet incontinenti: pro qua possessione facti, siue tenuta recuperãda, scilicet ciuili, qua per denegationem fuit spoliata: vel debet peti declarari possessionem illorum bonorum, quæ fuerunt viri, scilicet: *naturali*, intellige de illa possessione, quam mulier habebat tempore mortis suæ, nisi esset per obitum extincta, vt in vsufructu, hoc est, tenutam illorũ tradendam, vel restituendam fore ipsi mulieri, vt ipsa bona ratione hypothecæ dotis, auctoritate huius constitutionis teneat. Sed licet libellus for-
45 maretur incongrue, † dummodo de intentione clare constet per processum, de iure Cathaloniæ debet sequi sententia: vt supra *eadem, cap. quia sæpe.* vide quæ dixi ibi. Sed tamen probata intentione aduersarij agentis habet mulier docere de titulo. vt *l. siue possidetis. C. de probationibus.* & *l. si quidẽ.* §. *primo. C. de exceptionibus.* & sic potest etiam intelligi dicta *l. cogi.* quæ habet locum, quando statur in finibus negationis, quia actore non probãte, &c. *l. qui accusare. C. de edendo.* cum similibus. tũc enim non cogitur quis dicere titulum suæ possessionis; secus est, quando constat de intentione agentis, vel quando ius commune, vel præsumptio est contra negantem: quod dic vt notatur per *Innocentium* in allegato *cap. si diligenti.* Facit *cap. ad decimas. de restitutione spoliatorum. libro 6.* An ve-
46 ro † mulier adipiscatur possessionem, quæ est facti, sua propria auctoritate? Dic quod sic, vigore huius constitutionis: vt *l. prædia.* & *l. iuste possidet. ff. de adquirenda possessione.* Hoc credo verum, si nullus alius possideat, vt puta, filij prioris matrimonij, ratione dotis maternæ, qui habent priuilegium per *l. assiduis.* §. *exceptis. C. qui potiores in pignore habeantur.* vt dixi supra in verbo *vxor*, in *q. sed quæro an transeat.* quia priuilegium dotis maternæ transit ad filios, qui primi fuerunt nouercæ: vt *l. etiam. ff. soluto matrimonio.* qui quæstionem referat: quia tunc non liceret sibi ius dicere, sed aliter cum detentore agendum est, licet vacantem possessionem valeat propria auctoritate apprehẽdere: auctoritate huius constitutionis, alias tutius est adire prætorem. Sed pone, quod vir moriatur
47 extra suam domum, vxor rediens reperit domũ ab alio post viri obitum occupari, an possit illũ occupatorem violenter expellere incontinenti, si non admittatur? Respondeo quod sic, quia statim cum non admittit vxorem, videtur eam expoliare: ergo incontinenti potest expelli. Ad hoc ff. *de vi & vi armata. l. cum fundum.* cum similibus. habet enim hæc vxor iura viri sui, & ideo iure possidet. Sed tutius puto adire prætorem, vt dixi, quia forte possessio viri per obitum eius cõsolidatur proprietati, cuius vsumfructum possidebat: vel est creditor, qui potuit possessionem occupare ex pacto mariti. Sed opponitur decretum *l. fundi venditor.* & *l. si stipulatione. ff. eodem tit.* Solutio. Dicas, quod hic occupauit ex priuilegio speciali Principis per hanc constitutionem, quod est licitum, vt dicta *l. prædia*, cum hoc sit concessum ratione suæ vltionis: vt *C. de metatis. l. deuotum. lib. 10.* & *C. quando liceat sine iudi. se vindicare. l. 1.* & *ff. de pig. l. veteri.* & *l. fina. C. de iure emfit.* In contrario autẽ accepit possessionem sine volũtate venditoris: quod non licet, quamuis sit vendita, attamen non debet intrare possessionem inuito venditore: vt in *l. venditor.* §. *finali. ff. de hæredi. vend.* & *l. eum qui.* §. *1. ff. de furtis.* & *insti. de contrahen. empt.* §. *quod prætor.* ex sola permissione non potest hoc facere: vt *l. non est singularis. ff. de re iudi.* & *ff. de noxa. l. generaliter.* in fine. & nota in dicta *l. iuste.* vide ibi *Bart.* & nota in *l. meminerint. C. vnde vi.* Et est ratio, quia
48 mittere † in possessionem est meri imperij: vt *l. iubere. ff. de iurisdictione omnium iudicum.* & non potest delegari, supple, nisi per Principem: vt *l. 2. C. de peda. iudi.* Secus si iudex tradidisset possessionem per clauem, vel signum oculi: ita intelligitur quod notatur in *l. prima. ff. de iurisdictione omnium iudicum.* qui solum habet administrationem: vti notatur in *l. is cui. ff. quorum legatorum.* adde quæ scripsi infra *collatione nona, in curia domini Regis Ferdinandi, capitulo, Als scãndols.* vbi punitur emptor
49 rei † emfiteotecariæ, vel feudalis, si ipsius rei possessionem intrauerit, sine firma, vel consensu domini directi. Adde quæ notantur infra *eodem*, super verbo, *in dote. in decima quæstione.* In text. ibi, *post mortem eiusdem.* Secus ergo est in vita, licet ca-
50 sus † repetendæ dotis eueniat, vt dixi super verbo, *mortuo.* Si ergo vbi vergat ad inopiam, & vxor

agat ad bona viri, iuxta *l. vbi. C. de iure dotium.* non
tamen habebit locum ista constitutio. Sed tunc
51 an sufficiat vxoris † confessio ad probandū quod
ipse maritus male vtatur substātia sua? Dic quod
non, sed vxor aliter hoc probabit: *ff. soluto matri-
monio. l. si constante.* secundum *Guillermum de Suda-
ria*, qui ita notat in *l. si emancipata. C. de collationi-
bus.* vide ibi etiam qualiter tunc bona poterunt
alienari: hoc est verum in his quæ sunt magni præ
iudicij, alias sufficeret vulgi opinio, iuxta notata
per *glossam* & *Doctores* in allegata *l. vbi. C. de iure
dotium.* Sed *Bartholomeus de Saliceto* videtur dicere
cōtra, vt scripsi postea in fine huius capituli, ibi,
Sed an stetur confessioni. &c. dic vt ibi notatur. *Di-
nus*, & *Baldus* post eum tenent quod stetur confes-
sioni mariti. vide *Baldum* in *l. si constante. ff. soluto*
52 *matrimonio.* Item quæro, † an si vxor consentijt
in alienatione alicuius prædij, postea agat pro a-
lio, in quo non consentijt, obstet sibi, quia nō po-
test cedere actionem contra illum, in quo consen
tijt? Dic quod non, secundum *Guillermum* vbi su-
54 pra. Sed an postquam † bona viri vergentis ad
inopiam fuerint vxori adiudicata, audiantur cre-
ditores volentes illi dotem offerre? Dic quod non
secundum *Gui.* in *l. in rebus. C. de iure dotium.* vbi
etiam nota, quod lite non contestata recipientur
testes in contumaciam mariti: & de alijs quæstio-
nibus circa hanc materiam vide ibi. & per *Barto-
lum* in allegata *l. si constante.* & adde quæ notantur
in *authent. de æquali. dotis. col. 7.* Sed, quæro, quid si
54 matrimonium † soluatur per mortem ciuilem
mariti, puta, per ingressum religionis, quod pote-
rit fieri ante carnalem copulam inuita vxore? Vi
detur idem, quia talis vir, factus monachus, mor-
tuus dicitur: vt in *c. placuit. 16. q. 1.* Credo contra,
55 quia † mors ciuilis non æquiparatur morti natu-
rali, nisi in casibus in iure expressis: vt notat *glossa*
in *c. placuit.* & *Ioannes And. extra. de rescriptis. c. su-
sceptum.* in *glos. lib. 6.* licet videatur contra in do-
te: vt in allegata *glossa. c. placuit.* & in *l. vltima. C. de
Episcopis & clericis.* quoniam ista constitutio est
exorbitans. In textu, ibi, *censeatur.* scilicet, fictione
56 iuris per hanc: & hæc † constitutio est contra ius
Romanum: vt *l. pro debito. C. de bo. auth. iudi. possi.*
& *C. solu. matrimonio. l. dotis.* & est *C. ne pro dote mu-
lierum bona viri adijciantur.* in rubro & nigro. & *C.
de iure dotium impe. l. 1.* Et ita lex fingit, quod ali-
quis sit possessionem nactus, sicut etiam consue-
tudo fingit, vt *extra. de cōsuetudine. cap. 2.* vnde ex-
57 pone † *censeatur*, idest, intelligatur vt creditrix,
auctoritate Principis, id est huius constitutionis,
possidere: & ideo dicitur, *censeatur*, quia non pro
prie possidet, sed detinet: vt *l. qui pignoris. ff. de ad-
quirenda possessione.* & *l. is cui. ff. vt in po. le. §. 1.* & *l.
si de eo fundo. §. 1. ff. de adquirenda possessione.* de isto
verbo, *censeatur*, habes in *l. licet Romanus. de constit.*
58 *lib. 6.* Et nota, † quod vxor potest probare ea, quæ
fuerint in hæreditate mariti, ipso mortuo per iu-
ramētū. *glo. C. quibus & quādo quarta pars. li. 10.* Itē
59 vxor non tenetur alere virum: & est textus cum
glos. in *l. si stipulata. §. 1. ff. de donat. inter virū & vxo-
rem.* quod credo verum, nisi quando vir est inops.
60 & non potest aliunde alimentari. Et nota, † quod
vxor debet manere † in domo, & dicitur manere
in primo matrimonio, licet vir sit mortuus, si al-
ter non nubat: & debet ali de bonis mariti, & de-
bet laborare, & stare in domo cum filijs. vide *l. si-
cut. ff. de operis liber.* & *vsat. Vidua.* & quæ ibi scri
psi. & vide in *del recognouerunt proceres Barcinonæ.*
61 *cap. 4.* Sed † de iure cōmuni non licet vxori pro-
pria auctoritate intrare possessionem rerum do-
talium sine auctoritate iudicis: vt *l. dotis actione. C.*
62 *soluto matrimonio.* In textu, ibi, *omnia*: est † ergo
vniuersalis bona tenens, seu possidens: vnde po-
test à creditoribus hæreditarijs conueniri, quia in
terim vice hæredis est, quia bonorum appellatio
hæreditatem continet, & quia hic *omnia* dixit, er-
go nihil excludit: vt *l. bonorum appellatio.* & *l. hære-
ditas. ff. de verb. signif.* arg. *l. clericorum. ff. eod. tit. extr.
de maio. & obe. c. solita.* & ita sufficit probare quē
esse bona tenentem. secundum *Baldum* in *l. si. Pro-
culiana. C. si omissa causa testamenti.* ad hoc *ff. de trās-
act. l. controuersia.* & quæ ibi notantur per *glos.* &
Bart. Et prædicta intellige secundum *Matthæum*
vt infra *eod.* in verbo *faciat.* in *vers. nota quod si te-
stator*, &c. vide quæ ibi dicam. Itē nota hic, quod
bonorum possessio agnosci videtur per accusatio
nem testamenti de falso. Textus est in *l. cum qui-
dam. ff. de bonorum po. ti. generali.* & non est alibi se-
64 cundum *Bart.* Vlterius nota, † quod hæc mulier
tenetur accipere actiones hæreditarias actiue &
passiue, & ita seruatur. vide *Bart.* in *l. intelligitur.*
65 *ff. de iure fisci.* In textu, ibi, *bona*: idem dicit supra
in *10. constitutione.* Exceptis tamen filijs primi ma
trimonij, quia possidetur pro dotibus prioribus,
& hypothecis: vt *l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab.* Et
hæc verba denotant proprietatem, non solā pos-
sessionem. *l. rem in bonis. ff. de adquir. do.* vide *Bar.* in
l. aliena. ff. de iure dotium. Et dic, quod bonorū ap-
66 pellatio, sicut hæreditatis appellatio vniuersita-
tem quandam ac ius susceptionis, & non singulas
res demonstrat: vt in allegata *l. bonorum. ff. de verb.*
67 *signif.* Et ita † hæres non potest tangere dicta bo-
na, inuita vxore defuncti, nisi prius dotem soluat,
vel offerat: vel nisi tot pecuniæ fuerint in hæredi-
tate, quod ipsa vxor fuerit in dote satisfacta, quia sibi
debuerit soluere, ex quo pecuniæ erāt in ei⁹ posse:
vt *l. Titia. ff. de solut.* verū nisi à testatore forsitan
fuerit factum vxori legatum, si dotem sibi nō sol-
uerit: tunc enim credo potius debere seruare vo-
luntatem defuncti, & ne alias legatum inde amit-
teret. adde quæ notantur infra *eodem*, in verbo, *&
intra annum.* Sed tamen non perdet commodū an-
ni luctus, si inuentariū fecerit mulier, nisi interim
dotem petierit, & sibi satisfieri, licet alias possit
sibi satisfieri, quia iuris beneficiū nemini est aufe-
rendum: vt in *c. indultum. de reg. iuris. lib. 6.* cum cō-
68 cordantijs suis. Adde quæ notantur infra in
verbo, *donec.* In textu, ibi, *viri sui.* Sed an † mulier
habeat hoc priuilegium, siue beneficium huius
consti-

constitutiones in bonis soceri, ipse socer recepit dotem, vel filius ipsius voluntate? Videtur quod sic, arg. *ff. soluto matrimonio. l. si cum dotem. §. nunc.* vt notat *glos. in priuil. l. assiduis. C. qui potiores in pignore. in glos. mag. in 2. quæstione.* Crede tu contra, arg. huius litteræ, quia dicendo, de bonis mariti, videtur secus de alijs bonis, arg. *ff. de indi. l. cum prætor.* cum similibus. Et quia ista constitutio est exorbitãs à iure communi, ꝙ sic non debet extendi, vt *extra. de regulis iuris. cap. quæ à iure communi. lib. 6.* & arg. eorum quæ dixi supra in verbo, *mortuo.* Sed an beneficium prælationis, de quo loquitur *l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab.* † locum habeat in dote confessata nondum soluta? *glos.* singulariter in dicta *l.* tenet quod non, & non reperitur alibi, secundum *Baldum.* adde quæ scripsi infra *eod. c.*
70 super verbo, *satisdatum*, in 2. *not.* In tex. ibi, † *possidere.* scilicet naturaliter, vt prætorium pignus: vt *l. is cui.* in princip. & *l. si de eo fundo. ff. de adqui. possess.* & *l. qui pignoris.* & *de bo. auct. iudi. po. l. cum legati.* & possidet ipsa bona tamquam tacite hypothecata: vt dicta *l. assiduis.* & *l. vna. §. 2. C. de rei vx. act.* & *l. vbi. C. de iure dotium.* habet etiam expressã hypothecã, si intercesserit in nuptialibus instrumentis: & hoc verum, si dotem aliquam viro at-
71 tulerit: secus si nullam dotem haberet: quia † vbi non est dos, nec hypotheca censebitur: quia obligatio præsupponit debitum, quo sublato cessat hypotheca: vt infra *§. post annũ vero*, ibi, *donec*, &c. & ibi in verbo, *satisfactum.* Sed forte idem censebitur possidere per annum luctus, licet non attulerit dotem: ex quo hic loquitur indistincte. Et sic habes, quod ratione huiusmodi alimentorum anni luctus mulier habet hypothecam auctoritate huius constitutionis. Item pone, maritus dedit
72 aliquem fundum Titio, † retento tantum vsufructu de vita sua: quæro, an vxor in fundo isto, statim mortuo viro censeatur fundum istum possidere? Respondeo, non, quia iam fundus non erat viri tempore ipsius obitus, & pro donatario possidebat, cuius est proprietas & vsusfructus, prout
73 per obitum viri. Sed † licet † vxor nullam dotẽ attulerit, attamen prouisionem anni luctus habebit. vt *l. curator. ff. de ven. in po. mi.* quia ista prouisio datur non propter dotem, sed propter honorem mariti, quia luget eum, & in eius matrimonio cõsetur; & faciunt pro his quæ dicam infra in verbo, *donec*, in *q. sed quid si infra annum*, &c. certũ est enim, quod vxor licet dotem non habeat, alitur à marito. vt notatur in *spec. tit. qui filij sint leg. §. nunc dicamus de vxoris alimentis.* & vxor infra annũ luctus censetur esse in matrimonio, & in familia viri; & propter luctum & honorem mariti ergo etiã debeat ali de bonis mariti, maxime si est vxor inops, nam alijs deficientibus successerit ab intestato, per, *vnde vir & vxor.* vt *C. & ff. vnde vir & vxor.* per totum. & in *authent. præterea.* & excludit fiscum, vt ibi. Sed quid si vxor possidet bona mariti,
74 & † creditores ipsius viri petunt quod illa bona vendantur, & satisfiat mulieri in dote & alijs iuribus suis, & de residuo satisfiat creditoribus: an ipsa vxor teneatur præstare huiusmodi patientiã vendendi? Et videtur quod sic: vt *ff. de re iudica. l. à diuo Pio. § sed si.* & super pretio seruetur *l. assiduis.* vide *Bart.* in *l. licitatio. ff. de publicanis.* & *l. quamuis. ff. de pig. act.* & tunc qui prior erit tempore, &c. *C. de iure dotium. l. vbi. extra. de pig. c. ex litteris.* vbi vide *Ioannem Andream*, & *Antonium de Butrio*, Hodie in executione censualium & violariorum seruamus constitutionẽ domini Regis Alfonsi IIII. *cap. E en cas.* infra *col. 11.* Alias credo pacta nuptialia fore seruanda inter coniuges, & eorum hæredes: sed alij creditores extranei viuente viro possunt petere executionem non obstante contradictione vxoris, si fuerint priores tempore, & potiores iure; alias seruabitur pragmatica Regis, quæ distinguit inter mulieres commorantes in ciuitatibus & villis Regijs, & alias rusticas, quam vide supra *col. 4. in curia Gerundæ. cap. 26.* & de qua fit mentio in allegato *cap. E en cas.* Item adde quæ dixi supra *collat. proxima, curia Gerundæ c. 10.* circa
75 finem. Sed † mortuo viro eius hæredes non possunt excludere vxorem, nisi dotem offerant, iuxta pacta nuptialia, si intercesserint: alias vxor cogetur præstare patientiam vendendi, vt sibi, & alijs satisfiat: creditores vero, quibus non obstant pacta inter coniuges inita, multum bene poterunt petere quod bona vendantur, & vxor præstet patientiam, vt inde sibi & alijs satisfiat, si bona sint sufficientia: & ita intelligunt *Bartolus*, & *Ioannes Andreas*, & alij Doctores, & iura per eos inducta; & pro hac mea opinione facit dicta constitutio censualium, & ita vidi iudicari postea. Alias con-
76 stante † matrimonio vxor non debet excludi à iure pignoris, etiamsi dos offeratur. vt *l. cum tibi pro dote. C. qui potiores in pig. hab.* Pro hoc faciũt notata per *Bartol.* in *l. à diuo Pio. §. sed si illud.* in 2. *q.* adde & repete hic quæ dixi in allegato *cap. 26. cu-*
77 *ria Gerundæ.* In textu, ibi, † *& infra annum*, supple, nisi dos exoluatur, secundum quosdam, *extra. de vsuris. cap. salubriter.* de quo per *Ioannem And.* in *addit. spec. tit. qui filij sint le. vers. sed numquid.* quod intelligo iuxta notata supra *collat. proxi.* in verbo, *bona.* & adde quæ scripsi infra super verbo, *donec.* in *q. Sed quid si inf. a annũ*, &c. Sed licet de hoc olim essent diuersæ opiniones, quas recitat *Ioan. Andreas* vbi supra; tamen hodie in Cathalonia est expeditum, quod vxor infra annum est alenda de bonis viri, vt hic: nec distinguitur, soluatur, vel non soluatur dos: & idem credo, si dotem non ha-
78 bet. Sed † si transeat ad secunda vota infra annũ luctus, perdit alimenta anni luctus: vt *C. de secundis nuptijs. l. prima & secunda.* & *l. mulier.* secundum quosdam. Alij vero contra, quia pœnæ de iure canonico sunt abolitę: vt *extra. de secundis nuptijs. cap. cum secundum.* dic vt ibi per *Innocentium*, *Hostiensem*, *Ioannem Andream*, & *Antonium de Butrio*, quia huiusmodi constitutio non patitur interpretationem extensiuam: & dicitur inferius: *quousque de dote satisfactum fuerit*: & dictæ pœnæ lo-

quuntur in casu suo. Vide,&adde quæ notat *An-*
tonius de Butrio in cap.cum secundum.extra.de secun-
79 *dis nuptijs.in 2.q.* Quidam tamen † putant, istum
annum esse decem mensium tantum,iuxta quẽ nu
merum dicitur esse annus luctus,quia mortuo vi-
ro non licebat vxori transire ad alium ante decẽ
menses,quia forte concepit de primo : & posset
fieri dubium cui virorum esset adscribendus par
tus : vt habetur in Historia Ecclesiastica super
Exodum,cap.24.vbi agitur de libello repudij:&
vide ibi formam ipsius libelli. Vnde videretur,q
si post decem menses à morte viri vxor nuberet,
non deberet amittere prouisionem anni luctus:&
credo quod vxor si nubat infra annum,nõ debeat
nec teneatur restituere alimenta expensa interim
â die obitus viri: sed cessabit vlterius habere. Et
forte restituet vestes lugubres nondum adstrictas,
scilicet tales quales erunt. Sed dic quod mulier
80 debet † per se retinere vestes nigras , siue lugu-
bres,quibus induitur,cum maritus est mortuus.&
est textus bonus in *l. decurio. C.de his qui notantur*
infamia.& ita semel iudicaui. Veruntamen serua
81 tur † in practica,quod si contraxerit secũda vo-
ta infra annum,vxor non potest petere alimenta
ratione anni luctus, qui datur ob honorem mari-
ti,quia & censetur esse in eo statu,in quo erat vi-
uente marito, quamdiu intra annum viduitatem
seruauerit:alias secus,nisi à viro aliter sibi fuerit
prælegatum,cuius voluntas seruanda est,vt in *au*
*thentica de nuptijs.§.disponat.collat.*4. Sed licet cõ-
trahat,etiam habebit vsumfructum vsquequo de
dote fuerit sibi satisfactum.Sed an hoc priuilegiũ
82 faciendi fructus suos † transeat ad hæredes, vel
cessionarios, vide *glossam C. de priuil. dotis. l. vna.*
& in *Spe.tit.de donatione inter virum & vxorem.* &
quæ dixi supra in verbo,*vxor*: & quæ dicam in-
83 fra in verbo,*fructus*. Sed † an si vxor voluit sibi
satisfacere, & non satisfecit, habeat locum hæc
constitutio? Videtur quod non,*ff.de administrat.*
tut.l.quotiens.& *ff.de vsufruct.leg.l. 4. ff.de negotijs*
gestis.l.diuortio.& *l.qui aliena.*& *l.si pupilli.* in fine.
cum *l.seq.*& *ff.de solut.l.Titia.* vide quæ dixi sup.
in verbo,*bona*:& quæ dicam infra in verbo *satis-*
factum. In textu,ibi,*luctus*: Annus iste luctus erat
84 olim decem mensium,quia mortuo viro non li-
cebat vxori transire ad alium ante decem menses
quia forte concepit de primo,& posset fieri du-
bium cui virorum adscribendus esset partus: vti
legitur in Historia Scholastica in Deuteronom.
85 *cap.24.in Rub.de libello repudij.* Sed † quid si talis
erat vir,qui lugendus non est: vt *ff.de his qui not.*
infamia.l.liberorum.§.etsi tales. Credo nihilominus
quod locum habeat hæc constitutio, vt vxor ala-
tur infra annum, licet lugere non cogatur, quia
infra annum illum vxor dotem repetere non po-
test,iuxta *l.de rei vxoria act.* & non haberet vn-
de vxori prouideretur. Item si non luget,est cul-
pa viri,qui talis fuit,vt lugeri non debeat, & vi-
ri culpa in damnum vxoris verti non debet: ar-
gumento *C.ne vxor pro marito.* in rubro & nigro.

Qui autem lugendi non sint,dic vt in dicta *l.libe-*
86 *rorum. §. non solent.* Quæro, † quid de vestibus lu
gubribus vxorum , numquid finito anno luctus
restituentur hæredibus viri? Respondeo quod nõ,
secundum *Guillermum de Vallesicca* , & *Iacobum*
Marquilles in vsat.Vidua. in *q.Sed quid de vestibus.*
& repete hic quæ in ipso *vsat.*notantur.vide pro
hoc textum in *l.si quis decurio.C.de his qui notantur*
*infamia.*alias est *l.decreto.* Vide notata per *Innocẽ-*
tium & *Baldum extra. de empt.& vend. cap.peruenit.*
87 In textu,ibi, *de bonis ipsis*:nota,† quod dicit, de
bonis,& non, de fructibus bonorum: ergo patet,
quod licet in hæreditate mariti non sint redditus
vel alij fructus, quod etiam de proprietate ipso-
rum bonorum præstabuntur huiusmodi alimẽta.
Sed dic quod modus alimentorum debet accipi
pro consuetudine viri defuncti: vt *ff. de alimentis*
legatis.l.penultima.& secundum facultates viri de-
functi, iuxta notata in *Spec.tit.qui fi.sint leg.§.nunc*
dicamus. vers. debet autem accipi. & ita quod ali-
quid supersit,iuxta notata in *l. 3. §.modum. ff. vbi*
pupil.educ. quia non credo,quod immobilia,& ea
88 quæ † loco immobilium habentur, propter hu-
iusmodi alimenta debeant alienari, nisi forte ad
tempus:vide *l.qui bonis.ff. de cessione bonorum.* vbi
est casus singularis secundum *Ioan.de Platea in l.*
super creandis. in fine.*C.de iure fisci. lib.* 10. In tex.
ibi,*in omnibus vitæ suæ necessarijs,* &c. In omnibus
89 vitæ suæ † necessarijs , vt in vestiarijs , cibarijs,
potu,& habitatione,& alijs,sine quibus homo vi
uere non potest:vt *l. legatis. ff.de ali. & cib.leg.* &
l. verbo victus.& *l.certa.*& *l.instructum.ff. de verbor.*
sign.f. & *l.si victum.ff.de re iudi.* & continetur etiã
lectus & stragula:vt *l.quod nos,*& *l.stratũ.ff.de ver.*
sig. Et nota quod huiusmodi expensa necessaria
victus,quæ cõsumuntur in sustẽtatione vitæ pro-
priæ,& familiæ,dicitur vtiliter facta,inquantum
consumitur ordinarie,& ex eis dicitur quis fieri
locupletior:vt nota latius per *Angelum in l.sed &*
si lege. §.quod autem.ff.de peti.haredi. Non autẽ ve-
niunt in his vitæ necessarijs ea quæ sunt ad disci-
plinam: vt *l.legatis.ff.de alim.& cib. leg.* in consan-
guineis vero secus. vt *l.qui filium.ff. vbi fil.educari*
debet. Medicinæ tamen veniunt:vt *l.verbo victus.*
ff.de verb.signifi. & est textus in *l.si cum dotem. §.*
sin autem.ff. soluto matrimonio. & *l.sicut impensa.ff.*
90 *de vsufruct.* Et nota,† quod vxor pauper habens
filium anniculum,diuertit à viro,an teneatur ale-
re puerum? *Baldus* dicit quod non, quia pauper-
tas excusat eam. vide latius ff. *ad exhi.l. sed & si.*
91 & hoc maxime † credo, quando culpa viri di-
uertit ab eo.Item nota,quod vxor debet retinere
vestes nigras,quibus induitur cum maritus mori-
tur. Textus est bene intuenti in *l. decurio. ff. de*
his qui notantur infamia. Et dic, quod victus me-
lior, vel peior secundum personarum qualita-
tem dandus est, 41. *distinctione. cap.non cogatur.* Et
nomine cibariorum non intelliguntur vestimen-
ta,sed nomine alimentorum intelliguntur vestes
& habitatio:prout notatur ff. *de alimentis legatis.l.*
vlti-

vltima, secundum *glossam decret.* 11.q.2.c. *Episcopus habeat*, in *glos*.2. quæ est super verbo, *victu*. Et † no-
92 ta, quod ista alimenta tẽpore luctus habebit vxor etiamsi nullam dotem attulerit, quia tempore luctus censetur esse in matrimonio, & ob honorem viri lugere debet, & se abstinere à secundis nuptijs, ne turbetur sanguis defuncti: vt *ff. de his qui notantur infamia. l. liberorum. in auth. de resti. & ea.* & *de repu. l. consensu.* §. *quæ*, &c. *C. de secundis nuptijs. l. si qua mulier.* Dic quod de iure Romano vxor, si non habet vnde se alat, alimentabitur de bonis viri defuncti: secus si habeat vnde se alat, & dos restituatur, de quo nota per *Gui. de Suda. in l. vna.* §. *exactio. C. de rei vxor. act.* Sed in Cathalonia stabimus huic constitutioni, quæ non distinguit: vti dicam infra latius in verbo, *donec. Roff. in libel. iuris ciuilis. tit. de officio iudicis, á quo alimenta petunt. vers. quid si maritus nullam*, dicebat, quod iure fori vxor non debet ali à viro, si nullam dotem attulerit, secus de iure poli. Sed certe cum vxor constãte matrimonio, & etiam tempore anni luctus operetur viro, & hæredi eius, vt notat *Innocentius de testamentis. c. cum in officijs. in magna glos. vers. quamuis non sit per omnia simile*, &c. iustum est ergo iure fori vt habeat alimenta ab eo, cui operatur: argumento *ff. de operis liber. de. l. suo sumptu.* cum *l. seq. à contrario. extra. de praeben. c. extirpanda.* vide *ff. de donat. inter virum & vxorem. l. & si vir.* in principio. vbi habetur, quod vir tenetur alere vxorem: sed an teneatur dare vestimenta, & datio cuius sit, an viri, vel vxor. s: dic vt ibi notatur secundũ *Baldũ*.
93 Quid † iuris sit de vestibus vxoris, an maritus, vel eius hæredes possint ipsas vestes repetere, vel reputare vxori, vel eius hæredibus ad dotem agẽtibus, vt puta ea indumenta, quæ reperiuntur apud vxorem tempore dotis restituendæ. Et videtur ꝙ sic. vt ff. *soluto matrimonio. l. etiam in his rebus.* §. *primo.* Hanc opinionem tenẽt *Doctores in vsat. vidua.* vide ibi. Sed secundum *Tancredum de Corne. in suis quæstionibus. Rub. de extraordinarijs. q.* 8. distingue, quia aut ipsa vestimenta sunt in quotidiano vsu vxoris, aut non: sed forte sunt vt cæteris diebus festiuis vtantur: vt primo casu cedant vxori, secundo vero non: vt dicto §. *nota per l. id vestimentum. ff. de peculio.* prædicta autem vera sunt, nisi de consuetudine vel pacto contrahentium aliud habeatur, quia tunc illud seruatur: *ff. de regulis iuris. l. contractus ex conuentione legem accipiunt. ff. de spon. l.* 1. §. *si conuenerit.* Præterea dicit *Dynus*, quod vestimentum ad vsum mulieri concessum non est iudicandum quod sit donatio: imo est onus matrimonij, ad quod necessario vir adstringitur: prout *l. dotis fructus.* cum ergo sit necessaria, alias necessitas non potest censeri liberalitas, quia in necessitatibus nemo liberalis existit: vt *l. rem legatam. ff. de adimere le.* & quod sint præcipua vxoris, est casus secundum eum in *ff. de donatione inter virum & vxorem. l. mortis.* §. 1. & *l. in ijs rebus. ff. soluto matrimonio.* & vide *Bartolum ff. ad legem Falcidiam. l. vsusfructus legatur.* super *glossa*. hoc ideo, quia in vilibus vestibus ab initio tenuit donatio, secus in
94 pretiosis. Sed † an pro alimentis prædictis habeat vxor bona mariti obligata, & hypothecata sint pro dote. Credo quod sic, argumento huius constitutionis: vide tamẽ quid seruetur in practica, & serua illam, de quo latius vide per *Bartolum in l. si cum dotem.* §. *sin autem in seruissimo.* ff. *soluto matrimonio.* & in *Spec. tit. qui fi. sunt le.* §. *dicamus.* & *de donatione inter virum & vxorem.* §. *sed numquid.* vide ibi *Ioannem Andream in addit.* licet in contrariũ semel viderim pronuntiari, & fuit appellatũ, sed appellatio fuit deserta per negligentiam appellantis. Illud autem nota, quod si aliquis ducat vxorem, nulla habita mentione de vestibus, si agat actione de dote, veniunt vestes, non quod possit agi expresse actione de dote ad vestes, sed agẽdo actione de dote veniunt vestes, tamquam accessorium: & hoc per §. *quæ depositis. l.* 1. ff. *deposi* secundum *P. M.* Sed quia hic agitur de alimẽtis,
95 quæro, vbi † sint præstanda alimenta alicui legata? Respondeo, aut apparet de voluntate testatoris, & tunc illa est seruanda: vt ff. *de aliment. & cib. leg. l.* 3. §. *conditio.* Si autem non apparet, tunc attenditur locus vbi testator consueuit præstare: ff. *de vsufructu leg. l. damnas esto.* & *de aliment. leg. l. Mela.* §. *sed si alimenta.* Si autem de his non apparet, attenditur loci, vel regionis consuetudo: ff. *de supellectili leg. l. Labeo.* ff. *de fundo instructo leg. l. cum de lanionis.* §. *asinam.* Sed si ista non apparent, habet locum *glossa* ff. *de aliment. leg. l. libertis.* §. *finali.* vbi de hoc. Et hæc vera sunt, quando habent domicilium in diuersis locis: si autem morentur in eodẽ domicilio in diuersis hospitijs, tunc aut legatarius est talis, quia melius est sibi simul esse, & tunc in domo hæredis sunt præstanda: argumento *de legatis primo. l. apud Iulianum.* §. *scio.* & *de regulis iuris l. semper.* quia testator legando in dubio, quod minus legare videtur vt dictis iuribus: sed minus est quod præstet in suo hospitio, ergo, &c. Si autem non potest venire commodum, vel honeste, tunc aut impedimentum venit ex parte eius cui debẽtur, & ordinatum ad hoc, vt quia offendit hæredẽ, & tunc in domo hæredis debent præstari: argum. ff. *loca. l. si merces.* §. *vis maior.* & ff. *de regulis iuris. l. quod culpa.* Si autem est culpa hæredis, vel legatarius habet magnam familiam, vel est puella verecunda, his casibus in domo legatarij debent præstari: *de conditionibus & demonstrationibus. l. si quis ita legauerit. C. vbi pupillus educari debeat. l. tertia.* & *de legatis secundo. l. Titia.* §. *Seio.* & melius in *l. Gaio Seio.* in fine. ff. *de alliment. leg.* Et credo quod in dubio sit electio donatarij: vt notatur per *Doctores* in allegata *l. libertis.* §. *si non obstat. l. cum his.* §. *causa.* ff. *de transactionibus.* & *glossa* ibi. & *de annuis legatis. l. prima.* quia loquitur de foro, scilicet, vbi petantur, & non vbi præstentur. Item nota,
96 quod † legatarius potest petere vt iudex sibi taxaret alimenta: argumento *C. vbi pupillus educari debeat. l.* 2. & *de fideicommissis. l. voluntas.* & *l. quotiens.* vide *Doctores* in allegata *l. cum ij.* ¶ In §. *post*

annum vero. Hic est secunda pars, in qua dominus
97 Rex & Principes mutant possessionem: quod fieri potest, quia primo possidebat vxor bona viri vt pignorata, modo vt vsufructuaria conditionalis, propter dictionem; donec: vt l. sub conditione. cum l. sequenti. ff. quibus mod. vsusfruct. amit. & est textus in simili, in l. cũ vsusfructus. ff. de vsufruct. & ali. leg. & l. sub conditione. ff. de vsufruct. & l. idem. §. si 1. ff. de vsufru. accrescend. liberatur enim hæres soluendo dotem: vt l. cum vsusfructus. ff. de vsuf. & ali. leg. & allegata l. sub conditione. & C. de pig. act. l. penult. & ff. de pig. l. si rem. §. omnis. Et mutatur hic possessio, vt l. penult. ff. de colla. & l. fundum. ff. ad legem Falcid. & l. si sub conditione. ff. de solut. & l. ex plurimis. ff. de adquir. pos. Sed contra, vt ead. l. §. illud quod à veteribus. Solutio. Hic ex diuersis causis & modis veniunt: dic vt notatur, C. de adquir. pos. l. cum nemo. & dicta l. ex plurimis. Et quod dicit, post annum vero, &c. præsupponit, aliud esse omnino in casu præmisso, scilicet infra annum. & ita clausula donec, quæ infra sequitur, non habet locum in casu præmisso, & præcedenti, scilicet, infra annum. Quod facit pro his, quæ dicam infra in verbo donec, in q. sed quod si in
98 fra annum, &c. Et qualiter † possideat hæc mulier: dic quod vt vsufructuaria conditionaliter habet possessionem quasi ciuilem, & quasi ciuiliter habet possessionem, quia corporaliter possidet iure suo, & habet vsumfructum: vt ff. de vi & vi ar. l. 1. §. deijcitur. & l. 3. §. fin. & l. ait prætor. §. ei qui. ff. ex quib. ca. ma. Habet etiam naturalẽ, quia non possidet quoad proprietatem iure suo, sed ad suam vtilitatem: vt l. 1. §. fi. ff. de noui op. nunt. ff. si vsusfructus pe. l. vti. frui. possidet tamen naturaliter, scilicet, postquã eam realiter apprehenderit: ff. de adquir. pos. l. naturaliter. & l. possessio. ciuiliter autem non, quia solus proprietarius possidet ciuiliter: vt notatur in l. 3. §. ex contrario. ff. de adquir. pos. Ideo si hęres eam expelleret, habet interdictum, quod vi aut clam. vt l. 3. §. vnde. & §. pertinet. & §. Item si non. ff. de vi & vi arm. & l. pro & interdum. ff. quibus modis vsusfruct. amit. Vlterius nota hic vnum singulare dictum Bart. quod
99 vsufructuarius † omnium bonorum non subit onera legatorum, sed cum eis concurrit in vsufructu: vt notatur in l. Sempronius. ff. de vsuf. leg. & in l. si quis seruum. in fine. ff. de leg. secundo. vide in vltima q. l. fin. ff. de vsufruct. leg. per Bart. Et prædicta intelligo vera in fructuario ex testamento, quia hæc mulier fructuaria ratione dotis, virtute huius constitutionis est creditrix, & facit omnes fructus suos, & præfertur cunctis legatarijs ma-
100 riti. An † autem possit eam naturalem perdere? Videtur quod non, quia nisi haberet ex qua peteret vsumfructum, cum nullam possessionẽ habeat; dic quod imo retinet quasi ciuilem, quoad vsumfructum: vt §. deijcitur. l. 1. ff. de vi & vi ar. ideo dic quod potest amittere possessionem naturalem, vt ff. ad Trebel. l. ex asse. §. fin. & l. si vt certo. §. si. ff. cõmo. & notatur in l. 1. §. 1. ff. de adquir.
101 pos. Pone, mulier est vidua, nupsit viro, nũquid gaudebit hac constitutione, scilicet, quod faciat fructus suos? Dic quod sic. Textus est in auth. de nuptijs. §. si vero. collat. 4. & in auth. hoc locum. C. de secundis nuptijs. & in auth. de digni. §. penultimo. &
102 C. de indic. vidui. tollen. l. 2. nisi forte † vir specialiter dixerit: quod tamen in hac constitutione locum non habet: vt dicta authent. hoc locum. cum vir non potest in hoc grauare: vt in auth. hoc relictum. C. de indic. vidui. toll. in ijs tamen, quæ à viro relinquuntur, bene potest grauare: vt l. cum tales. §. Titio. ff. de condi. & demonst. & l. cum filius. §. qui Mutianam. ff. de legatis secundo. & l. Mutiana. ff. de condi. & demonst. & l. 2. C. de indic. vidui. toll. & vide quæ dixi supra in verbo, infra annũ. Nũ-
103 quid † si mulieri reliquerit vir vsumfructum, & mulier duxit alium virum, maritus & tota familia vti poterit cum vxore? Respondeo. Verecundosum est hic petere: nam casus est quod sic; vt in l. cæterum. §. fin. & l. 2. ff. de vsuf. & ali. lega. & l. qui liberis. de vul. & pu. & est ratio, quia alias vsusfructus non videretur legatus vxori. Casus est in l. nihil pater. ff. de serui. le. & arg. l. vxor. ff. de auro & argento leg. & ff. de verborum oblig. l. si parte
104 stipulatus fuero non fieri. Et ideo † rustici huius dioecesis Gerundensis consueuerunt in instrumẽtis nuptialibus apponere pactum, quod superuiuens possit super manso alteri nubere, vel vir vxorem ducere, faciendo fructus suos etiam cum alio coniuge, donec dos, vel donatio propter nuptias fuerit reddita & soluta. Item consueuerunt apponere aliud pactum de vestibus, videlicet, quod superuiuens coniunx lucretur vestes quotidianas in recompensationem illarum, quas tẽpore matrimonij apportauit. Quandoque etiam aliter paciscuntur. De quo tamen dic vt dixi supra glossa proxima. In textu, ibi, fructus, intellige fructus ipsius patrimonij, scilicet, hæreditatis & bonorum mariti omnium, scilicet, vniuersaliter: & si deductis omnibus ipsius patrimonij, idcirco dixit, omnia bona. Adde quæ dicam inferius super verbo, & fructus faciant suos, &c. Sequitur hic, ipsorum bonorum, &c. Ipsorum bonorum, re-
105 pete, dicti viri sui defuncti. Vnde patet † secus de bonis in vita donatis, retento vsufructu, quia vsusfructus est per ipsam mortem extinctus: & actio non fuerit viri, sed consolidantur proprietati, & fuerit donatarij. vt dixi supra in verbo,
106 viri. Sed † an hoc priuilegium transeat ad hæredes suos? Credo quod sic, per notata supra in verbo vxor. in illa q. an transeat. Et est ratio, quia alimenta filiorum sunt ex onere matrimonij: & tamdiu non committitur vsura, quamdiu durãt onera matrimonij, secundum Innoc. in c. salubriter. extra. de vsuris. Sed secus est de hæredibus extraneis, quia illi non facerent fructus suos, nisi quatenus erit interesse propter moram. Vide infra e. in verbo faciat: & supra in verbo infra. Adde quæ notantur per Bartolum in l. quia tale. ff. soluto matrimonio. & quæ dixi sup. e. in verbo vxor.

in q.

in *q. Sed quaero an trāseat.* ¶ In textu, ibi, *suos.* contra est de iure communi, secundū *Hostiē.* alleg. *l. Titia. ff. de solu.* & *l. dotis. C. eod.* vide *Inno. Ioā. And.* & *Ant. de Butrio* in *cap. salubriter.* & *Ioan. in Summa Confessorum. lib. 2. tit. 7. q. 16.* & *q. 18.* per quae iura videtur, quod dominus Rex non potuerit statuere, quod vxor soluto matrimonio faciat fructus suos. Super quo vide quae notantur per *Matthaeum de Matasalanis,* & *Ioan. de Imola extra. de vsuris cap. ex graui. in Clemen. super glos. vltima. vers. quaeritur vlterius.* Vnde vxoribus credo tutum, quod viri relinquant eas fructuarias, siue
107 dominas potentes, &c. Sed † vsusfructus potest à lege constitui, vt hic, & ita seruatur. ¶ In textu, ibi. *faciat,* hoc est contra ius Romanum, vt dixi supra *glos. proxima,* & super verbo, *possidere,* & *C. de distra. pig. l. fundum.* & *de pig. l. si dominū.* & *ff.*
108 *quibus ex ca. pig. ta. contra. l. cum debitor.* Ex † quibus casibus legum concluditur, quod tenens in pignore non facit fructus suos, vt in prin. huius consti. & in prima parte, quia in secunda parte eam fecit fructuariam: & est textus in *l. 1.* & *2. C. de pig. ac.* & *Doct. in cap. salubriter.* & in *cap. conquestus extra. de vsuris.* & per *Ioan. in Summa Confes. lib. 2. tit. 7. q. 16. 17.* & *18.* & *Gui. in spe. ti. qui fi. sunt le. §. nunc dicamus. versi. quid si quis ita dixit.* & faciunt haec ad ea quae dixi, videlicet; quod solutio siue restitutio dotis cessare faciat vsumfructum, quem habet vxor post annum luctus per hanc constitutionem, non tamen cessent alimenta, quae dantur infra annum ratione luctus; & ita clausula, *donec,* &c. non comprehendit pri-
109 mam partem constitu. ¶ De illa † quaestione, Relinquo vxorem dominam potētem, & vsufructuariam, vide *glos.* & *Doct. in authent. hoc locum. C. de secundis nuptijs,* & in *spe.* vbi supra, & per *Hostien. de pig. §. qualiter constituatur.* vbi dicit sub his verbis: *Quamuis haec quaestio diuersimode per Doctores determinata sit, dicimus tamen ipsam dominam ad tempus.* vt satis probatur *ff. de auro & argen. le. l. species.* & *ff. de vsufruct. earum rerum quae vsu consu. l. fi. & arg. ff. ad Trebel. l. cogi. ff. de leg. 3. l. vxorē. 1. Rubri.* & *de haeredi. insti. l. his verbis.* Talis tamen proprietaria temporalis nihil alienare potest de his quę relicta sunt, quamuis fructus suos faciat, argumento *C. de donat. quae sub modo. l. 2.* & *3.* & *cōmunia de le. l. fina.* & *authent. rebus quae subiacent restitutioni.* Potest tamen contractus laudare, & laudimium recipere, nec per hoc videtur conditio haereditatis facta deterior: sicut nec Ecclesia, si praelatus beneficia vacantia conferat, vel electos
110 confirmet. Sed † an ista vxor poterit praesentare in iure patronatus viri, vide quae scripsi in *fi. huius cap.* licet tamen ad manus suas talia retinere non possit. *extra. de insti. cap. fi.* & *de offi. Archipresbyteri. cap. fin.* vel feuda antiqua concedat. *extra. de feu. cap. 2.* Ad hanc autem interpretationē plene faciendam, monet nos verborum significatio: *C. de fideicōmissis. l. verbis,* & *l. 1.* & *ff. de leg. 3. l. non aliter.* nec non testatoris mens, & intentio, quae talis fuisse praesumitur: secus ergo vbi in testamento dicatur expresse, *Facio vxorem fructuariam de omnibus bonis vna cum P. filio meo & haerede,* tunc enim diuidentur fructus, &c. Tum ratione specialis affectionis, quam maritus ad vxorem habere consueuit, argumento ff. *de legatis primo. l. si quando. C. de legatis. l. cum alienam.* ff. *de supellec. leg. l. Labeo.* Cum ratione vltimę voluntatis. *extra. de dona. c. cum dilectus.* in fin. Cum ratione modi oppositi, scilicet quamdiu alium virum non duxerit; per hoc enim inducitur ad castitatem seruandam, cuius amatores sumus. in *authen. quibus modis naturales effi. §. legi illud quoque. colla. 6.* secundum *Hostien.* de quo dic per *Bald.* latius in *authēt. hoc locum. C. de secundis nuptijs.* & ibi etiā per *Bartholomaeum de Saliceto.* & per *Bald. in l. Titia. §. Titia.* ff. *de leg. 2.* vide etiam in *spe. tit. qui filij sunt leg. §. nunc dicamus vers. quid si quis ita dixit in testamento.* & per *Ioan. And.* ibidem *in addi.* Si vero aliter in testamento fuerit declaratum, stabitur voluntati testatoris. Quando vxor relinquitur fructuaria? Dic aut certorum bonorum, vel certae partis tantum; & tunc de illis, & non de alijs fructuabitur: aut relinquitur fructuaria omnium bonorum, vel totius hęreditatis; & tunc aut est haeres extraneus; & tunc etiam in omnibus fructuabitur: aut est haeres filius testatoris, & tunc solum habebit vxor alimenta. Et hoc verū, nisi aliter expresserit testator, quia eius voluntas est seruanda. Si enim ita dixerit, Habeat vxor fructus omnium bonorum vna cum filio, & haerede; tunc per medium fructuabitur. ¶ Sed quid
111 si † talis mulier non superinducat alium virū, sed turpem amatorem? Respondeo secundū *Hostien. vbi supra;* & quidem erit multo magis puniēda, quia ea quę parit in vndecimo mense, vel infra tempus stupro cognita est, multo plus peccauit quam ea quae nupsit: vt in *authent. de restitu. & ea quae parit in vndecimo mense. §. vnum siquidem. collat. 4.* Et tamen quae nubit secundo infra annū continuum à morte mariti computandū, si prior maritus aliquid reliquit sibi, excluditur mulier à relicto omnino, & ad haeredes mariti suo ordine deuoluitur, secundum *Azonē;* & multas alias poenas sustinet mulier, quae nubit infra annum luctus, quas ibidem enumerat *Hostien.* Et addit: *Licet enim indistincte dicat Apostolus: Mulier mortuo viro soluta à lege viri nubat in domino. Tamen cum distinctione potest intelligi, nubat,* scilicet, post annū, nullo filio prioris matrimonij superstite. Et sic ꝙ per legem omissum est, non omittitur religione iudicantis: arg. ff. *de testi. l. quaesitum scio.* & arg.
112 *2. q. 3. §. hinc colligitur.* nunquid † vxor potest facere eleemosynam de bonis viri? Vide *Ioan. in Summa Confesso. lib. 2. tit. 8. quast. 28.* Et eandem, scilicet, vt omnino excludatur à relicto mariti poenam incurrit, siue patitur mulier quae contra sacramentum suscepta liberorum tutela legitima nubit secundo, antequam eis tutorem fecerit ordinari, & quod eis debet ex gestione tutelae soluerit,

soluerit, & in plus punitur, quia non succedit filijs intestatis nec ex testamento. Sed ex vi substitutionis, si forte filius moriatur in pupillari ætate. Sed superior succedit vsque ad certum gradum, hæc probantur *C. ad Tertul. l. omnem.* & *in authent. de nuptijs. §. sed ante tutelam*. Et eadem pœna imponitur ei quæ de stupro cognita est, cum plus peccauerit quam ea quæ nupsit, vt supra dictum est. adde tamen quę notat *Ant. de Butrio in cap. vltimo extra. de secundis nuptijs. Additio. magnifici Francisci Franch. Nota Bar. in l. his solis. C.*
113 *de reuo. dona.* quod omnes † pœnæ statutæ contra secundo nubentes habent locum contra inhoneste viuentes: idem ibi *Bald.* & *Salicet.* mulier vidua quæ inhoneste viuit, non perdit beneficiũ huius constitutionis, *hac nostra*, & ita videtur sentire *vsat. vidua*, quia suum auere remanet saluum, & cum beneficium huius constitutionis sit ratione dotis, & sponsalitij, quę salua remanent, vt in *dicto vsat.* per constitutiones non perdit illud, & ita fuit conclusum in audientia gubernatoris referente Hugone de Mediauilla, & me præsidente Barcinonæ 31. Iulij 1498. in facto viduę, quæ fuit vxor nobilis Geraldi Despes Ilerdæ, contra quam fuerunt oblati articuli de fornicatione per eam commissa tempore viduitatis per tutores pupillorum filiorum dicti Geraldi, & fuerunt repulsi cum duabus sententijs domini locumtenentis. Postea petebatur restitutio in integrum, & fuit negata, & tutores in expensis condemnati in bonis proprijs propter eorum calumniam, non obstante eo quod notatur per *Bald. in l. his solis. C. de reuo. dona.* quoniam beneficium huius constitutionis non habet vxor à marito, vel eius contemplatione, sed verius è contra, quia in odium hæredis non soluentis est con-
114 cessum. ¶ Quid † si transit mulier ad secundas nuptias post annum à tempore mortis viri? Responde, secundum *Hostien.* ibidem, quod omnium, quæ lucrata est à marito, habet vsumfructum, proprietate tamen ad filios prioris matrimonij delata: in *authent. de nuptijs. §. nunc. C. de nuptijs. 2.*
115 *l. 3.* Hoc † autem non est intelligendum, cum vir in testamento dicit, *quam diu alium virum non duxerit*, quia tunc tantũ domina siue vsufructuaria est ad tempus, vt apparet ex ijs quæ dicta
116 sunt supra. Aut † maritus in testamẽto reliquit vxorem dominam fructuariã, & filium hęredem, & tunc solum ipsa habebit alimenta ex interpretatione consuetudinis, & doctorum, nisi maritus aliter expresserit. Sed si extraneum facit hæredem, tunc habet vxor vsumfructum hæreditatis. ¶ Sed quid si talis testator reliquit hęredẽ suum, & legitimum? Respondeo, secundum *Hostien.* ibidem, quod non potuit grauare eum in legitima neque quoad proprietatem, neque quoad vsumfructum: vt *C. de inoffi. testamento. l. quoniam.* & in *authent. nouissima.* & *l. scimus. §. cum antẽ quis.* immo tali cõpetit querela inofficiosi testamenti. Et isto casu vxor, & hæres suus concurrũt in

vsufructu bonorum viri. Forte verius est quod isto casu vxor solum habeat alimenta: vide *C. si secundo nup. mulier. in authent. hoc locum.* & ibi *Bal.* & *Doct. moder.* & in *l. Titia. §. Titia. ff. de legatis secundo.* ¶ Quid si cum non habet filium testator, reliquit hæredem extraneum? Respondeo secundum *Hostien.* ibidem, dicunt quidam, quod tunc habebit vsumfructum insolidum omnium bonorum, etiam nominum, quamuis etiam non fuisset ei relicta proprietas, sed vsusfructus tantum: *ff. de vsufruct. leg. l. vxori mea vsufruct. leg. bonorum meorum.* & *l. vxorem vsufruct.* Tu dicas hoc verum vbi proprietas est legata. vt supra *quæstione proxima*, secus si vsusfructus tantum: nam tunc alius scriptus hęres quartam suam detrahet de vsufructu, & si plures sunt, quilibet quartam suam habebit: *ff. de vsufru. l. omnium.* & *l. si mihi & tibi.*
117 Sed † in hoc casu quando, scilicet, vsusfructus tãtum relictus est, hoc notabis, quod si talis vsufructuaria ante satisdationem, de qua loquitur *extra. de pig. cap. fin. præstitam.* Hoc verum, si fuerit petitum præstari fructus perceperit, ipsos amittit, & in patrimonio bonorum computari debent: vt *ff. de vsufructu leg. l. vxori vsufructu. bo. leg.* Sed si habet dotem, & inuentarium faciat iuxta hanc constitutionem, licet non satisdederit, faciet fructus suos, donec soluatur. Sed & si soluatur & satisdet, adhuc in vim legati habebit vsumfructum, vt dictum est. adde etiam infra *ead. §. Item nota, quod vsufructus.* Debet autem satisdare de bonis ipsis reddendis non deterioratis: vt *C. de leg. l. fi. ff. vsufru. quemadmodũ caue. l. 1. §. 1.* cum morte finiatur: *ff. de annuis legatis. l. in singulos. ff. de vsufruct. l. patrimonij.* & *l. cum ita.* Et hoc traditur pro regula in omni casu restitutionis faciendæ in *autent. de nuptijs. §. si vero vsusfruc.* & *§. præcedenti in fi. collat. 4.* & accedit. *ff. ad l. Fal. l. 1. §. si in annos.* & *l. sequenti.* Sed quid si nequeat satisdare, quia non habet pignora, nec fideiussores idoneos, tunc forte res sequestrabitur, & emolumẽta fructuũ habebũtur fructuarię vxori, iuxta notata per *Ioan. Fabr. insti. de vsufruc. in glos. 1. præstita. vers. sed quid si propter.* & *C. eod. l. 3. vide ibi.*
118 ¶ Item † nota, quod si relinquatur sibi vsusfructus omnium bonorum, tenetur æs alienum soluere de ipsis bonis; secus si certarum rerum relictus vsusfructus sit: *ff. de vsufru. leg. l. fi.* Item proprietarius potest in alium proprietatem rei suæ transferre retento vsufructu, in quo casu videtur tradita possessio. *C. de dona. l. quisquis.* Item
119 constituitur † vsusfructus à lege, vt hic & alibi. Nã mater, quę succedit filio cum fratribus eius, scilicet, filij in rebus paternis habet vsumfructũ
120 tantum. Item nota, † quod vsufructuarius non facit fructus suos antequam satisdet de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, quod est verum, si non possidet; si vero iam possidet, tunc statim facit fructus suos, donec satisdatio exigatur, tũc enim incipit esse in mala fide, & non faceret suos, donec satisdederit, secundũ *Angelum*, quem vide

singulos

vide latius *ff. de rei vendi. l. ex diuerso in glos. mag-*
na, ibi, *quod satis dici potest.* de hac materia, lege no
121 tata *extra. de pig. c. cum constet.* Item † nota, quod
per mortem filij familias non perdit pater vsum
fructum in bonis aduentitijs ipsius filij: vt dixi
supra *eod. cap. statuimus.* & infra *ead. collat. curia*
Montissoni cap. impuberibus. §. *& idem*, super verbo,
á matre. vide *Bal.* & *Doct.* in *l. si quis.* §. *vltimo. C.*
122 *ad Tertul.* ¶ Quæro † etiam, quid si testator nul-
lum hæredem instituit, nec eam hæreditatem re-
stituere rogauit? Respondeo secundum *Hostien.*
ibidem, quod hæc bona tali vxore moriente, vel
secundas nuptias contrahente ad hæredes mari-
ti, scilicet, consanguineos, qui succedunt ei ab
intestato deuolui debent; qui in vita mulieris
desiderare possunt, vt eis caueatur de bonis ipsis
post mortem mulieris reddendis, non deteriora-
tis, nam talis mulier solum est vsufructuaria, cum
morte eius vsusfructus finiatur, vt vidisti supra
123 *q. proxima.* ¶ Quid † si post mortem testatoris
appareat matrimonium nullum fuisse? Respon-
deo secundum *Hostien.* ibidem. Hoc etiam notan
dum est, quod vbi maritus aliquid reliquit vxo-
ri, si etiam post mortem viri appareat matrimo-
nium fuisse nullum, & quicquid receperit mu-
lier, reuocatur: vt *ff. de vsufru. l. vxori maritus per*
fideicommissum. quod intelligas vbi vxor habuit
malam fidem. arg. *extra. de clandesti. sponsal. cap.*
cum inhibitio. §. *si quis vero.* & *sequenti.* Alioquin
contra: *extra. qui fi. sunt leg. cap. ex tenore:* & infra
quinquennium tantum, vt apparet in his quæ no
tat *Hostien. de clande. spō.* §. *fi.* super verbo, *si etiam*
in conspectu Ecclesiæ. Falsa autem accusatio vxo-
124 ri non oberit. ¶ Nota, † quod si testator instituit
hæredem vxorem in vsufructu bonorum, & post
mortem vxoris instituit hæredem vniuersalem,
vel aliquem locum pium, poterunt creditores,
& legatarij agere contra vxorem, & ipsa contra
debitores hæreditatis, & possessionem rerū hæ-
reditariarum petere. vt *l. finali. ff. de vsufru. leg.* Se-
cus forte etiam si pure instituisset hæredem Ti-
tium, vel locum pium, quia tunc in vita vxoris
actiones actiuæ & passiuæ competerent institu-
to vniuersali, & contra ipsum: vt *l. quotiens. ff. de*
hæredi insti. & sic de facto pronunciauit *Rogerius*,
& hanc formam limitauit dictum *Bart.* contra
hoc vltimum multum facit *l. controuersia. ff. de*
transac. Item, quia non videtur posse assignari
bona ratio inter hunc casum, & dictum *Bart.* ideo
Matasal. melius putauit dicendum, quod indistin
cte agere non possunt actione personali credito-
res, & legatarij, contra institutum in vsufructu
hæreditatis, vel vsufructuario omniū bonorum,
instituto alio hærede vniuersali pure, vel sub
conditione, puta post mortem vsufructuarij: per
125 regulam *l. quotiens. C. de hæredi. insti.* Item † per
rationem, quia actio personalis datur solum con
tra debitorem, vel illum, qui eius personam re-
præsentat: *l. 1.* §. *si hære.* & ibi *glos. ff. ad Trebel.* &
est textus in *l. fi.* §. *fin. ff. de actio. empti. & ven.* Sed
institutus in vsufructu hæreditatis, vel omnium
bonorum, non repræsentat personam debito-
ris. Nam, si repræsentaret, quia esset hæres semel,
non desineret esse hęres: *l. ei qui soluendo. ff. de hæ-*
redi. insti. Item pro hoc facit ratio, quia videmus,
quod antequam fuisset introductum senatus con-
sultum Trebell. poterant creditores agere so-
lum contra hæredem, non autem contra fidei-
commissarium vniuersalem, quia non repræsen-
tabat personam debitoris: *l. 1. ff. ad Trebell. insti. de*
fideicommi. hæredi. §. *ille autem.* Nec obstat illud,
126 quod † notat *Bart. in l. fi. ff. de vsufruc. leg.* quia
respondeo, quod dictum suum sic debet intelli-
gi, quod is, cui relictus est vsusfructus totius hæ-
reditatis, vel quotæ, vel dimidię, tenetur ad one-
ra præstanda hac forma, videlicet, quia hæres te-
netur sibi tradere, & consignare omnia, vel quo-
tam, vel dimidiam, non deducto ære alieno, ipse
vero legatarius debet cauere de seruando hęredē
indemnem á creditoribus. Non autem debet in-
telligi, quod creditores possunt directa via con-
uenire ipsum legatarium inuitum: arg. *l. si quis ser-*
uum. §. *fi.* cum *l. se. ff. de legatis secundo.* & *l. 2. C. de*
pact. & facit ad hoc textus in *simil. insti. de fide. cō-*
mis. hæredi. §. *postquam senatus.* Et aduertendum
est, quia eo casu quo quis est hæres institutus post
mortem vsusfructuarij: vt *l. 1. ff. de condi. & de-*
monstra. & ideo oportet, quod creditores volen-
tes agere faciant dari curatorem hæreditati siue
bonis, contra quem agant: *l. si quis instituatur. ff. de*
127 *hæredi. insti.* & *l. 1. ff. de cura bo. dam.* Nec † obstat
prædicta *l. controuersia. ff. de transac.* quia respon-
deo, quod ibi ponitur casus specialis quādo duo
erant, quorum vnus contendebat se esse hæredem
ex testamento, alter ab intestato, & transegerunt
taliter, quod quilibet habeatur vt hæres pro di-
midia. Sed in proposito casu non cadit talis du-
bitatio: nam institutus in vsufructu hæreditatis,
vel omnium bonorum, alio hærede instituto vni
uersali, non potest contendere se esse hæredem
vniuersalem, vel ex quota; vt patet ex prædictis
secundum *Matthæum de Matasalanis in quinto no-*
tabili. Sed licet opinionem *Matthæi* putem verā
de iure, tamen de facto sępissime contrarium vi-
di seruari: vnde est consilium bonum, quod quan-
do agitur contra vsufructuarium coniugem, vel
alium bona tenētem, qui non est hæres, quod li-
bellus concipiatur in actione reali, & non in
personali. Et si velis agere personali, dirige li-
bellum contra omnes, scilicet, contra hæredem,
& contra vsufructuarium, vel bona tenentem, vt
sic omnibus condemnatis, fieri valeat executio
contra bona tenentem. & ita seruo in practica, &
ita credo debere intelligi quæ dixi supra in ver-
128 bo *omnia.* ¶ In textu, ibi, *donec.* Ista dictio *donec*,
facit conditionem: *ff. de condi. & demonst. l. si quis*
ita. & *ff. de legatis tertio, l. qui cocubinā.* §. *vxori.* alias
est sub *l. qui quatuor.* & est textus *expressus*, in *l. am*
129 *biguitate.* §. *fi. C. de vsufruc.* Et † ex ijs determi-
natur quæstio, quod si hæredes soluant mulieri
dotem

dotem, quod amittit vxor vsumfructum: vt est textus in *l. cui vsusfructus. ff. de vsu.* & *vsufruc. leg.* cum ista sit mens principis: vt *l. ambiguitate. §. 1. C. de vsufruc.* & *l. 1. C. si seruo nup. mulier cui.* & in *l. 2. cum authent.* ibi posita. *C. de indi. vidui. toll.* Et
130 hæc † vera, nisi maritus in testamento, vel alia voluntate dimiserit vsumfructum vxori in vita, vel quamdiu viduitatem seruauerit; tunc enim licet offeratur sibi dos, non amittit vsumfructum legatum, sed tunc non faceret fructus suos auctoritate huius constitutionis; tenebitur tamen præstare satisdationem, de qua dictum est supra *glos.* proxima, quam forte non tenetur præstare, quando facit fructus suos auctoritate huius constitutionis; licet tamen teneatur facere inuentarium,
131 vt infra sequitur. Sed †. quid si infra annum luctus dos soluatur mulieri, an perdat victum, de quo supra in principio *huius constitutionis*? Videtur, quod sic, per hoc, quod hic dicit, *donec*, &c. & ita ista clausula, *donec*, &c. referatur ad omnia præmissa, tam de eo, quod dixit *infra annum*, quã
132 de eo, quod dicit, *post annum*, quia † clausula in fine posita quandoque refertur ad omnia præmissa; & huius opinionis fuerunt quidam, vt dixi supra in verbo, *& infra annum*: pro quibus fa-
133 cit, quia onus † alimentandi vxorem ipsi doti videtur iniunctum: *l. si cum dotem. §. sin autem. ff. solu. matrimonio.* facit *cap. salubriter. extra. de vsu.* & *l. pro oneribus. C. de iure dotium.* facit *glos.* in *l. vna. §. exactio. C. de rei vxo. ac.* Item facit, quia mortuo viro vxor est soluta à lege viri: *cap. 1. & fin. extra.*
134 *de secundis nuptijs.* Item † facit, quia habenti vnde se alat, dare alimenta nil aliud est nisi perdere. *1. q. 2. pastor.* faciunt notata per *Bart.* in dicto *§. exactio.* & huius opinionis fertur fuisse *Guiller. de Vallesicca, & Berengarium de Maiacans.* & *Gui. Bussot*, qui tamen dicit, quod habebit vestes lugubres in omni casu. Sed incontrarium facit textus huius constitutionis in prima parte, quia dicit, quod infra annum habeat alimenta, quæ dantur ratione luctus: & ista clausula *donec* non determinat nisi secundam partem, quæ est in *§. post*
135 *annum vero*, &c. & clausula † regulariter determinat proxima: vt *l. quotiens.* & ibi *glo. C. familiares.* ad idẽ *ff. de iurisdict. omnium iudi. l. si idẽ cũ eod.* & *ff. de leg. 2. l. legatorum.* Et de iure ob honorem mariti vxor habet prouideri de bonis viri infra annum luctus, iuxta conditionem viri; & suarum quantitatem facultatum: vt *l. 1. §. mulier. ff. de ven. in po. mitten.* siue dotem habuerit, siue non: *l. curator. ff. eod. tit.* facit pro hoc *l. extraneo. ff. eadem.* & *l. quod si nulla. ff. de reli. & sup. fun.* pro quo etiam facit, quia vxor infra illum annum habet lugere mortem viri, & hoc in honorem coniugij & humanitatis solatium. videtur ergo iustum, vt interim alatur de bonis viri, cuius honorem retinet, & quasi in matrimonio videtur esse; & hoc beneficium iuris nemo potest auferre, etiam si dos soluatur, quia hoc lege cautum non reperitur. Immo est hic expressum in prima parte huius constitutionis, quod infra annum debet ali de bonis viri. Et videtur casus in *vsat. vidua in 1. Ru-*
136 *bri.* & † ex quo vbi est iure huius patriæ expressum, cessant alia iura: vt in *vsat. iudicia curia* in fi. & in *consti. per tal que les leys. in curia domini Ferdinandi.* & in *cap. assats es cosa ridiculosa. in curia domine Mariæ.* facit *vers. exceptis:* vbi tantum excipit vnum casum; ergo in alijs firmatur regula: vt *l. quæsitum. ff. de fundo & instrumento leg. in 3. col.* & ita firmatur. semel vidisse d. Bonauatum Perri iudicari in audientia, licet ipse dicatur eligere cõ-
137 trariam opinionem. Sed † salua determinatione cuiuslibet melius sentientis mihi Thomæ Mieres videtur æquius, quod dixi supra, videlicet, quod si vxor non petat dotem sibi solui infra annum, habeat alimenta luctus, & vestes lugubres; secus si petat, tunc enim pro rata soluetur. Tamen in omni casu habebit vestes lugubres: vt dixit *Gui. Bussot.* Nec credo, quod propter friuolas subauditiones, & glossulas huiusmodi constitutiones, & dictus *vsaticus vidua*, debeant violari:
138 quia ex quo † est hoc clarum per hanc constitutionem, iam non habent locum opiniones Doctorum, iuxta notata per *Henric. Boich. extra. de decimis. cap. 1. in 2. distin.* Forte opinio *Gui. de Vallesicca*, & sequacium de Barcinona seruatur Barcinonæ iuxta localia sua, quando non supersunt liberi, secus extantibus liberis in pupillari ætate. Sed per hanc constitutionem generaliter in Cathalonia est declaratum, quod debeantur alimenta, nec fit distinctio an habeat vxor vnde se alat, vel ne; quare nec nos debemus distinguere:
139 *l. de pretio. ff. de Publiciana.* ¶ Sed † quæro hic, si non faciat inuentarium, an perdat vsumfructum legatum, sicut perderet in casu huius constitutionis? Quidam, quod sic per hanc constitutionem, quæ generaliter dicit, quod alias careat cõmodis anni luctus, & faciendi fructus suos: alij contra, quibus assentior, quia ista constitutio est exorbitans & pœnalis: ideo restringenda, vt sic solum per omissionem inuentarij perdat fructus in casu quo esset fructuaria auctoritate huius constitutionis, vt sic ipsa constitutio auferat, quod dedit: non enim credẽdum est, quod dominus Rex intellexerit priuare fructibus per testatorem cõcessis vxori, quæ satis est iure onerata ad præstandum dictam satisdationem: quid tamen seruetur, nondum vidi casum in iudicio ventilari, & communiter omnes mulieres, vt gaudeant cõmodo anni luctus, & beneficio huius constitutionis, consueuerunt facere inuentarium, quod est
140 tutius, & optima cautela. ¶ Vlterius † quæro, An fructus, qui nascentur infra annum luctus, sint mulieris? Respõdeo, quod non, propter hoc quod dicit, *post*: quia vir non est in mora soluendi dotẽ, tamen exactio rerum dotalium incontinenti: vt *§. fructus legis vnica. C. de rei vxoriæ actione.* scilicet rerum immobilium: vt *l. diuortio. §. 1. & 2. ff. solu. matrimonio.* & per totum illum titulum. adde quæ notantur infra eodem in *verbo in dote. vers. 9. quæro,*

quæro, quando dos, &c. Et intelligo prædicta vera, nisi aliter de dote reddenda inter coniuges conuenisset in contractu nuptiarum; vt *extra. de dona. inter virum, & vxorem. cap. vltimo. §. fi. & extra. de reg. iuris cap. contractus.* ¶ In textu, ibi. *sibi.* scilicet, vel cui voluerit, aut eius hæredi. ¶ In textu, ibi, in *dote.* Quoniam publice interest mulieres dotes suas saluas habere, vt iterum nubere pos-
151 sint. vt *ff. solu. matrimonio. l. 1.* quia † dos accessoria est matrimonio: *ff. de iure dotium l. 2.* & 3. vbi nota, quod dos sine matrimonio esse non potest; & vbi matrimonium esse non potest, nec dos est. Ideo de dote per modum summæ duodecimas
142 quæstiones subijciam. ¶ Primo † igitur quæro, an quęstio de dote ad Ecclesiasticum iudicẽ pertineat? Respondeo, quod sic, & hoc tenent *Doct. extra. de dona. inter virum & vxorem. cap. de prudentia,* vbi de hoc latius per *Ant. de Butrio.* Et quia iudicium de dote ad iudicem Ecclesiasticum pertinet, siue ordinarius sit, siue delegatus; eo ipso, quod causa matrimonialis sibi committitur, & causa dotis, tanquam accessoria committi sibi intelligitur: *extra. de dona. inter virum & vxorem. cap. 1. 2.* & *3.* & *extra. de conin. seruo. cap. proposuit.* & ideo iudex, ex quo de matrimonio cognoscit, & de dote similiter debet iudicare; & hoc bene seruatur, de consuetudine Gerundæ, & etiã Barcinonæ: vt refert *Ioan. de Imola in Summa Confesso-*
143 *rum lib. 4. tit. 25.* in principio. ¶ Secundo † quæro, quid sit dos? Respondeo, dos est quædam donatio à parte mulieris parti viri facta, pro one-
144 re matrimonij, quod sustinet. Item † dos est nomẽ iuris, & continet quid vniuersũ; vt notatur infra eadem in fine huius cõstitutionis: vide ibi, & repete hic. Et dotis natura est, vt durante matrimonio duret; eo vero soluto, soluatur; quia si-
145 ne eo esse non potest. Et ipsa † dos est quasi patrimonium mulieris: vt *ff. de minor. l. denique. §. sed virum.* in fine. secundum *Goff. Ray.* & *Hostien. in Summis suis. tit. de dotibus & dona. propter nuptias.*
146 ¶ Tertio † quæro, quot & quæ sunt species dotis? Respondeo, quod duæ sunt dotis species. Alia prophecticia. Alia aduenticia. Prophecticia dos est, quæ à patre pro filia, vel ab auo pro nepte, vel de bonis eorum datur; vel quam alius de mandato eorum dat: vt *ff. de iure dotium. prophecticia, gl. f.* super verbo, *de mandato.* in *l. prophecticia.* dicit etiam, *sine mandato.* vt à gerente alicuius nomine data sit, vel si aliquis patri donaturus dedit, aut si curator furiosi, vel prodigi dedit. Nota, quod tacita hypotheca dotis, vel rei incipit in augmento ipsius dotis, vel rei, à tempore ipsius augmenti: vt *l. si constante. C. de dona. ante nup.* Aduenticia dos est, quam ipsa mulier dat pro se, vel aliquis alius à patre, vel auo; siue sit frater, siue auunculus, siue alius quiuis. ¶ Item dos alia datur extimata, alia inextimata. Si extimata datur, tam lucrum quam damnum pertinet ad maritum, sicut ad rei emptorem. Si vero inextimata datur, damnum & lucrum eius pertinent ad mulierem: vt *ff. de iure dotium. l. plerumque.* fructus tamen pertinent marito propter onera matrimonij, quæ sustinet, quia debet alere filios, & vxorem: vt *ff. de iure dotium. l. plerumque.* & ibi nota, quod quando dos inextimata datur, periculum nõ pertinet ad maritum; vt si animalia in dotem accepit, vel vestem, qua mulier vtitur. Si autem extimata sit vestis, & mulier eam attriuerit, maritus extimationem reddet. Item in eadem *l. §. si serui.* dicitur, quod fœtus dotalium pecorum ad maritum pertinent, quia in fructibus computantur; sic tamen, vt suppleat prius demortua capi-
147 ta ex iam natis fœtibus. Sed † partus ancillæ non est in fructu: *ff. de vsur. l. in pecudum. §. partus. insti. de re. diui. §. in pecudum.* Sed appellatione redditus partus continetur: vt *ff. de vsuris. l. Paulus. §. heres. ff. ad Trebel. l. de dubia. §. hæreditatem.* & sic generalius est verbum, *redditus*, quam, *fructus*; vt notat *Guid. in Rosario 13. quæst. 1. §. ut ita. vers. Item Apostolus laborantem agricolam.* super verbo *de fructibus.* & *extra. de elec. cap. generaliter. lib. 6.*
148 ¶ Quarto † quæro, quid sit paraferna? Respondeo paraferna est, quod mulier habet post, vel præter dotem vndecunque, & dicitur *a para*, quod est iuxta, & *ferna*, quod est dos; inde dicitur *para-*
149 *ferna*; quasi iuxta dotem. Habet autem † paraferna priuilegiũ ad instar dotis; sicut enim vxor habet omnia bona mariti tacite obligata pro dote, sic & pro rebus parafernalibus, scilicet ab eo tempore, quo maritus ipsa bona parafernalia exegerit; vt dicitur in *fi. C. de pac. conuentis marito datis.* vt *C. de pactis conuentis. l. vltima.* vbi *glos.* super verbo *præter dotem*, dicit, *sic in quibusdam regionibus habet ex consuetudine ista paraferna.* Et dicit *Hostien.* quod si huiusmodi, parafernalia traducantur in domum viri ea mente, vt fiant viri eius, erunt alias mulieris, sed in dubio præsumitur mulier eas retinuisse sibi, & ideo depositi conuenietur maritus, vel etiam mandati, si viro custodiam commisit; & similiter possunt vendicari si dominium translatum sit in maritum; agetur conditione incerti, vel sine causa, vel ob
150 causam. Et hæc res † appellatur apud Gallicos peculium: vt *ff. de iure dotium. l. si apud se. §. dotis.* De his autem non debet se maritus intromittere vxore inuita, quamuis bonum videretur: vt sicut mulier se ipsam committit viro, res etiam eiusdem pari arbitrio permitteret gubernari: tamen æquitas, quæ contrarium vult; in hoc casu præfertur: vt *C. de pactis conuentis super dot. l. hac*
151 *lege.* ¶ Quinto quæro † quid sit donatio propter nuptias? Respondeo, est id quod sponsus sponsę dat: vt *extra. de dote post diuor. repe. cap. nuper.* in fin. *cap. vltimo* in fin. Huius autem donationis est proprium; vt si paciscatur maritus de parte dotis lucranda, vxore pręmortua tantundem debet lucrari, mulier de donatione, propter nuptias præmortuo viro: vt *extra. de dona. inter virum & vxorem. cap. donatio. §. Sane.* & *C. de pac. conuentis. l. ex morte.* ibi obseruandum est, vt quotam partem mulier

mulier stipulatur sibi lucri cedere, ex ante nuptias donatione, si priorem maritum mori contigerit, totam, & maritus ex dote partem non pecuniæ quantitatem stipuletur sibi, si constante matrimonio prior mulier in fata collapsa fue-
152 rit. Hoc † est, quod pacta de lucranda dote, & donatione propter nuptias debent esse æqualia respectu quotæ, non respectu quantę, etiam si ab extraneo pro muliere dos detur, secundum *Bart. in dicta l. ex morte.* Æqualitas enim omnino seruāda est inter coniuges tam in donatione nuptiali, & in lucris inde prouenturis, quam in pręstatione vtriusque, & constitutione: vt *C. de pactis conuentis. authentica, æqualitas.* & in *authentica, augmen-*
153 *tum.* positis super dicta *l. ex morte.* Sed † si nihil ex dote in instrumentis contenta solutum fuerit, vel si minus quam sit confessata solutum fuerit, pro quantitate soluta, tantum lucrum sentiet, scilicet, computando pro rata: vt in *authent. si nihil. C. eod. tit.* vide hic quando tractatur de donatione propter nuptias lucranda, sed hoc non loquitur in augmentis, & quæ fiunt Barcinonæ, vt sentit hic in margine. videtur idem sentire super quin-
154 to sponsalitio. ¶ Sed † pone, mulier nihil habebat in dote, & stipulata fuit centum nomine dotis sibi restitui soluto matrimonio à viro sciēte, vel cum haberet centum in dote, stipulata fuit ducenta nomine dotis à viro sciente sibi restitui. Resp. valet stipulatio: vt *ff. de verbo. obli. l. diuortio.*
155 Si autem † errans promisisset vir, tunc non valeret stipulatio, nisi in quantum habebat mulier: vt *ff. solu. matri. l. penultima. §. mulier.* Itē nota quod si fuerit disparitas in pactis de lucrando, reducitur ad paritatem in quantitate minori: vt *l. penul-*
156 *tima. C. de pactis conuentis.* ¶ Sexto † queritur, in quibus casibus maritus lucretur dotem? Resp. ꝙ maritus lucratur dotem ex pacto, vt si paciscātur de tota dote lucranda, vel parte eius: vt *C. de pactis cōuentis. l. ex morte.* & in *authent. præalleg.* Item maritus lucratur dotem si mulier adulterium committat: vt *extra de dona. inter virum & vxorem. cap. plerumque.* & *in authent. vt li. ma. & auia. §. quia vero. collat. 8.* vbi glossa enumerat causas, ex quibus maritus potest impune repudiare vxorem, & dotem eius, scilicet quantum ad proprietatem, non extantibus filijs aut filiabus ex illo matrimonio. Item si contra Imperium cogitantibus aliquibus conscia fuerit mulier. Item si adulterio conuicta. Item si vitæ viri insidiata, aut alijs hoc facientibus conscia viro non indicauerit. Item si cum viris extraneis nolente marito conuiuetur, aut cum eis lauetur. Item si nolente viro foris domum manserit, nisi forsitan apud proprios parentes. Item si circensibus aut theatricis ad spectandum, ignorante, vel prohibente viro interfuerit. Nota de iure canonico quicquid dicta lex dixerit, vir tamen non potest dimittere vxorem nisi propter fornicationem. vt *Matthæi 5. cap.* & *extra. de conuer. coniu. cap. ex publico.* Sed mortua vxore intestata, deficientibus liberis, & propinquis, vir succedit vxori, & lucratur dotem; & è conuerso: vt *C. vnde vir & vxor. l. 1.*
157 ¶ In alijs † autem casibus à prædictis, & dos ad mulierem, & donatio propter nuptias soluto matrimonio redit ad virum: vt *extra. de donation. inter virum & vxorem. cap. donatio. §. sane.* & in *cap. mulieres.* & nota in allegato *cap. ex publico.* & *ff.*
158 *solu. matri. l. penultima. §. mulier.* Et nota, † quod vxor conuicta de adulterio perdit dotem; vt in *vsat. mariti.* Et idem in viro, vt perdat donationem propter nuptias: vt *C. de repu. l. consensu.* &
159 nota *glos.* in dicto *vsat. mariti.* Tamen † hæredes mariti non possunt facere quæstionem de adulterio, nisi in tribus casibus, scilicet, quando accusatio fuit per virum præparata in vita eius. Item quando non habuit tempus cōquerendi, vel fuit mortuus in seruitio Principis, secundum *Bertrādum de Seua. Ru. Vsuaderij,* & alios *Doct.* & *Barto.* de quo dic latius in *recollectis Iacobi Marquilles* super dicto *vsat.* & ibi etiam dixi in commento
160 *Mariti.* Sed † quæro hic, quæ præparatio requiratur, an sufficiet, quod vir de hoc faciat mentionem in testamento, vel protestetur, sicut dicimus in præparatione querelæ, vt transmittatur: *ff. de inoffi. testa. l. posterius. §. si quis instituta.* cum *l. se.* & puto: quod sic: non enim credo, quod sit in hoc casu necessaria litis contestatio, sicut in actione iniuriarum, & huiusmodi, quæ non sunt transitoria, nisi post litis contestationem. *C. si ex delictis*
161 *defun. l. vnā.* ¶ Septimo † quæro, quid si mulier amisit dotem per sententiam propter fornicatiōnem latam in causa diuortij, quoad seperationem thori, & postea probata consanguinitate inter ipsam, & virum separantur omnino, iudicio Ecclesiæ, data vtrique licentia contrahendi, nunquid poterit mulier repetere dotem tanquam non commiserit adulterium? Respondeo secundum *glos.* in *cap. plerumque. extra. de dote post diuor. repe.* videtur, quod sic: quia ex quo nullum fuit matrimonium, nec dos, & quia etiam decepta fuit in prima sententia, quæ veritate probata reuocari debet: *extra. de frigi. c. fraternitatis.* Sed *Lau.* dixit, quod non est illa mulier vlterius audienda, licet modo appareat, quod non fuerit matrimonium, nec adulterium, quia punienda est propter intentionem cum opere subsecuto: *extra. de biga. cap. nuper.* & *cap. vltimo.* & vt per hoc cæteris delinquendi materia auferatur, & ne excogitetur falsa probatio contra matrimonium propter recuperandam dotem amissam, secundum *Lau.* cui concor. *Hostien.* & *Goff.* & *Ioan. in Summa Confess. lib. 4. tit. 25. q. 6.* & in hanc sententiā communiter omnes declinant. Sed *Ant. de Butrio* aliter distinguit. latius vide per eū in alleg. *cap. plerūq.* Sed ego multum attendo, ꝙ prædicti dixerunt, quod auferatur cæteris materia delinquēdi, & ne excogitetur falsa probatio, &c. Item attenderē.
162 quod fuit iniuria facta viro. ¶ Octauo † quæro cui sit restituenda dos? Resp. quod dos à patre profecta patri reddenda est, mortua in matrimonio

familia, scilicet, non emancipata, alias est hæredibus suis restituenda, & in hac patria filij familias contrahendo matrimonia, de consensu patris, pro emancipatis habentur: vt supra *ead. in curia cap. statuimus*, vt *C. soluto matri. l. dos à patre.* Si vero diuortium fiat viuente patre, & filia, dos ipsa patri, & filiæ reddenda est: vt *ff. soluto matrimonio. l. 2.* vbi dicitur, quod si in potestate patris est mulier, & dos ab eo profecta sit ipsius, & filiæ est dos. Vnde pater non aliter quam ex voluntate filię petere dotem, nec per se, nec per procuratorem potest. Item de hoc ibidem in *l. penultima*. Si autem dos sit aduentitia, reddenda est mulieri: vt *ff. solu. matri. l. 2.* nisi ille qui dedit dotem pro muliere, stipulatus sit eam sibi reddi: vt *ff. soluto matri. l. quotiens. §. vltimo.* quod autem dixit, quod dos à patre profecta patri reddenda est, intelligunt quidam locū habere, si mulier decedat sine liberis, alioquin remanet penes liberos: vt *ff. solu. matri. l. post dotem.* alij contradicunt. Sed prima sententia præualet, maxime quando fuit filia emancipata, vel habita pro emancipata, vel foris casata, secundum *Ioan.* in *Summa Conf. s. li. 4. tit. 25. q. 7.* & quod dixit, *remanet penes liberos*, dic nisi mulier testamento, codicillis, vel alias disposuerit. vel pacto aliter conuenerit; filij tamen non poterunt grauari in legitima bonorum, quæ
163 mater habuit ad suas voluntates. ¶ Nono † quæro quando dos debeat restitui? Respondeo. Si dos consistit in possessionibus, idest, in rebus immobilibus, puta prædijs, vel domibus, statim debet restitui soluto matrimonio, si vero sunt res mobiles, puta pecunia, vestimenta, & animalia, tunc infra annum debet restitui: vt hoc totum dicitur *C. de rei. vxor. ac. l. vna.* & repete quæ dixi latius supra *eod. cap.* in verbo, *donec*, in *vers. vlterius quæ-*
164 *ro.* ¶ Decimo † quæritur, an semper compellatur maritus dotem restituere, & qualiter impen-
165 sas computabit? Respondeo, quod † maritus in dote reddenda non condemnatur, nisi inquantū potest facere, scilicet, habita ratione ne egeat: vt *C. de rei vxo. ac. l. vna. §. cum autem in exac.* vbi dicitur, quod maritus in tantum condemnetur, in quantum facere potest, si non dolo malo versatus est. Et debet cautionem præstare; non autem credo, quod virum oporteat facere cessionem bonorum, quia hoc non dicitur in dicto §. *cum autem in exactione.* sic *extra. de solut. cap. Odoardus.* & facit pro ijs quæ dixi in *tractatu cessionis bonorum.* supra *colla. 4.* in *curia 3. Barcin. cap. 21. Item ordinamus, quod omnis homo.* nec forte in hoc casu haberet locum præconizatio, de qua in dicto 21. cap. dicitur, quia nec iste maritus iurat se non esse soluendo, sed iurat, quod si ad meliorem fortunam peruenerit, &c. quod nota ad limitationem dicti cap. 21. Item adde supra *ead.* in verbo, *post mortem.* quod si ad meliorem fortunam peruenerit, quod minus persoluit, restituere procuret. Item ad hoc *ff. de regulis iuris. l. in condemnatione.* vbi sic dicitur, *in condemnatione personarum, quæ in his quæ facere possunt condemnantur, non totum, quod habent, extorquendum est, sed & ipsorum ratio habenda est, ne egeant.* ad hoc etiam *ff. de re iudicata. l. sunt qui.* cum *l. sequenti.* secundum
166 *Goffred.* & *Ray.* hoc † autem priuilegium transit ad filios illius matrimonij: vt *ff. soluto matrim. l. maritus.* vbi dicitur, quod maritus in id, quod facere potest, condemnandus est, sed hoc hæredi extraneo, scilicet, præstandum non est, cum tale beneficium personale est, & cum persona
167 extinguitur. ¶ Præterea † illud est notandum, quod maritus in reddenda dote impensas necessarias, & vtiles in rebus dotalibus factas, quod puta domum refecit, potest retinere: vt *ff. de impensis in rebus dot. factis. l. prima.* Multa exempla ponuntur in eadem lege, vt si domum refecit, quæ erat vtilis mulieri, vel si pistrinum, vel horreum necessarium factum sit, aut si oliueta refecta restaurauerit, aut in valitudinem seruorum impenderit, vel si vineas propagauerit, vel arbores curauerit, vel seminaria pro vtilitate agri fecerit, huiusmodi expensæ necessariæ
168 sunt: vt in illa lege dicitur. Imo † necessariæ expensę minuunt dotem ipso iure. vt in allegata *l. vnica. §. Sed nec ob impensas. C. de rei vxo. ac.*
169 dic vt ibi latius. Et dic, † quod illæ impensæ necessariæ dicuntur, sine quibus res deterior efficitur: vt *l. impensæ necessariæ. ff. de impen. in dot. factis.* Vtiles vero dicuntur, quæ rem meliorem reddunt. vt *ff. de eodem l. quod dicitur. §. vltimo.* & *l. vtilium.* voluntariæ sunt, quæ rem exornant: vt *l. voluntariæ. ff. eodem titulo.* & has voluntarias, vt quæ fiunt in balneis, perdit ma-
170 ritus, quia voluntariæ † impensæ actionem non pariunt, etiam si de voluntate mulieris sint factæ. vt *ff. eadem lege. l. in voluptarijs.* possunt tamen abradi sine lęsione prioris status: vt *ff. eodem titulo. l. pro voluptarijs.* Nisi pars mulieris vellet tantum dare, quantum haberi posset de ipsis rebus abrasis, vel euulsis: vt est textus singularis in dicta *l. pro voluptarijs*, iuncta *l. in fundo. ff. de rei vend.* & contra casum illius legis dixit *quædam glossa*, quæ est *insti. de actio. §. si de dote.* secundum *Matthæum de Matasalanis in nonagesimo secundo notabili.* Et prædicta vera intellige, quando detractio, siue abrasio illa posset afferre aliquam vtilitatem marito, alias non permittetur talis destructio: *ff. de impensis. l. pro voluptarijs.* in fine, secundum *Godoff.* ¶ Vndecimo quæro, quid si maritus tenetur satisfacere vxori in dotes & alijs creditoribus? Respondeo, secundum *Hostiensem* in *Summa titulo de pignoribus. §. qualiter contrahatur.* sub *§. conuentionalium, versiculo, & hoc notandum.* quod mulier in ijs, quæ dotis suæ erunt, præfertur omnibus creditoribus prioribus, & posterioribus non habentibus expressam hypothecam, licet auctoritate legis omnes creditores habeant tacitam; & hoc intellige, nisi alius prior sit in simili iure, vt quia petit dotem præcedentem,

Hh quia

quia ille potior est in iure: vt *C. qui po. in pig. ha.*
172 *l. fi.* Sed † in donatione propter nuptias præfer-
tur mulier posterioribus tantum: vt *C. de pig. l. vl-*
ti. vide *Hen. extr. de pig. c. ex litteris in di. 1.* & *Ioã.*
de Platea. C. pœnis fiscalibus creditores præferri. l. vni
ca. li. 10. & quid in bonis postea quęsitis, vide *glo.*
in *l. assiduis. C. qui pot. in pig. ha.* & infra *colla. 8. cu-*
ria Ferdi. c. e los aduocats. Item † in rebus parafer
173 nalibus habet mulier tacitam hypothecam, nisi
specialem, & expressam sibi prouiderit; quia tũc
alijs renuntiare videtur: vt *C. de pac. conuen. l. vlti.*
De hac materia, scilicet, quæ mulieri intelligã-
174 tur tacite obligata pro dote, & vtrũ † vxor pro
delicto viri dotẽ amittat, vide in *Sũma Cõfes. li. 2.*
ti. 7. q. 73. quæ intelliguntur. & *de dona. inter virũ, &*
vxorẽ: vide in *ea. Sũma li. 1. ti. 15. q. 72. quis possit*
175 *donare.* cum sequentibus. Itẽ nota, † ꝙ regulari-
ter non potest dos restitui constãte matrimonio.
Fallit in tribus casibus; scilicet causa necessita-
tis, pietatis, & vtilitatis: vt notat *Bal.* in *l. quãuis.*
ff. so. matri. & tũc liberatur maritus ab actione de
176 dote, vt ibi. ¶ Vlterius, † & duodecimo quæro
hic de quæstione, quæ sæpe occurrit de facto. Ma
ritus cõfessus fuit se habuisse dotẽ integram, quã
promisit soluere statim, non obstante huiusmodi
confessione, vel promissione. Pater, vel extra-
neus dans dotẽ promisit dotẽ: quæritur an soluto
matrimonio hæres viri teneatur restituere dotẽ;
vel sufficiat, ꝙ cedat actionem mulieri cõtra hę-
redẽ soceri, vel alterius promittentis: ꝙ videtur:
vt *l. Lucius. ff. solu. matri.* In cõtrariũ, quia postquã
cõfessus fuit se recepisse, videtur sibi solutum: vt
ff. solu. matri. l. fi. §. si vir. & *l. vir ab eo. ff. de iure do-*
tium. quæ in patre non tenet; quod videtur pro-
bari, nam illa verba, *quibus confessus est se habuisse,*
& recepisse, videntur emanare sub spe futuræ nu-
merationis, vt patet ex sequenti promissione.
Vnde verba illa, *ab initio,* non inducunt obliga-
tionẽ efficacẽ. Vel verius possumus dicere, quod
fuit facta prima cõfessio, ex promissione sub spe
futurę numerationis, sed spe futurę promissio-
nis: pro futura enim illa promissione fuit ille cõ
fessus dotẽ se habuisse. vnde illud nomen videtur
accepisse: facit *C. de rest in. vendi. l. pretij causa.* Vi-
detur enim illud nomẽ insolutũ recepisse. & sic
illius viri est periculũ: vt dixit *Bar.* in *l. Mania. ff.*
solu. matri. Et hæc videtur tenere *Iaco. de Aren.* ita
notat *Bart.* in *l. fi. §. si vir. ff. solu. matri.* prę alleg. Et
vide *Bar. de Salice.* in *l. 1. & 2. C. de dote cauta, &*
non nume. & per *Bart.* in *l. si absentem. C. si certũ pe.*
177 Sed † nota pulcherrimum casum, quia si pater,
filio hærede instituto, in testamento reliquit filię
certam dotem, quod frater interim tenetur alere
ipsam sororẽ de suo, nec potest sibi imputari in
relicto dotis: vt *l. qui filium. ff. vbi. pu. edu.* secundũ
Bar. Et de hoc per *Doo.* in *l. alimenta. C. de nego. gest.*
178 in *vltima quæstione.* Vtrum † autẽ pater perdat
dotem, quam dedit, propter adulterium filiæ, dic
per *Henric.* & *Ant. de Butrio* in *cap. plerumq. extra.*
de dona. inter virũ & vxorem. Vtrum feudum, vel
179 res † emfiteotecaria possit dari in dotem, vide
Henri. extra. eod. tit. cap. nuper. in *dist. vltima.* Vtrũ
180 pro † dote, vel alijs rebus vxoris possint dari
fideiussores, vide *Henric. eod. tit. cap. per vestras.*
181 ¶ Vtrum, † & quando donatio inter coniuges
valeat, seu confirmetur, vide *Henri. eod. tit. cap. vl-*
182 *timo* in *1. dist.* ¶ Sed † vtrum consuetudo dicta,
quod soluto matrimonio dos ad mulierem, &
donatio propter nuptias ad virum non redeat,
valeat, distingue: aut quæris, vtrum valeat in do-
natione propter nuptias, quam mulier lucratur
sine pacto, & eam retinet de consuetudine ali-
quarum regionum, & dic, quod sic: vt in *cap. dona*
tio. §. vltimo. extra. de dona. inter virum & vxorem.
Aut quæris in dote, & dic quod non. Imo esset
irrationabilis, quia cõpelleretur forsan mulier, si
sic dotem suam amitteret, de facto fornicarę, &
remaneret indotata contra fauorem reipublicæ,
& contra *legem primam. ff. solu. matri.* & est ratio
specialitatis, & diuersitatis fauor reipublice, &
fragilitatis sexus mulieris consideratio. Nam ma
ritus ex multis causis potest victum honeste per
quirere, ex quibus mulier nõ potest; & robustius,
& honestius potest negotiare, & melius labora-
re in donatione. ergo talis consuetudo tanquam
rationabilis est admittenda, in dote vero tanquã
irrationabilis est reprobanda; argum. *extra. de cõ-*
sue. cap. fin. secundum *Ioan. And.* & *Henric.* in dicto
cap. donatione, in *vltima dist.* Et nota, quia hic di-
cit; *donec in dote,* &c. ergo præsupponit, ꝙ vxor
183 attulerit dotem. Sed † quid si non fuit dos, quia
matrimonium potest esse sine dote, licet secus ẽ
contra: non faciet vxor fructus suos, ex quo non
attulit dotem. Sed nihilominus habebit annum
luctus, & fortius in hoc casu ex quo non habet
vnde se alat, vt dixi supra *ead.* in verbo, *in omni-*
bus vitæ necessarijs. vnde patet aliud iuris esse de
alimentis anni luctus, & aliud, de fructibus om-
nium bonorum, & quia alimenta luctus nõ præ-
stantur propter dotem, sed propter honorẽ ma-
riti, quem seruat vxor existens vidua, & casta
per annum, quo censetur esse in priori matrimo-
nio: per consequens patet, quod etiam si dos sol-
uatur, quod non perdat vxor alimenta luctus, li-
cet perdat fructus, qui dabantur ratione dotis,
& sic hæc clausula, *donec etiam;* solum referatur
ad casum proximum, scilicet, de fructibus, &
non ad principium constitutionis vbi loquitur
de alimentis luctus; vt supra dixi in pluribus lo-
cis: quia non est par ratio vtrobiq. vt vides. ¶ In
184 textu, † *& sponsalitio.* huiusmodi sponsalitium
aliquando vocatur dotalitium: vt *extra. de dote*
post diuor. repe. cap. plerumque. vbi de hoc. Sed do-
talitium dicitur, donatio propter nuptias, secun-
dum *Inno. extr. de foro compe. cap. ex parte.* de priui-
legijs dotis, & sponsalitij. vide quæ dixi supra
colla. 5. c. 10. post primã pragmaticã ibi insertam.
Est huiusmodi sponsalitiũ, secundũ quosdã, sim-
plex donatio, quæ fit ab spõso in sponsã, vel ecõ
tra, non respectu dotis, sed causa matrimonij in
futu-

futurũ cõtrahẽdi,& dicitur simpliciter donatio: vt notatur *C.de dona.ante nup. in Rubr.* Et in hoc differt à donatione propter nuptias,quę fit ratione dotis: & ante matrimonium potest excedere dotem *C.de pac.cõuen.l.ex morte.* post matrimoniũ contractũ,non: vt *l.si constante.C.de dona.ante nup.*

185 Hodie † in ciuitate, & diœcesi Gerund. seruatur æqualitas.siue ante,siue post:vt in *authent. de aequali.dotis.§.1.& 2.colla.7.*& in *authẽt.aequalitas.* & *authẽt.per augmentũ.C.de pact.cõuẽtis.* & dixi supra in verbo *in dote.*in *q.5.*& *q.fi.* & hæc pars sumitur ex *glo.* quę incipit *de nouo.§.est & aliud.insti. de dona.* vide ibi *Ioã.Fab.*& nota in *authent.eo decursum.C.de dona.ante nup.* Et contracto matrimonio totũ sponsalitium lucratur vir. *l.cum veterũ.*

186 & *l.si à sponso.C.de dona.ante nup.* Donatio † vero propter nuptias,& ante nuptias idẽ est:vt *l.cum mulier.§.si igitur.C.de dona.ante nup.* Et huiusmodi donatio est vxoris constante matrimonio,& stat pro cautela dotis: vt notat *Ant.de Butrio* in *cap. peruenit.extra.de emp.& vendi.*quem ibi vide pro ista materia.Sed video,quod Gerundæ, & etiam Barcino.& in audientia dñi Regis hic communiter accipiatur sponsalitium eo ꝙ lucratur vxor per mortem viri de donatione propter nuptias ex pacto,vel alias de cõsuetudine locorum.No-

187 ta,† quod cõmuniter Barcino.de consuetudine non fit donatio propter nuptias, sed si vxor est virgo,lucratur superuiuens de bonis mariti tertiam partẽ dotis,& hæc tertia pars vocatur augmentũ dotis,siue sponsalitium, quod tenet vxor post viri obitum, & post obitũ vxoris datur liberis eorum,si superfuerint; alias redit ad hæredes mariti,vt in instrumentis continetur. Et ad

188 hoc,† quod mulier lucretur istam donationem, oportet,quod interueniat pactũ de lucrando,vel sit consuetudo,& carnalis copula, & idẽ videtur sentire ista constitutio super verbo *dote.* vide quæ ibi scripsi,& vt notatur in *l.dos data. ff.de dona.inter virum,& vxorem.*& in *authent.aequalitas.C. de pac.conuen.*alias redit ad virũ soluto matrimonio.vt *C.de dona.ante nup.l.si à liberis.*& in *authẽt, dos data.* Et nota, quod (vt ex libro cuiusdã Doctoris Illerden.habui) vsus Cathaloniæ istã donationem propter nuptias vocat sponsalitiũ,& sic impropriè sumitur in *authent. eo decursum.* supra alleg.adde quæ dixi supra *gloss. proxi.* Et se-

189 cundum † vsum Barcino.& aliorum locorũ non tamen est consuetudo necessaria, quod si mulier vult tenere totam istam donationem,siue sponsalitium de vita sua, potest etiã contradicentibus hæredibus mariti;sed ipsa mortua istã donationẽ integrã recuperant hæredes mariti. Sed si vult dare medietatem incontinenti soluto matrimonio hæredibus viri, potest de consensu & pacto hæredum,& tunc alia medietas integra etiã quo ad proprietatem remanebit vxori,& hæredibus suis ad omnimodas voluntates,sed hoc nõ est ex necessitate,nisi fiat pactũ in hoc: sumitur ex *vsat. Barcin.c.vidua.*concor.in arg.*l.si sponso.C.de dona.*

190 *ante nup.* Sed † Gerũdæ seruamus in hoc ius cõmune,quia soluto matrimonio dos redit ad vxorem,& donatio propter nuptias ad virũ,vel eorũ hæredes:vt *extra de dona.*& in lucris inter virũ & vxorẽ *c.fi.*seruatur æqualitas iuxta partem de lucrando totum,vel quotã, vel aliquam quãtitatẽ.

191 ¶Sed iuxta † hoc quæro de quęstione, quæ in hac ciuitate Gerũdæ sæpius occurrit.Ecce,quod notarij communiter de lucris nuptialibus cõsueuerunt ita ponere in instrumentis,quod superuiuens coniunx lucretur de bonis præmoriẽtis tãtum;vt puta centũ vel viginti,ad omnes suas voluntates liberè faciendas,& in fine iurant coniuges seruare contenta in talibus instrumentis;modo alter coniugũ decessit relictis filijs illius matrimonij, postea superstes coniunx cõuolauit ad secundas nuptias, & decessit superuiuẽtibus dictis filijs primi matrimonij, qui petunt dictũ lucrũ nuptiale ab hęredibus bis nubi recusãtibus, & dicentibus nõ teneri;quia defunctus,qui super uixerat,lucratus fuit ex pacto ad omnes suas voluntates,maximè attento iuramento;sed filij agẽtes dicunt,ꝙ dictũ pactũ & iura habent intelligi, & interpretari secundum ius commune;ita videlicet,ꝙ superuiuens lucretur ad suas voluntates etiam quoad proprietatẽ,si non conuolauerit ad secunda vota , vel etiã si cõuolauerit in casu non existentiũ liberorũ;at vbi secũdo nupserit,& filij ipsius matrimonij supersint,tunc tãtũ habet vsumfructũ,sed proprietatẽ post eius obitũ tenetur reseruare,& restituere filijs illius matrimonij: iuxta *l. hac edictali.* cum simil.*C.de secundis nup.*& pro filijs vidi bis pronuntiari,& bene,vt credo; & ita etiam pluries consului; nisi forte in pacto esset adiectum,ꝙ lucretur superuiuens ad omnes suas voluntates;etiã si secundo nupserit, vel dixerit non obstare *l.hac edictali.* Sed cogita,quia videtur,ꝙ per pactũ & iuramentũ huiusmodi non possit prçiudicare filijs,quibus iura dederunt illã proprietatẽ in vltionẽ suę iniurię.& vide *Bart. ff.de leg.3. l.si quis in prin.testi.*in *penul.q.* Vlterius

192 nota,† ꝙ pactum de futura successione non valet,quia est cõtra bonos mores:vt *l.fi.C.de pactis.*

193 Sed quæro † quomodo pactũ de non succedendo firmatur,cum sit contra bonos mores? Resp. aliquid esse contra bonos mores intelligitur tripliciter,scilicet, natura, & tunc non valet iuramentum, quia esset cõtra ius naturale, vel quasi vt si pater iuret nõ alere filiũ,vel nõ obedire Deo vel Romanæ Ecclesiæ in spiritualibus:*ff.de insti. & subst.l.veluti.*& *C.de in ius vo.l.venia.*& *ff.de operis li.l.libertus.§.ultimẽ torũ.* Itẽ facto,quia est tẽpore,& tũc idẽ:vt *ff.de pac.l.iur.gentiũ.§.generaliter.* Itẽ censura & iuris artificio, & tũc de iure ciuili nõ valet iuramẽtũ,ne ratione iuramẽti iuris ciuilis auctoritas eludatur:*ff.de legi.l.nõ dubiũ.* Sed de iure canonico valet propter religionis vinculũ, ꝙ est de iure diuino,& licet ius ciuile dicat id esse cõtra bonos mores,quia deducit ad incõueniens aliquo modo;tñ maius esset incõueniẽs spernere

iuramentum, quod est ipsi Deo præstitum: verbi gratia, ius ciuile non vult renunciare hæreditati futuræ, ne filius sic videns se priuatū, patris omittat obsequiū; hoc enim satis est incōueniens. At si se priuatum non videret, patrem obsequijs prouocaret. Item viueret virtuose secundū paternum desiderium, & illud est valde conueniēs; & quod spes pulcherrima foueat filios in successione parentum: *ff. pro socio. l. cum duobus. §. idem reprehendit.* & in textu *l. pactum. C. de colla.* & *C. de sen. pa. & resti. l. fi.* in fi. *ff. de adop. l. nec ea. §. praeterea.* Sed istæ rationes iuris ciuilis sunt persuasiuæ, nō necessariæ, ideo tale inconueniens est contingens vitio solius iurantis, quod ei non debet patrocinari: filius enim tenetur patri, quia pater, nō quia diues, secundum *Ang.* in dicta *l. pactum. C. de colla.* in 19. *q.* & faciunt prædicta ad intellectū regulæ, *non est obligatorium. de reg. iuris. li. 6.* ¶ In textu, ibi,
194 *suis fuerit integre.* Sed † quid si hęredes viri non habent vnde soluant, nisi de bonis ipsius hæreditatis, nunquid cogetur vxor pręstare patientiam vendendi ipsa bona, & quod ipsa recipiat pretia vsq. ad integram satisfactionem? Quidam tenuerunt, quod non, propter verba huius constitutionis, scilicet *donec integre,* &c. Sed contrariū vidi pronunciari, & seruari, & bene; nec cōstitutio ista sentit oppositum, nam creditor cogitur vendere pignus, & illud concedere emptori, & recipere pretium pro sibi soluendo debitum; & maxime quando vxor est hæres mariti, & habet restituere fideicommissum alterius hæreditatis. Et quia hic
195 littera dicit, *integre,* nota † verbū *integre,* quoniā videtur, quod si vnus nummus deficeret, & restaret de huiusmodi dotis, & sponsalitij satisfactione, ꝙ adhuc ipsa vxor faceret fructus suos: quia nō dicetur integre satisfactum, quamdiu aliquid restat, vel deficit, arg. *C. de Sillemanum. l. vltima.* & ideo non sine mysterio fuit oppositum istud verbum *integre,* vt remoueret omne dubium satisfactionis, quia requiritur integra satisfactio, tā dotis, quam sponsalitij, antequā possit eijci ab hypotheca, & iure faciendi fructus suos, dummodo fecerit inuentariū, seruando hanc constitutionē. Quia quamdiu restat vnus nummus ad soluendū, tamdiu remanet pignus obligatum; & de hoc est casus in *l. quamdiu. C. de distractione pignorum.* ita ꝙ hæredes mariti debitores vxoris non possunt impedire vxorem etiam vendere volentē, nisi vniuersum debitum sortis, & vsurarum satisfaciant, vel offerant, vt hic. *C. debitorem venditionem pignoris impedire non posse l. debitoris.* denunciatio etiam si modicum in debito remaneat, vt ibi dicitur.
196 In textu, ibi *satisfactū,* dic quod soluere, † & satisfacere est qualitercumq. creditor contētetur: vt *ff. de verb. sig. l. solutionis.* & *l. liberationis.* vide ibi & *ff. de solu. l. satisfactio. l. solutam.* & *l. solutionis ver*
197 *bum.* vbi etiam vide de hoc. Et † dico *satisfactum.* scilicet, à quocumq. vel etiam à se ipsa vxore, si tanta pecunia ex bonis viri ad eam peruenerit, ꝙ sibi in dote solui potuit, debuit facere iuxta *l. debitor. ff. de nego. gest.* & *l. diuortio.* cū sua materia. *§. fi.* & *l. Titia.* & *l. Stychum. §. si creditor. ff. de solu.* &
198 dixi superius in verbo *bona.* Sed † pone, ꝙ vir (sicut sæpe contingit) instituit vxorem sibi hæredem, cui substituit post obitum, vel alias vxor ista adiuit hæreditatē cum beneficio inuentarij. Euenit casus fideicōmissi, & cum petitur restitutio hæreditatis, ipsa dicit se pro dote tenere, & sic facere fructus suos, donec integre soluatur, an bene dicat mulier, dubitatur. Res. ꝙ adeundo hæreditatē cōfusa est dos, & actio de dote, & omnis condictio ex hac constitutione, & ideo non bene dicit, ꝙ faciat fructus suos vigore constitutionis. Sed quia fecit inuentariū, credo ꝙ retenta dote, & facta legitima deductione, residuū ipsius hæreditatis tenetur restituere fideicōmissario, & ita vidi
199 pronūciari in audiētia regia. Vlterius † nota, ꝙ statutum disponens, quod maritus debeat lucrari medietatē dotis sibi datę, non habet locū in dote promissa: vt notatur in *l. iubemus. §. sane. C. de sacrosanct. Eccl. f.* Secus si statutū dicat *lucretur dimidiā dotis:* arg. *l. si donatarius. §. fi. ff. de cō. sic. ob causam,* secundū *Matth.* in 74. *notabili.* Item nota secundū eum, quod statutū disponens, ꝙ vir præmortua vxore lucretur dimidiā dotis, habet locū, si præmoriatur vxor, siue fuerit deducta in domū mariti, siue fuerit secuta carnalis copula, siue nō, dummodo matrimonium fuerit contractū per verba de pręsenti: vt *l. nupt. ff. de reg. iur.* & *l. nihil. ff. rerū amotarū,* & ibi nota per *Bar.* secūdū *Matth.* in 75. *notabili.* ¶ Item etiam nota, ꝙ priuilegium, quod habet mulier in dote, vt præferatur anterioribus creditoribus habentibus tacitam hypothecam: sed habentibus expressam non præfertur, nisi tēpore solutæ dotis, secundū quosdā; ꝙ dic vt legitur, & notatur in *l. assiduis* in *glo.* quę incipit *licet primo.* & vide *ff. eod. l. 1.* & adde quæ scripsi infra *colla. 9. curia dñi Ferdinandi. c. E los aduocats. §. vltimo,* de quo in *l. assiduis. C. qui po. in pig.* habet locum non solum in dote data, sed etiam in dote confessata, quādo sunt elapsa tempora, infra quæ poterat opponi exceptio non numeratę dotis; & ita notat *Bar.* in *l. assiduis.* & ibi *glo.* quæ incipit, *sed à quo tempore.* Sed *Bal.* ibi contra, secundū *glo.* quam dicit singularem, vt dicit supra *cap.* super verbo *viri sui* in fi. allegat. *glos.* in *l. si quis post. C.*
200 *de bonis dam.* Sed † aduertendum ad practicam, quia licet elapsa sint tempora contra maritum confitentem dotem, si tamen creditores habuerint iustam ignorantiam dictæ dotis confessatæ, poterunt petere restitutionem ex clausula generali, & sic opponere exceptionem non numeratę dotis: *l. penultima. C. de non nu. pe.* iuncta *l. in contractibus* in prin. *eod. tit.* & *glo.* ibi in verbo *poterit.* & iūcta *glo.* in *l. sicut. C. de praescrip. triginta, vel quadraginta annorum.* & quod ibi notat *Bart.* Similiter etiam videtur tenere *Bart.* in dicta *l. assiduis,* quod si maritus fuit confessus dotem, & renunciauit exceptioni dotis numeratæ, supposita validitate renūciationis, puta, quia sic firmata iu

ramento

ramento habebit mulier priuilegium dictę *legis, assiduus*. Sed mihi videtur, quod ista renunciatio mariti nō habebit pręiudicare creditoribus, quo minus infra tēpora legitima possint opponere exceptionem non numeratæ dotis per dictam *l. penult. iuncta l. si unus.* & *l. si ante omnia. ff. de pactis.* & nota prędicta, quia quotidie accidunt, secundū *Matthaeum de Matasel.* in 192 *notabil.* quādo dos est numeranda per vxorem, secus si dedisset nomen in solutum, licet illud nomen non esset adhuc solutum, iuxta notata per *Bar. vt dictū est supra in 12. q.* Vlterius † nota, quod dos potest augeri constante matrimonio. Et si est aucta, necesse est augeri donationem propter nuptias: vt in *authen. Sed iam necesse. C. de dona. ante nup.* dum tamen
201
202 tale † augmentū fiat in re immobili; quia si fieret in re mobili, vel pecunia, tunc in tali augmento mulier non vteretur priuilegio contra creditores mariti: quia est præsumptio iuris, & de iure quod ta e augmentum sit factū in fraudem creditorum, contra quam præsumptionem non admittitur probatio in contrarium, nisi per confessionem aduersarij: vt notat *glo.* singularis in *authē. de aequali. dot. §. illud. colla. 7.* de quo per *Bal.* plene in dicta *authen. Sed iam necesse.* Et sicut dos potest constitui, & augeri ante, & post matrimonium, & in ipso matrimonio; ita & donatio propter nuptias: vt *l. fi. C. de dona. ante nup.* & *insti. de dona. §. est antè.* vbi de hoc per *Ioan. de Platea.* ¶ Vltimo no-
203 ta † vnum bonum dictū, scilicet, an valeat statutū prohibens, ne contrahatur matrimoniū cum certo genere personarum: dic per *Ioan. An.* in *cap. statutum extra de haeretic. li. 6.* in nouella *Bart.* in *l. nemini. C. de nup.* & *l. 1. §. ius naturale. ff. de iustitia & iure.* & *l. matrem. C. ad Tertul.* Conclusio est, quod aut prohibetur cum certo genere personarū non prohibitarum contrahere matrimonium, & non valet; ratio, quia est res specialis: vt in *c. cū laicis extra. de re. Eccles. non alie.* & *cap. quanto.* & *c. decernimus de iudi.* cum similibus. Itē debet esse liberū. *cap. gēma de spon.* & *l. libera. C. de inut. stip.* Sed *Ludouicus de Roma* tenuit contra, & miratur de eis. Scis enim, quod de iure communi licitū est contrahere inter filios duorum compatrum: *cap. 1. de cog. spon.* cum similibus si tamen non fuerint causa compaternitatis, sed valet in contrariū consuetudo. *c. super eod. ti.* ergo, &c. Non obstat, ꝙ aufertur libertas cōtrahendi matrimoniū; quia nego, si potest cū alijs honeste cōtrahere: vt *l. cū ita.* & *l. hoc modo. ff. de condi. & demonst.* vbi casus. Secūdo quo ad solēnitatē, dic ꝙ valet statutum; vide *l. semper in cōuentionibus. ff. de ritu nup.* nō enim ꝙ licet, &c. præterea *tex. 32. q. 2. c. honorantur.* dicit, ꝙ pudor est virginibus eligere sibi maritū, licet sit licitū; cū ergo habeat statutū honestatem, ergo, &c. hoc posuit *Ludouicus de Roma* de verbo ad verbum super *Ru. ff. solu. matri.* vide & adde quæ notantur in *curia dns Ferdinandi. c. com ser. 30 contrahere sposalles.* ¶ Et † dixerunt quidam hanc constitutionē
204 non habere locum in foro Ecclesiastico, in hoc,

quod dicit, quod faciat fructus suos, secundum ea quæ leguntur & notātur per *Imo.* & alios in *cap. salubriter.* & per *Hostien. in Sūma de vsur. §. in aliquo casu. vers. 6.* & *vers. seq.* Sed secus est, vt patet supra. An autem dūs Rex hoc potuerit statuere, vide *Imo. extra de immu. Eccles. c. fi.* alias est *c. quia plerique.* ¶ Sequitur *§. exceptis tamen vxoribus.* Hic
205 est † tertia pars huius constitutionis, vbi ponit exceptionem, quando per virum erat prouisum ex pacto de securitate dotis vxori per specialem assignationem locorum, vel bonorum, vnde anni redditus, vel prouentus possint prouenire pro securitate dotis, vel sponsalitij, quo casu nō cēsentur possidere vxores auctoritate huius cōstitutionis, nisi illa loca, & bona eis specialiter assignata, de quibus tantū faciūt fructus suos; & hāc prouisionē consueuerunt facere magnates, barones, & alij dn̄i locorum, & redditum: nihilominus tamen credo, ꝙ habeant cætera bona virorum istæ vxores hypothecata saltem in subsidium. Et cōtra tales vxores habentes huiusmodi speciales assignationes nō potest agi tanquā bonatenētes, quia non sunt vniuersaliter bonatenentes, sed tertiæ possessores, & particulares successores, nisi velint, iuxta notata per *Matth. de Matas.* in *5. notab.*
206 & dixi supra in verbo *faciat. post 7. q.* Quid † si vir dicat, vt fieri solet, *Relinquo vxorem meā dominam, & vsufructuariā*, quid habebit mulier pro tali legato? Videtur, quod nihil. *ff. de reg. iur. l. vbi repugnantia.* Et contra videtur, ꝙ sic, vt sint duo legata, scilicet plenę proprietatis, & vsusfructus: vt *ff. de vsuf. l. si Titio fundus.* vnde cum proprietatem non habeat, quia alium habet vsumfructum per illā: sic *C. de vsuf. l. cum antiquitas.* Alij dicunt eo plus quod hæredes iure fideicommissi teneantur restituere hæreditatem, sed secundū consuetudinem scriptam in curia vulgari debentur alimenta. De hac quæstione, vide quæ dixi supra *ead.* in verbo *faciat.* in *prima quaestione.* ¶ Sed an idem in extraneis institutis? Dic quod non, quia alia est ratio: vt *C. de codicill. l. fi.* Sed arg. contra *ff. de leg. 2. l. de quibus 2. Rub.* secundū *glo.* quæ ita notat in *authēt. hoc.* vide ibi *Bal.* singulariter locum *C. de secundis nup.* & dixi plene supra in verbo *faciat.* in *5. q.* de quo per *Hostien.* in *Summa ti. de pig. §. qualiter constituatur.* & vide *Bar.* in *l. species. ff. de auro & argēt. le.* & melius *de legat. secūdo l. Titia. §. fi.* vbi de hoc per *Bal.* & per *Bar. de Salic.* & *Bal.* in *authen. quod locū.* præallegat. adde supra in verbo, *Sed vxor.* in
207 *quaestione, Sed quaero an transeat.* Item † pone, vxor dedit in dotem castrum viro, in quo castro habet iurisdictionem omnimodam stante matrimonio, ex illa iurisdictione vir habuit bona vacantia, & plura alia confiscata. quæro an mulier ista possit repetere soluto matrimonio à viro, vel eius hæredibus? Et credo, quod sic, per *l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dota.* cum ista sint dotis augmentum, iuxta *l. si mae. ff. de iure dotium.* pro quo *l. si viro. §. quicquid. ff. solu. matrimo.* & *ff. de pactis, l. si viro.* pro hoc in speciali in *l. si legato. ff.*

de iure dotiũ.& *ff. de adqui. hæredi. l. aditio.* & *l. quotiens. ff. de iure dotium.* & *l. euicta. ff. de peti. hæredi.* & *l. si. ff. solu. matri.* vide ibi *Bart.* In contrarium facit *l. si quis vxori. §. vsuraria. ff. de fur.* & melius in *l. vsusfruc. §. 1. ff. de vsufruc.* & in *l. si. §. diui. ff. de publica.* Sed dic, quod in legibus pro ista parte allegatis loquitur de fructibus, qui percipiuntur ex ipsa re, qui sunt fructuarij: vt *l. Item fundi. ff. de vsufruc.* Sed in legibus contrarijs loquitur de fructibus, qui percipiuntur occasione ipsius rei, vel propter ipsam rem, quæ restituenda est ipsi mulieri. Pro hac solutione facit *l. virum,* & quæ notantur ibi, & *l. sequenti. ff. de pe. hæredi.* & *l. 1. § nunc videamus. ff. de coniungendis cum emancipa. liberis.* Adde quæ notant *Doct. §. 1. quæro. ff. de vsu. & vsufruc. leg.* & in *l. Item qui fundi. §. 2.* & *§. sed & si. ff. de vsufruc.* & *l. diuortio. § si fundum. ff. solu.*

208 *matri.* & *de adqui. poss. l. peregre.* Item† quæro, quid si vxor habet bona, & contraxit matrimonium, & non apparet de dote? *glos.* in *l. mulier bona. ff. de iure dot.* tenet, quod videtur omnia bona attulisse in dotem. Sed si iam alias virum cum certa dote habuisset? Videtur illam retulisse secundo viro: vt *ff. solu. matri. l. in ijs. §. vxor.* vide ibi *Bart.* & in *repeti. l. si constante.* & *Bald. in feu. tit. an maritus succedat vxori in beneficio.* in vltima *q.* tenet, ꝙ vxor contrahendo matrimonium videtur omnia bona sua in dotem attulisse, facta eorum traditione

209 ipsi viro. Vide ibi latius. ¶ Item † pone, mater vniuersalis hæredis fuit tutrix, in bonis cuius hæredis inuenit lanam, quam fecit operari, & de ea pannos fieri fecit, in quibus multum fuit lucrata, & in inuentario per eam facto de bonis hæredis posuit, quod inuenit certam lanam, quanta in veritate erat: ipsa tamen mater erat relicta domina potens, & fructuaria per virum suum in omnibus bonis, quamdiu viueret, & viduitatem seruaret, & dotem siue sponsalitium non peteret, quæ tamen lana operata fuit cum pecunia viri: nunc quæro, an lucrum factum cum dicta lana sit dictę matris, vel dicti hæredis, cum mater sit parata restituere tantam lanam, & pecuniam inuẽtas in bonis dicti viri sui? Dic quod totum debet esse pupilli, quia eius negotium tantum gestum est, nec apparet, quod nomine proprio, hoc est, ad vtilitatem propriam intenderet dicta tutrix facere dictos pannos: vt *ff. de adqui. re. do. l. adeo. §. cum quis.* in prin. & *l. quicquid. §. vbi.* in fi. præterea, & vbi fecisset suo nomine, teneretur pupillo, cum eadem diligentiam debeat præstare pupillo, quam sibi. vt *ff. de admi. tu. l. à tutoribus.* in prin. & si sibi putauit vtile facere dictos pannos, multo fortius pupillo, cuius erat lana; alias sibi teneretur. *C. arbi. tutelæ. l. quidquam.* ergo solum restat quæstio de labore ipsius tutricis, & certe nihil debet habere: iuxta notata ff. *de tutelis. l. in eos.* nec pro sumptibus suę personę, ex quo non indigebat: vt ff. *de tu. & ra. distra. §. si pupillis.* & maxime, quia iam à testatore erat sibi legata prouisio: vt dicta *l. à tutoribus.* in fi. ¶ In textu,

210 ibi, *quo † casu dumtaxat.* Et ita habes hic, quod speciale pignus potest dari pro dote conseruanda, & restituenda, licet contra notetur *C. ne fideiuss. do. dent. l. 1.* in *glo. magna.* sic etiã videtur, quod in Cathalonia permittantur dari fideiussores pro dote: vt in *vsat. si ille qui plinium.* & in *constitutione diuinarum. §. si quis autem fideiussor.* Sed videtur, quod dictus *vsat.* & dictus. *§. si quis autem,* qui loquuntur generaliter, debeant limitari per *tit. C.*

211 *ne fideiusso. dotium dentur.* quia † ad leges Romanas recurrimus, tanquam bonas, & ęquas, in subsidium. vt notatur in *vsat. iudicia curia.* in fi. & infra in *curia Regis Ferdinandi. cap. per tal que las leys.* adde quæ notantur, & leguntur in *authent. vt immobilia ante nuptias donati. neq. hypotnec.* &c. *colla. 5.* ¶ Sed an cum iuramento valeat renunciari? *Bart.* dicit quod non in *l. si quis pro eo. ff. de fideiusso.* Sed *Ioan. de Imola.* contra, & verius in *cap. cum contingat. extra. de iureiuran.* de hoc etiam dictum est superius in verbo, *in dote.* post *q. 12.* ¶ In textu, ibi, *promissionem,* scilicet, anni luctus, de quo dixi supra, quia continet alimenta, & aliqua alia, de quibus vid. sti supra in verbo *de bonis ipsis,* &c.

212 Sed nota † hic vnum dictum singulare *Matthæi de Matasalanis* in 159. *notabili.* quod pater potest filiæ natæ ex nefario, & incestuoso coitu relinquere non solum alimenta competentia, sed etiã dotem congruentem, & ita notat *Bart.* in *l. si. ff. de his quibus, vt indignis.* vbi dicit, se sic de facto consuluisse; & ita sentit, quod sicut pater tenetur de iure canonico alere talem filiam: vt in *cap. cum haberet. extra. de eo qui duxit in matri. quã polluit per adulter.* ita tenetur dotare eam filiam condecenter. Vide *Bart.* in *l. Mæuius. §. duorum testatorũ. ff. de legatis secundo.* quia procedunt à pari alimenta & dos: vt notat *Cyn.* in *l. non omni. C. de admi. tut.* & vide in *tractatu extentionis Matthæi* in 2. *arg.* &

213 in 3. *membro.* ¶ Itẽ nota, † quod istud onus, quod pater tenetur alere filiam, vel filius patrem, est tale onus, quod transit etiam contra hæredes in subsidium, quando nullus alius est, à quo possint peti alimenta. Vnde si filius, vel filia habeat legitimam, & postea deuenerit ad paupertatem, poterit in subsidium petere se ali ab hæredibus patris, vel matris: vt est *textus* singularis in *l. si quis à liberis. ff. de li. ad.* & ibi *Bartolus* hoc tenet secundum *Matthæum* in 160. notabili. Sed an pa

214 tria, † quæ de consuetudine tenetur dare certam dotem pro maritanda filia Regis legitima, etiam teneatur dotare filias Regis spurias, vel bastardas? Credo quod non, quia ad dotandum legitimas non tenetur nisi de consuetudine: ergo non puto, quod talis consuetudo, quæ in filia legitima reputatur fauorabilis, debeat trahi ad spurias, vel bastardas, quæ sunt odiosæ: licet dominus Rex Alfonsus Quartus, de facto contrarium fecerit per vim tantum. Nam posset Rex mille habere bastardas, & sic destruere Regnum: quod potest contingere in filiabus legitimis. Item cõsuetudo non est extendenda, quia tantum habere

de

de potentia, quantum de actu, &c. Item non esset
rationabilis consuetudo in bastardis, quia esset
inuitare Principes ad immunditiam & peccatū,
sed patria contradicit omnino, vt vidi. In textu,
215 *& fructus suos faciant eorumdē*, scilicet † locorū,
& reddituum pro dote & sponsalitio speciali-
ter assignatorum: aliter est in alijs casibus, quā-
do vniuersaliter sunt hypothecata omnia bona
mariti. vt dictum est supra *eodem*, super verbo,
fructus ipsorum bonorum: quia in casu illo de fru-
ctibus totius hæreditatis debent ali pupilli, &
alij, quibus vir viuus præstare tenebatur: quia
tunc intelliguntur fructus, qui supersunt dedu-
ctis oneribus hæreditarijs, & totius patrimonij:
vt *l. hæreditas.* & *l. bonorum.* & *l. subsignatum. §. bona.*
& *l. cedere diem. §. æs alienum. ff. de verbor. signif.* &
C. de fruct. & litis expensis. l. 1. & *extra. de vita cle-
ricorum. cap. quoniam vt aut.* & *de instit. cap. 1.* & *cap.
authoritate.* Sed in casu nostri §. non tenebitur
vxor de fructibus locorum specialiter sibi assi-
gnatorum alere filios, & seruum, dum sufficiant
alia bona, quæ non fuerunt specialiter assignata,
& de quibus non facit fructus suos. Sequitur §.
Adiecto quod vxor. Hic est quarta pars, in qua po
nitur de inuentario, quod tenentur facere vxo-
res: quæ censentur possidere omnia bona viri, à
216 quo inuentario † conficiendo sunt immunes
vxores, quæ habent specialia loca & redditus,
de quibus habetur supra in *§. exceptis.* Et ita in
hac cōstitutione videtur casus pro illa quæstio-
ne, de qua alias dubitaui, & vidi dubitari, quam
non inueni à Doctoribus vel glossis tactam, quæ
217 talis est. Quidam † donauit omnia bona sua præ
sentia & futura, exceptis quibusdam, de quibus
posset testari: postea instituit hæredē suum. qui
non potest habere pro ipsa hæreditate, nisi illa
certa bona retenta: quæro an iste talis hæres te-
neatur facere inuentarium: & si non fecerit, vel
fecerit, non tamen seruauit solemnitatem *l. sci-
mus. C. de iure deli.* teneatur vltra illa retenta cre
ditoribus hæreditarijs, & legatarijs? Quidam di-
cunt quod sic, per dictam legem, quæ generaliter
loquitur. Sed ego dicebam, & adhuc credo cō-
tra, quia in isto cessat ratio & causa finalis dictæ
legis, quia hæreditas istius, attenta forma dona-
tionis, non potest valere, nec esse vltra ipsa retē-
ta, de quibus tantum potuit testari, & ita cessat
fraus, propter quam vitandam est inducta solē-
nitas inuentarij per dictam *l. scimus.* & ita cessan
te causa finali, & ratione legis, cessare debet lex,
iuxta notata sup. *eadem curia. cap. ad excludendū
fraudes.* Et ita est casus hic: quia mulieres, quæ
habēt certa loca, vel redditus assignatos pro do-
te, non tenentur facere inuentarium: sicut tenen-
tur aliæ, quæ omnia bona viri censentur possi-
dere. Et est ratio, † quia inuentaria, & descrip-
218 tiones bonorum fieri consueuerunt, ne ipsa bo-
na valeant occultari. vt *C. de bo. præscriptorum. l. si
quis.* & *l. ad protegendam. C. de in litem dando tut. vel
curat.* & *C. de Episc. audien. l. de creationibus.* & *C. de
Episcopis & clericis. l. nulli.* Et pro hoc facit quod
notat *Ioannes Fab. instit. de hæredi. qua ab intesta. de-
fe. §. per contrarium.* super *glossa 1. lata sententia.* in
fine, in quæstione, quæ incipit, *Quid ergo in casibus
219 in quibus bona confiscantur.* Vbi dicit, † quod vbi
nulla sunt bona, aditio non tenet: vt *instit. de im-
220 pu. & alijs.* sub *§. liberum.* Sed † tamen caute fa-
ciet iste hæres in retentis, vt cōficiat solemniter
inuentarium de ipsis retentis, quæ reperiet, quia
forte non reperiet omnia ipsa bona retenta: & ita
si fecerit inuentarium, non tenebitur vltra reper
ta in inuentario: si vero non confecerit inuenta-
rium, tenebitur ad omnia retenta, licet minus in
uenerit, & nihilominus remanebit in perplexo
dubij præsentis quæstionis, propter opinionem
contrariam, quam tamen credo erroneā, maxime
quoad creditores hæreditarios, qui possunt agere
contra donatarium tenentem cętera omnia bona
eis obligata, quæ transierunt cum onere debito-
rum, quæ donator debebat tempore donationis:
vt *ff. de his qui in fraudem credi. l. omnes. §. Lucius.*
& *ff. de iure dotium. l. mulier bona.* Item bona sic
221 vniuersaliter, † vel generaliter donata habent
intelligi, scilicet deducto ære alieno. vt *ff. de ver-
borum signifi. l. bonorum appellatio.* Sic & hæreditas
intelligitur, scilicet deducto ære alieno: vt *ff. eod.
tit. l. proprie bona.* & melius in *l. subsignatum. §. bo-
222 na.* Immo etiam † si quis fecerit amplas dona-
tiones, quæ fere exhauriunt totam substantiam
donantis, præsumitur alienasse in fraudem: sicut
quando omnia bona sua donauit: vt dicta *l. om-
nes. §. Lucius*, secundum *Bartolum.* qui hoc notat
ff. de legatis tertio. l. nomen debitoris. §. filio. Secus est
de illo, cui hæreditas quædam donata est: vt *ff. de
dona. l. hæreditatem.* vbi de hoc. De quo dic latius
per *Henricum Boich extra. de probat. c. in præsentia.
in vltima dist.* In textu, ibi, *In primo casu*, videli-
cet, quo omnia bona viri sui possidere censetur:
ergo secus est in casu, quo certa loca & redditus
specialiter assignatos habet, vt dixi in *glossa* sup.
proxima. In textu, ibi, *inuentarium*: de inuentario
223 nota † per *Bart.* & *Doct. Legistas C. de iure deli. l.
scimus.* & per *Doctores Canonistas* in *cap. 1. de solut.*
de quo vide latius per *Gui. in Spec. in 2. parte. ti. de
instrumentorum edit. §. dicto de impugnatione testa-
menti.* & per *Ioannem Fab. instit. de hæredi. quali. &
di. §. extraneus.* Et nota *Bart.* in *l. ex diuerso. §. si
in iudicio. ff. soluto matrimonio.* quod non expedit
224 hæredi † excipere de inuentario ante sententiā.
Et per quos, & qualiter fieri debet inuentariū,
225 & quid valeat, † dic per *Gui. extra. de elect. c. ge-
nerali. lib. 6.* Et notatur *extra. de testamentis. c. Ray-
naldus.* & *12. q. 2. c. charitatem.* & in *Clem. de testa.
c. religiosis.* & in *Summa Hostiens. de elect. §. quid iu-
re.* in fine. & in *Clem. quia contingit. de relig. domi-
bus.* & per *Doctores* in *l. nulli. C. de Episcopis & cle-
226 ricis.* Item nota, † quod hæres, qui non facit in-
uentarium solemniter, tenetur creditoribus, &
legatarijs in solidum, per *l. scimus. C. de iure deli.*
superius alleg. nihilominus tamen, si rogatus re-
stituit

stituit hæreditatem, retinet Trebellianicam, se-
cundum *Ioann. in addi. spe. tit. de instrument. edi.* §. e-
dicto de impugnatione. vers. nunc dicamus. Idem te-
net *Bart. in l. Marcellus. ff. ad Trebellian.* & in *auth.*
Sed cũ testator. C. ad l. Falcidiam. Idem sentit *Gui.*
de Monteclug. in *cle. sæpe de ver. signi.* & *Iac. Butri.* &
glos. in *c. si pater. li. 6.* & *Iac. de Bellouis.* Sed *Azo,*
Cy. Bal. & *Ludouicus de Rom.* contra. Tamen opi-
nio *Ioan. And. Bar.* & sequacium seruatur cõ-
227 muniter in Cathalonia. Sed quæro, † quid si tu-
tor fecit inuentarium de hæreditate pupilli sine
solemnitate dictæ *l. s. imus.* & pupillus postea fa-
ctus pubes nullum alium fecerit inuentarium;
an ex solo inuentario tutoris gaudeat beneficio
dictæ legis? Super hoc dic vt dixi supra *eadẽ cu-*
228 *ria, c. præterea recita.* Item nota, † quod licet sit
inuentarium factum sine creditorum vocatione,
attamen valet quoad præsentes, secundum no-
tata per *Ioan. Fabr. insti. de pe. le. in q. quod ergo,* &c.
Sed Barcinonæ valet omnino, iuxta priuile-
gium, quod videas, quia ibi non curatur de frau-
dibus, quæ fiunt Barcinonæ. ¶ In textu, ibi, *infra*
229 *mensem,* qualiter † computentur menses, & quot
dies habeat quilibet mensis, vide per *Hostiens.*
in *c. licet. extra. de supple. negli. præla.* & per *Archi.*
in *c. si propter tua. de rescriptis. lib. 6.* & in *c. quam-*
230 *uis de elec. eod. lib.* Quæro, † quid si vxor infra
tempus in hac constitutione expressum non fe-
cerit inuentarium, est tamen minor viginti quin-
que annorum, nunquid poterit in integrum re-
stitui ad inuentarium faciendum, vt euitet hanc
pœnam? videtur quod sic: *in auth. de hæredi. & fal.*
§. pupillus. col. 1. & nota in *l. auxilium* in prin.
ff. de mino. in glo. super verbo *cessauit.* & vide *Cy.*
C. de iure deli. l. s. imus. in prin. *in vers. sexto quæri-*
tur. Pro hoc videtur facere supra. *coll. 4. in 1. cu-*
231 *ria Bar. c. 12.* minori † enim bene currit tempus,
conficiendi inuentarium, vt notat *glos. in l. auxi-*
lium. ff. de mino. super verbo *cessabit.* quæ non est
232 alibi, secundum *Bal.* ¶ Et nota, quod omnia iu-
ra, quæ sunt statuta in minoribus, sunt statuta in
maioribus curatorem habentibus, vt notat *glo. C.*
de cura furio. l. 2. in glo. 3. quæ nõ est alibi, secũdũ
233 *Bal.* ¶ Item nota, † quod si minor hæreditatem
adiuit, & maior factus debitores exigit, per istũ
actum non priuatur beneficio restitutionis in
integrum: vt *ff. de mino. l. 3. §. scio.* & non est alibi,
secundum *Angelum.* vide *in authen. si omnes. C. si vt*
234 *ab hæredi. se absti.* Sed nota, † quod in priuilegio
Barcinon. *del recognouerunt proceres,* est c. sequens.
Item quod hæres post aditam hæreditatem potest re-
pudiare, sine diminutione tamen hæreditatis; nisi ha-
beat iustam causam retentionis. Et intelligo, quod
potest repudiare, scilicet, quandocunque non
impetrata restitutione, etiamsi fuerit maior, &
nõ secus, nihil tamẽ diminuet etiã ratione legiti
mæ filio iure naturæ debitæ. Sed ista de causa,
scilicet, per hypothecã poterit retinere bona hæ-
235 reditaria. ¶ Vlterius † quæro, quid si vxor fe-
cerit inuentarium suum, omisit tamen aliqua po-
nere in inuentario causa fraudandi; an ex hoc so
lo amittet totum vsumfructum; & beneficium
huius constitutionis? Videtur quod sic; quia in-
uentarium non est completum, quod complere
tenetur, vt littera dicit. In contrarium videtur,
quod non amittat vsumfructum, nisi in eo solo
quod voluit defraudare: vt *l. rescriptum. ff. de his*
quibus vt indignis. vide ibi *Bart.* vide etiam de hoc
per *Bar. ff. ad l. Falcidiam. l. Paulus.* alias incipit,
falcidiæ. & *l. fi. §. licẽtia. C. de iure deli.* vide ibi *Cy.*
ex quo §. reprobatur opinio, quæ dicit non va-
lere inuentarium, si aliqua res omittatur, secun-
dũ *Godoff.* Sed illud de iure communi; secus per
istam constitutionem, quæ est stricte ad litteram
seruanda. Et huius opinionis fuit dominus *Gul.*
236 *Ricardi.* Mihi † videretur de rigore primam ve-
riorem, vbi scienter aliquid magni valoris omi-
serit; quia tunc potest dici, quod inuentarium
non cõpleuerit, quia nihil dicitur esse actum, dũ
aliquid superest ad agendum. *l. fi. C. ad Sillenian.*
quia si negligens complere inuentarium intra
duos menses per hanc constitutionem punitur,
fortius debet puniri vbi dolo omiserit, & suffi-
cit ita scriptum vt *l. prospexit. ff. qui, & à quibus.*
licet aliqui de benignitate dixerint contra. Ve-
runtamẽ nõ est nostra taliter huiusmodi consti-
tutiones interpretari. adde quæ notantur infra
eod. verbo, alias. Et nota, quod huiusmodi consti-
tutiones sunt conuẽtiones, & pacta cũ iuramẽto
firmata, & per stipulationẽ vallatis; & sic sunt
stricti iuris, & per cõsequẽs ad litterã & rectũ sen
sum debent intelligi & seruari. facit *l. non aliter.*
ff. de legatis tertio. Item attende, quod de mente
constituentium fuit astringere vxores ad for-
mam huius constitutionis, ad euitandum frau-
des, quæ adhuc (proh dolor) quotidie commit-
tuntur; & ista constitutio sic emanauit pro vti-
litate reipublicæ, contra quam non valet con-
suetudo: vt *in authentica, vt nulli iudicum. §. 1. coll.*
12. Mulieres tamen Barcinonæ semper abutun-
tur sua consuetudine, quia in vita viri non ces-
sant amouere, & post obitum expilare hæredi-
tatem, pro quo dixit quidam B. Medici, *que quãt*
hauran los marits robats sus Iubets fer pujar vos han
237 *a caualler verich home.* In † tex. ibi, *postquam viri*
sui mortem sciuerit computandum. ergo tempus
istud non currit ignoranti obitũ viri. Sed à tẽ-
pore scientiæ cõputatur, sicut decendium, quod
datur ad appellandum: vt in *authentica, hodie. C.*
238 *de tempore appellat.* & intelligo † de ea scientia,
quæ excusaret eam, si matrimonium cum alio
239 cõtrahere vellet. De qua, & qualiter † probe-
tur mors viri, vide per *Antonium de Butrio extra.*
de spon. c. in præsentia. quia postquam omnes ami-
ci se induunt vestibus lugubribus, pro illo vero
iuxta morẽ, & faciũt pro eo exequias sicut pro
defunctis, debet computari primus mensis, infra
quem debet initiare vxor suum inuentarium, &
illud complere infra alium mensem immediate
sequentem. Sed etiam in hærede currit tempus à
tempore

tẽpore aditæ hæreditatis, iuxta notata per *Doc.*
240 *in l. scimus. C. de iure deli.* ¶ In tex. *explere*, dic † idest claudere, puta, quia omnia bona viri, quæ sciuit & inuenire potuit vxor, describi fecit in inuentario, & ita dixerit se alia nõ reperisse, & protestetur, q si de cetero alia reperiet, de illis etiam faciet inuentarium ad partem, vel cum priore continuabit. Et completo, siue clauso inuentario debito tempore sine fraude, si postea alia bona inuenerit, certum est quod illa debet in reportorio continuare. Sed quod si non fecerit, nunquid per hanc admittet commodum inuentarij? *Ioannes Andreas* tenet quod non, vide in *addi. spe. tit. de excep. §. de co. versi. ad hoc autem.* in 2. *parte spe. super forma in addi. quid si profecerit.* ¶ Et in tex. ibi, *teneatur*. Alij habent hic in tex.
241 *omnimode teneatur.* & ita verbum † *omnimode*, facit multum pro mea opinione, quam dixi supra in verbo *infra mensem.* in illa quæstione, *vlterius quære, quid si vxor*, &c. quam etiam tenet *Gui. Ricardi.* & dicam inferius super verbo *alias*. Et no-
242 ta quod verbum *omnimode*, † nullatenus videtur in se tacite habere decretum, & tollere videtur facultatem dispensandi, vt notat *Ioannes de Imola. in cle. ad compensandas. de sequestra po. &*
243 *fruct. in glo. finali.* ergo infra duos † menses hbet vxor facere implere inuentarium, & concor. *C. de iure deli. l. scimus. §. simili.* & *l. cæteris. §. illo. C. arbi. tu.* & *l. 1. §. curatores. ff. de ventre in pos. mit.* & quod notatur in *in l. 1. §. 1 ff. de cura bo. dan.* ¶ Sed
244 quid † si vxor nõ habet ipsa bona penes se, nec habet facultatem describendi illa infra dictos duos menses, quæ sunt in partibus remotis, vel in posse personarum, quæ non permittunt ea describi: puto tunc ipsam excusari: consulo tamen vt protestetur, dicendo quod si talia bona viri, quæ sunt in tali loco, quæ non potest habere penes se, de quibus facere intendit inuentarium, vel ponere in iam cepto inuentario, statim cum illa penes se habere poterit, & habebit, vt sic excusetur à dolo & negligentia; & ita com-
245 muniter seruatur in practica. ¶ Sed † quid si est in loco vbi non potest habere notarium, quod raro contingit, tunc credo sufficere describi per duos probos viros: arg. *extra. de proba. c. quoniam contra.* nec ista constitutio aliquid dicit de no-
246 tario. ¶ In tex. † ibi, *alias*, idest, si infra mensem non inceperit, & infra alium non compleuerit inuentarium; tunc enim amittit vxor prouisionem anni luctus, & commodum faciendi fructus suos ipso facto, vt littera textus huius constitutionis dicit, & ita ne dum cõmodum fructuum amittit, sed etiam prouisionem alimentorum anni luctus: & ita facit multum pro mea opinione, quam etiam tenuit *Gui. Ricardi*, vt postea vidi.
247 Sed † quod si non incepit debito tempore, sed tamen compleuit inuentarium debito tempore, an perdat beneficium huiusmodi? Hic textus facit quod sic, licet *Ioannes Andreas* contra in *addi. spe. in 2. par. ti. de excep. §. dict. versi. ad hoc autẽ* *super forma: in addi.* quæ incipit, *quod si perfecerit.* Sed primam credo debere seruari in hac patria, propter hanc constitutionem, quæ est iurata & stipulata & debet aliquid operari vltra ius com-
248 mune. Sed † quid si debito tempore incepit, & compleuit, siue clausit, sed aliquid omisit? Videtur quod incidat in pœnam huius constitutionis, quia non dicitur compleuisse, ex quo aliquid omisit. vt *ad Sillen. l. fi.* vide supra *in q. vlterius quæro, quid si vxor fecerit.* Sed forte melius videtur ita dicendum, quia aut vxor omittit aliqua ponere in inuentario dolose, aut ex negligentia. si dolose, tunc amittat omnes fructus, & alimenta anni luctus, vt dicit hic textus; & super hoc vide *Bart. ff. de neg. gest. l. si pup illi. §. sed si quis.* propter paruum maleficium perditur magnum beneficium: vt ff. *de adqui. here. l. si seruum. §. ait prætor.* vide ibi *Bal.* Si vero ex negligentia, & tunc aut illa, quæ omisit sunt magni valoris, & tunc idem, quia lata culpa est, quæ dolo comparatur: vt *l. quod Nerua. ff. depositi.* licet videatur contra quod ibi notat *Bar. in repetitione.* vbi videtur, quod propter latam culpam non amittat fructus, quia lata culpa nõ impedit aquisitionem fructuum, sed dolus sic. Sed illud de iure communi, secus est hic per hãc constitutionem, quæ stricte est ad litteram seruanda, licet dura:
249 vt *l. prospexit.* Si vero illa † omissa sunt modici valoris, & tunc si scienter omiserit, puniatur in fructibus omissorum tantum. Si vero ignorãter, tunc in nullo puniatur, quia omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, diuinitatis est potius quam humanitatis. vt *C. de veteri iure enucle. l. 2. §. si quid autem in tanta.* & negligentia in leuibus non punitur, nec pro leuissima culpa oritur actio criminalis in aliquo delicto mundi, vt eleganter notat *Cyn. C. de Episcop. & cler. l. si quis non dicam rapere*, & *Bal. in feu. de pace ten. §. iniuria.* vnde in his modicis, in quibus nõ præsumitur dolus, nec lata culpa, sufficit vt quod incaute est omissum, caute suppleatur: arg.
250 *extra. de sacram. non iteran. c. 1. in fin.* Culpa † leuissima tamen venit in actione mandati, & est textus vnicus in iure ff. *de furtis. l. seruus communis. §. quod nõ ad mãdatis.* & nõ est alibi. *glo.* est ff. *de his qui not. infa. l. furti. §. contrario.* secundum
251 *Bal.* ¶ Sed † quæro, an ex culpa possit agi criminaliter? *glos. in l. fi. ff. de priuatis delic.* tenet quod sic. Sed *Ioannes Fab.* tenet contra *insti. de lege Aquilia. in §. illud.* super verbo *liberum.* vide *Bart.* in dicta *l. fin.* Sunt tamen quædam culpæ in quibus culpa est relaxare vindictam. vt 28. *di. c. quia sunt culpa.* & *extra. de postu. præla. cap. ad hæc.*
252 ¶ Vtrum & quando lata † culpa dolo compararetur, vide *glo. in l. magna negligentia. ff. de verb. sig.* & plenius per *Bar. in l. quod Nerua. ff. depositi. & l. 1. §. non autem. ff. si quis te. li. esse fuerit.* Et quis
253 habeat † probare culpam, dic vt notatur per *Doct. C. de pig. ac. l. fi. creditor.* adde quæ not. *extra.*
254 *de cõmo. c. vnico.* Et † quando culpa præcedens faciat

faciat teneri. De casu vide *Doctores* in *l. qui furtũ. ff. de condic. fur.* In textu, ibi; *prouisione anni luctus,* scilicet, in vitæ necessarijs, de quibus dictum est supra in *vers. vitæ necessarijs.* Sed quid de vesti-
255 bus † vxoris mortuæ, quas secum attulit tẽpore matrimonij, nulla facta mentione de vestibus? Respondeo, quod peti poterunt non per actionem de dote expresse, sed accessorie: per *l. 1. §. quæ depositis. ff. depositi,* secundum *P. M.* sed secundum *Tancredum de Corneto* in quæstionibus suis. *tit. de extraordinarijs. q. 8. vers. quid de indumentis vxori concessis,* an maritus, vel eius hæres poterit ea repetere, vel reputari vxori, vel eius hæredibus ad dotem agentibus: vt puta, ea indumenta, quæ reperiuntur apud vxorem tempore mortis viri, vel dotis restituendæ. Et videtur quod sic, vt *ff. soluto matrimonio. l. etiam in his rebus. §. 1.* sed distingue, quia aut ipsa vestimenta sunt in quotidiano vsu vxoris, aut non: sed forte sunt, vt cæteris festiuis diebus, & temporibus vtantur: vt primo casu, cedant vxori: secundo vero non: per *l. id vestimentum. ff. de peculio.* Prædicta autẽ vera sunt, nisi de consuetudine aut pacto contrahentium aliud obseruaretur, quia tunc illud seruatur: *ff. de regulis iuris. l. contractus ex conuentione legem accipiunt. ff. de spons. l. 1. §. si conuenerit.* Præterea dicit *Dinus,* quod vestimentũ ad vsum mulieris concessum non est iudicandũ quod sit donatio, imo est onus matrimonij, ad quod necessario adstringitur maritus: vt *l. dotis fructus. ff. de iure dotium.* cum ergo sit necessitas, nõ potest di-
256 ci liberalitas, quia † in necessitatibus nemo liberalis existit: vt *l. rem legatam. ff. de adimere leg.* & quod sint præcipua vxoris, videtur casus in *l. mortis. §. 1. ff. de donat. inter virum & vxorem.* & dicta *l. his rebus.* & adde quæ leguntur, & notantur in *l. si ego. §. dotis autem. ff. de iure dotium.* & in
257 dicta *l. id vestimentum.* De ornamentis † autẽ, quę vir mittit ad vxorem, vt ornatior vadat, dic vt legitur & notatur ff. *commo. l. si vt certo. §. interdũ,* & ibi dicit *Ray.* quod si consueuerunt donari, intelligatur donari: ff. *de tu. & ra. distra. l. 1. §. 1.* vi-
258 de *Doct.* in *vsat. Vidua.* Et scias, † quod vestes lugubres debet habere statim, & etiam prouisionẽ vsque ad diem quo fuerit sibi satisfactum in suis
259 dote, & sponsalitio. Et hoc verum, † dummodo infra dictum mensem à tempore mortis sui viri inceperit facere inuentarium de bonis ipsius viri, & infra alium mensem perfecerit, vt in hac constitutione dicitur. Sed si ante finitum dictũ primum mensem fuerit sibi satisfactum, à toto dicto inuentario est excusata. Et si infra primum mensem inceperit dictum inuẽtarium, & ante finitum secundum fuerit sibi satisfactum, à perfectione dicti inuentarij erit excusata, secundum *Ioannem Serra Doctorem Illerdensem,* de cuius libro hãc apostillam habui. Quod autem dicit, de prouisione vsque ad diem satisfactionis, nõ credo ita simpliciter verum. Sed dic vt dixi supra *eod. cap.* in verbo, *vitæ necessarijs,* & in verbo, *de-*

nec. Et pro his quæ dicta sunt de inuentario, facit *l. 1. §. Item solet. ff. de officio præfecti vrbis.* &
260 *l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tut.* sic etiam † tutor, qui tenetur omnes res pupilli ponere in inuentario, nisi ex iusta causa excusetur: vt notat *Bartolus* in *l. tutor, qui repertorium. ff. de admi. tut.* & ibi textus cum *glossa,* & *Cin.* in *l. tutores. C. de admin. tut.* super quo vide notata per *Bart.* in *l. qui ea mente. ff. de furtis. in 6. op.* & *Bartol.* in *l. Paulus. ff. ad legem Falcidiam.* & *l. rescriptis. ff. de his quibus vt indignis.* Sed si aliquas res omiserit ponere in in-
261 uentario, † quomodo probetur dolose occultasse, vide per *Bart. ff. de negotijs gestis. l. si pupilli. §. sed si quis.* & quæ dixi supra in verbo *mense,* &
262 in verbo, *alias.* Naturale † vero debitum non amittit hæres, si non faciat inuentarium: vt *C. de fideicommissis. authent. hoc amplius.* Secus est in falcidia: vt *C. ad legem Falcidiam. auth. sed cum testator.* & nota *glos.* in allegata *auth. hoc amplius.* super
263 verbo, *naturale.* Sed † quid de Trebellianica? Respond. *Glossa* posita super verbo, *substitutis.* in *§. si vero non fecerit.* in *auth. de hæreds. & fal.* tenet quod non perdit Trebellianicam, licet hæres nõ fecerit inuentarium. Idem *Bart.* in *l. Marcellus. ff. ad Trebellian.* & in *auth. sed cum testator.* Idẽ *Ray. de Sabonacho.* Idem etiam tenet *Gui.* in *Spec. tit. de instrument. edit. §. compendiose, vers. sed cum deductio Falcidiæ.* & *Ioannes Andreas in addit. Spec.* ibidem sequendo *Iacobum de Belloui su,* & *Oldradũ,* & *Roff.* licet *Azo, Cinus,* & quidam alij contra. Sed prima communiter tenetur, & fuit seruata in *c. Raynuntius. extra. de testamentis.* dum dicit, quod quilibet hæres, etiam extraneus, restitutione grauatus, Trebellianicam deducere posset: & dicit, *quilibet,* & non distinguit, an fecerit inuentariũ: & hoc tenet *Ioannes Andreas,* & moderni in *c. si pater. extra. de testamentis. lib. 6.* & dixi sup. in verbo *inuentarium.* Sed pone, quod vxor impedi-
264 ta † forte per socerum, non fecerit inuentariũ, licet fuerit sibi pluries protestata infra dictos duos menses à tempore scientiæ mortis viri: nũquid sufficit semel protestari? Videtur quod sic, vt notat *Bart. ff. de noui operis nunt. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori,* & dic ibi latius per eum in *3. op.*
265 & quia † socer nurui parentis loco est: vt *ff. sol.*
266 *matrimonio. l. quia socer.* & † vis & prohibitio parentis facilius excusat, quam extranei: vt notatur in *l. 1. §. oneranda. ff. quarum rerum ac. non datur.* vbi dicitur, quod nimia reuerentia æquipa-
267 ratur timori: Item † preces, importunæ æquiparantur metui: vide *Baldum* in *l. prædicta.* & super *Innocent.* in *c. petitio. extra. de iureiurando.* & adde quæ dixi supra *eadem curia, cap. ad tollendam.* Sed
278 cum ex pacto in nuptialibus † instrumentis cõmuniter dicatur, quod vxor faciat fructus suos, donec sibi fuerit satisfactum, numquid saltẽ ex pacto illo faciet fructus suos, licet non fecerit inuentarium. Videretur ergo, quod parum profuerit ista constitutio nisi quando dos erit data sine instrumentis. Respondeo: Forte ex illo pacto nõ
faceret

faceret fructus suos, iuxta notata in *cap. salubriter.* per *Innocentium*, & per *Henricum* in *cap. conquestus. extra. de vsuris.* quæ intellige vt ibi notat *Antonius de Butrio.* Vnde necessaria & valde vtilis fuit ista constitutio, per quam vxor conficiens inuentarium efficitur fructuaria, & sic tenetur omnino facere inuentarium, nisi ex causa excusetur, vt satis dixi, alias carebit commodis huius constitutionis ipso iure. Numquid ex pa-
269 cto, vel † in testamento viri poterit remitti huius inuentarij confectio? Forte non, vt dicitur de vsufructuaria in *c. vltimo. extra. de pignoribus.* nã pacta contra leges & constitutiones, & quæ remittunt dolum futurum, non valent: vt *extra de pactis. c. vlt.* & *C. de pactis. l. pacta quæ contra.* & *ff. de pactis. l. si vnus. §. pacta.* & *§. illud.* Talia enim pacta contra publicam vtilitatem esse videntur: nã per ea inuitarentur mulieres ad peccãdũ, & fraudandum bona virorum. vt *ff. de pactis dota. l. conuenire.* & *extra. de constit. c. vltimo.* Neq; potest facere testator, quin leges locum habeant in suo testamento: vt *ff. de legatis secundo. l. nemo potest.* & *extra*
270 *de testa. c. requisiti.* Sed † si testator legauerit vsufructum vxori, & remiserit sibi confectionẽ inuentarii, & quòd non teneatur reddere computum, nihilominus tenebitur facere inuentarium & reddere computũ, & reliqua, quia per tale legatum videtur culpam remittere testator, & nõ dolum, & restitutionem reliquorum: vt ff. *de lib. leg. l. Aurelius. §. Gaius,* quod est verum, quando fit legatum de administratione futura, secus de præterita: vt ff. *eodem tit. l. si quis rationes.* & ibi notat *Bartolus.* Item si fuerit factum tale legatum patri, in quo est speciale: vt ff. *de lib. leg. l. Aurelius. §. Titius testamento.* & ibi nota *Bart.* & per *glos.* in dicto *§. Gaius.* In textu, *& commodo faciendi fructus suos,* scilicet, quod commodũ alias habet per hanc constitutionem. Sed pone, vir le-
271 gat vsumfructum † vxori, quæ omisit facere inuentarium infra tempus huius constitutionis, nũquid perdet commodum fructuum vigore legati? Videtur quod non, quia tunc habet ab homine, & non à lege. Et licet amiserit beneficium huius constitutionis, non tamen amisit beneficium voluntatis testatoris, cuius voluntas seruanda est: vt in *§. disponat.* in *authent. de nupt. collat. 4.* & *l. 1.* in fine. *C. de sacrosanctis Ecclesijs.* Quod forte crederem verum, dum saltem post illos duos menses inuentarium faciat: quo facto, ex tunc vigore legati vsufructus faciet fructus suos: sed non habebit prouisionem anni luctus, & alia beneficia huius constitutionis, nisi formã ipsius seruauerit, conficiendo inuentarium infra dictos duos menses. Quidam tamen contra. Sed non video, quod dominus Rex voluerit aliquid immutare de vsufructu legato, & quod non immutatur, stat. *C. de testamentis. l. si omnes.* In tex. ibi,
272 *careat ipso facto:* nota, quod † vbi lex, vel constitutio imponit pœnam per verba futuri temporis, vel per verba dubia, quæ possunt esse optatiui, & præsentis subiunctiui, vt est verbum *sit,* & adiungitur participium præteriti temporis, vt quia dicitur, Sit, vel erit priuatus, vel excõmunicatus, intelligitur pœna imposita ipso iure: vt in *c. à nobis.* in *extra. de sent. excom.* & in *c. si.* in fine. *de tempore or.* & in *c. quia in omnibus. de vsuris.* Fallit vbi verba iuncta cum participio notant improprietatem quamdam, vt puta, quia dicitur, Habeatur pro condemnato: nam tunc requiritur sententia, vt in *l. criminali. C. de iurisdict. omnium iudicum.* & ibi per *gl. f.* & *Doct.* idem si dicatur, Habeatur pro conuicto, vel, Habeatur pro confesso: nam tunc non est ipso iure, sed requiritur sentẽtia: vt notatur in *l. 2. §. quod si actor. C. de iura. ca.* & in *c. fin. extra. de iure ca.* & notat *Io. Mo.* in *c. 2. de confe. lib. 6.* licet *Archi.* & *Ioannes* videantur ibi sentire contrarium, & non bene, secundum *Matthæum de Matasalanis* in *c. 13. notab.* Et prædicta etiam intelligo vera, nisi in ipsa lege adijciatur verbũ, *ipso facto,* vt hic, vel per sententiam: vt supra *eadem rubrica, c. ad incorrigibilium.* in fine. tunc enim non est opus coniecturis: vt *C. de verb. sign. f. l. continuus. §. cum ita.* & adde quæ
273 notat *Matthæus* in *110. not.* Sed quamuis † quis incurrat pœnã ipso iure, attamen oportet quod id per sententiam declaretur, antequam possit ad executionem deduci, iuxta notata per *Angel.* in *l. eum pro quo. ff. de in iusi. voc.* nisi forte adijciatur verbum executiuum, puta, quod eis nõ obediatur: vt infra *collat. 10. c. contra constitutiones.* &
274 ibi dixi de hoc. Quæro † hic, quantũ duret pœna alicuius statuti? Respõdeo. *Bartolus* dicit vnũ notabile verbum, si esset verum, quod quotienscumque ex statuto vnius iudicis superiorem recognoscentis imponitur aliqua pœna, quæ venit parti applicanda, nascitur actio, quæ durabit anno tãtũ: & dicetur hoc esse ius prætoriũ, & ponit exẽplũ in statuto Episcopi, vel Legati, vel Marchionis, vel Comitis, vel Ducis, præsupposita validitate statuti, quod dictũ ponit in *l. 5.* in prin. ff. *de verb. obli.* & in *l. omnes populi.* ff. *de iust. & iur.* & in *l. fina.* ff. *de pœnis.* Hoc autem dictum non videtur *Matthæo* verum esse de iure simpliciter, nisi restringatur ad iudices temporales, qui rationẽ dignitatis suæ habent potestatem faciẽdi statuta, quia tunc sustineri potest, quod ius taliũ statutorũ dicatur esse ius prætorium. & ideo si officiũ eorum sit annuale, actio pœnalis nõ durabit vltra annum; si vero sit semestre, non durabit vltra sex mẽses; vt *insti. de perpe. & tempora. act.* in prin. Sed si officium eorum durat ad vitam, vt est officiũ Episcopi, vel Marchionis; vel ad beneplacitũ superioris, vt est officiũ legati, tũc tale ius dicetur ius ciuile, & actio inde oriens dicetur perpetua. Secus si nasceretur ex statuto populi. Ex hoc vi-
275 detur, quod † ordinationes ciuitatis non debeãt durare vltra annum, quia Consiliarij & Consiliũ habent officium materiale tantum, vt probatur *insti. de perpe. & temp. act.* alleg. à contrario sensu facit *l. sufficit.* ff. *de condi. inde.* secundum *Matthæũ de Ma-*

de Matasfalanis in 189.*notabili.* ¶ Sequitur §. *per*
hoc tamen non intendimus. & est hic vltima pars, &
accipe hic verbum *liberari:* quod est inferius in
fine huius constitutionis, & ratio huius est, quia
276 quod † non mutatur, veteri iuri relinquitur: vt
C. de app. c. præcipimus. & de *testa. c. scimus.* Forte si
hoc non dixisset, aliqui putarent contra, arg. *ff. de*
iudi. l. cum prætor. 25. *di. c. qualis.* & *extra de præ-*
sump. c. nonne. Sed secus est, quia per cõstitutionẽ
posteriorem iura vetera non mutantur, nisi qua-
tenus eis contrarietur: vt *extra. de consti. cap. licet*
Romanus Pontifex. li. 6. ff. de legibus. l. non est nouum.
& *l. sed & posteriores.* de hoc dic latius per notata
in repeti. l. rescripta. C. de precibus Impera. offer. per
Bal. & per *Gui. Straderi.* in *l. quicquid. C. de vectiga-*
libus. ¶ In tex. ibi, *astrictos.* scilicet, vt tutores, &
277 curatores. †, & etiam prælati tempore creatio-
nis: 12. q. 2. c. *sint manifestæ.* & etiam custodes rerũ
vacantis Ecclesiæ. 12. q. 2. c. *caritatem, & de reli-*
giosis domibus. c. contingit. in Cle. Et etiam executo-
res testamentorum de receptis debent facere in-
uentarium: vt *C. de Episcop. & cler. l. nulli.* Sed in
procuratore non habemus. Ex quo patet, quod
executores ad pias causas magis æquiparantur
curatoribus, quam procuratoribus, sunt enim
quidam curatores animæ, secundum *Bal. in alle-*
gata l. nulli. vbi dixit quod *Iac. de But.* per ipsam
legem putat, quod quilibet administrator, siue
generalis, siue specialis debeat facere inuentariũ,
si aliquid ad eum ex administratione perueniat,
278 alias non. ¶ Sed † quid de curatore ad litem?
Certe de consuetudine non conficit inuentariũ,
secundũ *Bal. & Cyn.* in *l. de creationibus. C. de Epis-*
copali audi. Sed de iure si aliquid ad eum perue-
niat, debet conficere, secũdum *Iac. de But.* de hoc
nota per *Bart.* in *alleg. l. de creationibus.* & *ff. rem*
ratam hab. l. & si species. de hoc etiam per *glo.* &
Doc. in Cle. quia cõtingit. de reli. domib. vt Episcopo
sint subiecta. vide ibi *Paulum de Laza.* Sed cura-
279 tor † datus bonis tenetur reddere rationem, &
facere inuẽtarium. vt notat *Bar.* in *l. non solum.* §.
280 *& si quis curator. ff. de ritu nup.* Item nota, † quod
vbi aliquis absens debet longo tempore stare,
modus est quod detur curator bonis, vt cum eo
agitetur iudicium, ita dicit *Bart.* in *l. ignorare. C.*
de resti. in integrũ. & *dominus Ant. de Butrio in spi-*
281 *ca.* in verbo *absens.* Et nota † quod cura furiosi
& prodigi est legitima, cæteræ sunt datiuæ: vt
in *cer. vt hi qui ob se ha. pauperes mi.* circa medium
coll. 6. & hoc notatur latius per *Angelum ff. de po*
282 *stulando. l. 1. §. fatuo.* Nota † quod si iudex videt
tutorem coram se dolose administrare, potest ip-
sum à tutela remouere, sine accusatione: ita dicit
glo. in. l. 3. §. præterea. in *vers. prætori. ff. de suspec. tut.*
283 ¶ Vlterius, † quod licet procurator & curator
non possint constituere procuratorem ante litis
contestationem, siue agant, siue conueniantur ab
alio: vt *l. neque. C. de procura.* & in *c. 1. de procura.*
lib. 6. & *l. 1. §. 1. ff. de procura.* & ibi nota. Ta-
men secus est in patre legitimo administratore
bonorũ filij: vt *l. 1. C. de bonis maternis.* hoc ideo,
quia pater habet plus iuris, quia facit fructus
suos tanquam vsufructuarius. vt notat *Bar. in dic-*
ta l. neque. veruntamen si agat de proprietate fi-
lij, debet procuratorem constituere cum consen-
su filij, si fuerit maior infante. alias etiam pater
nõ potest stare in iudicio, & secus acta sunt nul-
la: vt *C. de bonis, quæ lib. l. cum non solum. §. vbi au-*
tem. & est casus singularis, secundum *Bal.* Idem
284 est in prælato, † vel clerico litigante nomine
Ecclesiæ, vel beneficij sui; quia potest dare pro-
curatorem ante litis contestationem: vt in *c. pe-*
285 *titio. extra. de procura.* Idem † etiam puto esse in
rectore hospitalis, quamuis enim ille æquipa-
retur tutori, vel curatori: vt in *Cle. quia contingit.*
§. si autem. extra. de relig. domibus. tamẽ habet ple-
nius ius, quam tutor, vel curator, quia potest
alere se, & suos ex rebus hospitalis: vt notatur
in *dicta cle. Imo.* etiãputat, quod habens bene-
ficium in commendam, possit constituere pro-
curatorem ante litis contestationem, quia talis
potest viuere sumptibus beneficij, sicut præla-
turam habens in titulum: vt notatur in *cap. nemo.*
deinceps. extra. de elec. lib. 6. Imo plus tenent Do-
ctores, quod vnus particularis de Ecclesia, vt Ca-
nonicus, vel Archidiaconus potest agere pro iu-
ribus Ecclesiæ, non dico beneficij sui, ipse potest
constituere procuratorem ante litis contesta-
tionem: vt notant *Doctores in cap. cum olim. extra.*
de testi. vbi etiam remittunt ad *Spec.* in duobus
locis, vbi idem tenet. Secus forte dici potest in
œconomo in ijs casibus, in quibus possit agere,
vel defendere vacante Ecclesia: talis enim non
potest alere se & suos sumptibus beneficij: vt in
c. cum nos. extra. de offi. ordin. & nota prædicta,
quia à paucis sunt tacta, secundum *Matthæum in*
190. *notabili.* De materia tutorum, & curatorum
multa dixi supra *c. curia. c. ad tollendam omnis sus-*
picionis. & *c. præterea rei ecta.* vide ibi. Et nota quod
286 sunt † sex inuentaria, scilicet, tutoris, curatoris,
hæredis, fisci, & orfanotroffij, manumissoris, si-
ue executoris: & adde septimum, scilicet, vxo-
287 ris, vt hic. Item † quod si tutor non posuit om-
nia in inuentario, repellitur si sint suspicione
digna: secus in modicis: vt *l. quamuis. ff. de condi.*
& demonst. Sed si non opposuit nouiter adquisita,
non potest exceptio obijci huic, quia iustum
fuit decretum à principio. Debet tamen de
ijs fieri codex rationum, vel nouum inuentariũ.
Et simile in fideiussore dando. *C. de iure dotium l.*
288 *mulier.* Item nota † quod circa inuentarij con-
fectionem debet attendi consuetudo regionis:
vide in *spe. tit. de instrument. edit. §. dicto in prin.*
& vers. sequenti. adde quæ scripsi supra *ea. curia.*
c. præterea, reiecta solemnitate. & vidi priuilegium
Barcinonæ, quod valet inuentarium factum sine
vocatione creditorum; contra *l. scimus. C. de iure*
289 *deli.* Vlterius etiam nota † hic practicam pul-
chram excusandi se à tutela vel cura, quia vltra
seruationem temporum, de quibus habetur in *l.*
scire.

scire oportet.ff.de excusa.tu & insti.de excus.tu.§.qui enim excusare oportet. ꝙ volens se excusare faciat dare à iudice curatorẽ huic liti pupilli, vel adulti, vt cũ curatore feratur sentẽtia excusationis: arg. *insti de actl.tut.& cura.§.fi.* Et hoc videtur de mente *glo.in l.1.C.si ex falsis. alleg.* alias si contra fieret, sentẽtia excusationis esset nulla ipso iure, vt lata cõtra pupillum, vel adultũ indefensum: vt *l.acta.§.fi.* & *l.contra pupil.* in prin. *ff.de re.iudi.* quod nota, quia sæpius videbis errari in practi-
290 ca, secundũ *Matth.113.not.* ¶ Item etiam nota † casum qui quotidie accidit, ꝙ mater si assumpsit tutelã filij, ex dispositione testamenti patris, vel iuris, & ipsa non renuntiauit secundis nuptijs, tutela est nulla ipso iure. Et idẽ si non renuntiauit Velleyano. Idẽ si non renuntiauit omni alterius iuris auxilio. Idẽ si non obligauit expresse omnia bona sua pro administratione tutelæ: & nota plene *Bar.in l.si quis sub conditione.ff.de testa.tu.* & in *auth.sine à me.C.quãdo mulier tu.offi.fun.po.* alias est *authe.matri & auiæ.* Et vtrobiq. *Bar.* ponit vnũ mirabile, ꝙ illa renunciatio omni alterius iuris auxilio operatur hoc ꝙ vbi mulier alias non potuisset capi pro debito, vt in *auth.nouo iure.C.de custo.re.* & in *l.1.C.de offi.diuer.iudi.* poterit hoc casu personaliter capi pro debito, secundũ *Matth.in 108.not.* Itẽ tenentur tutores facere inuẽtariũ, vt dixi supra *e.c.præterea reiecta.* ¶ Dictũ est supra, ꝙ vxor possidens bona viri, facto inuẽ-
291 tario facit fructus suos. Quæro, † pone quod vir haberet ius patronatus alicuius beneficij, quod nunc vacat, nũquid ipsa vxor, quæ facit fructus suos, pręsentabit presbyterum ad ipsum beneficium vacans? Videtur quod sic per hanc constitutionem, quia fructus iuris patronatus est præsentare presbyterum. In contrariũ videtur *Hostien.extra.de iure patro.c.ex litteris.in glo.* super verb. *ad firma.* in fine ipsius *glo.* vbi sic dicit: *Imo certe ratio est, quia pignus non consistit nisi in his, quæ quis de bonis suis facit obnoxia. C.quæ res pig.ob.po.l.qui filios.* & patet *extra.de pig.c.1.& 2.* ergo cũ Ecclesia in nullius bonis sit. *ff.de re.diui.l.in tantum.§.sacræ.* & per cõsequẽs à nullo obligari possit. Et addit idẽ *Hostien.in e.c.ex litteris.in glo.* super verbo *potest dici.* dicens talem cõtractum inter se celebratum, fuerat, quod vtile dominium transiuerat in conductorem. & ideo in ipsum ius patronatus transiuerat cum vniuersitate. Secus si teneret villam pignori, nam in creditorem non transit dominium vtile, vel directum, & ideo in pignore non transit ius patronatus cum vniuersitate: vt patet in eo ꝙ legitur & notatur *extra de re iudi.e.cũ Bartoldus.1.Re.& §.fi.* secũdũ *Inno.& Hostien.* Et ita ex prędictis consuluisse se dicit Gui. Ricardi, ꝙ licet per hanc constitutionem vxor statim mortuo viro possidere censeatur vniuersa bona viri, tamen ius patronatus illius hæreditatis viri nõ transit in eandẽ vxorẽ, cum possideat tanquã creditrix, nec ipsa potest tanquã patrona præsentare. Imo habebit præsentare hæres viri ad dictũ beneficiũ vigore dicti iuris patronatus, secũdũ eundẽ *Gui. Ricardi*, cuius di-
292 ctũ credo † omnino verũ, si præsentetur clericus infra annũ luctus, cũ vxor tunc possideat vt creditrix. Secus forte post annũ, quia tunc possidet vt vsufructuaria, vt dixi supra in princip. huius cõstitutionis, quia licet iura mere spiritualia nõ trãseãt cũ vniuersitate tẽporaliũ, etiã si sit appositũ signũ vniuersale, tamẽ mixta, vt est ius patronatus, ꝙ est spiritualitati annexũ. *c.quanto extra.de iudi.* bene transeunt cũ vniuersitate. Vnde vẽdito castro, ius patronatus ei annexum accedit. Secus si vendo palatium, vbi est Ecclesia, in qua habeo ius patronatus: & est ratio, quia castrum continet in se vniuersitatẽ, scilicet, honorẽ, iurisdictionẽ, & destrictũ. Sed palatiũ non est vniuersitas, sed paruũ corpus. Vnde incorporalia ei nõ accedunt, quæ possunt per se stare, secundũ *Inno.& Bal.in præal.c.ex litteris.extra.de iure patronatus.* vide ibi *Henric. & Ant.de Butrio.* Et ideo videtur quod possessio iuris patronatus, quę erat penes virũ defunctum, per eius obitum censeatur esse modo penes vxorẽ, ergo presbyter, vel clericus per eã possidentẽ huius constitutionis auctoritate præsentatus debeat præferri: vt *extra.de causa po.& proprie.c.cũ olim.* Et not. *glos.* singularem, ꝙ vbi quis est in possessione vniuersitatis, vel hæreditatis, etiam censetur esse in possessione iuris patronatus ipsius hæreditatis, licet non pręsentauerit. *extra.de iure patronatus.c.ex litteris.*
293 *versi.cum Ecclesia.* Item nota † quod si laicus ædificet Ecclesiam, statim nihil habet laicus in ea, nisi ius patronatus: vt notatur *in Rosario 10.q.1.cap.nouerint.* super verbo *pertinere.* adde quæ notantur *16.q.2.in Summa.* Et nota, quod licet ius patronatus transeat cum vniuersitate, cum qua transeunt singula sine ipsorum expressione, vt notant *Inno.& Hostien.in præalleg.cap.ex litteris.* non tamen vniuersitate, in qua singularium rerum traditio necessaria est. Vnde si vendo hæreditatem mihi delatam, in qua est ius patronatus, illud non transit, nisi in hereditate esset castrum, vel villa, ratione cuius cõpeteret: vt notatur latius per *Pau.de Laza.in cap.plures de iure patronatus. in Cle.* & *Collectarius* tenet idem *in cap.ex litteris.* sed *Petrus de Ancarrano in dicta Clem.* videtur tenere contra *Pau.* & idem *Hen.in cap.ex litteris.* Sed opinio *Pau.& Collectarij* mihi verior videtur per *l.qui tibi.* quam alleg. *C.de hæred.vendi.* & idẽ tenet *Ioan.de Imola in dicta Clem.* quasi per eadem verba *Collectarij.*
¶ In summa de materia huius constitutionis circa alimenta, vide in 4. *parte spe. titulo qui filij sint le. §.nunc dicamus.* adde etiam notata per *Bar.* in eius tractatu, quem composuit super
294 alimentis. ¶ Vltimo † nota, quod legatarius pro legato habet tres actiones, personalem, in rem, & hypothecariam, vt *l.1.& fi.C.communia*
295 *de legatis.* ¶ Itẽ mulier † per hanc constitutionẽ, & per instrumẽta nuptialia possidet bona mariti:

Ii

4 dicto vsatico, *Simili modo*. Nota, quod † qui talē fidatum à Principe offenderit, crimen læsæ maiestatis incurrit: vt *l. 1. ff. ad l. Iuliam maiesta.* & notat *Bart. collat. 11. tit. qui sint rebelles. in extra. quoniã nup.* super verbo, *rebellando*. vide ibi latius. Patet ergo hic, quod talis trepidatio friuola est: & ideo abijcienda. arg. 13. *dist. cap. nerui.* & *c. sequenti.* virtus enim constantiam requirit, præsertim iustitia quæ est constans, &c. *ff. de iustitia & iure. l. 1.* & *in-*
5 *stit. eodem tit.* in principio. quandoque † empara dicitur sequestratio: de qua nota *C. de prohib. pecun. sequestra.* Et talis etiam diuiditur, quia quædã est empara verbalis, quædam realis, quæ quandoque dicitur potestas: de quo dic latius per *Iacobum de Monte Iudaico* in vsatico, *Magnates*, super verbo, *emparauerit*. vide ibi latius per *Iac. de Calicio.* & in vsat. *si quis suum feudum.* & quæ ibi scripsi. quandoque dicitur protestatio, de qua dic per *Bart.* & *Bald. ff. de lege commissaria. l. fi.* & per *Hostien. s. extra de iureiurando. c. quemadmodum.* & per *Henricũ in c. venientes. eod. tit.* & per *Guid. in cap. dixit Dominus. 14. q. 5.* & per *Baldum in l. finali. C. de non numeratã pecunia.* & per *Bart. in l. creditor.* in principio. *ff. de solut.* & per *Henricum in cap. significauit. extra. de censibus.* videlicet, an liberetur soluens superiore inhibente ne soluatur: & vide in *Spec. tit. de solut.*
6 §. 1. Item nota, quod † partis priuatæ prohibitio ne soluat non excusat obligatum: vt *ff. de consti. pecu. l. utrum. §. componimus.* nisi fiat cum causa: vt notat *Bartolus* & *Baldus in l. si mulier. ff. de in diẽ adiectione.* alias *de lege commissaria.* quod facit pro cẽsualibus & alijs instrumentis, in quibus quis cũ iuramento promittit soluere certam quantitatẽ, saluam & quithiam de marchis, emparis, & alijs impedimentis, de quo dic vt dixi supra in vsat.
7 *Rusticus si desemperauerit.* Item † nota, quod solus Princeps potest huiusmodi emparamentũ & saluam guardiam concedere, & processum vsat. *simili modo*, facere. vt dixi supra *collat. 4. in curia Montisalbi, c. Item ad supplicationem.* & nota latius per *Iac. Calic. in suo Curiali, 7. dub.* vbi tractat de prærogatiuis Principis. vide ibi in *vers. 88.* & de processu cõtra violatores huius saluæ guardiæ vide *Doc. in d. vsat. simili modo*, & quæ ibi scripsi in cõmento.

De moneta.

S V M M A R I V M.

1 *Morabatini, solidi, libra, vncia, & aliarum monetarum iustus & taxatus valor traditur.*
2 *Moneta grossa æstimatur per paruam.*
3 *Solidus quomodo computetur de iure communi.*
4 *Solidus quando intelligatur aureus de iure.*
5 *Consuetudo seruatur in valore censuum præstandorum.*
6 *Moneta de terno valor remissiue.*
7 *Morabatinus ad quam rationem, & taxam soluatur in Vicaria Gerundæ.*
8 *Monetariorum materia remissiue. & referuntur edicta circa hoc.*
9 *Edictum super solutione monetarum, an habeat locum & disponat tantum in solutionibus à cætero faciendis, an vero disponere etiam debeat in contractibus præteritis, & solutionibus, quæ iam erant faciendæ ante diem præconizationis.*
10 *Quicumq. verbum est vniuersale, & comprehendit contractus factos, & faciendos.*

CVm de valore subscriptarum monetarum, &c. Casus. Interpretatio valorum monetarũ, de quibus in vsaticis Barcinonæ fit mentio hic habetur.
1 Hoc dicit. ¶ Vel latius dic, quod † morabatinus, de quo in vsat. fit mentio, valet quatuor solidos monetæ Barcinonæ de terno. Iste solidus sunt duodecim denarij Barcinonæ de terno, & viginti solidi faciunt libram. Vncia vero auri cocti valet octo solidos de terno, auri vero Valentiæ valet octo solidos de terno tantum. Solidus aureus valet sexdecim solidos de terno. Argenteus vero valet duos solidos, & idem est de solido platæ, quod de argento. Mancussus vero auri Valentiæ valet sexdecim denarios tãtum. De isto mancusso habetur in *vsat. Sarracenis in fuga positis.* Et prædicta interpretatio non extenditur ad morabatinos Alfonsinos: qui pro censibus, vel alias quam in casibus in vsat. contentis præstari habent. Hoc dicit.
2 Nota quod † moneta grossa æstimatur per paruã secundum *Bar. in l. ꝗ anim. ff. de solutio.* & ita est hic,
3 in hac constitutione. Et quomodo † computetur solidus de iure communi, vide *Barto. ff. de dolo. l. nõ debet:* de moneta vide *Ioan. de Platea in l. prima, & vltima. C. de veteris num. potestate lib. 11.* Et de monetarijs scripsi in cur. Reginę Marię, *c. molts inexperts*
4 *col. 10.* Et quãdo † solidus intelligitur aureus iuxta leges vide. *G. de Cug. in l. illud. C. de sacrosanct. Eccle.*
5 Et nota, † quod in valore censuum præstandorũ seruatur consuetudo, vt in hac constitutione dicitur circa fin. Super quo vide quæ leguntur & no-
6 tantur *extra. de censibus. c. olim causam.* De † valore monetæ Barcinon. de terno vide supra *collat. 4. in 1. curia Barcin. c. 10. Item confirmamus & concedimus in perpetuum*, &c. vide, & repete hic quæ ibi
7 dixi. Morabatinus vero, quem † exigere consueuit Vicarius Gerundæ pro equis extra patriam ducendis soluitur ad rationem tredecim solidorũ 4. de Barcin. Et idem de Morabatino, quem exigit Vicarius Episcopi Gerundensis pro decretis interponendis. Vide, & adde de confirmatione
8 monetæ † Barcino. tam minutorum, quam argẽti, infra *colla. 7. curia Dertusæ c. Sane licet nuper*, &c. Item adde quæ scripsi infra *collat. 10. in curia Reginæ Mariæ cap. molts inexperts en art de monederia*, & ibi posui materiam monetariorum, & adde etiam notata per *Doct. in vsat. moneta.* Et nota quod die tertia vel quarta Ianuarij, anno à Natiuitate Domini 1454. in Barcinona fuit de mandato inclyti domini Galcerandi de Recasens Locumtenentis serenissimi domini Regis publicata, & facta præconizatio edicti, & ipsius dñi Regis: ꝙ de cætero in solutionibus faciendis cruciati siue denarij argentei reciperentur ad rationẽ octodecim denariorum minutorum de terno, reducendo ad vsum antiquum, reuocata ordinatione olim facta, vt solũ valeret quindecim denarios minutos.

¶ Item fuit ordinatum, quod de cætero florenus auri Aragoniæ, qui antea currebat ad vndecim solidos, amodo sit billonus, & non habeat certū valorem in Cathalonia: postea florenus auri fuit aforatus ad tredecim solidos Barcinonenses. Et est verum, quod anno 1468. florenus Aragonū currit de facto ad rationem quindecim solidorū. Et
9 fuit † dubitatum, an hoc edictum de cruciato haberet locum in contractibus præteritis, & in solutionibus, quæ erant faciendæ ante diem præconizationis. Vide *Ioannem de Platea in l. pro diminutione. C. de ve. nu. po. lib. 11.* & *Bart. in l. Paulus. ff. de solutionibus.* Et dixi, quod debeat seruari iuxta seriem in omnibus solutionibus quorumcumque contractuum inde faciendis. Quia licet de futuris solutionibus disponat, tamen dicit, quorumcum-
10 que contractuum, vel alias, & verbum † *quorumcumque*, vniuersale comprehendit omnes contractus factos, & faciendos: quia super valore & contractatione monetæ super solutionibus facta est hæc lex, & reducit ad vsum antiquum, reuocata contraria ordinatione, tamquam nociua Reipublicæ. Cogita tamen, & vide notata per *Doct. in c. quam. extra. de iureiurando.*

De fide instrumentorum.

SVMMARIVM.

1 *Kalendarium diei & anni, computando à Natiuitate Domini, poni debet in scripturis authenticis tam iudicialibus, quam extraiudicialibus.*
2 *Annus computabatur olim ab Incarnatione Domini, sed per Regem Petrum fuit mutata cōputatio à die Natiuitatis Domini. & ratio traditur.*
3 *Instrumenta sine expressione diei, mensis, & anni sunt nulla, & præsumuntur falsa.*
4 *Stylus curiæ est seruandus deficiente contraria cōsuetudine.*
5 *Consuetudo respicit futura, & non præterita.*
6 *Loci appositio est de substantia instrumenti, de iure patriæ: quid de iure communi, nu. 8.*
7 *Notarius an possit post confectum instrumentum sine expressione diei & loci corrigere errorem, & apponere locum & diem.*
9 *Rescripta non valent sine die & Consule.*
10 *Locus & tempus est de substantia in publica scriptura, secus est in priuata. declara nu. 11.*
12 *Testes an in actis iudiciarijs, & in quibus debeant interuenire.*
13 *Testes requiruntur in actis extraiudicialibus.*
14 *Scriptura iudicis, etiam subscripta tribus testibus, non probat acta, nisi iudex, vel notarius subscribat.*
15 *Acta scripta manu notarij probant.*

CVm pridem nos quandam pragmaticam sanctionē *fecerimus*, &c. Casus. In † omnibus instrumē-
1 tis & scripturis authenticis in curijs, vel extra, in quibuscumque locis Cathaloniæ factis debet poni Kalendarium diei & anni, dicendo, Die tali mēsis talis, anno à Natiuitate Domini 1439. vel tali anno, prout annus occurrerit. Hoc dicit. Olim
2 cōputabatur † annus ab Incarnatione Dñi. Sed ob reuerentiā Natiuitatis Christi ex vtero Virginis, per quam Christus se manifestauit in forma humana, Rex Petrus primo per suam pragmaticam hic insertam: secundo per hanc generalem constitutionem in celebri curia Perpiniani editam, mutauit formam & stylum Kalendarij, vt sicut olim computabatur per nonas, idus, & kalendas, & per annum ab Incarnatione Domini, nunc amodo ponatur computando per dies mensis & anni à Natiuitate Domini. Et ita fuit obseruatū inconcusse à tempore datæ huius constitutionis, quæ fuit edita die Lunæ, 14. mensis Martij, anno à Natiui-
3 tate Domini 1351. Et sic nota hodie, quod † instrumenta sine forma huius Kalendarij facta, sunt nulla, tamquam facta contra formam huius constitutionis, & omissa iuris solemnitate: & præsumuntur falsa à tempore huius cōstitutionis citra. Secus est de antiquis editis ante constitutionē huiusmodi. Et super his vide & adde notata per *Io. de Platea C. de indictionibus. libro 10. super rubrica.* In textu, ibi, *à qua tamquam à fonte riuuli*, &c. No-
4 ta, quod † deficiente contraria consuetudine debemus vti stylo & consuetudine cancellariæ Regis: sic *ff. de legibus. l. de quibus.* vbi de hoc. argum. ad hoc *extra. de re iudi. c. in causis.* In textu, ibi, *de
5 cætero non emanabunt.* Nota † ergo, quod constitutio ista respicit futura, & non præterita: sic *extra. de consti. cap. cognoscentes.* & *cap. fin.* quod facit pro his quæ dixi supra. In textu, ibi, *continuando loco,
6 numerum dierum*, &c. Hic ergo patet, quod † hodie loci appositio sit de substantia instrumenti, sicut Kalendarium diei, mensis, & anni, & apposi-
7 tio testium. Sed † quid si omissum fuerit poni locum, vel Kalendarium in instrumento, vel scheda, numquid poterit suppleri? *Gui. in Spec.* & *Io. And. in addit. tit. de instrument. edit. §. instrumentum. vers. sed numquid confecto instrumento.* dicunt, quod si tabellio potest ostendere, quod per errorē omiserit, poterit ipse supplere, alias non: consulunt tamen hoc fieri auctoritate iudicis. Adde notata per *Doctores in l. optimam. C. de contrahenda & committenda stipula.* & *C. de diuersis rescript. l. beneficia.* vide *Bartolum in l. si librarius. ff. de regulis iuris.* &
8 *Baldum in l. imper. ff. de sta. ho.* Sed an locus † de iure communi sit de substantia instrumentorum? & videtur quod non, quia licet in pragmatica hic inserta fiat mentio de loco, tamen ista constitutio solum dicit, quod Kalendarium diei & anni iuxta modum prædictum obseruetur. Et hoc videntur tenere *G. Durandi in secunda parte Spec. titulo de instrumentorum edition. §. instrumentum. vers. quid si locus.* & *Ioannes Andreas in capitulo. Abbate. extra. de re iudicata. libro sexto.* Pro hoc etiam faciunt instrumenta antiqua quæ fiebant per computationem anni ab Incarnatione, cum nonis, idibus, & kalendis, in quibus nulla est mentio de loco, & tamen illis antiquis instrumentis damus fidem quotidie. & in his multum valet consuetudo: vt *extrauaganti de fide instrumentorum. cap. cum dilectus.* Et ad idem facit in *feu. tit. de prohibi. feudi alienatione per Lotharium. c. quoniam.* & *titulo, quæ sunt*

sunt testes necessarij ad probandam feudi ingratitudinem. & in *authent. vt praeponatur nomen Imperatoris. collat.* 5. De hac materia nota per *Doctores* in *Prooemio libro 6.* & etiam in *Clem.* & per *Gui.* in *c. cum redemptor.* 12. *q.* 2. & per *Ioannem Andream in dat. sexti.* & in *Spec. tit. de instrumentorum edit. §. restat. vers. & nota quod tabellio.* & vide in *authen. qui mona. essi. legi. §. quantum. collat.* 6. & *ff. de accu. l.* 2. Ad idem etiam videtur *C. de diuer. rescript. l. si qua*
9 *beneficia.* vbi dicitur, quod † non valent rescripta sine die & Consule: & non fit ibi mentio de loco. vide ibi *Cynum.* adde etiam notata per *Ioannem de Platea* in *l.* 1. *C. de apochis publicis. lib.* 10. & per *G. de Cug.* in *l. comparitiones. C. de fide instrumentorum.* Sed quidquid sit de iure communi, tamen mihi videtur per hanc constitutionem, quod locus sit de substantia instrumenti, vel alterius scripturae publicae, per hanc litteram, quae expresse dicit, *continuando loca*, &c. Non obstat, quod in fine dixerit, *obseruetur Kalendarium dies & annus* quia in conclusione hic etiam dicitur, *ideo de dicta pragmatica sanctione generalem constitutionem Cathaloniae facientes*, &c. Vnde dixit *Matthaeus de Matasalanus* in 46. *notabili*, quod † locus & tempus in pu-
10 blica scriptura est de substantia: vt *C. de contrahē. & comi. stipula. l. optimam.* & *cap. quoniam contra falsam. extra. de probat.* idem notatur per *Ioannem Fabri* latius *insti. de inuti. stipula. §. item verborū oblig.* & ibi etiam quaerit de hora. Secus est in scriptura priuata. vt *l. cum tabernam. §. idem quaesijt. ff.*
11 *de pignoribus.* Sed hoc vltimum debet intelligi cōtra scribentem, vel eius haeredem: & idem in omnibus ab illis causam habentibus, scilicet cessionarijs, quia omnis exceptio, quae obstaret cedenti regulariter, obstat cessionarijs: vide in *reg. iuris, ca. ..um quis alias.* Si quis in ius succedit alterius, eo iure, quo ille, vti debebit: & *cap. nemo potest plus iuris* : secus si contra alium. vt notat *Ioannes And.* & *Antonius de Butrio* in *cap. inter dilectos. extra. de fide*
12 *instrumentorum*, secundum *Matthaeum.* Sed † quaero † an in actis iudicialibus debeant adhiberi testes? Respondeo, non requiruntur testes in actis iudicij, secundum *Guillermum de Sudaria*, qui hoc notat in *l. in donationibus. C. de donationibus.* & latius in *l. is apud quem. C. de edendo.* & ita seruatur, nisi
13 in sententijs. In alijs † vero instrumentis & actis extraiudicialibus testes requiruntur, & consueuerunt apponi. De quo in *Spec. tit. de instrumentor. edit. §.* 1. *vers. Item locus testium*, &c. Et ratio diuersitatis patet, quia iudicia fiunt palam, & ante noctis tenebras: *extra. de officio delegati. cap. consuluit.* & in omni iudicio habent interuenire plures personae, puta, iudex, partes, & alij: vt *extra. de verb. signif. c. fortis.* & 4. *q.* 4. *c.* 1. & iudicium redditur pro tribunali: vt in *§. sedebunt. in auth. de iudicibus.* & nota *ff. de ferijs. l. more Romano.* Vltimo
14 nota, † quod scriptura iudicis etiam subscripta à tribus testibus non probat acta, nisi iudex, vel notarius scribat; vt notat *Innoc. extra. de testib. c. cū à nobis ad hoc. C. de sacrosanct. Eccles. l. iubemus.* *§. his tabellionibus.* quod nota secundum *Bald.* in
15 alleg. *cap. à nobis.* Item † acta scripta manu tabellionis probant inter easdē personas: quod dic per *Innoc.* in *c. Albericus. extra. de testibus.*

De experientia.

SVMMARIVM.

1 *Experientia est rerum magistra.*
2 *Natura potentem, ars facilem, & vsus promptum reddit artificem.*
3 *Experientia aequiparatur scientiae.*
4 *Doctor si decipiatur in venditione librorum suae scientiae, non agit actione redhibitoria.*
5 *Manescallus deceptus in emptione equi, similiter non agit redhibitoria.*

QVia rerum experientia nos docuit, &c. Hanc nō lego, quia temporalis fuit, & hodie non te-
1 net. Sed † nota, quia experiētia est magistra, quia docet, vt hic vides. Sic infra in *curia Montissoni. c. quia vt experientia nos docuit.* & idē *extra. de elect.*
2 *cap. quam sit lis.* 6. Vnde dicit Philosophus: Natura potentē, † ars facilem, vsus prōptū reddit artificem, & cuilibet artificio praebet experientia incrementum: vt *ff. de legatis tertio. §. ornatricibus.* & notat *Ioannes Andreas* in *glos.* allegata. *cap. quā sit.*
3 Experiētia enim † scientię aequiparatur, Ita quod non sufficit esse peritum, nisi quis habeat experientiam eius ad quod eligitur, secundum *Andreā de Barulo*, qui ita notat in *l. agentes. C. de agentibus in rebus. libro* 12. Item nota, quod turpe est perito in arte se allegare imperitum in arte: & ideo repellitur: vt *l.* 2. *§. Seruius. ff. de origine iuris.* Ideo si
4 Doctor decipitur in emēdo † libros suae scientię,
5 non agit redhibitoria. Similiter † si manascallus dicit se deceptum in emptione equi, idem est, quia eius scientia praesumitur. ad hoc facit quod notatur *ff. de edendo. l. argentarius. §. prohibere. ff. de adulteris. l. si vxor. §. si iudex.* in *authentica de iudi. §. nos igitur. C. de Episcopis & clericis. l. cum clericus.* in *gl* *s.* De quo in *l. adiles.* in principio. *ff. de adilitio edicto.*

De Iudaeis,

SVMMARIVM.

1 *Iudaei non permittuntur scindere carnes nisi in locis separatis à carnicerijs Christianorum. & ratio traditur num.* 2.
3 *Christiani no debēt comedere carnes refutatas à Iudaeis.*
4 Trussa *latine*, burla *patrio sermone appellatur.*

ORdinamus etiam, quod nullus *Iudaeus*, &c. Ca-
1 sus. Iudaei † per se, vel alios scindentes, vel vēdētes carnes in carnicerijs vbi Christiani scindunt, & vendunt, poenā sexaginta solidorum incurrunt. Hoc dicit. Nota ergo, quod Iudaei non permittuntur scindere carnes, nisi in locis separa-
2 tis à carnicerijs Christianorum. Et est † ratio, quia non couuntur Iudaei Samaritanis. *Ioannis quarto capitulo.* Sed nec Iudaeis Christiani couti debent: sed debet Christianorum conuersatio esse discreta, & à Iudęis separata. Quod dic vt dixi latius supra, *collat.* 1. *curia Barcino. cap.* 6. *Item inuiolabilis.* & supra, *collat.* 2. *c.* 26. Et repete hic quae

 dixi

dixi supra, istius curiæ *cap. ad euitandum occasionem.* vide ibi in *glos.* super verbo *personas.* Et est hic ar-
3 gum. † quod Christiani non debeant comedere
4 carnes à Iudæis refutatas: trufa † dicitur, omne id quod bonum non est, quasi sit mendacium iocosum, & quandoque illud dicitur burla; & idem credo de azymis Paschalibus, & de fructibus *de la liyola,* & alijs eorum cærimonijs. Immo & tutius est abstinere ab omnibus cibis eorum: nulla enim conuentio Christi ad Belial, &c. 2. *ad Corinthios* 6. de ijs omnibus cauetur in pragmatica domini Regis Ferdinandi: & in *extra. olim. Benedicti Decimitertij.* quæ incipiebat: *Et si Doctoris gentium,* quæ fuit registrata in curia officialis reuerendi domini Episcopi Gerund. sub anno 1414.

De falsis.

SVMMARIVM.

1 *Falsator saffrani conuictus pugni amissione punitur.*
2 *Falsatum saffranum comburitur igne.*
3 *Sponte confessus mitius punitur. declaratur nu. 5.*
4 *Statutum loquens de conuicto non extenditur ad illum, qui habetur pro conuicto.*
6 *Confessio sciendi nec diuidi potest.*
7 *Pœna falsi quæ sit.*
8 *Exceptio de falso instrumento potest opponi coram delegata.*
9 *Iudex causæ ciuilis an possit cognoscere de crimine.*
10 *Criminaliter quæritur, cum petitur quem puniri.*
11 *Iudex ordinarius punire potest ex officio partes, notarium, aduocatum, & procuratorem, si delinquant in iudicio.*
12 *Falso instrumento vtens punitur leniori pœna quam falsarius.*
13 *Crimen falsi non committit qui corrumpit, vel delet, aliud non adiungendo in instrumento.*
14 *Producens falsum instrumentum, vel testem, si protestatur se non vsurum, statim quo falsum videt, excusatur à pœna falsi.*
15 *Falsum quatuor committitur modis, vt hic.*
16 *Falso vtens instrumento ignoranter excusatur, deceptorem exhibendo.*
17 *Excõmunicatus est ipso facto qui in litteris Papæ manum apponit etiam in modico, & is non potest ab alio absolui nisi ab ipso Papa.*
18 *Fabricator falsæ barbæ punitur amissione pugni.*
19 *Seruus falsificans saffranum an sit puniendus pœna amissionis pugni, an vero pœna vltimi supplicij, & an in hoc sit correctum ius commune.*
20 *Falsum committere faciens per notarium causa perdit eam, etiam si haberet omnes probationes pro se.*
21 *Notarius faciens instrumentum falsum, & is qui ei mandauit facere possunt accusari vnico libello.*
22 *De falso contra sententiam infra quod tempus agi possit, remissiue.*
23 *Excipiens falsum instrumentum an possit postea intentare accusationem falsi.*
24 *Actio criminalis per vsaticos durat vsque ad triginta annos.*
25 *Falsitas non est punibilis, si sit sine dolo, & non lædat.*
26 *Vtens falso instrumento, si ipse falsum non fecit, euitat pœnam falsi, si se abstineat ab vsu illius.*
27 *Testis falsus quomodo puniendus.*

AD *tollendam materiam falsandi saffranum, ordi-*
1 *namus* &c. Casus. † Falsator saffrani conuictus amissione pugni punitur. Et falsatum saffra-
2 num † igne comburitur. Hoc dicit. Olim erat de hoc pragmatica istius Regis Petri data Cæsaraugustæ, anno Domini 1338. vbi etiam erat pœna centum solidorum, quæ fuit prætermissa hic. ¶ In
3 textu, ibi, *conuictus.* secus ergo † in sponte confesso, qui forsan mitius puniretur, quia mitius agitur cum confesso, quam cum conuicto: vt *l. di. cap. presbyterum.* & 12. q. 1. *cap. non dicatis.* & *arg. extra. de furt. cap. ex litteris.* & ibi *glos.* & *extra. de simo. cap. adhoc.* quia licet confessus pro conuicto habeatur. vt *extra. de renun. cap. in præsentia. glos. fin.* & *extra. de iudi. cap. at si clerici.* & quandoque pro iudicato habetur: vt *C. de cõfessis. l. vna.* cum similibus. Tamen aliud est esse conuictum, & aliud esse confessum: vt 2. q. 1. *cap. nos in quemquam.* & *cap. iudex.*
4 & *C. de pœnis. l. qui sententiam.* Et statutũ † loquens de conuicto cũ sit stricti iuris, & pœnale, non extẽditur ad illum qui habetur pro conuicto. Quare salua determinatione Regia, & quorum interfit, crederem, quod pœna pugni perdendi hic non haberet locum in confesso, aliter non conuicto; licet alias debeat puniri pœna falsi: quia ista constitutio, quoad pœnam, est cõtra ius commune, & est in ea speciale contra falsatores saffrani: sic infra *cap. proximo.* vide ibi. Et ideo debet stricte in-
5 telligi, & non extendi. Et regula, † quæ dicit, quod mitius est agendum cum confesso, habet verum, nisi metu probationum confiteatur; vt notatur in allegato *cap. adhoc. de simo.* ¶ Illud autem no-
6 ta, † quod confessio non potest diuidi, secundum *Iaco. de Arena.* & *Cynum,* & *Bartholomæum de Saliceto* in *l. si præsidi. C. de dona. ante nupt.* Fallit in casu legis *Aurelianus.* §. *idem quæsiuit. ff. de libera leg.*
7 ¶ Pœna † falsi de iure Romano est deportatio, & omnium bonorum confiscatio, si liber homo fuerit: vt *ff. ad l. Corneliã de falsis. l. 1.* quandoque tamen maior, quandoque minor est pœna falsi: vt notat *glossa,* quæ incipit, *quæ prohibet lex,* &c. in dicta *l. 1.* §. *vltimo.* & vide *C. de fal. l. vbi.* in fi. & nota *extra de fal. cap. ad falsariorum.* Si autem sit seruus, vltimo supplicio traditur de iure ciuili: vt dicta *l. prima.* §. *finali.* Fallit tamen in crimine falsæ monetæ, & in casibus, de quibus, vide in *glossa,* quæ incipit, *specialis pœna.* in *l. quicumque nummos. ff. eodem titulo.* Sed aliter punitur de iure canonico: quia tunc aut falsant litteras, vel sigillum domini Papæ, & tunc sunt excommunicati, & debent tradi curiæ sæculari falsatores: vt in allegato *cap. ad falsariorum.* Si autem falsauerint litteras Principis inferioris à Papa, tunc debent puniri, vt eis caracter in fronte imprimatur, & in exilium mittantur: vt in *extrauaganti eadem. capitulo, ad audientiam.* vide quæ ibi notantur. Si autem litteras, vel sigillum prælati, vel capituli: debet deponi, iuxta *decre. in litteris, extrauagan. de testi.*

testi. Si autem falsent sigillum delegati, tunc subdistingue, quia aut fabricat de nouo falsum sigillum, aut falsat sigillum iam factum verum. Primo casu est tanquam falsarius puniendus. Si autem frangit, in hoc punitur; quia non creditur sibi coram superiore. vt extra. de officio delegati. cap. olim
8 secundo. Et nota, † quod etiam coram delegato potest excipi de falso instrumento: vt l. si lis. C. de fal-
9 sis. Et ibi quærit † glos. an coram iudice causæ ciuilis possit criminaliter quæri de crimine: & dicit ipsa glos. quod non principaliter: vt l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi. sed incidenter sic: vt l. quotiens. C. de iudi. Sed certe nec incidenter potest
10 quæri criminaliter. Et tunc † dicitur criminaliter quæri, cum petitur puniri: vt notatur C. de falsis. l. querela. nisi dicas, quod glossa velit, quod licet incidenter peteretur, non tamen ad finem puniendi cognosceretur: sed ad finem reijciendi, quod esset notandum. Alium tamen intellectum dat Iaco. de Butrio. vt glossa intelligatur in teste falsum dicente: propter quod iudicis aures reuerberabantur, qui tunc super hac emergenti pronunciat; licet glossa hic cõtradicat, & testem puniat: vt l. nullum. C. de testi. secũdum Bartholomaeum de Sali-
11 ceto, qui ita notat in dicta l. si lis. Sed † etiam iudex ordinarius potest ex officio punire partes, notarium, aduocatum, & procuratorem delinquentes in actione iudicij; iuxta notata per Bart. ff. ad l. Cor. de fal. l. si quis obrepserit. de quo dic latius, vt notatur per Henric. Boich. in cap. primo. extra. de offi. deleg. & ibi Anton. de Butrio, & in cap. cũ
12 dilectus. extra. de pœnis. Nota † quod vtens falso instrumento punitur leuiori pœna, quam falsarius. glos. C. de fide instrumentorum. l. si docueris. & potest desistendo euitare pœnam. Pro hoc casus in
13 l. falsi. §. ordine. ff. de falsis. Item nota, † quod contra corrumpentem, vel qui deleuit, aliud non adiungendo in instrumento, non datur crimine falsi, nec actio ciuilis in factum descendens ex talio. Et idem in falsante litteram priuatam: vide textũ ff. de lo. leg. l. si quis rationis tabulas. & l. quidem. vide ibi Butrium, qui declarat quæ actio ciuilis de-
14 tur ex falso: vide l. querela. C. de falsis. Item † nota cautelam, vt producens falsum instrumentum, vel testem, statim cum falsum eum videt, protestetur se non vsurum: C. de fide instrument. l. si ad-
15 uersarius. Item † nota, quod quatuor modis committitur falsum. Primo scriptura: vt extra. de falsa. cap. 1. & notat gl. s. in l. si ex falsis. C. de transac. & tunc aut scribendo falsum, aut delendo verum. Secundo committitur facto, vt falsando monetam, vel mensuras, vel pondera. Tertio committitur dicto, vt testis falsum dicendo, vel iudex falsam sententiam proferendo. Quarto committitur vsu, vt qui scienter vtitur falsis litteris. Sed
16 quid † si ille, qui vtitur falso instrumento, vult se purgare, quod ignorat? Respondeo, audiendus est, si se purget, & deceptoré exhibeat. C. ad l. Cor. de fal. l. maiorem. & ff. eod. l. diuus. & adde quæ notat Gui. 19. dist. cap. in memoriam. in addi. Sed quid si ille. & extra. de fal. cap. ad falsariorum. in gl. s. potest suppleri. & cap. accedens in prima glos. Et nota, quod si quis falsas iniurias se habere cognouit, infra viginti dies debet illas destruere, aut resignare. extra. de fal. c. dura. secundũ Goff. qui ibi dicit, quod illud verum in litteris, quas quis per alium impetrat; tunc sic faciendo euitat pœnam, vt dicit cap. dura. secus si per ipsum, & conscius fuit falsi, vel esse debuit: vt in cap. ad falsariorum, secũdum Goff. De falsarijs litterarum domini Papæ verum est, quod post absolutionem ab ipso Papa obtentam, & pœnitentiam peractam, sine peccato ordinantur, nec potest petere cessionem, quia non est infamis ipso facto, secundum Inno. extra. de renun. c.
17 nisi. in gl. s. quale est. in fi. Et nota, † quod Host. scripsit, quod hodie est præceptum, quod in litteris Papæ, nec in magno, nec in modico audeat quis manum apponere, etiam litteram vnicam, vel punctum vnicum corrigendo, exceptis officialibus, quibus hoc est commissum; alioquin manum apponens excommunicationem latam incurrit ipso facto, quod non potest per aliquem citra Papam relaxari, & hoc posuit in Summa tit. de cri. fal. §. qualiter committatur. sub §. porro. vel. sed hodie, &c. Et secundum hoc Legatus etiam Cardinalis non potest talem absolutionem impertiri officio legationis; quod est verum, quia Papa eam sibi reseruat: vt legitur & notatur in allegato cap. dura. in fine. secundum Gui. qui ita notat in Rosario. 19. dist. cap. in memoriam. in addi. Sed quid si ille. præall.
18 ¶ Item nota, † quod fabricator falsæ barbæ punitur pœna amissionis pugni, vt infra cap. proxi. vbi dicam, & adde quæ dicam infra collat. 9. cap.
19 cum fer. o cum fraude. &c. Sed quia † in seruo pœna falsi de iure communi Romano est vltimum supplicium: vt dixi, & habetur ff. ad l. Cor. de fal. l. 1. §. vltimo. ideo forte in casu huius constitutionis seruus non punietur, nisi in amissione pugni benigna interpretatione: vt ff. de pœnis. l. interpretatione, & de pœn. di. 1. §. pœna. & quia præsens constitutio non distinguit inter liberum, & seruum; vel dic in seruo seruari ius commune de rigore; vt in seruo dicatur casus omissus à constitutione huiusmodi, quæ intendit augere pœnam ad terrorem. vt ff. de pœnis. l. si quis forte. §. si quis, ibi, vt exẽplo deterriti minus delinquant. & ita est hic propter nimiam facilitatem falsandi saffranum vitandam, quia pluribus crassantibus, &c. ff. de pœnis. l. aut facta. §. vltimo. in fine. & non est verisimile, quod per hanc constitutionem vnico verbo sint sublatę leges, quæ in pœnis infligendis faciunt differentiam inter liberos, & seruos: vt dicta l. aut facta. §. pœna. & ff. de falsis. l. prima. §. pœna falsi. ff. de pœnis. l. in seruorũ, & l. capitulũ. §. vltimo. vbi dicit textus: *Maiores nostri in omni supplicio seuerius seruos, quam liberos, famosos quam integræ famæ homines punierũt, quia etiam Princeps si idem de seruis voluisset dixisset:* arg. extra. de deci. cap. ad audientiam. allegat. videretur contra l. si quando. C. de inoffi. testa. & extra. de electio. cap. Ecclesia vestra secunda, & iuriũ correctio est

est vitanda: quia expedit potius iura iuribus concordare: vt *extra. de elect. cap. cum expediat. lib. 6.* Certe si mihi casus occurreret, consulerem potius Principem, quia in Cathalonia non est nostrum per subauditiones, vel glossulas taliter interpretari istas constitutiones: maxime in poenis maioribus, in quibus maturius est agendum: arg. *extra. de elec. cap. vbi maius. lib. 6.* quia certa forma super interpretatione constitutionum data est per ipsas cōstitutiones: vt supra *collatione quarta.* Adde ad materiam falsi quae dixi supra *collat. 4. curia Ilerden. cap. 6. Item quod aliquis campsor.* ¶ Item
20 nota, † quod si aliquis fecit committi falsum per notarium actorum, debet amittere causam etiam si haberet omnes probationes pro se: vt *l. in fraudē. §. quotiens. ff. de iure fisci.* secundum *Bald.* ¶ Item no-
21 ta, quod † notarius, qui fecit instrumentū falsum, potest accusari in eodem libello cum eo qui mandauit fieri simpliciter: textus est singularis in *l.*
22 *athletas. ff. de fal.* secundum *Bald.* Infra † quod tempus possit agi de falso contra sententiam, vide in *spe. tit. de sententia. §. vlti. vers.* Et nota. Item si
23 quis † dixit instrumentum falsum, excipiendo, an possit postea accusare de falso: vide in *spe. tit. de instrumentorum edi. §. instrumentum. vers. quid si dixi instrumentum.* Et de libellis in crimine falsi, vide in
24 quarta parte *spe. tit. de crimine fal.* Sed forte † per vsaticos omnis actio etiam criminalis extenditur ad triginta annos, vide *Doct.* in *vsat. omnes causae.*
25 ¶ Vlterius † nota, quod adhoc vt falsitas puniatur, requiritur dolus talis, quod aliquem lędat, & prosit vtenti. quia falsitas non committitur dolo, nisi alius lędatur: vt *ff. de dolo. l. prima.* & *C.*
26 *de fal. l. nec exemplum.* Item † nota, quod vtens falso instrumento, si ipse illud falsum non fecit, euitat poenam falsi, si abstineat ab vsu illius instrumenti falsi: vt *C. de falsis. l. falsos codicillos.* Non tamen eo ipso, quod instrumentum falsum reperitur penes aliquem, debet teneri de falso; nam non est hæreticus ille, penes quem libri de hæresi inueniuntur, dūmodo nolit defendere errores; vt *C. de Episcopali aud. l. Manichas,* alias *mathematici.* ¶ De falso notario, & de instrumentis eius, & de testibus falsis, vide *Inno.* in *cap. fraternitatis. de hæreticis.* Et de multiplici falsitate vide *glos. 19. dist.*
27 *cap. in memoriam.* Sed de poena † falsi testis habetur in *vsat. Item statuimus.* vbi vide *Iaco. de Monte Iudaico.* Tu dic, aut commisit falsum testimonium in causa criminali, aut in ciuili. Si in criminali, erit poena talionis, secundum *Bald.* in *l. presbyteri. C. de Episcopis & cleri.* quia iuxta modum læsionis: vt notat *glos.* in *cap. 1. extra. de cri. fal.* vide tamen infra *colla. 9. curiæ Ferdi. cap. com ferō com tranre. §. penultimo.* super verbo *fals testimoni.* Si in ciuili, de iure communi punietur iuxta dictam *glos.* & nota ibi per *Henric. Bosch,* de iure huius patrię, iuxta dictos *vsaticos* punietur, & tunc habebit locum distinctio *Iaco.* in allegat. *vsat. Item statuimus.* quia dictos *vsaticos* credo loqui in ciuili, secus in criminali: vt *l. 1. §. 1. ff. ad l. Corn. de sica.* cum simil.

De falsis.

SVMMARIVM.

1 *Deferens falsam barbam debet puniri, si miles, vel ciuis honoratus, poena exilij per decennium, si vero plebeius poena amissionis pugni: si vero cum tali barba malum fecerit, plectetur proditionis poena. declaratur nu. 8.*
2 *Fabricatores falsarum barbarum puniuntur amissione pugni.*
3 *Falsarius quomodo puniendus.*
4 *Querela falsi, & caeterorum criminum de iure communi regulariter tollitur spatio viginti annorum.*
5 *De falso quatuor agitur modis hic relatis.*
6 *Iudicis officium quotuplex in accusatione falsi. remissiue.*
7 *Portans faciem mascaratam an sit puniendus sicut portans barbam falsam. traditur.*
9 *Fiscus concurrere potest cum parte priuata contra eum criminaliter, quamuis priuilegium dicat, quod solum contra illum procedi possit ad instantiam partis priuatae.*
10 Solum *est dictio taxatiua.*
11 *Priuilegium debet stricte interpretari, dummodo priuilegiatus aliquid commodi consequatur.*
12 *Insultus quid sit, & quid proditio.*
13 *Proditionis poena qua.*
14 *Remissio an fieri possit in fauorem portantium barbas falsas de poena huius constitutionis.*

VT *occasioni perpetrandi strages, seu vulnera obuietur,* &c. Casus. † Deferens falsam barbā,
1 seu fictitiam, palam, vel clam: si miles, vel homo ciuis, vel honoratus villæ fuerit, poena exilij per decennium: si homo de pede fuerit, ex sola delatione poena amissionis pugni absque spe venię debet condenari. Qui vero talem barbā deferens malū fecerit, quicūq. & cuiuscūq. cōditionis fue-
2 rit, proditionis poena plectetur. Fabricatores † vero barbarum falsarum, vel fictitiarum, amissione pugni, sine spe venię puniuntur. Hoc dicit. Diui-
3 ditur in quatuor partes, quæ patent. Si † quæratur qualiter sit falsarius puniendus. Distingue, quia aut cōmisit falsum contra Principem, & tūc aut committit in non faciendo, & tunc amputatur ei manus, & bona publicantur: in *authent. de man. prin. §. coges.* Aut in faciendo, & tunc aut in actu omnino prohibito, & tunc comburitur: vt *C. de immuni. ne. conce. l. 1. lib. 10.* Aut in actu omnino prohibito, & tūc deportatur, & amittit bona: vt *C. de peti. bo. sub. l. fi. lib. 10.* Aut committitur cōtra priuatum, & tunc aut in non faciendo, & tunc tantummodo priuatur ab officio: vt *C. de defen. ci. l. iubemus.* circa fin. Aut in faciendo, & tunc aut scribit minus, quod debeat, & tunc deportatur, & amittit bona: *C. de testa. l. iubemus.* Aut scribit plusquam debeat, & tunc aut de voluntate partium: & tunc amputatur manus, & bona publicantur: vt in *libro feu. de prohi. feu. alie. per Frederic. I. imperialem. §. scriba.* aut sine voluntate partium, & tūc punitur capitaliter: vt *l. vbi.* in fi. *C. ad l. Cornel. de fal.* prædicta vera de iure communi, nisi alibi sit certa poena apposita: vt supra *cap. proxi.* & hic, & in

in *vsat.* allegat. supra *cap. proxi.* certe dic vt ibi no-
4 tatur. Itē nota, † ꝙ querela falsi & cęterorum cri-
minum regulariter tollitur spatio viginti anno-
5 rum. vt *l. querela. C. de falsis.* vbi nota, † quod qua-
tuor modis quæritur de falso, scilicet per accusa-
tionem, & ita loquitur ipsa *lex, querela.* Item per
actionem in factum, & illa tollitur triginta an-
nis, sicut personales aliæ actiones: vt *C. de consti. pecu. l. 2.* Item per exceptionem, & hæc nullo
modo tollitur: vt *l. pure. ff. de exceptio. do. §. si.* Item
ex officio sine accusatore: vt *C. de proba. l. si cant.* & *l. nullum de testib.* & tunc forte triginta annis
tollitur, secundum *glos.* alibi vero nota, quod tol-
litur triennio. vt *ff. de vsucapi. l. sequitur. § fructus.* vide & adde quæ leguntur & notantur infra *col-
lat. decima. in curia Domina Mariæ. cap. a remoure.*
6 Quod † autem sit iudicis officium in quæstione
falsi, vide in *l. vbi. C. de fal.* & ibi nota per *Barthol.
de Saliceto.* Item nota hic puniri solam delationē
7 barbæ fictitiæ, vel falsæ. ¶ Sed quæro † quid si por-
tet quis faciem mascaratam siue intinctam, vt vi-
sus in maleficio non cognoscatur, sicut fecerunt
illi qui verberarunt quendam presbyterum de
Cartiliano? Credo quod habeat locum præsens
constitutio, saltem ex mente: arg. *insti. de lege patro-
tu.* in principio. ✝ *extra. de verbo. signifi. cap. in is.* ad hoc facit verbum *fictitiam* Quare dico ꝙ barba
falsa sit illa, quæ de pilis alterius animalis fabri-
catur, & propriæ barbæ superponitur, sicut fit in
ludis theatralibus, in quibus exercentur monstra
laruarum: vt *extra. de vita. & ho cleri. cap. cum deco-
rem* seu fictitia barba sit quæ fit per appositionem
alicuius fuci siue coloris. Argumen. *de condi. vlti.
cap. fucare figmentis.* quia si per huiusmodi figmenta
facies ita immutetur, quod ille non ita cognosca-
tur vt prius, crederem hanc constitutionem locum
habere. Immo forte si aliquis, qui consueuit ire ra-
sus in barba, modo se occultet: & diu existens oc-
cultatus nutriuerit sibi barbam propriam, vt cum
illa malum faciat, & post radatur, vt non cognol-
catur adhuc haberet locum huiusmodi constitu-
tio. ex mente eius. ne videatur lex imposita ver-
bis tantum: vt supra *ead. cap. cum qualibet constitutio.*
8 ¶ Sed † quod hic dicitur de delatione sola, vel fa-
bricatione sola barbæ, vt puniantur, credo intel-
ligendum, si animo malum interendi cum eis de-
ferant, vel fabricent; alias secus, si causa ludi; vt
videmus fieri in Ecclesiis & per ciuitatem in pro
cessionibus celebratis sacratissimi Corporis Do-
mini nostri Iesu Christi: quia voluntas, & propo-
situm distinguunt maleficium: vt *extra de sent. ex-
com. cap. cum voluntate.* cum suis concor. Si tamen
in dictis ludis barbas falsas portantes cum eis ali-
cui malum faciant, vt alias vidimus fore factum,
tunc credo, quod debeant acrius puniri; quia sub
specie licitæ delationis illius barbæ talis delin-
quens fortius debet puniri. argumento eorum quę
9 dixi supra *cap. proximo.* Ecce † notarij Gerundæ
habent priuilegium, quod pro crimine falsi per
eos in officio commissi non fiant processus, nisi
solum ad instantiam partis priuatæ, quæritur an
cum instantia partis priuatæ facta possit fiscus
etiam partem facere, & petere delatum de falso
puniri? Quidam dicunt quod non, quia dicit pri-
uilegium, quod processus solum fiant cum parte
10 priuata, & non aliter: & ita per † dictionem ta-
xatiuam, *solum*, videtur fiscus exclusus, quia tenor
priuilegij inspiciendus est: *extra de priui. leg. is. cap.
porro.* Alij vero dicunt, quod per dictum priuile-
gium solum prohibetur fieri processus absq. par-
te priuata, ita quod ad solius fisci instantiam non
fiat processus; & hoc solum operetur priuilegiū,
sed ex quo pars priuata interuenit, non excludi-
tur fiscus. Pro hoc facit, quia priuilegium huius-
modi debet stricte interpretari, ex quo iam ali-
quid operatur, secundum *Hostien.* qui ita notat in
simili *extra. de priuil. cap. cum olim essemus. §. nos ve-
11 ro.* quia † ex quo per priuilegium aliquid cōmo-
di consequitur priuilegiatus, debet stricte inter-
pretari. vt *ff. ne quid in lo. pu. l. 2. §. si quis à principe.
§. merito.* ad idem *extra. de priuil. cap. pastoral.* & *cap.
in his.* & patet in his quæ leguntur & notantur *ex-
tra. de Eccles. edi. cap. 2.* & *cap. ad audientiam in 2.* & *extra. de verbor. signifi. cap. dilecto.* vbi videas, & quę
notat *Gui. 25. q. 2. cap. seruatis.* & in *summa. eau. q.* & *cap. frater noster. 16. q. 1.* Et hanc credo veram de
iure, quia nō est verisimile, quia dominus Rex in
totum voluerit fiscum inhibere. Imo forte non
valeret rescriptum per *l. nec damnosa.* & *l. rescripta.
C. de precibus Impera. offer.* quia esset contra publi-
cam vtilitatem, quæ vult ne crimina remaneant
impunita: vt *ff. de iudi. l. si longius.* & *ff. ad l. Aquiliam.
l. ita vulneratus.* cum ibi notatis. facit. *l. omnes. C. si
contra ius, vel vtili. pu.* & ita vidi seruari in facto
Francisci Ceruiani quondam notarij Gerundæ.
¶ In textu, ibi, *pœna proditionis.* subintellige, quia
ex proposito delinquunt: vt *ff. de pœnis. l. respicien-
dum. §. delinquunt.* vbi dicit *Bart.* quod delictum fit
quandoque ex proposito antecedenti, & istud
delictum committitur duobus modis: vno modo,
12 insultando. Est † autem insultus in alium saltus:
vt probatur in *l. prima. §. cum arietes. ff. si quadru.
pau. fe. de.* & *l. is qui aggressorem. C. ad l. Cornel. de sica.* alio modo committitur ex proposito proditio-
nis. Est autem prodere vnum ex actibus ostende-
re, aliud in mente gerere: vt notatur *ff. de priuatis
delictis. l. prima.* & *ff. ad l. Iuliā maiest. l. 4.* in princip.
& ideo si veniens tecum tanquam socius itineris,
nulla interueniente rixa, percussi te, non possum
dici contra te fecisse insultum, sed dicor hoc fe-
cisse proditorie, quia aliud gerebam in animo,
quam id, quod gerebam in actu; vel si sedens te-
cum in mensa, te percussi; secus si eram tecū ini-
micus, & te percussi, nō dicor proditorie fecisse,
quia quod gerebam in actu, etiā gerebam in men-
te: hæc *Bart.* vbi supra. Sed secundum *Ioan. And. in
nouella. extra. de homicidio. cap. pro humani. li. 6.* Chri-
stianus non debet offendere Christianū, nisi prius
ipsum diffidauerit, vel iudicis, vel iuris auctorita-
tem habuerit; alias est proditio. adde quæ scripsi
supra

supra *colla.4.curia prima Barcino.cap.27. Item quod aliquis miles.* & de pœna bausatorum vide *Doct.* in *vsat. quoniam iustitiam.* super verbo *bausatores.*
13 ¶ Nunc † quæro hic quæ sit ista pœna proditionis? Respondeo, dic quod dupliciter potest contingere proditio; aliquando contra Principem, vel rempublicam: aliquando contra priuatum. Primo casu tunc seuerissime punitur in persona & in bonis: *C. ad l. Iuliam maiesta.l. quisquis.* & *ff. eod.l. maiestatis.* pro hoc *l. omne delictum. §. exploratores. ff. de re mili.* & *l. proditores.* pro hoc. *l. si quis aliquid. §. primo. ff. de pœnis.* potest poni exemplum in proditione seu quasi. *C. quæ res expor. l. prima.* Secundo casu, quando contra priuatum, tunc si contra dominum, habet locũ *lex fi. C. de dela. li. 10.* vbi est pœna seuerissima, scilicet, capitalis, vt ibi notatur per *glos.* & *Doct.* Si contra alium non dominum, tunc pro tali proditione imponitur pœna capitalis, non mortis naturalis regulariter; vt præallegata *l. si quis aliquid. §. instrumenta. ff. de pœnis.* Fallit in casu *l. athletas. §. prævaricator. ff. de his qui notantur infamia.* Et ita fuit declaratum contra quendam vocatum en Migera parrochiæ de Cileano, qui verberauerat generum suum, portando barbam fictitiam; videlicet, quod debebat deportari; & propterea soluit centũ florenos quithios, secundum dominum Eymericum de la Via, quia ita scripsit in libro suarum Constitutionum. Sed in hoc, quod obtinuit remissionem pœnæ proditionis propter pecuniam, credo quod non bene, quia hæc constitutio dicit, quod proditionis pœna plectetur; & in fine dicit, *sine spe veniæ:* & pœna pecuniarum non est pœna proditionis: sed est concedere veniam: vnde cito violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nũmis existimat: vt in *c. pauper. 11. q. 3.* Et forte in curia Gerundæ non poterat talẽ compositionem facere, iuxta pragmaticam. ¶ Huius
14 occasione quæro hic, † vtrum pœnæ, quæ per has constitutiones imponuntur, possint remitti, vel de eis transigi cum curia? Et videtur, quod non, quia constitutiones sunt leges iuratæ & pactionatæ, & transiuerunt in contractum cum patria, & officiales iurant eas obseruare, præsertim, quia hic littera dicit, *sine spe veniæ.* ergo videtur, quod peccet mortaliter veniendo contra licitum iuramentum, & priuilegiũ; vel concessio contra has constitutiones nõ valet: vt supra *collat. 3. cap. 8.* & *17.* cũ suis concor. in cõtrarium videtur *extra. de sent. excom. cap. nup.* quia ex quo Princeps non prohibuit inferioribus, nec sibi reseruauit huiusmodi remissionem, videtur inferioribus concessisse, vt in dicto *cap. nup.* cum suis concor. pro hoc facit infra *colla. 9. cap. confer, ó contraure.* vbi Princeps sibi reseruauit remissionem. Et hæc pars videtur vera, & seruatur de facto; & valet talis remissio eis quibus indulgetur, si fiat per Principem, nisi in casu quo sibi potestatem restrinxerit per constitutionem, vt dixi de campsoribus abatuts supra *colla. 4. curia Gerunda. cap. 14. §. & quod nos, vel inclytus,* &c. & hic, dum dicit *sine spe veniæ.* sic infra *ead. collat. in curia Montissoni. c. qui verba.* & *colla. 9. cap. per tal que mal.* licet forsan peccet nisi ex iusta causa dispensetur, vt dixi supra *ead. cap. insuper.* Et idem videtur de gubernatore, & alijs officialibus, quibus est concessum ex officio, vel alias. Sed si audacia concederetur, videtur mihi, quod officiales inferiores Principe teneantur seruare constitutiones, & non valeat, quod faciunt cõtra eas: imo, sit nullum, & irritum ipso iure, & incurrant pœnas: vt dixi supra *ead. cap. cum secundum.* præsertim, quia in creatione ipsorum iurant ipsi officiales simpliciter, & aliqui eorum etiam præstant homagium de seruando ipsas constitutiones. Ad hoc faciunt notata secundum beatũ Thomam quæ dixi supra *ead. cap. insuper.* & per rationes pro prima parte inductas. Sed vsus tenet secundam partem, saltem de facto, vt dixi, & sic minime sunt mutanda, &c. *l. minime. ff. de legibus.* Sed caueat de periurio; Princeps enim licet teneatur seruare constitutiones, & vsaticos, tamen per vsaticum, *quia iustitiam facere concessum est potestatibus,* cui voluerit poterit pœnas remittere & perdonare, adde quæ notat *Iaco. de Monte Iudaico* in dicto *vsat. quia iustitiam facere.* & quę dixi supra *ead. cap. insuper ordinamus.* & facit ad prædicta cõstitutio domini Ferdinandi edita super meretricibus, quia ibi dicit textus, quod de illis pœnis non possit fieri remissio, & idem in alia constitutione de matrimonijs clandestinis; per quas, & similes videtur, quod de pœnis constitutionum regulariter possit fieri remissio, nisi in ipsis constitutionibus contrarium caueatur, vel nisi pœna veniat parti priuatę applicanda, & ita communiter seruatur. Sed si velles aliam partem tenere, posses respondere, quod quandoque in constitutionem apponitur, quod nequeat fieri remissio, fiat magis ad cautelam, quia expressa magis timeri solent: vel dici potest, quod in Principe non videatur adempta potestas perdonandi pœnas constitutionum, nisi expresse dicatur: vt hic in simili de inferioribus. In alijs vero secus, quia tenentur seruare constitutiones ad litteram, sed sola potestas regia est libera: vt in prin. *vsat. cap. vnde cum dompnus.* in fi. ibi. *sola potestas regia est,* &c. & *l. princeps ff. de lege.* & *C. eod. l. digna. vox.* adde quę notantur infra *curia domini Ferdinandi cap. per tal que mal.* & *cap. pensats.* & *cap. confer, ó contraure.* Et sic finis huius curiæ Perpiniani. Deo gratias. Et fuit acta decimo quarto die mensis Martij, anno à Natiuitate Domini 1351.

SEQVITVR CVRIA CERVARIÆ. domini Regis Petri Tertij.

IN *nomine Domini pateat vniuersis, quod cũ nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corsicæ, Comesq. Barcinonæ, Rossilionis, & Ceritaniæ, nostrorum prædecessorum vestigijs inhærentes*

inhærentes pro bono statu, & reformatione terræ, in villa Ceruaria Cathalaniæ mandauissemus curias generales, &c. Et fuit publicata anno à Natiuitate Domini 1359. die vero decimo nono mensis Decembris.

De condemnatione in criminalibus.

SVMMARIVM.

1 *Torqueri an possit quis contra formam constitutionum, vbi Princeps ex certa scientia sic mandat fieri.*
2 *Princeps de iure communi rescribens ex certa scientia cum clausula*, non obstāte tali lege prohibente, *tollit ipsam legem.*
3 *Curatoris auctoritas non requiritur in depositione delati adulti.*
4 *Clerici an torqueantur vt laici.*
5 *Dominus Rex, & reliqui officiales in Cathalonia debent iudicare per directum.*
6 *Mendacium dicendum non est etiam pro defendenda vita alicuius.*
7 *Defensio datur confesso crimen commisisse.*
8 *Defensioni in causa criminis, vel status renuntiari non potest per pactum.*
9 *Delatus in sui commodum renuntiare potest dilationibus feriarum introductarum ob necessitates hominū.*
10 *Princeps potest tollere exceptiones, & defensiones introductas a iure positiuo. declaratur num. 11.*
12 *Venia aduocato, & procuratori an sit danda ad præstanda patrocinia electo à pace & treuga in causa matrimoniali.*
13 *Confessio facta coram notario, absente iudice non præiudicat.*
14 *Confessus in iudicio venit condemnandus, quamquam totus reliquus processus sit ineptus. ratio traditur num. 15.*
16 *Delinquens an sit remittendus ad locum delicti.*
17 *Homicida notorius an possit condemnari non datis defensionibus. & quid si tumultus timeatur in ciuitate nisi homicida incontinenti suspendatur nu. 18.*
19 *Iuramentum de seruando constitutiones non extenditur ad casum incogitatum.*
20 *In iuramento multæ conditiones subintelliguntur.*
21 *Princeps est solutus legibus, & est supra ius.*
22 *Princeps est vigor iustitiæ, & est lex animata.*
23 *Actus contra constitutiones an valeat. remissiue.*
24 *Lex quando derogetur, abrogetur, & surrogetur.*
25 *Modus quis seruandus sit, vt dicatur quis perseuerasse in confessione.*
26 *Homicida non liberatur, quamuis tertius accusatus de homicidio vi tormentorum dixerit se homicidium perpetrasse.*
27 *Inquisitus an peccet mortaliter negando, vel celando in iudicio veritatem.*

IN *primis siquidem confirmantes verba illa: Tenuissent iustitiam, & iudicassent per directum*, &c. Casus. Dominus Rex confirmans illa verba: *Tenuissent iustitiam, & iudicassent per directum*, posita in *vsat. alium namque.* & *cap. Item quod nullus condemnetur sine cognitione iudicis*, &c. in *curia secunda Barcinonæ Regis Iacobi Secundi*, & *cap. item ordinamus, quod nullus condemnetur ad mortem*, &c. in *curia Montisalbi Regis Alfonsi Tertij.* statuit hic dictum vsaticum, & dictas constitutiones obseruari, actu contrario in aliquo non obstante. Hoc dicit. Vide, & adde quæ leguntur & notantur infra *col-*
1 *lat. 11. cap. confirmantes, Ioannis*, &c. Sed † quid si Princeps noster iubeat ex certa scientia aliquem torqueri contra formam harum constitutionū? Videtur, quod valet, quod fit per eundem: vt in *cap. denique inuiolabilis.* infra allegat. Item quia improbare, quod Princeps ex certa scientia facit, est crimen sacrilegij: vt *l. disputari. C. de cri. sacri.* Sed cōtra est per has constitutiones, contra quas non valet rescriptum: vt supra *collat. 3. curia Montissoni. cap. 18.* & *cap. 7.* cum suis concor. Sed de iure com-
2 muni, † quando Princeps rescribit ex certa scientia, non obstante tali lege prohibēte tollit ipsam legē, iuxta notata *C. de preci. imp. offer. l. rescripta.* & in *l. disputari.* præallegata. vbi *Barthol. de Saliceto* dicit, non habere locum in ijs quæ non sunt suæ iurisdictionis: quod exemplificatur ibi, secundum *gloss.* in Frederico Imperatore, qui fecit Antipapam, Cardinales. & Episcopos. Quo non deueniant hodie tyranni. Longobardorum domini (proh dolor) & plures alij Principes dicentes: *Contra iustitiam possideamus hæreditatem scientiarum Dei.* Sed *qui habitat in cœlis irridebit eos*, &c.
3 Item † nota secundum *Bald.* in *l. clarum. C. de auct. præstan.* quod in depositione delati adulti non requiritur curatoris auctoritas: quod tamen sane intellige, secundum *Bart.* & *Bald.* De materia vero huius constitutionis dixi supra *collat. 1. curia Barcino. cap. 13. denique inuiolabili.* & supra *colla. 4. cap. 27. Item quod aliquis homo non condemnetur sine cognitione iudicis.* & supra *collat. 5. cap. 26. Item ordinamus, quod nullus condemnetur ad mortem*, &c. quod fuit etiam confirmatum supra curia proxima. *cap. confirmantes capitulum.* & adde quæ notantur per *Iaco. de Cal. in suo Viridario militiæ. secundo dubio principali. q. 4. vers. nec obstantibus vsaticis.* ibi, *& etiam potest intelligi dictus vsaticus secundum dictum cap. Barones.* Item ad materiam quæstionum adde quę notat idem *Iaco. in sua Margarita fisci. septimo*
4 *dubio*, in *tit. de pœna tormentorum.* Sed † an clerici torqueantur, vt laici? Dic quod sic, ad eruendam veritatem, si oporteat; in quibus casibus laici torquentur, puta sunt infames, sunt sponte confitentes crimina aliorum, sunt criminosi, & huiusmodi quales non debent recipi in testimonium. Sed si necessitas cogat eos recipi, quia aliæ probationes non sunt, & crimen est magnum, primo torqueantur, alias non sunt recipiendi in testimoniū. *4. q. 3. si res.* secundum *Gui.* qui ita notat *5. q. 5. cap. presbyteri. in addi. dic clarius.* &, vide quæ notātur *ead. q. c.*
5 *illi qui in addi. de hoc*, &c. ¶ Nota † ergo hic, quod dominus Rex, & sui officiales, & alij iurisdictionem habentes in Cathalonia debent tenere iustitiam, & iudicare per directum, & nullum condēnare sine cognitione iudicis, & defensione debita non concessa. Et prædictis nullatenus potest derogari per actum contrarium; & est ratio, quia quicquid

quicquid fit contra constitutiones huiusmodi iuratas, est nullum & irritum. & ita actus nullus, qui esset factus in contrarium, nõ præiudicat, quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum: vt *extra. de reg. iuris. cap. non præ-*
6 *stat lib. 6.* cum suis concordantijs. ¶ Sed † si aliquẽ defendas, caue mendacium, quia nec quælibet fallacia, pro vita alicuius defendenda est: 22. *q.* 2. *cap. omne.* Et nota, quod ista verba, *Tenuissent iustitiam, & iudicassent per directum*, originaliter habentur in *vsat. alium namq.* & confirmantur etiam per Regẽ Alfonsum Quartum in *cap. confirmants, loants*, &c.
7 vide & adde quæ ibi scripsi. ¶ Sed † an de crimine confesso sit danda defensio? Dico quod sic, quia etiam perire volenti datur defensio, vt notat *glos.* in *l. vnica. C. de confessis.* adde quæ notantur per
8 *glos.* in *cap. rursus.* 11. *q.* 3. Nec † potest quis per pactum renunciare defensioni in causa criminis, vel status: vt notat *glos.* in *l. pactum inter legatarium, & hæredem. ff. de pactis.* & ibi de hoc per *Bart.* Item vi-
9 detur, † quod dilationibus feriarũ ob necessitates hominum introductarum possit delatus in sui cõmodum renuntiare, secus forte in sui damnum: vt *l. custodias.* in fin. *ff. de pu. iudi.* vbi vide *Bart.* Nota
10 tamẽ, † quod Princeps potest tollere exceptiones & defensiones à iure positiuo introductas: vt *l. ita nobis pudor.* & *l. quoniam Alexandrum. C. ad le-*
11 *gẽ Iuliam de adulterijs.* Secus † si defensio excluderet crimen ex mera innocentia siue ignorantia, quia nunc non posset facere Princeps, quin disputetur de ea: vt in *cap. pastoralis. de re iudi.* in *Clem.* & ita dicit *Bal.* in *l.* 2. *ff. ne quis eum qui in ius vo. vi. exhi.* & in *l. si quis iniquũ.* §. *si is, pro quo. ff. quod quisq. iuris.* & *Iaco. in Margar. fisci, octauo dubio. vers.* 208. Et hoc credo verum, etiam si talis confessus fuerit à pace & treuga eiectus, iuxta notata per *Alber. de Cremona in suo tractatu de maleficijs. tit. de bannitis pro maleficio.* in fin. vide quæ notantur per *Innocen. extra. de elec. cap. per inquisitionem.* ¶ Iuxta
12 prædicta † pone quod eiectus à pace & treuga ducit causam matrimonialem in curia Episcopi, an poterit sibi præstari suffragium per aduocatũ, & procuratorem, vel alios? Videtur, quod sic, cum sit causa specialis, maxime, si conueniatur. Credo contrarium, quia etiam vxor prohibetur fauere eiecto. Sed quid si vxor instat, quæ petit procedi, ne diu cogatur sic stare sine matrimonio, quod forsan cum alio cupit habere. Credo, quod Episcopus ex officio debeat inquirere de veritate matrimonij, quia vinculum matrimonij soluitur per eiectionem. Et per hoc dixi, quod non debet dari venia aduocato, vel procuratori, vt præstent patrocinia eiecto in eius fauorem, etiam in causa matrimoniali: super quo tamen recurre ad notata per *Iaco. de Calicio in suo Directorio.* Sed si mulier, quæ negat matrimonium, hoc petat, ne in eius damnum eiectio viri retorqueatur, ipsa petente forte poterit dicta venia concedi parti viri, & sic eiectus consequitur per alium, quod per se consequi non potest *ff. de in ius vo. l. quæsitum.* & *ff. soluto matrimonio. l.* 2. cum similibus. facit. *cap. si vere. de*
13 *sent. excom.* ¶ Item nota, † quod confessio facta coram notario absente iudice non præiudicat secundum *Bald.* alleg. *glos.* nota in *l. iubemus. C. de li.*
14 *causa*, quæ idem tenet. ¶ Item nota, † quod quotienscumque apparet reum esse confessum in iudicio legitime ad totum id super quo proceditur contra eum, criminaliter, vel ciuiliter potest condemnari, quamquam totus reliquus processus sit ineptus, secundum *Inno.* in *cap. qualiter, & quando.* in 2. *extra. de accusa.* in *glos.* 2. *vers. non negamus.* idem tenet *Bart. ff. de custo. re. l. si confessus.* & *Angelus* in *l. denunciasse. ff. de adulterijs.* & de hoc videtur casus singularis in *cap. Pisanus. extra. de restitu. spo.* in *Cle.*
15 *constitutionem. de elec.* & est ratio, † quia sicut sola confessio sufficeret, si nullus alius processus præcessisset: vt in *l. vnica. C. de confessis.* & *cap. fi. extra. de coha. cleri. & muli.* Idẽ debet esse si præcessisset actus nullus, per regulam *l. vnica* in prin. *C. de rei vxor. act.* facit, quod notat in simili *Bar.* in *l. prima.* in prin. *C. de eden.* secundum *Matthæum de Mata-*
16 *selanis* in 54. *notabili.* ¶ Vlterius † nota ex *Clem. pastoralis. de re. iudi.* quod si aliquis Romanus deliquit Paduæ, & fuit captus per iudicem Treuesinum, iudex Paduæ petit sibi remitti delinquentem. Dic quod iudex Treuesinus tenetur de iure ad eum remittere. Et si delinquens vult se excusare ibi coram iudice Treuesino, dicẽs, quod non deliquit, vel si deliquit, in bannitum, & sic dicit se non esse puniendum. dicit *Bald.* quod non debet audiri, nisi in loco in quo deliquit. & *Bart.* quærit de ista quæstione in *l. prima. ff. de pu. iudi.* &
17 *Bald.* in *l. prima de li. causa.* ¶ Sed pone, † quod aliquis in platea coram omnibus committit homicidium, ita quod factum est notorium; nunquid iste deprehensus in crimine poterit statim condemnari ad mortem, vel aliam pœnam corporalem, non datis sibi defensionibus? Videtur, quod sic, quia in confessis nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando & exequendo, & in notorijs non seruatur ordo iuris. *extra. de accusa. cap. euidentia.* & 2. *q. prima. cap. manifesta.* & *cap. de manifesta.* & *extra. de app. cap. consuluit.* in *prima.* & in *l. vnica.* & alijs iuribus superius allegatis. Dic contra quia potest dicere se iure fecisse, & occisum fore transfugam, vel à pace & treuga eiectum; & licet in notorijs non seruetur ordo iuris ciuilis, tamen citatio, & defensiones, quæ sunt de iure naturali, nõ debent denegari, vt in dicta *Clem. pastoralis.* & in iuribus allegatis supra in prima quæstione. ¶ Sed
18 quid † si timeatur tumultus in ciuitate, nisi ille homicida suspendatur ilico, nunquid in tali, vel simili casu poterit condemnari, non datis defensionibus? Videtur, quod sic, quia propter casus emergentes licitum est quandoque leges transgredi, iuxta notata per *Inno. extra. de consti. cap. primo.* & pro sedando scandalo permittitur, quod alias non permitteretur. In contrariũ facit hæc constitutio. quæ est lex iurata, & pro nullo scãdalo debet periurium committi, quia citius scandalum nasci

nasci permittitur, quam veritas relinquatur: vt *extra.de reg. iur. cap. scandalizauerit.* quid dicendum? Certe in foro animę potius iudicarem neminem debere absq. defensione debita condemnari, etiam si scandalum timeatur, quia potius debemus omnia mala pati, quam malo cõsentire. 32.q. 5.*cap. ita ne. & exequendum metus causa. cap. sacris.* cum similibus. In foro autem iudiciali forte potest Princeps, si videatur illum verisimiliter non habere legitimam defensionem, ilico punire delinquentē, ad terrorem, si casus id exigat; maxime vt cesset strages multorum, quia *expedit vt vnus moriatur pro populo, ne tota gens pereat.* & iuramen-
19 tum † de seruando constitutiones non extenditur ad casum huiusmodi incogitatum, de quo non est verisimile sub generalitate comprehendi, &
20 multæ † conditiones in iuramentis subintelliguntur, de quibus notatur in *cap. quemadmodum. extra.de iureiuran.* In alijs inferioribus Principe non est ita laxanda per omnia potestas, quia ipsi sunt sub lege, quia iudicanti respiciendum est ne quid aut durius, aut remissius agat, quam causa deposcit, nec enim seueritatis aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout vtraque res postulat, debet statui: vt *ff.de pœnis. l.*
21 *respiciendum.* in prin. Princeps † vero solutus est legibus: vt *ff.de legi.l. Princeps.* & *C.de legibus.l.digna vox.* est etiam supra ius: vt *extra.de conce.praben.*
22 *cap. proposuit.* Item † est vigor iustitiæ. *C. de iure fisci.l.prohibitum.* in fi.*lib.* 10. Immo ipse est lex animata: vt in *authent. de consulibus.* in principio, nec potest omnino à se abdicare imperium. Quæ omnia submitto correctioni, & determinationi cuiuslibet melius sentientis. Vide & repete hic quæ dixi supra in *curia proxima. c. insuper.* secundum beatum Thomam: & in *cap. occasioni perpetrandi*
23 *strages.* ¶ In textu, ibi, *actu.* Sed an actus † contra constitutiones valeant, dicam infra *cap. proximo.*
24 Item in textu, ibi *derogari.* Nota † quod lex rogatur cum profertur, abrogatur cum tota aufertur, subrogatur cum aliquid ei additur, derogatur cum ei aliquid detrahitur, adrogatur cum vna parte detracta alia ei additur, secundum *Hugonem*, qui ita notat *in decretis.* 4. *dist.* §. *leges.* super verbo *abrogatur.* vide ibi quæ notantur etiam per *Gui. in Rosario* latius, & tex.cũ gloss. *de verb.sig.l. de-*
25 *rogatur.* ¶ Quæro, † quis modus seruãdus est adhoc vt quis dicatur perseuerasse in confessione causa? Dic, ꝙ postea quã fuit confessus semel in tormentis, debet duci ad banchum, vt ratificet dictum, quo facto dicetur perseuerasse in confessione: iste modus traditur in *l.2.C.de custo.re.* & alibi non reperitur, secundum *Bald.* vide *Gui. de Cugno in suo*
26 *tractatu de quæstionibus.* ¶ Item † quæro. Titius est accusatus, quod occidit Sempronium, qui Sempronius occisus fuit à Lucio, & Titius confessus est vi tormentorum se occidisse ipsum, & sic occisorem, nunquid contra ipsum possit inquiri? Textus qui alibi non reperitur, dicit, quod sic in *l. seruum.* in principio. *ff.de interrog.actio.* secundum
27 *Bald.* ¶ Vlterius quæro, † an inquisitus, vel accusatus peccet mortaliter, negando, vel celando in iudicio veritatem, per quam condemnaretur? Dic quod quicumque facit contra debitum iustitiæ, peccat mortaliter, pertinet autem ad debitum iustitiæ, quod alter obediat suo superiori in ijs, ad quæ ius prælationis pertinet; superior autem est iudex respectu eius qui iudicatur, & ideo ex debito tenetur accusatus iudici veritatem exponere, quam ab eo secundum formam iuris exigit. Et ideo si confiteri noluerit veritatem, quam dicere tenetur; vel si mendaciter eam negauerit, peccat mortaliter; si vero iudex hoc exquirat, quod non potest secundum ordinem, non tenetur ei accusatus respondere, sed potest per appellationem, vel alias licite subterfugere: mendacium tamen dicere non licet secundum *Thomam*, & *Gui.* qui ita notant 22. q. 2. *cap. in ipsarum.* alias in §. *sunt enim quædam.* super verbo *mendacium.* de mendacio tractatur in *lib.3.sent.dist.*38.*cap. Sed de mendacio.*

Declaratio *vsatici, Princeps namque.*

SVMMARIVM.

1 *Nullus inferior à domino Rege in Cathalonia facere potest processum in vim* vsat. Princeps namque.
2 *Locumtenens Principis an possit conuocare hostes in vim* vsat. Princeps namque.
3 *Prærogatiua* vsat. Princeps namque, *solum pertinet domino Regi.*
4 *Princeps proprie est superior, qui alium non recognoscit supra se.*
5 *Comites, & magnates qui dicantur.*
6 *Actus contra constitutionem an valeat, traditur alibi bi...ta distinctione.*
7 *Ius nec in possessione, nec in proprietate acquiritur per actum factum contra constitutiones, & vsaticos.*
8 *Iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ.*

PRæterea ordinamus, quod si occasione vsatici Prin-
1 ceps namque, &c. Casus. † *Vsaticus, Princeps namque*, est regalia soli Principi supremo Cathaloniæ pertinens. Hoc dicit. Vel sic magis ad litteram. Nullus inferior domino Rege potest in Cathalonia facere processum *vsatici, Princeps namque.* & secus attentata in contrarium sunt ipso
2 facto irrita atque nulla. Hoc dicit. Sed † an locumtenens Principis poterit conuocare hostes in vim huius vsatici? Forte non, licet viderim cõuocari per inclytum Infantem Ioannem primogenitum locumtenentem domini Regis Renati.
3 Nota. † quod casus & prærogatiuæ *vsatici. Princeps namque*, solum pertinent domino Regi, Comiti Barcinonæ Principi Cathaloniæ, quod probat littera vsatici, qui dicit, *Princeps namque.* loquendo antonomastice, & in singulari: debuit enim, & debet intelligi de supremo, quod declaratur hic: non enim pertinet ad Barones, milites, & alios Principes inferiores, de quibus loquuntur vsatici quandoque in plurali, vt sunt potestates &
4 magnates. Sed † proprie Princeps est superior, qui alium non recognoscit supra se, & iste est vnus: vt 7.*q.prima, cap. in apibus.* & hic, & in dicto

Kk *vsatico*

vsatico, Princeps namque. vide quæ ibi scripsi. Co-
5 mites † vero in hac patria dicuntur potestates, inferiores vero nobiles dicuntur magnates, vti sunt Vicecomites, Comitores, & Valuasores, & alij nobiles, & Barones: vt colligitur ex *vsat. ex magnatibus.* vbi de hoc notatur per *Iaco. de Monte*
6 *Iudaico.* Vnde si † quæratur an valeat actus contra constitutiones; dicas secundum *Ioannem de Imola*, quod aut apponitur decretum; & tunc clarum est, quod non valet actus in contrarium. Aut non apponitur decretum; & tunc aut ille, cui fit inhibitio, recipit potestatem ab illa constitutione. Et tunc non valet, quod facit in contrarium. Aut non recipit potestatem ab illa constitutione, sed ab alia, & tunc aut sumus in habentibus causam perpetuam prohibitionis, & non tenet: vt *l. non dubium. C. de legibus.* vbi de hoc. Aut in alijs non habentibus perpetuam causam prohibitionis, & tunc secus: vide *glos.* in *cap. primo. de iure patronatus.* in *Clementina*, super verbo *inhibentes.* Et ibi etiam per *Petrum de Ancarrano.* & vide ibidem latius per *Ioan. de Imola.* quia aut lex, vel constitutio prohibens procedit vltra. Aut non procedit vltra, sed simpliciter inhibet. Primo casu aut procedit vltra actum confirmando: & valet: vt *l. prima. §. biduum. ff. quando appell. sit.* Aut procedit vltra decretum apponendo, & tunc non valet actus in contrarium. Facit *de despo. impu. cap. ad dissoluendum.* in fin. Aut procedit vltra dando remedium contra factum. Et tunc si est remedium rescissorium, valet actus, sed potest rescindi: vt in *titul. ff. de dolo.* facit quod notat *Bar.* in *l. non dubium. C. de legibus.* Aut procedit vltra pœnam apponendo, & tunc aut est pœna necessario inferens nullitatem actus, & tunc non valet: vt *l. prima. ff. de no. op. nunci.* Si vero non inferatur necessario nullitas actus, & tunc aut illa pœna non posset habere locum sine actu valido, & valet actus: vt *l. fin. ff. de diuor.* Aut nullitas actus cum pœna bene se compatiuntur, & tunc aut nullitas tendit in præiudicium prohibiti, & non valet actus. Aut in præiudicium tertij, & valet. Secundo casu principali, scilicet, quando simpliciter prohibet, & plus non dicit. Aut ille recipit potestatem ab illa constitutione, &c. vt supra, quod prosequere latius per *Ioan. de Imola.* in *Clement. præallegat. gl* s. super verbo *inhibentes.* ¶ Item
7 nota, † quod per actum factum contra constitutiones, & vsaticos, cum sint iura, & leges iuratæ huius patriæ non adquiritur ius alicui in possessione, nec in proprietate. Ratio est: quia habetur pro infecto: vt hic, & *C. de legibus. l. non dubium.* 25. *q.* 2. *cap. Imperiali.* & supra *collatione tertia. cap.* 8. & *cap.* 17. vbi dixi: est etiam ratio quia fit contra iuramentum licitum, & ita est nullum: & sic non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum. adhoc *ff. de legibus. l. quod non ratione.* cum similibus. & quod notat *Bart. ff. de fideiusso. l. si quis.* omnes enim in curia generali pro eo interessentes repræsentant totum Principatum, & iurant seruare has constitutiones, quæ
8 sunt leges pactionatæ & iuratæ. Et † iuramentum habet vim clausulæ derogatoriæ: vt notat *Bart.* in *l. si quis.* in principio. *ff. de legatis tertio.* in *quæstione penultima.*

De feudis, & foriscapijs.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium debetur pro acquisitione feudi titulo oneroso facta per quamcumque personam, etiam si sit de descendentibus: quod laudimium est tertia pars pretij seu æstimationis ipsius feudi.*

2 *Laudimium non debetur ex acquisitione facta titulo lucratiuo per patrem, matrem, vel descendentes ex recta linea.*

3 Capitulum primum priuilegij, Del recognouerunt proceres, *limitatur.*

4 *Sine laudimio liberum est dare liberis de iure communi.*

5 *Tituli lucratiui enumerantur.*

6 *Laudimium debetur ex acquisitione facta titulo lucratiuo per auum, vel alios ascendentes collaterales, & extraneos: quod laudimium est decima pars pretij seu æstimationis feudi.*

7 *Laudimium proprie est decima pars pretij, sed foriscapium proprie est tertia pars ipsius: quamuis largè sumpto vocabulo totum dicatur laudimium. idem num.* 39.

8 *Medium laudimium debet solui pro speciali obligatione seu impignoratione feudi. idem nu.* 41.

9 *Laudimium non debetur pro obligatione facta per maritum, vel parentes suos in fauorem vxoris pro tuitione, & securitate suæ dotis.*

10 *Laudimium debetur si feudū datur, vel obligatur pro dote, non ab vxore, nec à parentibus suis; sed ab auo, vel alijs.*

11 *Consuetudo reprobata non potest præscribi, cum sit irrationabilis.*

12 *Vassallus potest alienare feudum in quos voluerit, dummodo sint capaces. Itidem proximior ipsius vassalli potest sibi succedere in feudo, dummodo sit capax, saluis tamen domino feudi iuribus laudimij, & foriscapij, & fatiche triginta dierum in contractu venditionis, & quod possit gratificare vni soli de ipso feudo, vbi sunt plures ab intestato succedentes. idem n.* 45.

13 *Feudum si alienatum fuerit penes manum mortuam, debet euacuari intra annum, & poni penes capacem, reseruata domino feudi tertia parte pretij seu æstimationis feudi pro laudimio seu foriscapio. idē n.* 50.

14 *Feudum realiter emparari potest, vbi nouus vassallus non soluto laudimio seu foriscapio possessionem feudi intrauerit. declaratur nu.* 15.

16 *Laudimium integrum soluitur domino feudi, pro quo solum tenetur.*

17 *Laudimium diuiditur æqualiter inter duos dominos, vbi feudum tenetur pro duobus dominis.*

18 *Feudum vbi tenetur pro tribus, vel pluribus dominis, dominus maior habet tertiam partem laudimij seu foriscapij, & reliquæ duæ partes diuiduntur æqualiter inter alios dominos, quotquot fuerint.*

19 *Laudimium soluitur per acquisitorem, nisi aliter conuentum fuerit inter contrahentes. idem nu.* 30.

Consti-

I*Tem ne super laudimio aut foriscapio,*&c. Ista constitutio est longa, & vtilis ac vulgata: habet enim materiam quotidianam, & non potest congrue summari. Sed diuido eam in quindecim
1 partes. ¶ In prima parte dicitur, quod pro † adquisitione feudi titulo oneroso facta per quācunque personam, etiam si fuerit de descendentibus per rectam lineam, debet solui domino directo feudi pro laudimio seu foriscapio tertia pars pretij seu æstimationis ipsius feudi. Hoc dicit. Vsque ad §. *Sin autem ipsum feudum titulo lucratiuo.* Ibi est
2 secunda pars, in qua dicitur, † quod si feudum titulo lucratiuo peruenerit ad patrem, vel matrem, vel ad descendentes per rectam lineam, nullū debetur laudimium seu foriscapium pro ipsa noua translatione; etiam si in ea retineatur, quod certa res, vel pecunia per illum, in quem transfertur, habeat erogari: puta, quia retinet pro alimentis,
3 vel alijs necessitatibus: & per † hoc debet li-

mitari *cap. primo del recognouerunt proceres.* quia non dicitur fraus fieri inter ascendentes, & descendentes propter consanguinitatem: pro hoc est *vsati. auctoritate, & rogatu.* Item dictum capitulum primum non loquitur de istis; sed habet in-
4 telligi inter extraneos, vel collaterales, quia † de iure communi est licitum dare liberis sine laudimio, ideo ibi dicitur, *quod quilibet potest dare,* &c. scilicet, etiam si fuerit extraneus, quia de liberis non erat dubium de iure communi; ergo non erat necessarium priuilegium nisi inter extra-
5 neos, quod nota valde. Et sunt tituli † lucratiui, vt puta donatio, legatum, hæredis institutio, fideicommissum, vinculum, substitutio, & huiusmodi. Hoc dicit. Vsque ad §. *Si vero is cui.* ¶ Ibi
6 est tertia pars, in qua dicitur, † quod si is, cui feudum titulo lucratiuo peruenerit, sit auus, vel de alijs superioribus, vel collateralibus, vel alijs extraneis, debet solui decima pars pretij, seu æstimationis ipsius feudi, quæ laudimium proprie in Cathalonia nuncupatur. Hoc dicit. Vs-
7 que ad §. *Si tamen aliquo.* Laudimium † proprie est decima pars pretij, sed foriscapium proprie est tertia pars ipsius pretij, sed largo modo totum est laudimium, quod soluitur ratione laudi seu firmæ domini directi, qui habet faticham triginta dierum, an velit laudare, an vero retinere. Sed si retinuerit, laudimium non habebit: sed totum pretium soluet venditori. ¶ Ibi est quarta pars,
8 in qua † dicitur, quod pro obligatione speciali feudi, seu reali eius impignoratione debet solui domino feudi vigesima pars quantitatis, pro qua fuerit obligatum. Hoc dicit. Vsque ad §. *excepta tamen obligatione.* ¶ Ibi, est quinta pars,
9 in qua, † à proxime dicto excipit obligationem, quæ fit pro contractu nuptiarum inter virum, & vxorem, vel eis à parentibus suis, pro quo tunc nullum debetur laudimium. Hoc dicit. Vsque ad §. *Sin autem alius.* ¶ Ibi est sexta
10 pars, in qua † dicitur, quod vbi non ab vxore, nec à parentibus suis; sed ab auo, aut alijs feudum pro dote daretur, vel obligaretur; tunc decima pars tantum, quæ est proprie laudimium, debet solui domino feudi. Hoc dicit. Vsque ad §. *Et prædicta, & subscripta.* ¶ Ibi est septima pars, in qua remouetur vsus seu consuetudo generalis, & specialis in contrariũ obseruatur. Item etiam remouetur hic distinctio feudorum. Hoc dicit.
11 Vsque ad §. *Adijcientes, quod vassallo.* Nota † quod ex quo vsus, & consuetudo fuerint hic reprobati, non valeret vlterius præscribi, cum esset irrationabilis, de quo dic vt notatur in *cap. finali. extra. de consuetud.* in dicto §. *adijcientes, quod vassallo.* ¶ Ibi est octaua pars, in qua conceditur fa-
12 cultas † vassallis alienandi feuda, in quos voluerint, dummodo sint capaces, & quod proximior ipsius vassalli possit sibi ab intestato succedere in feudo, sicut in alijs bonis, dummodo fuerit capax, saluis tamen domino feudi iuribus laudimij, & foriscapij in dictis casibus, & faticha triginta dierum in contractu venditionis. Sic tamen, quod vbi fuerint plures ab intestato succedentes, dominus feudi possit vni soli de ipso feudo gratificare, iuxta vsaticos Barcinonæ. Hoc dicit. Vsque ad §. *vbi vero vassallus.* ¶ Ibi est no-
13 na pars, in qua dicitur quod si vassallus † de feudo disposuerit pro anima, vel alias in testamento seu vltima voluntate, vel inter viuos relinquendo, vel donando Ecclesiæ, vel alteri manui mortuæ, seu in alium non capacem, tunc tale feudum habet infra annum alienari in aliquem capacem, tertia parte pretij seu æstimationis pro laudimio seu foriscapio feudi domino reseruata. Hoc dicit. Vsque ad §. *Intendimus tamen.* ¶ Ibi est decima pars, in qua declaratur, quod
14 vbi † in aliquo de prædictis casibus, in quibus competit domino feudi laudimium seu foriscapium, aliquis, non soluto laudimio seu foriscapio, intrauerit possessionem ipsius feudi, poterit sibi dominus prædictam possessio-
15 nem feudo realiter emparare. Secus † tamen est in casibus, quibus dictum est nullum præstari laudimium seu foriscapium. Hoc dicit. Vsque ad §. *Et si feudum.* ¶ Ibi est vndecima pars, in
16 qua declaratur, quod si feudum † pro vno solo domino tenetur, sibi soli debetur integrum laudimium seu foriscapium, de quo est præmissum. Hoc dicit. Vsque ad §. *Si autem pro pluribus.*
17 ¶ Ibi est † duodecima pars, in qua declaratur, quod quando feudum tenetur pro pluribus dominis successiue: tunc si sunt duo domini tantum, quorum consensus sit requirendus, diuiditur laudimium seu foriscapium inter ambos æquis partibus, scilicet, mediatim. Hoc dicit. Vsque ad §. *Si vero tres, vel plures.* ¶ Ibi est tertia deci-
18 ma pars, in qua dicitur, quod quando † sunt tres vel plures domini in feudo, tunc dominus maior habet tertiam partem laudimij seu foriscapij; & reliquæ duæ partes diuiduntur inter alios dominos æquis partibus quotquot fuerint. Hoc dicit. Vsque ad §. *dictum autem laudimium.* ¶ Ibi est quarta decima pars, in qua declaratur, quod
19 dictum † feudi laudimium seu foriscapium semper debet solui per illius adquisitorem, & non per alienatorem, nisi aliter conuentum fuerit inter contrahentes. Hoc dicit. Vsque ad §. *Et prædicta omnia.* ¶ Ibi est quinta decima pars, & vl-
20 tima huius † constitutionis, vbi extenditur præsens constitutio nedum ad futura, sed etiam ad præterita, quę per sententiam, vel compositionem non fuerint sopita. Hoc dicit. Vsque in fi-
21 nem eius capituli. ¶ Circa huius † materiam quæro quid sit laudimium? Respondeo, laudimium dicitur illud, quod ratione contractus, qui fit per emphiteotam, domino debetur: & de iure debetur quinquagesima pars, alias seruatur consuetudo cuiuslibet terræ: vt *C. de iure emphiteo. l. cum dubitatur.* Laudimium est ius quod habet dominus ratione firmæ laudamenti seu consensus, & approbationis feudi alienatio-

nationis; cum alias de iure communi non valeat feudum alienari sine consensu domini: vt in *feudis tit. de prohibita feu. alie. per Lotharium.* & in *tit. de probi. feu alie. per Fredericum.* & supra in *cōstit. pacis & treuga. c. hac est pax. §. nullus. Christianus. vers. nec etiam feudum.* & in *vsat. Barcin. c. Si quis suũ feudũ.* Sed hodie per hāc constitutionem in Cathalonia potest feudum alienari in capacem, irrequisito domino, dummodo soluatur sibi laudimium seu foriscapium, vt in hac constitutione habetur. Habet tamen dominus ius retinendi infra triginta dies, soluendo pretium in casu venditionis ipsius feudi: vt supra *ead. cap.* in *§. adijcientes.* Nec potest possessio rei feudalis, vel emfiteoticariæ adipisci sine firma aut consensu dñi directi iuxta constitutionem *Regis Ferdinā- di. cap. als scandols.* vide quæ ibi scripsi. ¶ Item

22 quæro † quæ sit differentia inter laudimium, & foriscapium? Respondeo, laudimium est nomen generale, & comprehendit quandoque etiam foriscapium: vt patet supra in principio huius cōstitutionis, & in alijs locis, dum dicit, *pro laudi-*

23 *mio, seu foriscapio:* sed tunc † seu tenetur expositiue, scilicet, pro idest: quia tunc laudimium dicitur largo modo. Sed laudimium stricte & proprie de iure Cathaloniæ est decima pars pretij seu æstimationis rei feudalis alienatæ: vt dicitur supra in *§. Si vero is cui.* sed de iure communi est

24 quinquagesima † pars: vt *C. de iure emfi. l. cum dubitantur.* foriscapium vero est tertia pars ipsius pretij seu æstimationis: vt dicitur supra in *§. vbi vero vassallus.* & in principio huius constitutionis.

25 ¶ Item † quæro quid sit feudum? Respōdeo, Feudum est concessio rei pro homagio facta: *extra. de simo. cap. ex diligenti* secundum *Goffred.* Vel aliter feudum est res aliqua ad vtendum concessa alicui sub prestatione alicuius honesti seruitij; & dicitur à fidelitate, quam feudatarij siue vasalli dominis suis iurare, & præstare tenentur: *extra de iu-*

26 *reiur. c. veritatis.* & *c. ea te.* Est † tamen quoddam feudum franchum, quod fit sine fidelitate ex pacto: & quādoq. est proprietas infeudata, secundum *Bald.* in *l. si plures. ff. de condi. insertis.* Est etiam feudum honoratum, de quo non præstatur aliquod seruitium, nisi tantum homagium, vt in vsantijs Gerundæ. *cap. feudum honoratum.* vide quæ ibi dixi in compillatione quam inde feci *ti. seu Rubrica de iure emfi.* & *feudali. cap. feudum.* & *cap. non amittit.* & *cap. vltimo.* & latius in Summa, quam postea

27 composui de homagio. ¶ Vlterius nota, † quod habemus contractum feudalem, & emfiteoticarium, & censualem. Et differentiam inter contractum feudalem, & emfiteoticarium. nota *extra. de*

21 *consti. quæ in Ecclesiarum.* in *glos. penult.* Sed † inter rem emfiteoticariam, & rem censualem nota tres differentias. Prima, quia in contractu emfiteotico transit vtile dominium ad emfiteotam, sed remanet directum dominium penes donatorem. In censuali vero vtrumque dominium transit in censuarium. Item emfiteota, de iure communi si cessauerit in canonis solutione iure ciuili Romano, per triennium, iure canonico per biennium cadit à iure suo. *C. de iure emfi. l. 2. glos. triennium.* & *extra. de loca. cap. potuit.* Item emfiteota non potest vendere sine consensu domini, censuarius vero sic. Et

29 in dubio † propter libertatem potius præsumitur contractus censualis, forte nisi dominus haberet maius dominium in loco: vt notatur in *spe. ti. de iure emfi. vers. Item si no constat. sub vers. 86.* adde quæ dixi infra *colla. 9. curia domini Ferdinandi. cap. als scandols.* vbi ponitur pœna illis emptoribus, qui absque firma, vel consensu domini directi intrant possessionem rei emptę emfiteoticariæ, vel feudalis: vide etiam in pragmatica, *quoniam digne.* ¶ In textu circa principiũ, ibi, *pro renouatione.* dic, idest translatione vtilis dominij; seu eius adquisitione: vt infra *ead. §. Si vero is cui sibi noua adquisitione,* &c.

30 quia † adquirens ipsum vtile dominium habet soluere ipsum laudimium seu foriscapium: nisi aliter actum sit inter contrahentes: vt infra *ead. §.*

31 *dictum autem.* Vnde † patet ex ijs, quod si contractus sit nullus, & sic non transferatur ex eo dominium, quod non debeatur laudimium seu foriscapium: vide *l. fi. C. de eunuchis.* & ibi *Bald.* in fi. Itē vide *P. Helie. in suo tractatu de iure emfiteotico, & feudali.* in *q. iuxta hoc pone, quod emfiteota.* & ita est argumentum, quod si soluatur stat quod in margine notæ instrumenti consueuit apponi nullum debeatur laudimium. quia cancellato instrumento apparet contractum nullum fore. Sed tamen de consuetudine Gerundę datur medium foriscapiũ, super quo vide *Gui. de Cugno.* in *l. perfecta quando liceat ab emp. recedere.* & vide *glos.* in *l. cum filius. §. pater. ff. de legatis secundo. Bald. C. communia. de legatis primo. §. sed nostra.* In contrarium facit, quod dicitur de præconeta, quod recisa venditione tenetur reddere salarium. arg. *l. debet. ff. de edil. edic.* & *l. iubemus. §. Sane. C. de sacrosanct. Eccles.* Sed *Ioan. Fabr. insti. de emp. & ven.* circa prin. *vers. & hac quæstio minus esset dubia,* &c. dicit quod si à venditione ante translationem dominij recedatur, non debetur domino laudimium, & hoc puto verius, nec forte tenet dicta cōsuetudo, saltem in feudalibus, quia videtur reprobari in hac constitutione in

32 *§. prædicta & subscripta.* Et quando † dicatur perfecta venditio, & quando non, vide per *Cynum. C. quando li. ab emp. re. l.* 1. adde quæ notat *Bart. ff. depo. l. 1. §. si rem.* & *ff. de pac. l. iur. gentium. §. adde.* ¶ Sed

33 an † in cancellatione instrumenti requirantur dies & testes, vide *Bal.* in *l. nostram. C. de testi.* & *l. si vnus.* Item nota, quod mortuo illo pro quo stabat, succedit arbitrium boni viri, idest, iudicis ordinarij; vt notat *glos.* in dicta *l. cum filius. §. pater. ff. de legatis secundo.* vide in *l. si quis arbitratu. ff. de verbor. obli.* ¶ In textu, ibi, *dubitetur forte.* dicebatur olim, quod de quocumque contractu alienationis feudi in alios quam in descendētes, solueretur laudimiũ, quod est proprie decima pars, vel forsan erat

34 dubiũ † an seruaretur vsantia Gerũdę, quę seruatur in alienatione rei emfiteoticarię; quæ vsantia,

scripta reperitur sub forma sequenti: *Debes scire, quod tria sunt iura consuetudinaria in Cathalonia noua, quæ est à Lupricato citra, quæ pertinent dominis. Primum ius est tertium; & pertinet eis tertium, quando res, quæ pro domino tenetur, venditur. Et dicitur tertium, quod si antequam fiat venditio, emphiteota conueniat cum domino, si res valet trecenta, dominus debet habere centum. Si autem sit facta, dominus habet medietatem de toto, eo quod habuit de re. Secũdum ius est, scilicet, medium tertium, & medium laudimium: hoc pertinet domino, quando res donatur, legatur, & alias alienatur, puta permutatione, vel alias pecunia non interueniente, quia tunc competeret tertium. Et est mediũ tertium, scilicet, medietas tertij directi, & medietas laudimij directi est medium laudimium. Item habemus laudimium, quod pertinet domino, quando res, quæ pro domino tenetur, obligatur. Et est laudimium de quolibet solido duo denarij: verumtamen est quod quasi consuetũ est quod pro centum solidis, pro quibus res sit obligata, nõ vult dominus nisi decem solidos. ¶ Item est sciendum; quãdo pater dat filio, vel alijs descẽdẽtibus, vel ascẽdẽtibus, nõ habet locum medius laudimius, nec medius tertius, nec habet inde aliquid dns. Sed hoc nõ habet locũ in transuersalibus, quia illi extranei dicuntur, & sic dominus habet ius competens secundum prædicta.* Ecce vides differentiam inter dictam consuetudinem, &

35 hanc constitutionem. Sed † constitutio seruatur in feudis, repulsa consuetudine, quæ tamen adhuc seruatur in alienationibus rerum emphiteoticariarũ, de quibus vide latius in dicta compillatione vsantiarum diœcesis Gerunden. *cap. 1.* & *vltimo*, & quasi per totum. ¶ In textu, ibi, *aut alio con-*

36 *simili*, puta diuisione, † quæ vicẽ obtinet emptionis: vt *l. 1. C. communia vtriusq. iudicij.* & *l. si fratres. eod. tit.* & *ff. de verbo. oblig. l. qui Romæ. §. duo fratres.* & *l. si filia. §. si pater. ff. familiaris.* In contrariũ facit *l. in fuga.* & quod ibi notat *Gui. de Suda. C. de plagia.* vide quæ notantur in *l. alienationes. ff. fami-*

37 *liaris* per *Mar. de Sy.* quid dicendum? † Certe in re feudali mihi videtur per hanc litteram, quod de diuisione, quæ similis est venditioni, debeatur laudimium seu foriscapium. Sed in re emphiteoticaria crederem distinguendum, quia aut fit diuisio iudicio communi diuidendo: & tunc debeatur laudimium, aut iudicio familiaris, inter cohæredes, inter quos diuisio non est alienatio: vt in *authen. de litigiosis. colla. 8.* & tunc non debeatur laudimium: quæ distinctio satis posset tollerari etiã in diuisione rei feudalis: quia diuisio, quæ fit inter cohæredes iudicio familiaris, non est similis cõtractui venditionis, & hoc verum si de feudo permitteretur diuisio; alias secus; quia dominus poterit gratificari de feudo vni cohæredum: vt infra *ead. §. adijcientes. vers. sic tamen, quod si plures.* & in *vsat. Barcino. cap. si à Vicecomitibus.* de quo ibi fit mentio, & in *comme. P. Alberti. cap. vassallus.* & *Iaco. de Monte Iudaico.* in dicto *vsat. si à Vicecomiti-*

38 *bus.* ¶ In textu, ibi, *legati.* de iure communi † debetur ex quolibet legato foriscapium: vt *l. his verbis. §. si. ff. de legatis tertio.* alias est *lex penulti.* alias incipit *§. si filius.* & hæres habet soluere vt ibi: secus est hic, quia descendentes nil dant pro legato, alij vero tantum dant laudimiũ directum, quod est decima pars, & soluitur per legatarium, qui adquirit, & non per hæredem, vt patet in hac constitutione. ¶ In textu, ibi, *quæ laudimium propriæ.*

39 Nota † hic, quod laudimium quandoque accipitur proprie, & tunc est decima pars, vt hic, quandoque improprie, scilicet, pro foriscapio, quod est

40 tertium pretij, vt est dictum superius. Sed † an laudimium pertineat vsufructuario, vel proprietario, dic quod proprietario, qui habet laudare tanquam dominus: vide *Bart.* in *l. prima. §. emancipatus. ff. de coniung. cum eman. liberis.* quia laudimium non est fructus rei, sed debetur propter rem, scilicet, propter laudationem; in qua renouatur dominium. ¶ In textu, ibi, *in pignore.* Et ita habes

41 hic, † quod ex speciali hypotheca seu obligatione debetur laudimium. Et idem pro reali impignoratione: sic in *vsat. Si quis suum feudum.* vide ibi *Iaco. de Monte Iudaico*, super verbo, *impignorauerit.* Ad idem in *vsat. si quis Baiuliam.* & ibi dixi, quia

42 nomen † alienationis etiam pignus largo modo comprehendit: vt *extra. de rebus Eccles. non alie. cap. nulli.* Secus est ergo si generaliter, & sine traditione obligetur feudum, tunc enim nullum debetur domino laudimium, vt patet hic à contrario sensu. Fallit vbi feudum obligatur pro dote, vt hic: & idem de re emphiteoticaria iuxta priuilegium Barcino. *del recognouerunt proceres*, &c. *Item quod in*

43 *sponsalitijs.* Et nota, † quod hypotheca est obligatio rei immobilis, vel etiam mobilis sine traditione. Sed pignus est rei mobilis traditæ, vt notatur

44 in allegato *cap. nulli.* Vtrum † eo casu quo feudũ potest impignorari, constituatur pignus sine inductione in possessionem: ita quod possit agi hypothecaria? *Bald.* dicit quod non, quia nulla realitas potest adquiri in feudo sine corporali inuestitura: vt in *cap. 1. in prin. in feu. quæ sit inuestitura. colla. 10.* & est menti tenendum: vide in *l. postquam. C. vt in posse legatorum.* ¶ In textu, ibi, *simuliter*, dic, idest, econuerso. ¶ In textu, ibi, *vsu, vel consuetudine.* Nota, quia nisi hoc dixisset expresse, adhuc seruarentur vsantiæ, & consuetudines locorum: vt *extra. de consti. cap. licet Romanus. lib. 6.* & facit multum ad notata supra *colla. 2. cap. Statuimus itaque.* ¶ In textu, ibi, *paternum.* de hoc vide per *Hostien. in Summa tit. de feu.* & *in spe. eod. tit. §. vlti. vers. sed quæritur, idem est cum feudum paternum, & antiquum.* ¶ In textu, ibi, *adijcientes, quod vassallo sit licitum*, &c.

45 & sic patet, † quod hodie per hanc constitutionem est licitum vassallo alienare feudum sine cõsensu domini, & per hoc videtur corrigi aliquantulum *vsaticus, si quis suum feudum.* & *l. Imperialem de prohi. feu. alie. per Fredericum.* Vnde hodie non poterit dominus emparare feudum à vassallo incapacem alienatum, nisi post apprehensam possessionem, vel nisi infra triginta dies, quos habet de fatica in contractu venditionis, vt hic subijcit: & poterit dominus petere foriscapium, vel laudimium

laudimium pro firma & consensu, vt dictum est
46 supra. ¶ In textu, ibi, *in capacem*. dic quod † omnes dicuntur capaces, qui à iure non prohibētur.
47 arg. *ff. de procura. l. mutus*. prohibetur † enim feudum alienari in Ecclesiam, vel aliā manum mortuam: vt infra *c. §. ubi vero*. Item prohibentur monachi, & alij, qui non possunt facere seruitium, quod feudū requirit. Item prohibētur feuda alienari in hominem deterioris conditionis: non tamen dicūtur incapaces, sed dominus non tenetur accipere hominem deterioris conditionis, nisi velit, quoniam de consuetudine Cathaloniæ, & etiā de iure oportet feudum surrogari in hominē suæ conditionis, vel melioris, non inferioris: vt in *comme. Petri Alberti. ti. qua & quanta sunt iura, qua dominus habet in homine suo. c. si aliquis habet hominem. §. Item vassallus non potest vendere*. & in §. sequenti & sequentibus. Item prohibētur serui, & omnes, qui non sunt idonei facilitate conueniendi, vnde posset dominus præiudicium pati: arg. *ff. qui satis cogantur. l. 2.* secundum *glo. extra. de loca. c. potuit*, super verbo, *prohibentur*. & arg. *l. si quis stipulatus sit Stychum*. in fi. ibi, *plerunque*. & quod ibi notat *Bar.* Et nota, quod per hanc constitutionem videtur aliqualiter derogatum illi vsatico, *Si quis suum feudum*, quia per hanc constitutionem licitum est feudatario alienare feudum in alium capacem; habet tamen emptor soluere foriscapium domino pro firma & consensu, nisi ipse dominus pro faticha voluerit illud infra triginta dies retinere in cōtractu venditionis, vt statim subijcitur. Sed
48 quæro. † feudatarius vendidit suū feudum alicui, tamen capaci, ignorante domino; qui dominus nunc lapsis triginta, vel quadraginta annis petit foriscapium ratione illius venditionis; emptor vero excipit de præscriptione ipsius foriscapij, nunquid valet talis præscriptio? Respondeo, cōsuetudo est Cathaloniæ, quod foriscapium etiam feudi non potest peti, nisi infra triginta annos: vt in *commemo. Petri Albert. c. Item est consuetudo in Cathalonia, quod si pater*, &c. non obstant *vsatic. Si quis suum feudum*, & quæ ibi notantur per *Iaco.* Item per hanc constitutionem, quæ est posterior, est illi præiudicatum in hoc saltem. ¶ In *text.* ibi, *Et faticha triginta dierum in contractu venditionis*. Nota
49 ergo † hoc, quod faticha, siue ius retinēdi solum cōpetit domino in contractu venditionis, & currunt isti triginta dies a tempore quo dominus scit venditionem fore perfectam: infra quos debet offerre, & consignare pretium, pro quo ipsa vēditio facta fuerit. Non ergo haberet locum in contractu permutationis, vel alio: nisi forte fieret fraus de contractu in contractum. Immo forsan tūc res caderet in cōmissum: quod tamen regulariter non habet locum, de iure Gotico: quod seruatur in Cathalonia in certis casibus, quos dixi supra *colla. 5. c. 28. Item dicimus*. & *colla. 6. cur. Perpinia. c. Statuimus etiā & sancimus, quod filius, vel filia*, &c. In text. ibi, *iuxta vsat. Barcin.* incipit *vsat. Si a Vicecomitib.*
50 vide ibi glos. ¶ In tex. ibi, *infra annum*. Hoc † etiam seruatur de consuetudine in rebus emphiteoticarijs, quando perueniunt ad manum mortuam: quia tunc habet res alienari incapaci infra annum: & tunc soluetur foriscapium per emptorē. In tex. ibi, *realiter empara*, subintellige per emparam realem, de qua dic per *Iacob. de Monte Iudaico*
51 *in vsat. Magnates*, & nihilominus † tenebatur soluere duplex foriscapium domino, si apprehensa fuerit possessio sine consensu domini, vltra pœnas alias a iure impositas; vt in curia domini Ferdinandi *infra collat. 9. c. Als scandols via precloents*.
52 vide ibi. Et † de empara verbali, & de empara reali, vide per *Iacob. de Monte Iuda. in dicto vsat.*
53 *Magnates*, super verb. *Emparauerit*. Sed † an feuda valeant præscribi, notat idem *Iac. in vsat. Si quis suum feudum*, super verb. *Tunc iuri*. & *Pet. Albert. in comme. c. 1.* & *in li. feu. colla. 10. tit. de proh. feud. alie. per Fredericum l. Imperialem. §. Illud autem*. Dic quod regulariter feudum non præscribitur aduersus dominum, quo ad proprietatem feudi, & ita loquūtur dicta iura; secus quo ad petitionem foriscapij, & quo ad ius fatichæ vt supra dixi. Qua
54 liter autē † tollatur dicta empara & quid de fructibus interim per dominū feudi receptis, dic per *Iacob. in dictis vsati. Magnates*, & *vsatic. Si quis suum feudum*. ¶ In text. ibi, *sine domini consensu*: patet er-
55 go hic, quod pro † consensu firma, & laudo domini approbantis venditionem, vel aliam alienationem feudi, soluitur sibi laudimium. vt *C. de iure emphiteot. l. fi. §. ne auaritia*. & facit pro hoc *C. de*
56 *suscept. præpositi. l. susceptores 2. lib. 10.* Sed † an sufficiat consensus tacitus, vide *in vsatic. Si quis suum feudum*. & *in vsatic. Castellani*. Et sic dominus non poterit laudimium petere, nisi paratus sit consensum præstare, laudare, & firmare, & pro alienatione, quam dominus nollet firmare, nullum poterit petere laudimium: sed poterit cogere vt alienetur in alium capacem, qui soluet laudimiū, seu foriscapium, vt in dicto *§. ubi vero*. Item nota,
57 quod iniuriā † facit domino, qui sine eius consensu impignorat rem quæ tenetur pro eo: vt *in con-*
58 *stitu. pacis, Hac est pax. §. nullus Christianus*. Nō † tamen habet locum commissum in hac patria, sed duplicatur laudimium, vt notatur per *Doctores in vsat. Si quis baiulia*. & adde quæ dixi infra *colla. 8. c. als scandols via precloents*. ¶ Ex ijs etiam infero,
59 quod † in hoc casu, quando dominus cogit, & facit feudum vendi alicui capaci, quod non poterit habere ius retinēdi, nec fatichā triginta dierum, quæ datur in casibus alijs præcedentibus dictum *§. ubi vero*. Vbi etiam solum reseruatur tertia pars pretij, & nil dicitur de faticha. Hoc tamen non approbant Barcinonenses. Præterea faticha datur, quando res venditur sine consensu domini: & eo non requisito, vtrum pretium dare velit; & de hac faticha notant *Doctores in vsat. Si quis baiulia*. quæ ratio cessat, quia ipsemet dominus facit vendi. Credo tamen, quod poterit admitti ad licitationem, sicut quilibet alius, arg. *l. ordo. C. de re iud.* & *ff. de publi. l. licitatio*: si enim intēdebat quod minus iusto

nus iusto pretio vendebatur, debuit aliquid plus offerre: dum adhuc preconeta rem subhastabat, & ante traditionem hastæ fiscalis, alias præsumeretur fraus in domino, qui retinere vellet pro minori pretio, quod forsan alius obtulisset; & sic faticha quæ est introducta ne valeat dominus fraudari in pretio, non debet operari quod dominus ipse fraudem faciat. Ex quo enim venditionem instat, illam approbare videtur. Vnde non poterit vlterius dissentire, nec rem alij venditam retinere. arg. *c. quod semel placuit.* & *c. sicenti. extra de regul. iur. lib. 6.* cum suis concor. licet ista videatur de iustitia vera & æqua, tamen aliter seruatur Barcinon æ in emphiteoticarijs. ¶ In tex. ibi, *quorum sit requirendus consensus*. ergo secus de alijs, quorum consensus nō requiritur, vt in illis casibus, in quibus feudi domino nullum præstatur laudimium: vt *in hac constitut. in prin.* & *in §. excepta.* & *§. similiter*.
60 Sed † de iure communi videtur, quod si dominus concesserit aliquid in feudum, vel in emphiteosim alicui, & ille reinfeudet alteri; quod primo domino queretur totum laudimium: vt notatur per *Doctores in l. Titius. ff. de seruis expor.* & *in l. qui vniuersas. §. fin. ff. de acquir. posse.* Ad idem *ff. de contr. emp. l. si quis sub hoc pacto*, de quo dic latius per
61 *G. in specul. titul. de iure emphiteotico*. Sed † pone: aliquis tenebat pro me domum, & alienauit eam, & ego postea vendidi dominium directum; processu temporis apparet, quod alienatio fuit facta tempore mei dominij, & sic peto laudimium: emptor cui vendidi dominium dicit sibi pertinere, cum ipse habeat firmare in alienatione domus: quæritur quid in re? Dicunt quidam, quod mihi debetur per *l. sed & si quis, vers. quid ergo. ff. de vsufruct.* Contrarium est verum, quia immo pertinet emptori: nec obstat ille ver. quia ibi post amissionē vsusfructus pretium fuit solutum, præterea ego vendidi dominium cum toto iure meo, quare
62 secus, secundum *B. Sa.* ¶ Item † pone: obligasti me ignorante *ff. meum*, interim obligaui meo creditori omnia bona mea, deinde ratam habui obligationem per te factam de *ff.* quæritur quid sit po
63 tior? & videtur quod creditor tuus. Nam † ratihabitio retrotrahitur ad tempus, quo obligatio facta est, *ff. de pignorib. l. si fundus. §. 1. C. ad Macedo. l. fi. C. de iur. dot. l. donatio.* Arg. contra, quod meus sit potior, quia tempore obligationis erat in bonis meis: vnde est obligatus cum effectu. *C. quæ res pign. ob. po. l. qui filios. C. ad Macedo. l. si permittente.* Veruntamen ius ei acquisitum, eo inuito auferri non potuit. *ff. de pact. l. fi.* & hoc verius videtur, argum.
64 *qui po. in pig. ha. l. potior. §. si colonus.* Nec † ratihabitio retrotrahitur, cum non sit in eodem statu. *ff. rē ra. ha. l. bonorum.* sed *G. in spe. ti. de solu. & obligat. §. ante omnia. ver. at si. P. ver. meam pone obligasti.* &c.
65 Licet † enim ratihabitio possit retrotrahi in præiudicium ratificantis, non tamen in præiudicium alterius, vt notat *Bart. in l. 1. §. sed & si cum quis. ff. de vi, & vi. ar.* Et per hoc etiam determinari potest quæstio quam habeo in facto, quæ talis est,
66 Quidam † falso se asserens procuratorem cuiusdam emphiteotæ, vēdidit rem emphiteoticariam tempore quo laudimium pertinebat vni, puta Titio; postea tempore quo alteri, puta Seio, pertinebat laudimium, ratum habuit emphiteota dictam venditionem: quæritur cui pertineat de iure laudimium? Et videtur quod dicto Seio, qui erat dominus directus tempore ratificationis, per quam venditio valuit, & fuit cum effectu translatum dominium; non enim retrotrahitur in præiudicium domini secundi, sed ratificantis tantum, iuxta notata per *Bart. vbi sup.* ¶ In text. ibi, *nisi aliud inter*
67 *eos actum fuerit*. quia contractus † ex conuentione partium legem accipiunt: vt *extra. de reg. iuris.*
68 *c. contractus. lib. 6.* cum suis concor. Et † in contractu feudali, & emphiteotico valent pacta, quæ nō sint contra naturam contractus: vt *C. de iur. emphiteo. l. 1. 2.* & *3. & ff. de precario. l. cum precario. & extra de condi. appo. c. fi.* cum sim. ¶ In tex. ibi, *ad pre-*
69 *terita, præsentia, &c.* Nisi † hoc esset dictum, ista constitutio non referretur ad præsentia, nec ad præterita, sed ad futura tantum: vt *extra. de constit. c. cognoscentes.* & *c. quoniam.* Et licet quandoque lex referatur ad præterita, non tamen refertur ad pendentia in iudicio, vel per sententiam terminata. in *auth. vt cum. de app. cogn. in princ.* & *§. 1.* & ibi nota *collatio. 8.* Nisi etiam de eis pendentibus caueatur ibidem: vt in allegato *c. quoniam.* & infra *in curia domina Maria. c. a remoure.* in fine *collat. 10.* vide & adde quæ ibi dicam, & vide *Bar. in extrauag. ad reprimendum.* in fi. super verbo *ad præterita. colla. 11.* & melius in repetitione *l. omnes populi. ff. de iust. & iur.* in illa quæstione *a quo tempore statuta ligent.* Et
70 ligat † constitutio post duos menses: vt in *auth. vt facta noua const.* de quo plene notatur in *proœ. clem.* circa fi. & per *Bar.* in alleg. quæst. *a quo tempore.* & in *d. extrauag. in glo. vlt.* quæ est super verbo *ex nūc.* & vide quæ leguntur & notantur *extra. de postul. præla. c. 1.* Nota ergo quod hodie per hanc constitutionem possunt feuda alienari in capacem sine consensu domini. Tamen dominus directus habet faticham triginta dierum. Et si emptor, vel nouus acquisitor sine consensu, vel firma domini apprehendat possessionem, tunc dominus potest emparare feudum per emparam realem, & retinere infra ipsos triginta dies, vel saltem habebit duplex foriscapium, vel laudimium, & forte non tenebitur restituere feudum, nisi prius satisfiat sibi de iuribus debitis, & expensis, nec restituet fructus interim receptos. Hoc verum nisi negetur feudum: tunc enim per iuris firmam cum fideiussore tollitur ipsa empara, & sufficit dare militem fideiussorem quantumcunque inopem, iuxta vsaticos, & consuetudines huius patriæ: super quo vide latius notata in vsatic. *Magnates*, & in vsatic. *Si quis suum feudum*, & intellige verba vsat. *Si quis suum videlicet alienauerit, impignorauerit*, &c. scilicet cum effectu. Ita quod possessio fuit tradita, & dominium. vel possessio translata, alias antea non poterit fieri empara, nisi pro faticha infra triginta dies.

dies. Verba enim cum effectu sunt intelligenda:
vt *ff. quod quisq. iuris l. 1. §. hac autem verba, & extra*
71 *de cleri. non resi. cap. relatum*. ¶ Vltimo † sciendũ
est hic, quod de iure Cathaloniæ si quæstio feuda-
lis sit inter dominum Regem ex vna parte, & Ba-
rones & milites ex altera, habet iudicari per pa-
res curiæ. vt supra *coll. 2. cap. 60.* incipit: *Item in om*
nibus causis feudalibus. vide ibi, & repete hic quæ
ibi dixi: & vide notata in *glo. 1. cap. cæterum. extra.*
72 *de iudi.* Item † nota, quod vassallus, qui non seruat
fidelitatem, amittit feudum: vide *glo. in cap. quibus-*
73 *dam. extra. de pœnis*. Item, quod † de iure quæstio
feudi debet per dominum feudi tractari, nisi sit ne
gligens: vt *extra. de foro compet. cap. ex transmissa*. &
74 *cap. verum*. vide ibi. Quot † modis feudũ amitta-
tur, notat *glo. in cap. ex parte. extra. de for. compe.* & in
feu. in quibus causis feu. ami. secundum *Obertum*: &
75 *tit. qua fuit prima causa benefi. amittendi*. Et † quã-
do feuda transeant ad extraneos, vel suos. vide sin-
76 gularem *glo. in l. etiam. ff. soluto matri.* ¶ Vtrũ † de
iure communi feudum possit dari in dotem, vide
per *Henricum extra. de feu. in prima di.* & in *cap. nu-*
77 *per. de dote post. diuor. repe.* Et coram † quibus iudi-
cibus debet quæstio feudi tractari, vide per *Hen-*
78 *ricum extra. de feu. cap. ex parte. in 2. di.* Sed † vtrũ
dominus feudi possit inuito vassallo feudum in
alium transferre, vide ibidem *in 3. di.* Reliqua de
79 feudis quære in summa feudorum. An † de do-
natione facta filio spurio debeatur laudimium, vi-
de *Bar.* & *Bal. in auth. ex complexu. C. de rescu.* ¶ Sed
80 pone † quæstionem, quæ de facto contingit: ali-
quis præpositus erat, qui facto arrendamento prę-
positurę firmauit pro laudimio venditionem fa-
ctam per asserentem se procuratorem domini vti-
lis rei emphiteoticarię venditæ. postea dictus prę
positus permutauit præposituram cum Titio. &
postea tempore quo Titius possidebat præposi-
turam, dictus dominus vtilis ratificauit dictã ven-
ditionem. quæ per falsum procuratorẽ facta erat,
quæritur an foriscapium siue laudimium, debea-
tur illi Titio vel prædecessori? Videtur quod
prædecessori, quia ratihibitio retrotrahitur, &c.
Credo contra, quia licet ratihibitio retrotrahatur
in præiudicium ratificantis, non tamen in præiu-
dicium tertij, puta dicti Titij, qui dominus dire-
ctus erat tempore ratihibitionis, per quam domi-
nium transiuit in emptorẽ, vt *l. matre. C. de rei ven.*
faciũt notata per *Bar. in l. 1. §. sed & si cum quis. ff.*
de vi, & vi ar. & *Io. And.* & *Cardi. in regula ratum.*
Item factum cuiq. suum sibi, & non alij nocere de-
81 bet. vide in *spe. tit. de ac. & obli. vers. Sed pone.* Itẽ †
quæro: pone quod venditio rei feudalis vel em-
phiteoticarię fuit facta tempore vnius domini di
recti. Sed possessio non fuit tradita suo tempore,
sed fuit tradita tempore alterius domini, cui ipso-
rum dominorum debetur foriscapium? Credo
quod secundo, quia tempore primi non fuit trãs-
latum dominium rei venditæ in emptorem, & ra-
tione translationis debetur foriscapium, vt dixi
supra. In contrarium facit, quia transfertur ex
causa præteriti contractus, & initiũ videtur spe-
ctandum: vt *ff. de negotijs ge. l. Pomponius in negotijs.*
cum suis concor. Dic quod illi domino dabitur
laudimium, qui firmabit dictam venditionẽ, quia
ratione firmæ, & consensus debetur. Sed non po-
test ab inuito exigi, nisi facta translatione domi-
nij, vt patet ex ijs quæ dicta sunt superius in hoc
82 cap. Et est casus hic, quod pro † noua adquisitio-
ne vtilis dominij debetur laudimium, & *C. de iur.*
emphi. l. fi. in fi. quia antequam res tradatur, & do-
minium transferatur re integra solo consensu pos-
sunt contrahentes à venditione discedere: *C. quan-*
do licet a ven. & emp. recedere. l. 1. & 2. Facit *constit.*
Regis Ferdi. c. als scandols. Contrarũ tenet *P. Helie.*

De stylo, & consuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Stylum probandi forma remissiue.*
2 *Stylus curiæ propter dubietatem Doctorũ seruandus est.*
3 *Styli & consuetudines curiarum non tolluntur per contrariam constitutionem.*
4 *Stylus non valet quod testes recipi possint nõ vocata parte ad videndum iurare testes.*

1 Q*Via pro parte quorundã, &c.* Casus. Forma † pro
bandi stylum hic habetur. De quo dic etiam
vt dixi supra *colla. 2. cap. cum ad excellentiam*, in fi.
2 ¶ Et nota, † quod stylus curiæ propter dubieta-
tem Doctorum seruãdus est, secundũ omnes *Doct.*
de Rota, conclusione 371. alleg. de resti. in integrum. cap.
tum ex litteris, & *de crimine falsi. cap. quam graui.*
¶ Ista constitutio videtur mihi quod sit hodie mo
dici effectus, ideo non lego aliter eam: vide per te,
& adde quæ notantur per *Cynum C. quæ sit longa*
3 *consue. l. 1. & 2.* Hoc † tamen non est omittendum,
quod styli & consuetudines curiarum, & locorum
non tolluntur per contrariam constitutionem, vt
in *cap. 1. extra de consti. lib. 6.* quod dic vt ibi nota-
tur. Item per constitutionẽ confirmantur, vt in *al-*
leg. cap. cum ad excellentiam in fi. & in concordãtijs.
4 ¶ Sed † quæro, an valeat stylus alicuius curiæ,
quod testes recipiantur in causis littigantium, nõ
vocata parte ad videndum iurare testes? Credo
quod non, quia talis stylus est irrationabilis, &
contra ius naturale, quo defensio est concessa. Fa-
ciunt notata per *Bar. in extrauag. ad reprimendum,*
super verbo, *figura iudicij*, idem tenet *Ioan. de Imol.*
in Cle. sæpe, de verb. signi.

De Officio Gubernatoris Cathaloniæ.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator, & eius vices gerens non possunt in Cathalonia sibi reseruare causas ciuiles, vel criminales alicuius Vicariæ vel Baiuliæ existentibus extra eas.*
2 *Gubernator, & eius vices gerens dum sunt præsentes in Vicarijs possunt cognoscere de causis earundem, quæ redeunt ad ordinarios ipso facto, postquam recesserint. declaratur, nu. 31. & 39.*
3 *Gubernatoris officium non expirat per mortẽ Principis.*
4 *Gubernator, & eius vices gerens non possunt facere Locumtenentẽ existente domino Rege, vel eius Locumtenente in Cathalonia.*
5 *Per euocationes superior apponendo manum in causis*
videtur

videtur inferioribus inhibere.

6 *Princeps solus in Cathalonia dum residet potest inhibitionem facere in causis principalibus, siue criminalibus, siue ciuilibus.*

7 Gubernare *verbum comprehendit iurisdictionem, & actum iurisdictionalem.*

8 *Gubernator generalis si est primogenitus, vel infans domini Regis æquiparatur præfecto prætorio, a cuius sententia non appellatur.*

9 *Præfectus prætorio maior est præside: & ideo cognoscit de illius iniquitate.*

10 *Præfectus prætorio an possit cognoscere de sua iniquitate.*

11 *Oppressus ab officiali contra ius potest superiorem adire, & eius officium implorare.*

12 *Oppressionis materia remissiue.*

13 *Oppressus dicitur qui est iniuste damnatus, vel male tractatus.*

14 *Rex ex sua regalia cognoscit de causis oppressorum in qualibet parte Cathaloniæ: sed Gubernator hoc non potest.*

15 *Gubernatores speciales seu vices gerentes in Cathalonia dici possunt præsides prouinciæ.*

16 *Gubernator, qui non est primogenitus, nec infans domini Regis, an possit punire officiales inferiores non adstrictos ad tabulam. remissiue.*

17 *Gubernator an possit concedere litteras perhorrescētiæ.*

18 *Stylus curiæ seruatur pro lege.*

19 *Delegatus à Gubernatore an possit subdelegare, traditur sub distinctione.*

20 *Primogenitus, qui est Generalis Gubernator omnium Regnorū, dicitur præfectus prætorio: & ab eo non appellatur, sed supplicatur.*

21 *Delegandi potentia consuetudine introduci potest.*

22 *Gubernator existens extra Vicariam, & Baiuliam, an possit facere remissiones criminis cōmissi infra illas.*

23 *Archiepiscopus facere potest remissiones per totam suā prouinciam.*

24 *Remissionum, & guidaticorum materia remissiue.*

25 *Inhibitio ex eo ipso facta censetur quò Princeps manū suam apponit.*

26 *Remissio delinquentis an, & quando sit ad alium iudicem facienda. remissiue.*

27 Dictio vel *sumitur aliquando pro* idest.

28 *Gubernatores olim dicebantur procuratores, & etiam Vicarij Cathaloniæ. nu. 29.*

30 *Gubernator Generalis primogenitus domini Regis existens intra Cathaloniam facit cessare vices gerentes Gubernatoris.*

32 *Gubernator an possit mandare delegatis Principis, vt causam expediant.*

33 *Gubernator an possit mādare iudicibus tabulæ, vel iudicibus causarum reclamationum, vt faciant relationem in Audientia, antequam declarent.*

34 *Gubernator an possit mandare Vicario, vt de causa pacis, & treugæ faciat relationem in Audientia.*

35 *Gubernator dum residet Gerunda, an possit causas appellationum, quæ vertuntur coram iudice appellationum ipsius ciuitatis, ad suam Audientiam euocare.*

36 *Gubernator potest mandare iudici appellationum Gerundæ, vt causam referat in sua Audientia.*

37 *Appellari ne possit à sententijs iudicum ordinariorū ad Gubernatorem omisso medio, vbi sunt iudices proprij appellationum. idem nu. 45.*

38 *Gubernator absente Rege committit causas appellationum ad dictum Regem emissarum, quid si existat extra Vicariam, an possit cognoscere de tali appellatione, nu. 44. & nu. 46.*

40 *Gubernator in ciuitate residens an possit causas inceptas in sua Audientia delegare iurisperitis ad libitū quando voluerit.*

41 *Gubernator consueuit concedere exemptiones fori, & delegare causas meri, & mixti imperij.*

42 *Gubernatores nequeunt processus originales causarum trahere, & secum ducere extra Vicariam, & Baiuliam, exceptis processibus causarū regaliarū, nu. 43.*

P*Ræterea quia per reseruationes, quas frequenter Generales Gubernatores, vel Procuratores nostri, &c.*

1 Casus. † Generalis Gubernator, eiusq; vices gerēs in Cathalonia non possunt sibi reseruare aliquod negotium ciuile, vel criminale alicuius Vicariæ vel Baiuliæ, ipsis existentibus extra eas. Sed tan-
2 tum † dum præsentes fuerint in proprijs possunt libere cognoscere de eisdem quæ redeunt ad ordinarios ipso facto, cum recesserint, eorum inhibitione non obstante. Nec possunt secum deferre processus extra ipsas Vicariam, & Baiuliā. Hoc dicit præsens constitutio, quę primogenitum
3 etiam comprehendit. Sed † quęro hic, an officium Gubernatoris expiret per mortem Principis? Respōdet *Iacobus de Calicio in suo Exgrauatorio in quarto dubio. in fi.* quod nō, imo mortuo Rege Martino Gubernator conuocauit parlamentum. Non obstat, si dicatur quod fuerit datus ad beneplacitum Regis mortui, quia in hoc casu, & simili non expirat, iuxta notata per *Gui. de Cug. in l. memini sse. ff. de offi. proconsul.* non obstat *cap. si gratiose. de rescriptis lib. 6.* quia ibi loquitur in odiosis. ¶ Et est notabilis, & vtilis valde, licet non bene seruetur per omnia. Vel dic breuius sic: Generales Gubernatores Cathalonię extra Vicariam, & Baiuliam existentes, causas earundem ad se reseruare non possunt, etiam si fuerint criminales. Sed cum pręsentes fuerint, de ipsis cognoscunt, qui si inde recesserint, cognitio recedit in ordinarium vna cum processibus, quos secum deferre nō possunt. Hoc dicit. Hodie tamen isti domini Gubernatores seu vices gerentes possunt per duos menses inhibere Vicarijs, & alijs iudicibus ordinarijs, iuxta *constitutionem dominæ Reginæ Mariæ,* infra
4 *colla. 10. cap. 24. prouehim, ordenam,* &c. Nota † tamen, quod Gubernator, vel eius vices gerens non possunt facere Locumtenentem, domino Rege, vel eius Locumtenente infra Cathaloniam existēte: vt *infra in curia Dertusæ. c. vlterius statuimus.* vide quę ibi dicam Deo duce. ¶ Et diuiditur hoc præsens capitulum in sex partes: secunda ibi, *sed tantum:* tertia, ibi, *sic tamen:* quarta, ibi *& quod super ijs:* quinta, ibi, *nec possit:* sexta, & vltima, ibi, *qua quidē constitutione.* ¶ In tex. ibi, *reseruationes*, dic; idest

5 idest, euocationes, † siue reuocationes, per quas
superior manum apponendo in causis videtur in-
ferioribus inhibere: vt *extra. de app. cap. vt nostrum*,
6 vbi de hoc. ¶ Vnde † nota hic, quod solus Prin-
ceps in Cathalonia potest reseruationes, euoca-
nes, & inhibitiones facere in causis principalibus,
siue criminalibus, siue ciuilibus: vt vides. Solus
enim Princeps residens in Cathalonia ex rega-
lia hoc potest hodie iuxta nouam constitutio-
nem domini Alfonsi Quarti Dei gratia nunc re-
gnantis, infra *collat. 11. cap. les causes de pubills, vi-
dues, &c.* & limita hanc per illam, quæ posterior
est. ¶ Item fallit præsens constitutio in casu, in-
fra *coll. 10. in curia dominæ Mariæ, cap. 24. prohibim
ordenam, & statuhim*, &c. Et est gubernare, mode-
rare, præesse, imperare, & regere, secundum *Pa-
piam*, & nota *Guid.* in *Rosario. 8. quæst. 1. cap. si ergo*,
super verbo, *gubernatio*. & vtinam moderate vel-
lent præesse, imperare, & gubernare: & has con-
stitutiones, prout iurant, obseruare. Sed (prohdo-
lor) plerumque pro merito plebis deprauatur
vita rectoris, vt *sexta quæstione prima, capit. ex me-
7 rito*. Item hoc † verbum *gubernare* in se compre-
hendit iurisdictionem, & actum iurisdictionalem:
vt *l. 2. ff. de orig. iur.* adde *C. de iurisdict. omn. iud.* in *l.
8 fin.* & *C. de ijs qui ve. ætatis impe. l. omnes.* Et † nota
quod Generalis Gubernator, si est Primogenitus
vel Infans domini Regis, æquiparatur præfecto
prætorio, à cuius sententia non appellatur: vt *ff. de
9 offic. præfec. prætorio. l. 1.* Et sic † nota, quod præfe-
ctus prætorio maior est præside, & ideo cognos-
10 cit de illius iniquitate. An † autem ipsemet pos-
sit de sua iniquitate cognoscere, vide per *Bartho-
lomæum de Saliceto in l. accusatoribus. C. de accusa.*
11 Et nota quod oppressus † contra iura ab aliquo
iudice vel officiali potest superiorem adire, &
eius officium implorare, vt id, in quo est oppres-
12 sus, per eum reformetur in melius. De † op-
pressione vero priuatorũ, vide per *Bartho. de Sa-
lice. in l. ea quidem. C. de accusatoribus.* adde quæ no-
tat *Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in Glossa* su
per verbo, *denuntiationes*, & vide *23. quæst. 5. cap.
13 Regum*. Dicitur † autem oppressus iniuste dam-
natus vel malectractatus, vt notat *Gui. 2. quæst. 6.
cap. omnis oppressus.* & habetur in *§. cum ergo. ead.
quæst.* Item ex causa oppressionis potest adiri
etiam, de quo vide per *Henricum in cap. ex teno-
14 re. extra. de foro competen.* Sed † in Cathalonia do-
minus Rex per suam specialem regaliam euocat,
& cognoscit de causis oppressorum in qualibet
parte Cathaloniæ. per *vsat. alium namque.* ad idem
in cap. Regum. 23. quæst. 5. Sed tamen Gubernator
hoc non potest, & ita semel fuit declaratum in
causa Ioannis de Canadal de la Ionquera contra
nobilem Vicecomitem Rupis Bertini, qui ip-
sum Ioannem iniuste oppresserat. ¶ Sed alij gu-
15 bernatores † speciales, seu vices gerentes in Ca-
thalonia possunt dici pręsides Prouinciæ. & sunt
ad instar Proconsulum, & legatorum de latere,
& sunt ordinarij: vt *extra. de offic. le. cap. legatos.
lib. 6.* & ita iurisdictio ipsorum gubernatorum
non expirat per obitum domini Regis: vt *extra.
de offic. le. cap. 1. & cap. vlt. in.* Faciunt ad prædicta,
l. si quos. & *l. si ordinario. C. de offic. præfecti præto-
16 rij. Illyr.* ¶ Sed † an gubernator, qui non est pri-
mogenitus, nec Infans, possit punire officiales in-
feriores, qui sunt adstricti ad tabulam, vide quæ
notat *Gui. & Doct. in l. 3. ff. de offic. præsidis.* & dic
vt dixi supra *collat. 4. curia Ilerden. cap. 17. in fin.*
17 ¶ Sed † nunquid gubernator potest, concedere
litteras perhorrescentiæ? Videtur quod non, arg.
huius constitutionis, & arg. *l. fin. C. de eroga. mili.
anno. lib. 12.* & infra *collat. 9. curia domini Regis Fer-
dinandi cap. ne ex beneficio*, ibi dum dicit, *recurrens
ad nos*, quasi sit speciale in principe, arg. *extra. de
rescriptis. cap. statutum. §. cum vero. lib. 6.* Sed de fa-
cto videmus quotidie à curia gubernatoris Ca-
thaloniæ tales litteras perhorrescentiæ emanari
etiam in causis pacis, & treugæ, & sic inconcus-
se seruatur; quare minime sunt mutanda, &c. *ff.
18 de legibus. l. minime*: quia † stylus curiæ pro lege
seruatur: vt supra *cap. proxim. & extra. de confirm.
vti. vel inutili. cap. ad nostram.* & hodie etiam iuris-
dictio dicti gubernatoris est ampliata per dicta
19 *cap. prohibim, & cap. les causes de pubills.* Quæro †
an delegatus à domino gubernatore possit sub-
delegare? Respondeo. Si gubernator deleget vi-
ce Regia in causis appellationum, absente Rege à
principatu, tunc talis delegatus potest subdele-
gare: si vero aliter delegauerit; tunc aut ipse gu-
bernator est primogenitus, & tunc eius delega-
tus potest subdelegare, sicut delegatus Proconsu-
lis: vt notat *Gl. in l. cum specialis. C. de iudi.* secus
forte de delegato vices gerentis gubernatoris,
cum ab eo appelletur, & magis dicatur præses
Prouincię Cathalonię, licet sit ad instar Procon-
20 sulis: vt dixi supra. Sed hodie † primogenitus,
qui est omnium Regnorum Generalis Guberna-
tor, dicitur præfectus prętorio, quia est maior
post principem, & ab ipso primogenito non ap-
pellatur, sicut nec à præfecto prætorio, vt *C. de
sententijs præfectorum. l. vnica.* Sed supplicari po-
21 test. vt ibidem continetur. Sed nota † quod con-
suetudo potest inducere potentiam delegandi,
iuxta notata per *Angelum in l. cum prætor. §. is quo-
que. ff. de iudicijs*, vbi etiam dicit, quod delegati
Cardinalium possunt delegare. vide ibi. ¶ Item
22 quæro, † nunquid possit gubernator existens
extra Vicariam, & Baiuliam facere remissionem
criminis commissi infra illas? Quidam dixerunt
quod non, per hanc constitutionem, & iura prę-
allegata, quæ satis faciunt pro hac parte. Alij ve-
ro contra, quia quod per hanc constitutionem
non mutatur, stare non prohibetur: sed iuri
communi relinquitur: vt *C. de testam. l. scimus.* &
23 *C. de appel. l. præcipimus.* Item † Archiepiscopus
potest facere remissiones per totam suam Pro-
uinciam. vt *extra. de pœnit. & remi. cap. nostro*: quia
licet Archiepiscopus non habeat iurisdictionem
contentiosam in Prouincia sua, nisi in certis ca-
sibus

sibus

sibus, tamen voluntariam habet, sicut & Proconsul, qui vrbem egressus exercet iurisdictionem voluntariam: *ff. de offic. Proconsul. l.* 2. Item legatus potest facere remissiones in sua Prouincia; quia & statuta facere potest: vt *extra. de offic. le. cap. vltimo.* Vide *glos. in alleg. cap. nostro.* Vnde hanc partem teneas propter consuetudinem, quam Rex scit & tollerat; arg. eorum quæ notantur *extra. de pace & trenga. cap.* 1. & quia vidi litteram perhorrescentiæ per Gubernatorem olim concessæ quibusdam de villa Castilionis Impuriarum impetratam approbari postea per dominum Regem. Item vidi remissionem concessam per Gubernatorem existentem extra Vicariam, & Baiuliam Gerundæ dudum concessam quibusdam, qui deliquerant in Parochia de Monte Folliano contra Martinum de Vich fore etiam approbatam per dominum Regem. Et ex post vidi, & potes videre inconcusse, quod de stylo notorio dictus Gubernator concedit litteras perhorrescentiæ, & remissionum criminum, & guidatica criminum. Sed de guidaticis vidi dubitari. Et vidi, quod ipsemet venit de facto ad hanc ciuitatem, & extraxit quendam de carcere, vt seruaret sibi guidaticum quod concesserat, quia alij ordinarij curiæ Gerundæ illud seruare nolebant; vt dixi supra *collat.* 4. *curia* 2. *Barcinona cap.* 36. Sed salua reuerentia, & determinatione Regiæ Maiestatis, & quorum interest, cum guidare sit quodam modo reseruationem facere; videtur mihi hanc constitutionem multum obstare tali guidatico, maxime propter verbum, *aliqua*, positum in littera, dum dicit, quod nequeat super ijs aliqua inhibitio fieri; ergo neque directe, neque indirecte, &c. ad hæc facit quod notatur per *Ioan. de Imola in Clem. vt calumnijs. de re iudi.* & hoc credo verum de veritate iuris, & intellectus huiusmodi constitutionis, licet quandoq. Gubernatores in i s valde excedant, extendendo fimbrias suæ potestatis, saltem in Gerunda, vbi non habetur qui dicat, Cur ita facis? Præterea nouiter vidi litteram domini Gubernatoris manu domini Antonij de Mesa signatam, per quam occasione oppressionis allegatæ euocauit existens Barcinonæ causam pacis, & treugæ cuiusdam eiecti in curia Vicarij Gerundæ: sed credo quod sit nouitas contra *vsat. Alium namque.* quia est regalia solius Principis, & contra hanc constitutionem, & contra constitutionem pacium, & treugarum: & reuera non habuit effectum, imo postea ille eiectus allegauit perhorrescentiam, & causa fuit commissa Vicario Barcinonæ, coram quo purgauit contumaciam, & comparuit via ordinaria; & sic factum dicti Antonij de Mesa fuit exsufflatum.
24 De † materia remissionum, & guidaticorum criminum vide quæ scripsi supra in *curia proxima. cap. insuper.* Super textu, ibi, *Gubernatores.* Secus est de Rege, vel eius Locumtenente, in quo nil mutatur per hanc constitutionem, arg.
25 *l. præcipimus. C. de appell.* & vbi † Princeps manum apposuit, statim est alijs inhibitum: *extra. de appell. cap. vt nostrum*, cum similib. Dic tamen hodie: vt infra *collat.* 10. *curia Marsa. c. volentes labus.*
26 Sed an † & quando remissio criminosi ad alium iudicem sit facienda, vide *Doct. in authen. qua in Prouincia. C. vbi de crimine agi oportet*: & dic prout latius notatur per *Ioan. de Imola in Clem. pastoralis. de re iudi.* super *glos.* in verbo, *de more.* ¶ In tex-
27 tu, ibi, † *vel procuratores*. Dic, *vel*, pro, *idest*, quia
28 olim primogenitus, & alij, qui nunc † dicuntur Gubernatores, olim dicebantur Procuratores; & sic pro eodem supponunt: vt hic, & infra *eod. cap.* in fin. & probatur supra *collat.* 4. *curia Montisalbi cap.* 4. *Hæc autem omnia, & singula.* in *vers. Mandantes procuratori nostro*: & in 3. *curia Barcin. cap. vltim. hæc autem omnia.* &c. in *vers. Mandantes procurato-*
29 *ribus.* cum simulib. Olim † etiam Gubernator dicebatur Vicarius Cathaloniæ, vt notat *Iacob. de Calicio in tractatu de Prærogatiua Militari.* §. *quæro quid si ciuitas. versi. Contrarium dico*, &c. ibi, *Arnaldo de Fossibus Vicario Cathaloniæ.* loco cuius officij Vicariatus successit officium gubernationis, &c. ¶ In textu, ibi, *vices gerentes*, supple, qui existentes intra Cathaloniam non possunt Locumtenentem facere, seu per alium regere: vt infra *ead. collat. curia Montissoni cap. prouidentes.* quod
30 vide: & adde quæ ibi dicam. Et nota, † quod superueniente primogenito, vel alio generali omnium regnorum, & terrarum domini Regis Gubernatore, cessant alij vicesgerentes: quia superueniente maiore cessant minores: de quo vide in *spe. tit. delegato.* §. *superest. versic. Illud nota etiam.* cum sequentibus versiculis. ¶ In textu, ibi, *pos-*
31 *sint cognoscere libere de eisdem.* Nota † verbum *libere*, quasi dicat, non solum de non ceptis per Vicarios, & Baiulos, & alios officiales; sed etiam de inceptis, dummodo aliqua partium eligatur coram Gubernatore præsente de ciuilibus litigare, & etiam ex officio, & sine instantia in criminalibus, & alijs, in quibus de iure possit ex officio procedi, & ita libere consueuit causas ciuiles, & criminales euocare ad eius audientiam, & curiam, & inhibere alijs inferioribus ordinarijs, eorumque delegatis. Secus est tamen de delegatis à Principe, quia delegatus Principis in causa sibi specialiter commissa maior est Gubernatore, & quocunque alio ordinario; vt *extra. de offic. deleg. cap. Sane. & de offic. legati. cap. studuisti.* ¶ Verumtamen vidi de stylo curiæ Gubernatoris obseruari,
32 quod † ipse Gubernator ad supplicationem partium, vel alicuius earũ cogit tales delegatos Principis, vt causam expediant; & si expedierit, referant in audientia ipsius gubernatoris; vt sic votis peritorum exactis ipsi delegati iustitiam faciant, & pronuncient in causis sibi commissis. Non tamen cogit, vt sic vel sic pronuncient, sed tantum vt expediant iustitiam: vt notant *Inno. Ioan. Andreas, & Doctores in cap. significauit, de offic. ordi.* Et ita non impedit, sed potius iuuat tales delegatos: & iste stylus laudabilis mihi videtur, quia taliter multo-

multotiens causæ expediuntur, quæ alias diutius dilatarentur per delegatos, si per gubernatorem non cogerentur. Nota quod hoc forte non haberet locum, si cautam darent delegati super sententia lata per dictum gubernatorem in sua audientia, à qua fuisset appellatum, & causæ commissæ dictis delegatis; quia tunc dictus gubernator, & eius audientia essent suspecti. nota *in glos. fin. scilicet in collatione de appell. lib. 6.* Et idem vidi in

33 Barcinona † seruari de iudicibus reclamationum, quia per gubernatorem coguntur facere relationem in audientia, priusquam pronuncient. Et idem de iudicibus tabulæ, & fortius in Regia Audientia; licet per dominum Regem impediri non possint: vt supra *collat. quarta curia Regis Iacobi II. Barcino. tertia. cap. Item ordinamus de consilio. §. Item quod nos.* pro hoc facit, quod legatus Papæ similiter cogit delegatos proprie, licet sint maiores ipso in causa sibi commissa: vide in *3. parte spe. tit. de Inquisitione. §. 1. vers. Sed pone.* vide *Ioan. Andr. in cap. vltimo de rescriptis. in antiquis.* Item vide in *spe. tit. de delegato. §. nunc tractemus,*

34 *vers. 33.* Vidi † etiam dubitari, nunquid in causa pacis & treugæ potest mandare Vicario, vt de illa faciat relationem in Audientia, scilicet de querela per en Guebret data contra en Prats: Maior pars Audientiæ tenuerunt, quod sic; duo, vel tres contra: & quidam alij fuerunt dubij. Sed est veritas, quod possit, ad iuuandum & expediendum causam: vt sic iustitia melius, & citius videatur, dummodo alias Vicarius non turbetur, nec studiose de facto impediatur: Imo etiam poterit punire Vicarium & alios, si deliquerint, & dolum commiserint, etiam in causis pacium & treugarum, secundum notata per *Antonium de Butrio. in cap. quia non nulli. de rescriptis. &* ibi *Ioan. Andr.* Item vide *Ioan. de Platea* in *l. equestres. C. de lucris aduocatorum. libro 12.* Vide etiam latius per *Henricum Boich in cap. significauit. de of-*

35 *ficio iudicis ordinarij.* ¶ Sed quæro † an gubernator dum residet Gerundę, possit causas appellationum, quæ iure ordinario vertuntur coram iudice appellationum ipsius ciuitatis, ad suam Audientiam euocare? Quidam quod non, & huius opinionis est *Andreas Cornell*, nunc iudex appellationum prædictarum, quasi dominus Gubernator residens Gerundæ succedat loco curiæ ordinariæ, Vicarij, & Baiuli Gerundæ: quibus est superior in causis appellationum dictus iudex appellationum, & sic videatur in his non subditus gubernatori, quod salua reuerentia mihi videtur falsum, quia gubernator in Cathalonia præest omnibus ordinarijs officialibus Regijs Cathaloniæ, & ita præest dicto iudici appellationum, qui ordinarius est, & pro tali communiter reputatur, licet eo medio omisso de facto consueuerit ad superiorem suum, licet non Principem, appellari; & ita vidi quod gubernator semel residens Gerundæ, ad eius Audientiam euocauit, & declarauit causam appella-tionis coram honorabili Dalmacio de sancto Dionysio legum Doctore quondam iudice prædecessore immediato dicti Andreæ inter Margaritam vxorem P. Pedra quondam scriptoris Gerundæ, & Ioannem Dominici draperium dictæ ciuitatis. Vnde incunctanter credo quod gubernator possit ad se euocare dictas causas appellationum, sicut principalis dictæ curiæ Gerundæ, prę sertim quia officium dicti iudicis appellationum sit facultatis, & non necessitatis; quia ad eum potest appellari, & eo etiam omisso appellatur ad Regem & Gubernatorem; nec potest ipse iudex pretendere præuentionem iurisdictionis aduersus dictum Gubernatorem, quem

36 non potest negare sibi superiorem. Item † etiam poterit ipse gubernator mandare dicto iudici appellationem, vt causam referat in Audientia ipsius Gubernatoris. & ita vidi seruari; quare minime sunt mutanda, &c. *l. minime. ff. de legibus.*

37 Sed † iuxta prædicta quæro, an à iudice ordinario Gerundę, vel alterius curiæ ordinarię locorum domini Regis possit appellari ad Gubernatorem, vel eius vices gerentem, omisso medio dicti iudicis appellationum, vel sibi similis? Respondeo: de iure canonico appellatur ad Papam, omisso medio: vt *2. quæst. 6. cap. ad Romanam.* cum similibus. Sed de iure ciuili Romanorum est gradatim appellandum: tamen in Cathalonia de consuetudine appellatur etiam ad Gubernatorem, omisso medio dicti iudicis appellationum; & valet huiusmodi consuetudo: vt legitur & notatur per *glos. & Doct. extra de appellationibus. cap. dilectis.* vbi de hoc latius. Item

38 nota † quod dominus Gubernator absente Rege à principatu committit causas appellationum ad dominum Regem emissarum: etiam in causis patrimonij: & in appellationibus emissis à sententia Baiuli Generalis, & ita vidi literas commissionum emanari: quod est menti tenendum. Sed Rege intra Principatum existente non potest tales commissiones facere, quia preiudicaretur regalijs, quas non potest exercere, nisi quando Princeps est extra principatum: nec tunc nisi quatenus habet de consuetu-

39 dine. ¶ In textu. ibi, *necessaria.* Secus † est quando Rex recedit à Vicaria, quia tunc causa cepta in eius Audientia non redit ad ordinarium sine commissione, alias enim non posset se intromittere ordinarius, cum sit ipso iure inhibitus, eo quod Princeps manum apposuerit in casu: vt *extra. de appell. cap. vt nostrum.* cum similib. & vide *Innocen. extra. de consti. cap. cum M.* Dic tamen vt in *cap. tollents lo abus* in *curia Reginæ Mariæ. §. E añadim.* vbi est hodie aliter statutum, vide ibi.

40 Sed † nunquid Gubernator in ciuitate residens causas in eius Audientia inceptas poterit delegare iurisperitis ad libitum, quando voluerit recedere? Videtur quod sic, quia ista constitutio loquitur quando Gubernator recedit nulla facta commissione. Tunc enim ad ordinarium

causæ redeunt etiam sine commissione, auctoritate huius constitutionis; cum alias de iure communi, ex quo superior manus apposuisset, non posset inferior cognoscere, sine speciali mandato superioris: arg. *cap. vt nostrum.* cum suis concord. *extra de appel.* quia licet dicatur hic, quod commissio non sit necessaria, attamen non negatur quin valeat sibi vel alteri committere: arg. *ff. de iud. l. enim prator.* cum similibus. Contrarium tamen est verum propter hoc quod hic sequitur in textu: *Et quod super ipsis ab ordinario nequeat fieri aliqua inhibitio,* scilicet, per Gubernatorē. Et hoc credo, nisi ex causa suspicionis iudicis ordinarij sibi aliquis alius iurisperitus associaretur, adiungeretur, & delegaretur, vt simul procederent, quia istud nō videtur prohibuisse: cū ordinarius possit esse suspectus, ratione suspicionis posit, debeat, & consueuerit alius associari: vt *C. de iudi. l. apertissimi. & auth. Si contigerit,* ibi posita, vbi notatur in *glos.* quia priora iura trahuntur ad posteriora, & econtra: vt *l. non est nouum. ff. de legi.* quia hoc est hic omissum de suspicione iudicis; ergo iuri veteri est relictum, & in omni lege, vbi est aliquid omissum, proceditur de similibus ad similia: vt *l. non possunt. ff. de legibus.* & ibi nota qualiter accipiatur simile, alias per tales commissiones posset gubernator auferre iurisdictionem iudicibus ordinarijs, & eos deludere; quod hæc cōstitutio intendit prohibere, alias posset fraudibus via aperiri, contra *cap. quanto. de diuor.* & idem, & multo fortius de causis monendis. Facit quod notatur in simili per *Ioan. de Imola in cap. si de beneficio. super glos. ex negligentia. in 2. quæst.* Con-
41 sueuit etiam † gubernator exemptiones fori cōcedere, & causas meri, & mixti imperij delegare; & in hoc magis seruatur ius canonicum, quam ciuile. Et licet aliter dixerim supra *in curia 2. Barcino. collat.* 2. credo quod gubernator absente Rege à toto principatu posit vice Regia cognoscere de causis appellationum. ¶ In textu, ibi,
42 *extrahendo.* hic † ergo habes quod gubernatores non possunt processus causarum trahere, & secum ducere extra Vicariam & Baiuliam, quod est verum de originalibus, & de causis principalibus. Et hoc idem est hodie in Rege & alijs: vt infra *coll.* 10. *in curia domina Maria. cap. 13. tollents*
43 *lo abus.* vide ibi. Et hæc vera † nisi in causis regaliarum, inter quas sunt causæ appellationum, in quibus causæ possunt euocari extra Vicariā: de quibus vide in *consti. nona. les causes de pubills, in curia Regis regnantis Alfonsi IIII. collat.* 11. Ratio est, quia processus debent esse apud iudices quamdiu causa pendet, & eius cognitio ventilatur: vt legitur & notatur *extra. de proba. cap. cum bone.* & dixi supra *collat. 4. curia 1. Barcin. cap. 9. Item quod nos, vel officiales nostri,* &c. ergo vbi sunt iudices, & vbi potest cognosci de causis, ibi possunt deferri processus; & probatur in dicto *cap. tollents lo abus*, per quod tollitur abusus, qui in his committi consueuit: vide quæ ibi dicam. ¶ In textu, ibi, *volumus*, aliqui habent hic, *nolumus*: & male, quod hodie clare patet in præalleg. *cap. tollents lo abus.* in fin. in §. *E asso mateix,* &c. vide ibi.
44 ¶ Vltimo † quæro de quæstione: Certum est, quod gubernator de consuetudine committit appellationes, quæ emittuntur ad Principem extra Cathaloniam existentem. Sed nunquid poterit de tali appellatione idem gubernator cognoscere existens extra Vicariam? Dic quod non, quia hoc solum competit principi: vt supra *colla. 2. curia 2. Barcino. cap. 15. Item quod causæ Vicaria.* vide quæ ibi dixi in §. *secundo dicit.* Illud enim est prærogatiua singularis domini Regis, vt nota in curiali domini *Iacobi de Calicio. 7. dubio. ver. 62.* vide ibi. Ad idem facit hæc constitutio, quæ dicit, quod non posit inhibere. Hoc credo verum, nisi forsan cognosceret extra Vicariam de consensu partium, & hoc etiam limitatur per no-
45 uam *constit. les causes de pubills.* ¶ Item † quæro, an posit appellari ad gubernatorem existentem extra Vicariam, omisso medio iudicis appellationum Gerundæ? Forte non, quia ad solum Principem appellatur omisso medio de iure canonum, quod in hoc seruamus in hac patria. *2. quæst. 6. cap. ad Romanam.* alias gradatim est
46 appellandum: dic vt dixi supra. ¶ Item † pone, quod absente Principe à Cathalonia appellatur ad gubernatorem existentem extra Vicariā, nunquid poterit tunc de tali appellatione extra Vicariam cognoscere, & inhibere? Videtur quod non, per alleg. *cap. Itē quod causæ.* vbi est specialis regalia in Principe, ergo secus de alijs, arg. etiam huius cap. quod prohibet inhibitiones fieri. Quidam tamen dicunt contra. Sed non vidi de hoc casum, nisi vnum; sed fuit factum de consensu partium. Vnde salua determinatione cuiuslibet melius sentientis, ego teneo primam partem per dicta capitula, quæ sunt constitutiones iuratæ in hac patria. Sed tamen absente Principe de facto seruatur secunda opinio inconcusse, & de facto potius quam de iure.

De residentia officialium facienda deposito officio.

SVMMARIVM.

1 *Officiales deposito officio tenentur residere in loco in quo debent tenere tabulam, & pro hoc tenentur iurare in introitu sui officij. declaratur nu. 3.*

2 *Manulenta in ciuitate Barcinona est nulla ipso iure, si infra annum non requiratur.*

4 *Officiales si deposito officio fugiant, & non faciant residentiam pro tenenda, tabula tenentur de violatione iuramenti & homagij, & habentur pro confessis.*

5 *Confessus quis habetur ratione fugæ.*

6 *Officium datum ad beneplacitum æquiparatur perpetuo.*

ORdinamus etiam, & statuimus, ꝙ officiales nostri, &c. Casus. Officiales † Regij, qui tabulā tenere
1 debēt, antequā vtātur officijs sibi cōmissis, tenētur præstare iuramētū & homagiū, ꝙ deposito officio residebūt per quinquaginta dies personaliter

liter in ciuitatibus vel villis, in quibus tabulam tenebunt; & quod infra ipsos quinquaginta dies non exeant de ipsis ciuitatibus, vel villis, vel earum terminis sine fideiussorum suorū licentia, de qua habeat constare per publicū instrumentum. Hoc dicit. In Barcino. est priuilegium, quod om-
2 nis † manuleuta nisi infra annum requiratur, sit
3 ipso iure nulla. Nota hic † ergo, quod in loco vbi tenetur tabula, & non in loco administrationis, si forte alibi officiū rexerint, habēt officiales facere istā personalem residētiam quinquaginta dierū, vt hic vides. Secus est enim de iure communi, vt *l. vnica C. vt omnes iudices tam milites, quā pedites*, vide ibi. Et crederem, quod dicti fideiussores non posint licentiare istos officiales, quin teneantur per quinquaginta dies residentiā facere prædictā, licet posint licentiā dare exeūdi extra: quia hic de duobus præstāt officiales homagiū, scilicet, de residendo, & de non exeundo; & de his duobus tenentur præstare iuramētum & homagiū, vt littera dicit hic in fine. Sed de vltimo, scilicet, de exeūdo, possunt licētiari, vt dicitur in textu, ibi, *nisi hoc facerent*, &c. quia hic duo mandantur, scilicet, quod resideant, & quod non exeant. Vnde vno soluto remanet reliquū, *extra. de resti. spo. c. Pisanis. & de dolo. & contu. c. cum dilecti.* ¶ Verūtamen cōtrarium seruatur, & consuetudo habet, quod fideiussores dent licentiam, per quā videmus quod omnino cessatur à residentia dictorū quinquaginta dierū: & ita per consuetudinē videtur fore interpretatum: vnde minime sunt mutāda, &c. *ff. de leg. l. minime.* & *l. si de interpretatione.* & *extra. de cōsue. c. cū dilectus.* & *4. di. §. leges.* de iudicio tabulæ prędictæ vide infra *in curia proxi. c. iudices tabulæ.* & quæ ibi dicam. Sed caueāt de iuramēto, quod non potest limitari per consuetudinē, quia tanto sunt grauiora prædicta, &c. *extra. de consue. c. fi. & de si-*
4 *mo. c. de hoc.* & *c. non sat.* Sed † quid si isti officiales fugiant, & non faciant istā residentiam? Respondeo, tenentur de violatione iuramēti, & homagij, & habentur pro cōfessis: vt *l. 3. C. de Assessoribus.* quod est in eis speciale, qui non resident in syndicatu. de quo tamen dic latius vt notatur per *Angel. in l. quæsitum. ff. de pign. & hyp.* Tenetur etiā fideiussoribus de omni dāno, & poterunt capi, nisi eis caueatur idonee, iuxta notata *in l. si sub conditione.* per *Ang. in 4. not. ff. de pig.* Et ex quo semel fugerint nō debent tradi manuleutæ, iuxta notata per
5 *Ang. in l. cōsensisse. §. in omnibus. ff. de iudicijs.* Itē † nota, quod ratione fugæ quasi habetur pro confesso, vt *in cor. de exhi. reis. §. si vero etiā.* & nota per *Ang. in l. sciendū. super glo. ff. qui satis co.* vltimò nota offi-
6 ciū † datū ad beneplacitū ęquiparari perpetuo; vt *ff. de execu. tu. l. iurisperitos.* & est casus singularis secundum *Bal.*

De auerijs.

SVMMARIVM.

1 *Aueriæ de causis criminalibus, prohibentur recipi. limitatur ibidem.*
2 *Officiales, qui salaria recipiunt de emolumentis Regijs, non possunt recipere auerias.*
3 *Assessor gubernatoris, & fisci aduocatus an recipiant auerias.*
4 *Officiales salariati, qui non recipiunt auerias, an possint exigere aliquid ratione laboris à subiectis.*
5 *Iudex ordinarius inquirens ex officio non debet habere salarium, quamuis exeat extra suam iudicaturam. Secus si exiret pro defensionibus; quia tunc haberet salarium moderatum. nu. 6.*
7 *Iudex ordinarius, cui est commissa causa, potest recipere salarium pro ea; si ad eam declarandam aliter non tenebatur.*
8 *Aueriæ recipi non possunt pro remissione gratiosa, idest, quæ facta sit, nulla recepta pecunia.*
9 *Aueriæ non soluuntur per remissionem, quam delatus acceptare non vult.*
10 *Aueriæ non remittuntur, quamuis fiat remissio de criminibus. traditur Regia pragmatica Regis Petri, nu. 11. & declaratur nu. 12.*
13 *Per remissiones, quæ fiūt de pœnis & negotijs fiscalibus nō remittuntur salaria, & expensæ. & refertur alia pragmatica dicti Regis Petri nu. 14.*
15 *Vicarij & alij ordinarij inferiores faciunt compositiones encamaratas, & refertur clausula alterius pragmatica Regis Petri nu. 16.*
17 *Trāsactio super crimine an & qn̄ fieri posit. remissiue.*
18 *Obtinens remissionem de crimine an & quādo habeatur pro confesso.*
19 *Aueriæ an debeantur de bonis confiscatis.*

I*Tem etiam statuimus & sancimus, quod officiales nostri, qui assueti sunt de causis criminalibus recipere*
1 *auerias*, &c. Casus. Aueriæ † de causis criminalibus prohibentur recipi, nisi cum delatus de crimine fuerit pecuniariter cōdemnatus, vel remissionem pro pecunia receperit de eodem: quæ aueriæ nequeūt excedere vltra quatuor solidos pro libra quantitatis in condemnatione vel remissione deductę: & fiet earum partitio prout in quolibet loco est fieri assuetum. Officiales † tamen or-
2 dinarij, Scriptores, & Assessores eorundem, vel Procuratores Fiscales, qui salaria recipiunt de emolumentis Regijs non possunt de ipsis auerijs aliquid recipere, vel habere. Hoc dicit. ¶ Ex hac
3 constitutione † videtur, quod Assessor gubernatoris, cum salarium recipiat à domino Rege, & de emolumentis Regijs, non deberet aliquid recipere de auerijs causarum criminalium: quod tamen secus seruatur, & recipit duos solidos pro libra, sed Aduocatus Fisci nil recipit, cum deberet recipere saltem vnum solidum, quia nō habet salariū ordinariū, & forte non bene. Verumtamē multa per patientiam tollerantur, quæ si deducta essent coram principe, exigente iustitia, non deberent tollerari, *extra. de preben. cap. cum iam du-*
4 *dum*, in fine. ¶ Sed † nunquid isti officiales salariati, qui auerias non recipiunt, poterunt aliquid exigere ratione laboris à subiectis? Respondeo, non, nisi forte esculentum, & potulentum, nisi esset consuetudo, vt *C. de pala. sacra. largitionū. lib. 12.* & *C. de Episcopis & cleri. l. iam de-*

 mentis.

mentis.& in *auth.de defen.ciui.* §. *quia vero defensores.colla.3.*& *C.de pradi.cursu.l.fi.* Sed propter laborem actorum scribendorum tabelliones deberent habere,vt in *alleg.l.tam dementis.*& *in auth. vt iudices sine quoquo suffragio.*§.*hoc autẽ.coll.2.* Delegatus vero recipit salarium;de quo nota *extra. de vita & ho.cleri.c.cum ab omni.*& *11.q.3.c.non licet iudici.*& *ff.de offic.Proconsul.l.solent.*vbi de hoc per *Gui.de Cug.*& alios Doct.adde quæ dixi supra *col.3.curia Montissoni.c.2.Item ordinamus,& statuimus, quod aliquis officialis noster*,&c.& quæ dicam infra *colla.9.in curia Regis Ferdinandi.c.los salaris.* ¶ Itẽ
5 quæro,† si iudex ordinarius faciat inquisitionem ex officio suo,an ratione officij debeat habere salarium,si exeat extra suam iudicaturã? Dic quod non, vt in *auth.de colla.*§. *iubemus.*& est *glos. C.de proxim.sacrorum scri.l. in sacris.* circa medium. se-
6 cus enim quando † iudex pro defensionibus habeat ire extra locum; quia tunc potest recipere salarium moderate.vt suprà *colla.4.in prima curia Barcinona.cap.14.Item quod aliquis iudex noster.* dic vt ibi. ¶ Item nunquid ordinarius,† cui erat cõ-
7 missa causa,poterit recipere salarium? Dic quod sic,si alias ad id non tenebatur,alias non,arg. *ff.de condic.ob tur.causam.l.fi.*& *C.de offi. rectoris prouin. l.qui ordinariam.*& *ff.fi.regum.l.3.*§.2.& videtur casus supra *curia proxi.c. cum non debeat.* vide ibi. ¶ In textu,ibi,*vel remissione pro pecunia.*Nota hic
8 casum, † argumento sumpto à contrario sensu, quod si remissio fiat gratiose,nulla recepta pecunia, quod tunc non possint recipi aueriæ: quod credo verum,si talis remissio fiat ante condemnationem pecuniariam,vt littera dicit, quia solum in duobus casibus permittuntur aueriæ, scilicet, quando est delatus pecuniariter cõdemnatus,vel quãdo remissionem pro pecunia receperit. ¶ Itẽ
9 nota,quod littera dicit,*receperit*,quia † licet curia remissionem faciat,si delatus illam non recipiat,
10 nõ cogetur soluere auerias:quas dominus † Rex, vel gubernator non videtur remittere, faciendo remissionem criminis,prout latius continetur in quadam pragmatica Regia tenoris sequentis:
11 ¶ Nos † Petrus Dei gratia Rex Aragonum, &c. Quia frequenter contingit, quod nos & noster carissimus primogenitus ad instar superni Regis, qui ad miserendum potius, quam ad puniendum mentẽ suæ Maiestatis dirigit,quæ puniri possemus gladio, liminento misericordiæ mitigamus; & criminosis seu per indeuium operantibus diuersas diuersis respectibus facimus gratias & remissiones de nonnullis criminibus,culpis,excessibus,seu delictis,de quibus per nos,seu nostrum Algutzirium,aut alium à nobis,seu nostra Audientia cõmissionem habentem cepta est inquisitio seu processus: & posset in dubiũ reuocari, sicuti iam alias reuocatum extitit, an dicto nostro Algutzirio,iudici,aut alteri de hoc cõmissionem haberi,ac Procuratori Fiscali,& alijs,qui circa dictas inquisitiones,& processus laborãt,inde aueriæ solitæ,seu iura aliqua debeantur.Propterea volẽtes huiusmodi dubium tollere,& super præmissis debite prouidere; Attento quod tales remissiones impetrantes,vel alias earum scuto se quomodolibet defendentes,crimina seu excessus, de quibus delati fuerunt,quodammodo confitentur,& iuxta sapientis eloquium, os bouis ligari non debeat triturãtis:nec rationi congruit,vt qui ad onus eligitur, à mercedis præmio repellatur. Statuimus,sancimus, ac maturo habito super his consilio ordinamus, quod amodo,non obstãtibus quibuscumq. gratijs, seu remissionibus per nos, seu nostrum charissimum primogenitum,aut aliũ à nobis, seu ab ipso potestatem habentem de aliquibus criminibus, culpis, excessibus, seu delictis,factis,vel fiendis, concessis,vel quomodolibet concedendis; dummtamen ex eis (vt prædicitur)facta fuerit inquisitio,seu processus; prædicti Algutzirius,iudex, aut alius inde à nobis, vel à nostra Audiẽtia cõmissionem habens; necnon & Procurator Fiscalis,& alij,qui circa ipsas inquisitiones laborauerint,habeant illa salaria,auerias, seu iura, quę noster Cancellarius, Vicecancellarius,seu Regens Cancellariam inde eis arbitranda duxerit, & taxanda. Cum nostræ intentionis non existat (sicuti nec decet) quod remittẽdo crimina,excessus,seu delicta prędicta,aueriæ, seu iura prædicta,quæ ad nos minime pertinent,aliquatenus recipiantur. Mandantes per pręsentem firmiter & expresse prædictis Cancellario, Vicecãcellario,seu Cancellariam Regenti,cęterisq.officialibus,& subditis nostris,& dictorum officialiũ Locatenentibus præsentibus,& futuris,quatenus statutum,ordinationẽ,& prouisionem nostrã huiusmodi,quã de certa scientia,ac deliberate,& cõsulte facimus, ratam & firmam perpetuo habeãt, teneant,& obseruent, & non contrauenĩant quauis causa:in cuius rei testimonium hãc fieri iussimus nostro sigillo appenditio communitam.

Si talis gratiose remissus iam erat de crimine condemnatus,tunc clarum est, quod debent omnino solui aueriæ,quæ non intelliguntur remissę, vt hic dicitur, & hoc casu potest intelligi hæc pragmatica. Si vero fiat remissio gratiose,delato adhuc non condemnato, tunc forte secus per hãc constitutionem,cui non obstat pragmatica: quia si fuerat prior in data ac contraria; hic tunc per hanc contrariam, & posteriorem constitutionem censetur reuocata. Si vero fuit data post,forte nõ valeret contra constitutionem iuratam.Sed de facto vidi seruari iuxta pragmaticam,sed forte male. Hanc pragmaticam sine data habui de libro Fiscalis curiæ Gubernatoris Cathaloniç & forte ideo non habebat Kalendariũ,vt possent arguere pro se,& euitare hanc constitutionem,quã credo potius fore seruandam iuxta sui seriẽ atq. mentem, quidquid in contrarium de facto abutatur.
12 ¶ Ecce † præinserta pragmatica loquitur quando fiunt remissiones particulares super criminibus,pro quibus consueuerunt exigi aueriæ, vt
13 in hac constitutione dicitur. Sed † notandum, quod

quod etiam per remissiones, quæ fiunt de pœnis & negotijs fiscalibus, non intelliguntur remitti salaria & expensę, prout traditur in alia pragmatica, quæ est seriei sequentis.

14 ¶ Nos † Petrus Dei gratia Rex Aragonũ, &c. Attendentes, quod frequenter accidit, quod per nos, vel procuratorem nostrum generalem fiunt & conceduntur remissiones, & gratiæ aliquibus officialibus nostris, & alijs nonnullis personis, contra quos de mandato nostro inquiritur, vel alias super debitis, & negotijs fiscalibus remissiones & gratiæ postulantur, in quarum prosecutione pro parte curiæ nostræ & procedentium in eisdem diuersæ expensæ ministrantur illis, qui laborant in dictis inquisitionibus faciendis, de eorum salarijs minime satisfacto; rationique sit consonum, vt ea exsoluantur per eos, quibus fiunt remissiones & gratiæ supradictæ, cum tales sumptus, & salaria sint merito exsoluenda. Idcirco per præsentes dilecto nostro gerenti vices procuratoris in Cathalonia, ac Baiulo Cathaloniæ generali, & eorum Locatenentibus, nec non & Inquisitoribus deputatis à nobis, seu à nobis deputandis, ac officialibus, & iudicibus quibuscumque pręsentibus, & qui pro tempore fuerint; damus firmiter in mandatis, quod quando, & quotiẽs per nos, seu dictum procuratorem nostrum generalem, aut alium quemcumq. à nobis potestatem habentem contigerit absolutiones, diffinitiones, remissiones, ac gratias fieri, vel concedi, de neglligentijs, siue culpis, aut alijs nostris iuribus, quocumq. nomine nuncupentur, super quibus pro parte nostra; seu officialium nostrorum factæ fuerint, seu fient etiam in futurum dictis personis, quousq. in sumptibus & salarijs dictis iudicibus, & alijs officialibus nostris plene satisfecerint, dictæ absolutiones, diffinitiones, & remissiones, ac gratiæ minime obseruentur, cum hoc in eisdem gratijs, & alijs supradictis subintelligi omnimode intendamus. Datum Valẽtiæ 15. Kalendas Decembris, anno Domini 1341.

15 ¶ Præterea † vero pragmaticæ non haberent forte locum in remissionibus, quas faciunt Vicarij, Baiuli, & alij ordinarij inferiores, quia illi debent facere compositiones encamaratas, iuxta aliam pragmaticam Regis Petri, datam Barcin. 4. Nonas Decembris, anno Domini 1339. in qua est clausula sequens.

16 Et † pro tollendis vexatione gentium, & fraude curiæ nostrę, quæ subscripta occasione fieri solent, volumus & ordinamus, quod quantitas pecuniæ, vigore dictę compositionis per partẽ criminosi, vel delinquentis, vt prædicitur, promittẽda, vel danda, detur tam pro iure nostrę curię, quã salarijs iudicis, scriptoris, & sagionũ, ac pro cunctis alijs sumptibus inde factis, quodq. vltra dictã quantitatẽ nihil pro dictis salario, & sumptibus quauis occasione alia detur vobis, vel alijs prædictis, qui dictæ cõpositioni intererunt, aut personæ alij cuicumq. Idq. ille, qui pro dicto criminoso ipsam compositionem faciet, iuret ad sancta Dei Euangelia coram vobis, & alijs supradictis. Vos vero soluatis ex dicta quantitate salaria, & sumptus iã dictos, si & prout fieri debuerint, præuia taxatione decenti.

Et dirigitur dicta pragmatica vniuersis & singulis Vicarijs, Subuicarijs, & Baiulis ciuitatũ & villarum Regiarum Cathaloniæ, Procuratori de Turricella, & de Ballo, vel eorũ Locatenentibus, præsentibus, & futuris. Et est optima, de qua deberet fieri constitutio generalis, quia male seruatur plerumq.
17 An † & quando liceat de & pro criminibus transigi, vide *Henr. Boich in c. ex parte, de transac. in 2. di.*
18 Et ibidem nota, † an & quando obtinens remissionẽ de crimine habeatur pro cõfesso, & sibi noceat, vel non: & adde quæ dixi supra *coll. 4. in 1. curia Barcin. §. 9. Itẽ quod nos vel offi. nostri. §. ecce per istam pragmaticam.* Sed pone, iudices curię, vel alij ex commissione Regia facta per Regem, vel Cancellarium, Vicecancellarium, vel Regentem inquirunt contra rebelles patriæ, & fuit lata sententia declaratoria, & confiscationis omnium bonorum illorum rebellium,
19 † quæritur an debeantur auariæ de bonis confiscatis? Tẽpore domini Regis Petri IIII. vidi seruari quod sic. Vidi etiã dubitari in Audiẽtia, & quãdoq. iudicari. Credo ꝙ seruetur, donec aliter sit prouisũ, quia præsens cõstitutio nõ clare loquitur de istis confiscationibus, & solius Principis interest.

De treuga & pace.

SVMMARIVM.

1 *Querela pacis & treugæ immoderatæ sunt moderandæ personarum conditione, negotij qualitate, & alijs circumstantijs diligenter attentis, declaratur nu. 12.*
2 *Vicarius ex officio tenetur moderationem facere querelarum pacis & treugæ.*
3 *Querelans facta moderatione querelæ debet iurare se credere fore vera in dicta querela, antequam citatio, clams mandetur exequutioni.*
4 *Forma procedendi ad citationem querelati pro pace & treuga traditur.*
5 *Querela pacis & treugæ nõ admittitur pro debito ciuili.*
6 *Iudicium incipit à citatione.*
7 *Citatio est principiũ & fundamẽtũ ordinis iudiciarij.*
8 *Citatio vbi est inualida, inualidatur etiam iudicium, & sententia.*
9 *In citatione vbi est vitium, non tenet processus in præiudicium absentis: sed si citatus comparet, tenet processus nõ vi citationis, sed vi præsentiæ. limitatur n. 10.*
11 *In citatione personali causa debet exprimi.*
13 Moderare *verbum dicit diminutionem.*

1 DEinde sancimus, quod si aliqua querela pacis, & treugæ, &c. Casus. Querelæ † pacis, & treugæ, si fuerint immoderatæ, debẽt per Vicariũ, vel Subuicarium, antequam citatoriũ mandent, moderari, personarum conditione ac negotij qualitate, & alijs circumstantijs diligenter attentis. Hoc dicit. Præsens constitutio est notabilis, quæ est confirmata per Regem Ferdinandum, qui adiecit pœnas iudici contra facienti, & etiam aduo-

aduocato tales immoderatas querelas ordinanti: vt infra *collat. 9. cap. confirmantes constitutionem super fienda querelarum moderatione*, &c. vide ibi.

2 Et nota, † quod Vicarius etiam non requisitus tenetur ex officio suo hanc moderationem facere, iuxta hanc constitutionem, quia dicit tex. *ex officio suo, antequam citet*, &c. & caute faciet Vicarius, quod taxet vel moderet expresse ad certam quantitatem, cum alias non præstetur iuramentum querelatoris: iuxta *cap. vt tollatur. infra in*

3 *curia proxima*. Item † nota, quod facta moderatione prædicta, iuxta istam constitutionem debet querelans, antequam citatorium mandetur, iurare se credere fore vera contenta in ipso clamo; & quod non intendit deficere in probando: vt infra *in curia proxima, cap. vt tollatur omnis occasio*: & vltra hoc hodie habet recipi informatio super contentis in querela, & firmari de iure per ipsum querelantem: vt infra *colla. 9. in curia Regis Ferdinandi.*

4 *cap. querelam de pace violata*. Vnde † ex his nota formam procedendi ad citationem querelati pro pace, & treuga. Primo debet formari querela cõtinens causam quare pax & treuga dicitur violata, & quantitatem damnorum & iniuriarum. Et debet offerri coram Vicario, vel in eius absentia coram Subuicario & Assessore, & debet querelans firmare de iure, & dare informationem criminis in querela continenti, saltem per famam, iuxta dictum *cap. querelam*, & infra *collat. 9. in curia domini Regis Ferdinandi. cap. cordi nobis est. vers.*

5 *Præcedente tamen etiam criminis*. ideo dixi, quia † pro debito ciuili non admittitur querela in viam pacis & treugę: vt in dicto *cap. cordi*. Postea recepta ipsa informatione debet moderari querela iuxta istam constitutionem, & facta ipsa moderatione debet iurari, vt dictum est, iuxta *cap. vt tollatur*. quibus peractis, & non ante debet mandari citatoriũ litteratoriæ, vt est moris: & si alias mandaretur citatio, ista forma non seruata, processus esset nullus, quia citatio non valeret: imo esset irrita ipso iure tanquam facta contra ordinem iuris, & dictarum constitutionum: vt *C. de sent. & interlo. omnium indi. l. prolatam*. de quo vide per *Innoc. extra. de offic. dele. cap. prudentia*. & *c. venerabili*. & per *glo. extra. de rescript. cap. cum dilecta. & de resti. spo. cap. Pisanis*. Ita quod si aliquod prædictorum defuerit, processus non valebit, quia vbi plura exiguntur, si vnum illorum defuerit, totum factum irritatur. 28. *di. quæ ipsis*. & dicam Deo duce latius super alleg. *cap. querelam de pace violata*: quia talis citatio & processus, prætermissis prædictis, quæ habent præcedere, non valeret, quia talis processus contra iuris, & harum constitutionum ordinem factus careret fundamento:

6 quia † iudicium â citatione incipit: vt *instit. de*

7 *pœna temere litig. §. vltim.* & citatio † est fundamentum, & principium ordinis iudiciarij, vt notat *glos. in cap. Ecclesia sancta Maria*. super verbo,

8 *non conuenti. extra. de consti*. Et vbi non † est citatio valida, nec iudicium, nec sententia valet: de quo per *Bal. in l. cum fratrem. C. de ijs quibus vt indig. aufe. haeredi*. adde notata per *Abb. extra. de causa po. & proprie*. & in *Clem. pastoralis. de re iudi*. & infra *collat. 11. cap. penultim. & vltim.* Item nota,

9 quod vbi est vitium † in citatione, nunquam tenet processus in præiudicium absentis: sed si citatus comparet, tenet processus non vi citationis, sed vi præsentiæ: vt *l. 1. in prin. ff. de ferijs*. secundum *Bal. in auth. si omnes. C. si vt ab haeredi. se*

10 *absti*. Quod forte † est verum, nisi protestetur reus de vitio citationis. Item vbi esset vitium in admissione querelæ pacis, & treugæ, licet reus compareret propter dubium citationis, attamen non valeret processus in vim pacium & treugarum, & ita pignorum tornatio, & fideiussorum datio non valeret, nec posset fieri condemnatio ad pœnas constitutionum pacium, & treugarum, propter errorem, qui excludit consensum: arg. *l. si per errorem. ff. de iurisdict. omnium iudi*. super quo tamen cogita melius, & aduerte quod ante litis contestationem decernatur an citatio, & processus valuerit, necne; & an bene comparuerit

11 reus, vel ne, &c. Item nota, † quod in citatione personali causa debet exprimi, vt qui citatur valeat plene instrui, & ideo seruatur cautela, vt querela in citatione inseratur. De hoc legitur, & notatur *extra. vt lit. pen. cap. cum lite. in Cle*. per *Io. And. & alios Doct*. adde quæ dixi de citatione, supra *colla. ead. in curia Perpiniani. cap. laudãtes*. Vide etiã quæ leguntur, & notantur *extra. de maio. & obe. c.*

12 *inter quatuor*. & in *c. 1. de iudi. lib. 6*. Sed † quid si Vicarius de consilio Assessoris dicat, quod habet querelam pro moderata, & ita nullatenus facta alia moderatione procedit; & forte querela est immoderata, nunquid valet citatio? Credo quod talis citatio, licet iniusta, valet, & arctabit citatum ad comparendum. Verumtamen intra quindecim dies ipsius citationis per procuratorẽ poterit comparere, & allegare querelam fore immoderatam, & petere eam moderari: & si non moderetur ex iusta causa allegata, & quę offeratur in continenti probari, poterit appellare. *de app. c. interposita*. Et si declaretur fore moderandã, non valeret citatio facta contra formam huius cap. Vel verius citatio erit nulla, quia iuxta istas constitutiones oportet querelã per Vicecancellariũ mo-

13 derari, & ita minui, quia † verbũ *moderare*, dicit diminutionem: vt *extra. de verb. sig. c. transmisse*. vt scripsi latius infra *c. vt tollatur. in curia Montissoni*. Vel exprimat, quod querela sibi videtur moderata; quare taxat ad ipsam quantitatem.

De abatuts.

SVMMARIVM.

1 *Prælati, Barones, & alij iurisdictionem habentes tenentur ad requisitionem Regis, & suorum officialium capere bannitos, quos in locis suis sustinere consueuerint.*

2 *Remissio fieri non potest campsoribus fallitis, donec satisfecerint creditoribus.*

3 *Falliti quæ puniantur pœna.*

Camp-

4 *Campsorum fallitorum materia. remissiue.*
5 *Falliti an possint guidari.*

PRaeterea confirmantes capitulum, &c. Casus. Praelati, † Barones, milites, & alij iurisdictionem habentes, qui bannitos in ciuitatibus, villis, & locis suis sustinere consueuerint, ad requisitionem domini Regis, & officialium suorum tenentur capere, & amputare caput campsoribus abatuts, qui se recollegerint in ciuitatibus, villis, & locis praedictis. Nec † talibus campsoribus abatuts potest per dominum Regem, nec per officiales suos inde remissio fieri, donec prius satisfecerint creditoribus suis. Hoc dicit. ¶ Et confirmatur hic constitutio domini Regis Iacobi Secundi supra *collat.* 4. in *curia Gerundae. cap.* 13. *Item statuimus, quod capitulum per nos factum in curia Illerdae*, &c. Vide quae ibi dixi, & adde infra *curia proxi. cap. Nos & primogenitus.* ¶ Et nota hic casum, in quo non potest fieri remissio, de quo dixi supra *curia proxi. cap. insuper.* & vide infra *collat.* 9. *curia domini Ferdinandi cap. per tal que mal.* & quae ibi dixi super verbo, *carcer comun*, & in verbo *dispensat.*

3 ¶ In textu, ibi, *caput amputare*, subintellige † si fuerit miles, vel de genere militari, vel simili gaudens de priuilegio, alias de consuetudine non aufertur caput, sed debent suspendi. Vnde expone, *caput amputare*, idest, capitaliter punire, taliter quod moriatur, & ita amputatur ei caput, idest vita: sunt enim isti abatuts plusquam latrones famosi, quos lex suspendi furca iubet: vt *ff. de poenis. l. capitalium. §. famosus.* nil mirum enim si eadem poena capitali, & vltimo supplicio puniantur. Licet hodie male seruetur, quia videmus plures, qui se abaten, & paucos punitos; quinimo de facto in baronijs sustinentur, quod est detestabile, & deberet grauius statui, quod essent ipso facto, & sine citatione eiecti à pace & treuga, & quod possent à quocumque impune offendi: vt tali metu saltem à similibus abstinerent. De istis † campsoribus vide etiam infra *ead. curia. cap. Item etiam ordinamus, quod quicumque campsor.* vide & adde quae scripsi latius supra *collat.* 4. *curia secunda Barcino. cap. Item, quod quilibet campsor, qui se abat.* Sed nunquid † tales abatuts poterunt guidari de crimine istius abatimenti? De facto seruatur, quod sic, & etiam per Barones guidantur: & ita praesens constitutio eluditur saepe, nec vidi eam seruari, licet saepius viderim campsores abatuts sustineri. Sed per iustitiam obtinui, quod data pro his querela pacis & treugae, in eorum contumacia fuerunt eiecti à pace & treuga, & ita venerunt ad concordiam: vide quae scripsi in *Summa de homagio*: & tene menti, quia istud est optimum remedium.

4 (margin) 5 (margin)

Vt in causis Cathaloniae sint iudices, & relatores in Cathalonia domiciliati.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, nec relator in causis Cathaloniae quis esse non potest, nisi sit in ea domiciliatus, Cancellario, & Vicecancellario inde exceptis, sub poena tradita nu.* 2.
3 *Prorogari non potest tacite, nec expresse in non habentem iurisdictionem.*
4 *Cancellarium, & Vicecancellarium esse oriundos, & realiter domiciliatos in aliquo loco ex Regnis Aragoniae, Valentiae, & Principatus Cathaloniae, ac Regni Maioricarum sufficit.*
5 *Cathalanus dicitur qui est in Cathalonia natus, & etiam qui moratur, & habet domicilium in ea.*

1 VLterius confirmantes constitutionem editam in curia Montisalbi, &c. Casus. † Non potest esse iudex, nec relator, nec alias de causis Cathaloniae se intromittere, qui non fuerit in Cathalonia domiciliatus; & in contrarium attentata sunt irrita ipso iure; Cancellario, & Vicecancellario inde exceptis. Hoc dicit. Et confirmatur hic constitutio, quae incipit: *Item ad supplicationem omnium praedictorum.* supra *collat.* 5. *cap.* 21. & repete hic quae ibi dixi. Et praesens constitutio confirmatur infra in *curia Ferdinandi collat.* 9. *cap. confirmants les constitutions fetes*, &c. Vbi † etiam additur, quod si ille, qui non fuerit in Cathalonia domiciliatus, contrafecerit, & requisitus non destiterit, ipso facto poenam centum florenorum, & infamiā incurrit; & supplicans in contrarium caret impetratis. Vndecima die Nouembris 1377. in facto Francisci de Maylla ciuitatis Vici fuit oppositum, quod processus factus in audientia per Raymundum Nepot, ciuem Valentiae non valebat ipso iure, nec sententia inde secuta, cum per non Cathalanum factus esset; & ita fuit concordatum per F. Çacosta Vic. Ioannem de Vallesicca, relatorem Domasco, B. Miquel. G. P. Buttot, Ioan. Despla, Sperantem in Deo Cardona, F. Castilionis Aduocatum Fiscalem, F. Moratonis, & alios iurisperitos per hanc constitutionem, & alias hic nominatas, quae loquuntur in omnibus officialibus Domus Regiae, exceptis Cācellario, & Vicecancellario. Nec † prorogatio dicitur posse fieri tacite, vel expresse in non habentem iurisdictionem, nec potest dici iudex constitutione prohibente, & idem fuit declaratum in facto de la Roca contra F. Monyos Algutzirium. Iauf. de Ortigijs Regentem Cancellariam. Sed de Cancellario & Vicecancellario hodie dic vt infra *coll.* 10. *in curia domina Maria. c. primeramēt à supplicatio*, &c. Vbi † dicit, quod de Cancellario & Vicecancellario sufficiat, quod fuerint oriundi & realiter domiciliati in aliquo loco Regnorum Aragoniae, Valentiae, & Principatus Cathaloniae, & Regni Maioricarum: & non alias. vide ibi, & supra *collat.* 4. *curia prima Barcino. cap. Item ad supplicationem dicta curia concedimus*, &c. & *cap. Item quod nobilis Infans*, &c. & adde quae in eis dixi. Et nota, † quod Cathalanus dicitur ille, qui est in Cathalonia natus. Vnde Cathalanus quasi in Cathalonia natus: sic Christus dicitur Palestinus, quia fuit natus in Bethleem de Prouincia Palestina, vt notat *glos.* & *Ioan. de Platea* in *l.* 1. *C. de colonis Palestinis. lib.* 11. Item † dicitur Cathalanus ille, qui moratur & habet domicilium in Cathalonia: sicut Iesus dicitur

tur Nazarenus, quia in ciuitate Nazaret fuit nutritus, & domiciliatus in domo patris putatiui Ioseph. Item potest dici Galilęus, quia Nazaret est de Prouincia Galilęæ. Sic omnes ciues Barcinonæ, vel in ea nutriti, & commorantes dicuntur Barcinonenses: & sic Cathalani, quia Barcinona est in Prouincia Cathaloniæ. Vnde Cathalanus quasi in Cathalonia stans.

De salarijs scripturarum.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio loquens de salarijs notariorum & scripturarum extenditur ad quoscumque notarios, & scriptores, etiam si non regant scribaniam fortiatam.*

2 *Iudex debet prouidere, ne plus debito exigat notarius à partibus pro scripturis.*

3 *Salarij Iudicum materia. remissiue.*

DEnique confirmantes capitulum, &c. Casus. Constitutio † domini Alfonsi Tertij, quæ loquitur de taxatione salariorũ notariorum, & scripturarum, hic extenditur ad quoscumque notarios, & scriptores Cathaloniæ, etiam si scribaniam fortiatam non regant. Hoc dicit. Adde quæ dixi supra *collat.* 3. *cap.* 11. *Itẽ ordinamus & statuimus, quod probi homines*, &c. & adde infra *curia proxi. cap. Cum notarij*. vbi contrafacientes probi homines eorum
2 officijs priuantur ipso iure. Et nota, † quod ad iudicis officium pertinet videre quantum accipit notarius pro scriptura facta coram ipso iudice, & prouidere ne plus debito exigat notarius à partibus. De hoc nota latius per *Archidi. extra de rescriptis. cap. statutum. §. notarij vero.* in verbo, *spectat officium.* adde quæ notantur in *spe. tit. de salarijs. §. nunc de procu. vers. sed quid erit de tabellionibus*, &c.
3 De salarijs † iudicum vide infra *collat.* 9. *cap. los salaris.* & quæ ibi scripsi.

De iurisperitis.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus, nec iudex, nullus etiam iurisperitus potest esse, nisi libros iuris ciuilis, vel saltem iuris canonici habeat, & quod ad minus audiuerit per quinque annos in studio generali. declaratur num.* 23.

2 *Sine studio, & præceptore quis bene eruditus esse non potest in aliqua scientia.*

3 *Eruditus præsumitur quis in studio generali, si legitimo tempore studuerit.*

4 *Ingenium supplet tempus in bene studentibus.*

5 *Nemo repente fit summus.*

6 *Medici artem suam exercere nequeunt, nisi studuerint per tres annos in studio generali.*

7 *Doctor plus debet dare operam scientiæ quã eloquentiæ.*

8 *Memoria doctoris ex scriptura plus conseruatur.*

9 *Doctor debet esse sollicitus, laboriosus, & subtilis.*

10 *Doctor debet alios præcellere scientia, moribus, & facundia.*

11 *Doctores debent se separare à conuersione vulgarium.*

12 *Iurisperito, qui sibi aduocauit in causa propria, an possit salarium taxari, eo quia pars aduersa fuerit in expensis condemnata.*

13 *Aduocatis salarium est taxandum per iudicem.*

14 *Salarium tutori pro remuneratione sui laboris constitui potest per iudicem.*

15 *Loca insignia Cathaloniæ sunt villa Perpiniani, Ceruariæ, Podijceritaniæ, & Villa Franca Penitensis.*

16 *Aduocare quid sit.*

17 *Imperiti aduocare prohibentur. declaratur nu.* 21.

18 *In aduocato quatuor requiruntur, persona, scilicet, causa, modus, & salarium.*

19 *Doctor petere non potest restitutionem in integrum.*

20 *Tutores, & curatores tenentur, si habentes aduocatum iuuenem succumbant in causa pupilli.*

22 *Illiterati an dicantur aduocati. remissiue.*

24 *Iurisperitus bonus à notorio non est examinandus. declaratur nu.* 25.

26 *Iudex temporalis si prohibeat aduocato ne patrocinetur, an prohibitio ista duret vltra tẽpus sui regiminis.*

27 *Aduocati non debent sedere cum iudice, quando ventilantur causarum merita.*

28 *Iudex debet aduocatos audire, alias punietur.*

29 *In aduocato scientia requiritur, & non sufficit practica.*

30 *Iudex debet esse peritus.*

31 *Iurisperitus cogitur patrocinare, dummodo non inimico, nec contra amicum.*

32 *Prohibitus postulare non prohibetur postulare pro se ipso, nec pro alijs personis exceptis.*

33 *Infamis potest esse procurator.*

34 *Aduocatus largo modo dicitur procurator.*

35 *Aduocatus primæ instantiæ non tenetur aduocare in causa appellationis, sed bene in causa restitutionis in integrum.*

36 *Aduocatus non potest esse iudex in causa, in qua fuit aduocatus. declaratur nu.* 37.

38 *Doctor non solum reprobari potest per defectum scientiæ, sed etiam propter defectum morum.*

COnfirmantes insuper capitulũ in dicta curia Montissoni editum, &c. Casus. † In ciuitatibus, villis, & locis insignibus Cathaloniæ nullus etiam
1 iurisperitus audet aduocare, nec officium iudicis vel assessoris assumere, nisi omnes quinque libros iuris ciuilis ordinarios habeat; vel saltem ordinarios iuris canonici, & quod adminus audiuerit per quinque annos in studio generali. De quo fidem per sacramentum facere tenetur. Hoc dicit.
2 Vsque ad §. *Et idem de medicis*, &c. Nota, † quod textus dicit, *in studio generali*, quia nullus potest esse bene eruditus in aliqua sciẽtia sine magistro, & præceptore, vt notat *Bartho. de Salíceto* in *l. quod plerumque. C. de alimentis pu. præstan.* Et ideo prius debet quis assumere formam discipuli; vt *extra. de elec. cap. cum in magistrum.* Vnde † quando quis
3 legitimo tempore studuerit in studio generali, tunc præsumitur, quod sit eruditus. Sed non in studio fuisse, sed bene studuisse laudandum est: vt 12. q. 2. *cap. gloria Episcopi. §. Socrates.* & nota in *cap. tuæ. extra. de cleric. non resi.* Sed tamen ingenium docile, & sine Doctore laudabile est; vt in *prologo*
4 *Bibliæ. cap.* 3. Nam † ingenium supplet tempus in bene studentibus; vt in §. *hac quæ de charitate. de pœ-*
5 *dist.* 2. Nemo † enim repente fit summus, vt ibi dicitur adde quæ notantur *extra. de renuncia. cap. nisi.*
6 & *cap. seq.* Vbi † idem statuitur de medicis, quos tamen

tamen sufficit per tres annos in generali studio audiuisse. Hoc dicit. Vsque in fine huius constitutionis,& adde infra *curia proxi. cap. in ciuitatibus.* & infra *coll. 10. in curia dominæ Mariæ. cap. Assats es cosa ridiculosa.* & repete hic quę dixi supra *colla. 3.*
7 *cap. 18. Itē ordinamus,& statuimus*,&c. Nota † quod doctor plus debet dare operam scientiæ, quā eloquentiæ. *ff. de ori. iuris. l. 2. §. post hos.* Item † doctoris memoria plus conseruatur ex scriptura, ibidē. *vers. cuius scriptura*,&c. Item debet † doctor esse sollicitus,& laboriosus,& subtilis. *C. de nouo. C. compo. l. 1.* Et ad collegium doctorum non debet admitti vilis, & debet esse approbatus. Et approbantes debent cum iuramento asserere eum fore habilem. Et filij doctorum debent proponi,& gratis admitti, licet ab alijs aliquid exigatur. *C. de aduo. diuer. iudi. l. iubemus. §. fi.* & *l. petitiones. eod. tit.*
10 Item † doctor debet alios præcellere scientia, moribus, & facundia: *C. de professo. l. magistros.*
11 Item † doctores debent se separare à cōuersatione vulgarium: *l. 1. C. de li. studi. vr. Ro. lib. 11.* Item nota, quod ex multitudine doctorum confunditur intellectus audientis; sicut ex multiplici lege confunduntur homines in litibus. *C. de nouo. C. compo. l. 1.* & *Esther cap. 3.* ¶ In textu, ibi, *quod aliquis iurisperitus*, supple, hic maxime, quia idem,& fortius, si nō sit iurisperitus: vt in capitulis præalleg.
12 Sed † an iurisperitus, qui sibi aduocauit in causa propria, poterit petere salarium sibi taxari, quia pars aduersa fuit in expensis condemnata? Videtur, quod sic, per ea quæ leguntur, & notantur *C. de suffragio. l. vna.* quia postulare est desiderium suum,&c. Et nulli dubium, quia potest quis pro se in causa propria aduocare: vt in *hac cōstit.* & *l. 2.*
13 *C. de postulando.* Et aduocatis † est salarium taxandum per iudicem: vt *l. 1. §. aduocatos. ff. de varijs, & extraor. cog.* Facit ad hoc, quia si aduocatus succumbat, tenetur alteri parti in expensis etiam aduocatorum: vt *C. de iudi. l. sancimus.* ergo, & alia pars sibi tenebitur, cum non ad imparia debeant iudicari, & æqualitas in iudicijs sit seruanda: vt *C. de fruc. & lit. expensis. l. fi.* & ita tenuit G. Seguri doctor Montispesulani; qui idem intelligit in aduocato pupilli, scilicet, in tutore & curatore, vt possit habere salarium, per ea quæ notat *Iacob. de Ra. ff. de admini. tut. l. a tutoribus. §. fi.* & ibi tenet, quod iu-
14 dex potest † salarium certum constituere tutori pro remuneratione sui laboris: sed non ad postulationem tutoris,&c. ¶ In textu, ibi, *insignibus*, scilicet, in quibus consueuit esse copia peritorum: vt *extra. de rescriptis. cap. statutum. vers. nec audiantur. lib. 6.* dic, vt ibi notatur per *glos.* & *Doct.*& di-
15 cuntur † loca insignia Cathaloniæ, villæ Perpiniani, Ceruariæ, Podij ceritaniæ,& Villæ Frāchæ Peniten. vt in allegato *cap. in ciuitatibus.* infra *curia proxi.* vide & adde quæ ibi dicam. ¶ In textu, ibi, *nequeat aduocare.* ergo videtur, quod neque pro
16 se, neque pro alijs: quia † aduocare siue postulare est desiderium suum, scilicet in causa propria, vel amici sui, & sic in causis aliorum apud eum qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere: vt *3. q. 7. §. tria. vers. est autem po-*
17 *stulare.* Et ita patet hic, quod ista cōstitutio † prohibet imperitis aduocare, etiam in causa propria: & potest esse ratio, quia valde interest iudicis, & aduersarij,& etiam sui ipsius, immo & totius reipublicæ, vt processus,& iustitia rite agantur, & ne quis re sua male vtatur: arg. *de his qui sui, vel alieni iuris sunt. l. 1.* & *2.* Nec obstat, quod haberet peritiā causarum: vt *l. 2. C. de postulando.* quia leges nō habent locum in hac patria, vbi contrarium reperitur statutum, vt est hic. Pro hoc facit, quia cum prohibeat ista constitutio imperitis officium iudicis, vel assessoris, tamen etiam nedum officium aduocandi prohibet, sed etiam simpliciter & generaliter prohibet aduocare, dum dicit, *nequeat*
18 *aduocare*,&c. Quæ † autem requiruntur in aduocato? Dic quod quatuor, scilicet, persona, causa, modus, & salarium: de quibus vide per *Ioan. de Imola in Clemen. sæpe. de verbor. signifi.* super *gl. f.* in
19 verbo, *iurgia.* Item nota, † quod doctor non potest petere restitutionem in integrum, & sunt in
20 culpa qui eligunt iuuenem aduocatum, † & tutores,& alij administratores tenentur, si per tales iuuenes succubuerint, secundum *Angelum*, latius in *l. 1. §. mutum. ff. de postu.* ¶ Sed cū hic dicat tex. *de ciuitatibus, & locis insignibus*, quę declarantur in dicto *cap. in ciuitatibus*, videtur à contrario secus in alijs villis,& locis; quod est verum, quoad pœnas istarum constitutionum: secus tamen est per illam constitutionem, supra *colat. 3. cap. 18. Item ordinamus & statuimus*,&c. vbi dicitur, quod aliquis iurisperitus non vtatur in aliqua curia in-
21 quisitionibus, aduocationibus,&c. ¶ Vnde † pro intellectu huius materiæ distingue: aut quis est iurisperitus, vel omnino imperitus. Si sit omnino imperitus, nec habet peritiam causarum, tunc omnino,& in quocumque loco prohibetur aduocare, tam pro se, quam pro alijs. vt hic.& in allegato *cap. 18.* Facit quod notat *Bart.* in *l. 1. ff. de varijs & extraor. cog. §. aduocati.* vbi quærit, vtrum il-
22 literati † dicantur aduocati: de quo vide ibi latius, & per *Angelum* in *§. postulare. ff. de postulando.* Aut habet aliquam peritiam causarum,& tunc credo idem per ea quæ dixi statim. & vide per *Angelum* in allegato *§. postulare.* Alij tamen concedunt, quod possit aduocare in causa propria, per allegatam *l. 2. C. de postulando.* quod satis potest concedi, si ex eius aduocatione seu imperitia non sequitur graue dispendium aduersario, & iudici nocumentum, nec habeat aliā exceptionem contra se, per quam de iure communi prohibeatur. de quo vide in *ff. tit. de aduocato.* per totū.
23 Si vero † quæratur de iurisperito, & tunc aut vult vti in ciuitatibus & locis insignibus, de quibus loquitur dictum *cap. ciuitatibus*, hic, & tunc oportet, quod fuerit approbatus,& habeat libros ordinarios,& audiuerit per quinquenniū,& alias seruauerit istam *constit.* cum illa, *in ciuitatibus.* & *cap. assats es cosa ridiculosa.* Aut non vult, vt in locis insignibus,

insignibus, nec in ciuitatibus, sed in alijs locis; & tunc sufficit, quod fuerit approbatus, iuxta dictum *cap.* 18. supra *colla.* 3. quia ibi dicit, *in aliqua curia,* & non distinguit de ciuitatibus & locis in-
24 signibus, &c. ¶ Sed † quæro, an notus bonus iurisperitus sit examinandus? Credo quod nõ: 23. *di. cap. qui Episcopus.* in *glos.* 2. & 44. *dist. de Petro. & de*
25 *Apost. constitur.* 2. Et † hoc, quando habetur de eo plena notitia, & talis potest hic dici approbatus. Si autẽ non habetur plena notitia, sed aliqualis, tunc transitur cum faciliori examine; cum ignoto tamen sit plena examinatio, vt notatur in *Clement. Romani. de iureiurand.* vide ibi *Ioan. de Imola.* Et
26 nota, † quod si iudex temporalis prohibeat aduocato ne patrocinetur, si hoc faciat per interlocutoriam, & sine causæ cognitione, prohibitio non durabit vltra tempus sui regiminis; & sic intelligit *l. vlti. ff. de pœnis.* Secus si cum causæ cognitione, & lata sententia; & ita loquitur *l. prima. C. de postulan.* secundum *Gui.* qui ita & latius notat in *Rosario.* in *dist.* 3. §. *porro.* super verbo *legato.* No-
27 ta, † quod aduocati nõ debent cum iudice sede-
28 re quando causarum merita vẽtilantur. Item † iudex debet aduocatos audire, alias puniretur: vt
29 *C. de offi. præfecti annonæ l. vnica.* Item nota, † quod in aduocato requiritur scientia, & nõ sufficit practica: vt *cap. de aduo. diuersorum iudi. l. iubemus. ff. de varijs & extraor. cog. l.* 1. §. *aduocatus.* & de hoc consueuit notari *C. de postulando. l.* 2. & dicitur in prædictis legibus, quod inter aduocatos non connu-
30 merabitur. Sic etiam † iudex debet esse litteratus, alias remoueri potest. argu. *ff. de re iudi. l. quidam.* & in *authentica de iudicibus.* §. 1. *C. de sent. ex periculo reci. l. fi.* vbi de hoc. Peritus enim debet esse iudex, nec debet quærere ab alijs quid ei loqui oporteat. in *authentica de iudi.* §. 1. argu. contra *C. de iudi. l. certi iur.* vbi dicitur, quod si consuetudinem habeat, scientiã, & peritiã iudicãdi, poterit esse iudex. Sed potest responderi illud esse speciale in magistro militum. Sed (vt dixi) in Cathalonia habemus seruare has constitutiones præ alijs iuribus: vt in *cap. affats. in curia domina Regina Maria* infra *colla.* 10. cum similibus. Veruntamen gubernatores, & plures sunt officiales imperiti, qui iudicant tamen cum assessoribus, qui habent esse iurisperiti secundũm has cõstitutiones. ¶ Itẽ
31 nota, † quod iurisperiti coguntur patrocinare, dummodo non inimico, nec contra amicum: vt notat *Angelus* in *l.* 1. §. *ait prætor. ff. de postulando.*
32 ¶ Insuper † etiam nota, quod quantumcumque à lege, vel per sententiam ratione infamiæ quis sit prohibitus postulare, adhuc tamen poterit pro se ipso, & pro alijs personis exceptis postulare, secundum *Angelum,* qui latius notat de hoc *ff. de postulan. l.* 1. §. *ait prætor.* in *b.* poterit etiam postulare ratione officij: vt *ead. l.* §. *Sed est æquissimum.* Item
33 omnis † infamis potest esse procurator, nisi cõ-
34 ditio aduersarij efficeretur deterior. Et † nota etiam, quod stricte loquendo aliud est esse aduocatum, & aliud esse procuratorem; licet largo modo aduocatus sit procurator, & econtra: vt *ff. de iure fisci. l. non intelligitur.* §. *diuus Adrianus.* secun-
35 dum *Angelum* in dicta *l.* 1. §. *edicto.* ¶ Item † nota, quod aduocatus primæ instantiæ non tenetur aduocare in causa appellationis; sed bene in causa restitutionis in integrum, de quo latius per *Angelum* in *l. qui proprio.* §. *Item quæritur. ff. de procura.*
36 Item etiam nota, † quod aduocatus non potest esse iudex in causa, de qua fuit aduocatus: vt *ff. de iurisdict. omniũ iudic. l. prætor.* & ibi nota per *Ange.*
37 Et † hoc verum, etiam si partes id consentirent, quia non posset honeste esse iudex de tali causa, in qua fuit aduocatus, & nouit secreta partis. Itẽ adde, quod notat ipse *Ang. ff. de procura. l. si quis in rẽ.* §. *non solum.* in fi. vbi dicit, quod aduocatus tenetur defendere in causa incidenti coram iudice Ecclesiastico in eadem ciuitate, non tamen extra.
38 Vltimo nota, † quod potest doctor non solum propter defectum scientiæ, sed etiam propter defectum morum reprobari: vt notat *Ioan. de Platea. C. de profe. & medi. l. magistros.* & *C. de profe. qui in vrbe. l. grammaticos. lib.* 12.

De salarijs portariorum.

SVMMARIVM.

1 *Portarij Regij non possunt prò dieta inter salarium, & sumptus habere nisi quinque solidos, sub pœna priuationis officij.*

2 *Portarij, azemilarij, & locatenentes eorum reperti recepisse pecuniam pro animalibus quæ capiunt ad opus domini Regis, puniuntur pœna priuationis officij; & cogi possunt per ordinarios locorum, reseruata punitione domino Regi. num.* 3.

AD *reprimendum auaritiam portariorum,* &c.
1 Casus † portarij Regij, & alij exeuntes pro executione, vel alias, nequeunt inter salarium, & sumptus pro dieta vltra quinque solidos recipere, vel habere; contrafacientes sunt officijs suis ipso iure priuati. Hoc dicit. Vsque ad §. *Et simili*
2 *pœna.* Ibi est secunda pars, † in qua dicitur, quod eadem pœna, scilicet, priuationis officij puniuntur portarij, azemilarij, & locatenentes eorum, qui reperti fuerint recepisse pecuniam pro animalibus, quæ ire permittunt, vel capiunt ad opus dominorum Regis, Reginæ, primogeniti, & Infantium, ac officialium, & familiarium ipsorum. Et nihilominus exacta in duplum restituere tenentur. Hoc dicit. Vsque ad finem capituli. Huiusmodi etiam vltra pœnam priuationis officij incurrunt notam infamiæ & pœnam centum morabatinorum: vt infra in *curia proxi. cap. portarij vel azemilarij.* vide & adde quæ ibi dicam. ¶ Et
3 nota, † quod ad prædicta possunt cogi dicti portarij, azemilarij, & eorum locatenentes, si deliquerint, per officiales ordinarios locorum; reseruata tamen punitione domino Regi: vt supra in *curia proxima. cap. concedimus.* vbi vide, & repete hic quæ ibi dixi, & adde quæ dicam infra *eadem cap. insuper confirmantes.*

De

De eodem.

SVMMARIVM.

1 *Rex non potest facere remissionem in causa huius capituli.*

ORdinamus etiam, & statuimus, quod Baiulus Cathaloniæ generalis, &c. Constitutio ista temporalis fuit, sed mandatur exequi infra in *curia*
1 *proxima. cap. Sub pœna.* vide ibi. Sed † nota hic casum in fine capituli, in quo dominus Rex non potest facere remissionem. De hoc vidisti supra *eadem curia. cap. præterea confirmantes.* & infra *c. proxi.* & supra *curia proxima. cap. insuper.* infra *collat.* 10. *cap. hauens acon.* vide quæ ibi scripsi, & infra *curia proxima. cap. qui verba.* super verbo, *sine spe veniæ.* ¶ Et nota etiam, quod pars huius taxationis, quæ hic fieri mandabatur, fuit facta infra in *curia proxima. cap. notarij.* vide ibi.

De residentia officialium.

SVMMARIVM.

1 *Officiales ita residere debent in locis officiorum, vt si contrafaciant, amittant anni salarium ipso facto, de qua amissione gratia per Regem fieri non potest. & declaratur, & limitatur. num. 3. 4. & 5.*

2 *Officiales trahi non possunt extra terminum iurisdictionis sibi commissæ.*

COnfirmantes deinde constitutionem editam, &c.
1 Casus. † Confirmata constitutione, quæ disponit officiales in locis officiorum personaliter residere, declaratur, & additur hic, quod contra facientes amittunt anni salarium ipso facto, etiam si per duos menses tantum in ipso anno inter diuersas vices cessauerint residere; de cuius anni amissione gratia per dominum Regem fieri
2 non valet vllo modo. Hoc dicit. Vnde † videtur, quod isti officiales non possint trahi extra terminum iurisdictionis sibi commissæ: vt *C. de decurso. l. curiales vltra. lib.* 11, quod forte verum, nisi in casu supra *colla.* 5. *curia Montisalbi cap.* 17. *Item statuimus, & ordinamus, quod si aliquis officialis noster regendo,* &c. vide quæ ibi notantur. Et confirmatur hic, illa constitutio, quæ est supra *colla.* 5. *cap.* 16. *Item statuimus & ordinamus, quod Vicarij,* &c. vide & adde hic quæ ibi dixi. Et nota, † quod dici-
3 tur hic, *ipso facto.* Quia nisi hoc dixisset, fuisset necessaria monitio ad impositionem dictæ pœnæ, quæ infligitur negatiue. Secus est quando pœna imponitur pro facto affirmatiuo; quia facta de se patent: super quo vide quæ notantur latius per *Inno.* & *Host. extra. de præben. cap. exstirpandæ.* & per *Gui.* 5. *q.* 1. *cap. quidam.* super *glos.* 1. & nota hic casum, in quo dominus Rex non potest facere remissionem; sic supra *ead. cap. proxi.* cum concor. Et quod hic dicitur, *nos non possumus eisdem facere gratiam,* &c. supple, ergo nec alij inferiores per locum à maiori negatiue; quia si Rex non potest facere gratiam, ergo multo minus alij inferiores, de quo nota per *glos. extra. de elec. cap. cum in cunctis.* Et scias, quod iuxta quandam prouisionem Regiam iudex Gerundæ debet sedere pro tribunali duabus horis qualibet die; vna de mane, alia in vesperis: quod intelligendum est de diebus non feriatis. Et alias ciuiliter intellige, iuxta notata per *glos.* & *Gui.* 21. *q.* 3. *cap. ij qui in Ecclesia.* super
4 verbo, *die ac nocte.* Item † excipe casus infirmitatis, vel alterius necessitatis, quæ legem non habet. *extra. de reg. iuris. cap. quod non est licitum.* cum simi-
5 libus. Item poterunt † se absentare causa prosequendi iura officij, vel pro exercitu & sono emisso, & huiusmodi; quia tunc censetur residere: arg. *extra. de cleri. non resi. cap. ex parte.*

De homicidio, & guidatico.

SVMMARIVM.

1 *Remissi de homicidio intrare nequeunt locum homicidij perpetrati ad tres annos, quod extenditur ad guidatos pro dicto homicidio.*

2 *Remisso de crimine, quod prohibetur, prohibetur etiam guidato de eodem.*

3 *Guidatica concessa contra prohibitionem constitutionis non sunt seruanda. declaratur nu. 6.*

4 *Guidatica concessa per officiales cotra prohibitionẽ superioris non tenent nec sunt seruanda. declaratur n. 5.*

7 *Remissus de crimine, quamuis non intret locum perpetrati delicti, dummodo veniat iuxta, & extra muros dicti loci, an perdat remissionem sibi concessam.*

8 *In loco non dicitur stare, qui stat extra mœnia.*

PRæterea confirmantes constitutionem per nos editam in curia Perpiniani, &c. Casus. Confirmatur hic
1 constitutio, quæ prohibet † remissos de homicidio intrare locum perpetrati homicidij infra certa tempora; & extenditur ad guidatos illius, vel similis homicidij ad tres annos tantum. Hoc dicit. Vide, & adde quæ satis diffuse dixi supra in *curia Perpiniani, prædicto cap. insuper.* quod hic expresse confirmatur. Quidam præsentem constitutionem voluerunt intelligere, quãdo guidaticum est impetratum post obtentam remissionem, propter verbum, *cum in fraudem.* in littera positum. Tamen dic idem, si ante, quia constitutio generaliter loquitur, & omnia guidatica præsumuntur in fraudem fieri, vt dicit in fine. Et nota hic, quod
2 id, † quod prohibetur remisso de crimine, prohibetur etiam guidato de eodem, quia talia guidatica censentur fieri in fraudem: & est hæc præsum-
3 ptio iuris, & de iure. Item nota † ex ijs duabus constitutionibus simul iunctis, quod guidatica contra prohibitionem constitutionis concessa non sunt seruanda: sic in pragmatica Regis Martini, quæ disponit super guidaticis concessis super processu pacis & treugæ. Et ita est hic argu-
4 mentum, quod guidatica † per officiales contra prohibitionem superioris concessa non tenent, nec sint seruanda. Argum. contra, quia fides etiam hosti concessa seruari debet, licet dari non debuerit: vt 23. *q.* 1. *cap. noli.* Solummodo fides data ab eo, qui dare potuit, seruanda est, licet dare non debuerit: ne ille decipiatur in fide, quæ seruanda est sine deceptione: vt in *vsat. quoniam per iniquum.* & ita loquitur contrarium. Sed secus si data est ab eo, qui dare nõ potuit, & ita loquitur hic, cum similibus. Caueat ergo qui guidaticũ petit, à quo petat

petat; quia si petit ab eo qui dare non potuit, ipse se decipit, & habet, quod sibi imputet. Si vero
5 habuit † iustam causam credendi, nec fuit in dolo, vel lata culpa, & crassa ignorantia, & supina, tunc tali subueniendum est, ne deciperetur. Caueat tamen qui guidaticum concedit, vt ipse omnino illud pro posse seruet, etiam si dare non potuerit, quia dãdo fuit in dolo: & sic dolus præponderat culpæ: & dolus cum dolo debet compensari: vt *l. si ambo. ff. de dolo.* vide & adde quæ dixi supra. Et hæc † prædicta vera intelligo forte,
6 nisi quando guidaticum est concessum contra expressam prohibitionem constitutionis, vel pragmaticæ sanctionis, quæ obtineat vim legis; quia talis guidatus saltem post duos menses non potuit ignorare, iuxta notata *extra. de consti. cap. cognoscentes.* & *cap. fi. & de postu. prælat. cap. 1.* & in *Authent. vt factæ nouæ constitutiones. colla. 5.* Vide & adde quæ dixi supra *collat. 1. in forma iuramenti Vicarij. §. Item promitto vobis, quod si aliquis.* Item vide & adde quæ scripsi super *vsat. quoniam per iniquum Principẽ.* & ibi latius vidi dubitari. Quid
7 si † iste, qui habet remissionem, vel guidaticum infra quinquennium in remisso, vel biennium in guidato de homicidio voluntario, non intrat muros loci vbi delictum est commissum; sed venit iuxta & extra muros, est tamen infra parrochiã, vel territorium loci vbi interfectus morabatur, nunquid iste talis incidit in has constitutiones, vt sic sibi non valeant remissio, nec guidaticum? Quidam dixerunt, quod talis non incidit, neque perdit beneficium remissionis, vel guidatici, quia
8 non † dicitur esse, vel stare in loco, cum sit extra mœnia, per *l. 2. ff. de verbor. signifi.* cum concordant. Alij vero contra, dicentes, quod causa constitutionis & prohibitionis sit attendenda, quæ est, ne parentes & consanguinei interfecti contristentur, & quia dicit, *in loco vbi interfectus morabatur*, non sit ita stricte intelligendum; alias posset astringi ad domum, vel ad campum vbi fuit occisus. Sed hoc esset rediculum. Debet ergo intelligi de parrochia, vel territorio, & hoc forte verum de æquitate. Sed prima est verior de iuris istius rigore, & hoc seruari videmus.

De iure carcellagij seu morabatini Alguzziriorum.

SVMMARIVM.

1 *Algutzirij pro persona capta per eos recipere nequeunt ratione morabatini nisi decem solidos; & si tradita fuerit manuleutæ, recipiunt tantum quinque solidos; & si talis persona liberata fuerit, nihil debent habere. declaratur nu. 6.*
2 *Salarij commentariensium materia. remissiue.*
3 *Ciues, & habitatores Barcinonæ, & Gerundæ sunt priuilegiati, vt capti non teneantur quidquam soluere algutziriis ratione morabatini seu carcelagij.*
4 *Algutzirij nihil debent habere ratione morabatini à Baronibus, militibus, & alijs personis militaribus. declaratur ibidem.*
5 *Bona damnatorum ad mortem de iure communi cuius esse debeant.*
7 *Iurisperiti ratione carcelagij nihil soluunt. declaratur num. 8.*
9 *Honoratus dictio nedum importat hominem villæ, sed etiam verbum* ciuis, *vel* burgensis.
10 *Commentariensis an puniatur eadem pœna qua erat puniendus captus si non aufugisset à carceribus. declaratur nu. 11.*
12 *Casus fortuitus probatur per iuramentum.*
13 *Fideiussor qualiter puniatur qui non exhibet reum criminis. remissiue.*
14 *Casus fortuitus quando imputetur. remissiue.*
15 *Accusatus de crimine, & captus quomodo sit mancipandus carceribus.*
16 *Captus minus legitime est relaxandus, & suæ libertati restituendus.*
17 *Pœnæ effugientis carcerem materia. remissiue.*

ORdinamus, volumus, & statuimus, quod Algutzirius noster, &c. Casus. † Algutzirij domini Regis
1 & Gubernatorum ratione carcellagij, vel morabatini, nequeunt recipere ab aliqua persona, quæ per decem dies, vel plures in posse suo capta extiterit, nisi decem solidos tantum. Et si persona capta infra ipsos decem dies tradita fuerit manuleutæ, nequeunt habere nisi quinque solidos tantum. Si vero absque manuleuta, vel iuris firma à captione fuerit liberata, nihil possunt habere, nec recipere ipsi Algutzirij, nec eorum locatenentes. Hoc dicit. In prima parte vsque ad §. *Et si forsan.* quæ prima pars confirmatur infra in *curia proxi. cap. corrigentes.* Sed videtur mihi, quod tota præsens constitutio sit postea confirmata per dominum Regem Ferdinandum in *curia Barcino.* infra *collat. 9. cap. tolleni la ubis*, &c. vide ibi. De salarijs
2 aliorum † carcerariorum habetur supra *collat. 4.* in *curia Gerundæ. cap. 23.* vide ibi latius, & repete etiam quæ dixi supra *collat. 4.* in *3. curia Barcino. cap. 8.* ¶ Sciendum † tamen, quod ciuitas Gerun-
3 dæ habet priuilegium immunitatis, & libertatis. Idem habet ciuitas Barcinonæ, vt non teneantur ciues, & habitatores ipsius ciuitatis soluere morabatinum, nec salariũ captionis Algutzirijs. quod vide in libro Viridi Iuratorum dictę ciuitatis, & multi alij sunt simile priuilegium habentes: quæ priuilegia cuique sunt seruanda iuxta series ipsorũ. *extra. de priuilegijs. cap. porro.* & supra *collat. 3. cap. 16.* & 17. cum suis concord. ¶ Sequitur §. *Et si forsan contigerit, quod aliquis Baro*, &c. Hic est se-
4 cunda pars, in qua dicitur, quod dicti † Algutzirij, & locatenentes pro salario, & iure sui officij nequeunt habere de Baronibus, militibus, vel hominibus de paratico, ciuibus, burgensibus, vel hominibus villæ honoratis aliquid; nisi fuerint cõdemnati, & de condemnationis haberent equum proprium, arma proprij corporis, ensem, corrigiam, brotxiã, vel cultellos, qui de argento essent muniti, quos secum tenerent tempore captionis suę. Lectum etiam, & vexellam argenti propriam, quæ sibi in captione seruiuisset, & quam haberent tempore suę condemnationis: quæ omnia dum-

dumtaxat, & non alia possent habere,& exigere,vt præfertur. De † iure communi bona damnati ad mortem debent publicari, secundũ consuetudinẽ patriæ. Cuius erunt indumenta & corrigiæ? Dicit *Ludo. de Rom.*, quod debent esse iudicantis,qui pecunias ex illis redigendas debet conuertere in vtilitatem officij: vt *ff. de bo. damnatorum*. Sed quod in hoc §. dicitur, fuit correctũ in curia Montissoni infra *proxim. cap. corrigentes*. Sed postea (vt dixi) fuit simpliciter & nominatim ista constitutio confirmata per dominum Regem Ferdinandum in alleg. *c. tollentes*, & sic *O*, reuolauit ad *A*: vt 35. *distinct. cap. ab exordio*: sicut notat in simili *Iac. de Monte Iudai*. in vsatico, *Camini*, super verbo *in duplo*. Ad idem *extra. de appella. cap. legitima. lib. 6*. Et ita dictum *cap. corrigentes*, remanet hodie abolitum. Et quod
6 in † his capitulis dicitur de salario algutziriorum, intellige quando persona est de mandato superioris realiter missa in carcerem; alias secus, vt infra *collatione decima, cap. mes anant statuim*, &c. Sed ibi loquitur de algutzirijs Gubernatorum. vide & adde quæ ibi
7 dixi. Sed iuxta præmissa † quæro, quid de iurisperitis? Dic quod satis veniunt nomine ciuium, burgensium, & hominum de villa honoratorum, imno etiam gaudent priuilegio militari: vt *C. de aduo. diuer. iudi. i. aduocati*. & dixi supra *collatione quarta, in prima curia Barcinonæ capitulo vigesimo septimo. Item quod aliquis miles*, &c. vide ibi priuilegia militaria, quæ ibi re-
8 collexi; quibus adde hunc §. Et † hoc intelligo tantum de doctoribus, vel licentiatis, vel alijs aduocatis approbatis iuxta constitutiones Cathaloniç, de quibus dixi supra *ead. curia c. confirmantes insuper*, &c. cum suis concor. Secus tamen de alijs baccalaurejs non approbatis iuxta dictas constitutiones, nisi alias forent filij dictorum priuilegiatorum & decurionum, quia tunc gauderent eodem priuilegio; vt *C. de pœnis. l. decurionum*. cum similibus. Et quod dicit hic text. de ciuibus, intellige de honoratis: de quibus loquitur viaticus, *Ciues & burgenses*. Secus est de
9 alijs mecanicis; & ita verbum † *honoratus*, hic in tex. potest determinare nedum verbum *homo ville*, sed etiam verbum *ciuis & burgensis*: vide *glos.* & *Docto.* in alleg. vsatic. *Ciues*. ¶ Sed quæ-
10 ro. † quid si captus pro crimine homicidij commissus custodiæ algutzirij, vel alterius carcerarij siue commentariensis euaserit & fugerit à dicta captione, numquid pro eo punietur ipse algutzirius, carcerarius, vel commentariensis custos dicti carceris? Videtur quod puniatur ea pœna, qua ille qui euasit pro crimine pro quo captus erat veniret puniendus: vt *C. de custo. reorum. l. ad commentariensem.* vbi de hoc.
11 Et † hoc certe verum, si custos erat vilis persona. Alias vero considerabitur an fuerit in dolo vel negligentia. An vero per casum fortuitum euaserit, vt *ff. de custo. re. l. milites*. vbi etiam de hoc. Et adde quæ notantur per *gloss.* & *Gui. in Rosario vigesima tertia dist. quæst. quinta, capitulo, cum homo.* in *gloss.* super verbo *supplicium*. Et forte in hoc casu probabitur † ca-
12 sus fortuitus per solum iuramentum. Nisi culpa ex aduerso probetur, iuxta notata per *Bar. ff. de excu. tu. l. scire oportet. §. & dicit.* super verbo, *fidem*: & per *Archi. extra. de dolo & contu. capitulo primo, libro sexto.* & per *Doctores*
13 in *l. 2. ff. quis cautionibus*. Qualiter † autem puniatur fideiussor, qui reum criminis non exhibet, vide *ff. de custo. re. l. si quis reum cri-*
14 *minis*. Quando † autem casus fortuitus, vide ibi latius per *Henricum*, & per *Bar. ff. de po. l.*
15 *quod Nerua*. Circa † materiam istam aut quæris an accusatus sit carceri mancipandus, an mancipandus sit conuinciendus, vel ligandus, & ferrandus. Primo casu dic aut crimen est leue, aut enorme. Si leue, tunc fideiussoribus traditur; quos si non præstat, custoditur, vt in sequenti. Si vero delictum est enorme: & tunc aut nondum est contra eum suspicio, & fides custodibus tradi debet: vt *ff. de custo. reorum. l. 1.* Aut contra eum est suspicio, & tunc secundum qualitatem personæ est custodiendus, vt vilis persona in carcerem detrudatur ad custodiam; honesta persona honesto loco sub fida custodia: vt *ead. l. 1.* Aut contra eum est plusquam suspicio, quia conuictus fuit de crimine, vel etiam confessus; & tunc in carcerem est detrudendus: vt *ff. eodem, l. 3.* & *C. de custodia reorum. l. 2.* Secundo casu dic, quod in carcere positus nunquam est conuinciendus, nisi sit clare conuictus, quemadmodum habetur *C. de exhibendis reis. l. nullus*, vel nisi criminis qualitas vel personç vilitas aliud exigat: prout infra *tit. 1. &. 1.* Vel forte aliquid tale egerit in carceribus, propter quod merito conuinciri, & in compedibus teneri debeat, secundum *Bartholomæum de Salicet.* qui ita notat in alleg. *l. nullus*. Vbi nota practicam approbatam, quam faciunt iudices, vt quia informatione præhabita de maleficio & malefactore sine alia omnino citatione verbali præcedente mittunt ad capiendum reum, si crimen sit crassum & enorme, & hoc ne fugam arripiat con-
16 scius de crimine. Item ibi nota, † quod minus legitime captus relaxandus est, & suæ libertati statim restituendus. Item quod in citatione non est ponendus tenor accusationis vel inquisitionis, quia ipse citatus debet explorare quid ab eo petitur. vide de hac materia latius in dicta *l. nullus*. Item adde quæ scripsi supra *collatione quarta, in prima curia Barcinonæ, capitulo trigesimo quarto, Item quod aliquis homo*, &c. cum suis concordantijs, & in *capit. laudantes.* supra *curia proxima. vers. Item nota quod talis citatus pro crimine*, &c.
17 De pœna † effugientis carcerem vide *Iac. de Calic.* in vsat. *Capti a curia*. & vide quæ scripsi supra *in curia Gerunda cap. 27. rubrica de banitis.* adde

pro pœnis, bannis, & alijs nominibus fiscalibus; & tunc seruetur ordo dictæ pragmaticæ. Aut agitur pro debitis priuatis, & tunc aut est debitor obligatus per stipulationem ad captionem, vel non. Si sic, aut est persona honorabilis, quæ habet bona in expedito; & tunc seruetur ordo, quia primo debent capi bona, quam persona; sicut etiam pro † modico debito non debent capi magna pignora, vt in vsatic. *Si quis Plinium.* & *ff. de re iudi. l. a diuo Pio*. Aut est vilis persona, vel non reperiuntur bona in expedito: & potest fieri illico personæ captio. Aut non est obligatus in persona per stipulationem in casibus à constitutione permissis, vel est mulier honesta. Et tunc nullatenus habet locum personæ detentio in Cathalonia pro debito ciuili. Si vero sit debitum criminale, tunc potest habere locum personæ captio, seruato tamen ordine qui potest sumi ex prædictis. Durante tamen cognitione dabitur ad idoneam manuleutam, iuxta notata supra *collatione 2. in secunda curia Barcinone capitulo 29. Item quod nullus miles, vel alius liber homo*, &c. Adde quæ notat *Ioan. Fa. insti. de actio. §. compensationes. in ver. dixi ergo quod potest detrudi*, &c. vbi inter cætera dicit esse † speciale in debitore fiscali & in debitore per stipulationem, quod illico debitor detrudatur in carcerem, antequã procedatur ad executionem bonorum, vt *l. nemo carcerem*. In alijs solum si dolose aut contumaciter conuersentur: quo minus soluere possint. vide ibi latius, adde etiam quæ notantur supra *curia proxim. cap. volumus*. cum suis concor.

(margin: 10 at "sicut etiam pro † modico"; 11 at "esse † speciale")

De procuratione ad curias generales.

SVMMARIVM.

1 *Citati & impediti ire ad curias generales debent in instrumentis procurationum exprimere causas impedimenti, nisi expressio foret verecundosa, periculosa seu damnosa constituentibus dictas procurationes.*

2 *Vbi de conscientia alicuius quæritur, an sibi credi debeat. remissiue.*

3 *Confirmatio quid operetur.*

4 *Confirmatio non mutat naturam & qualitatem confirmati.*

5 *Differentia inter priuilegium & confirmationẽ ipsius. remissiue.*

6 *Priuilegium vel confirmatio an lædat ius tertij.*

1 CONfirmantes vlterius capitulum, &c. Cauetur hic, quod † citati ad curias generales in instrumento suarum procurationum tenentur exprimere causas sui impedimenti, nisi illud exprimere foret verecundosum, periculosum, seu damnosum constituenti ipsum procuratorium. Et quod hoc sit verecundosum, periculosum, & damnosum, idem constituens habet iurare in posse notarij eiusdem procurationis. Et creditur ei, dummodo notarius de hoc fidem fecerit. Hoc dicit. De impedimento vide 18. *dist. cap. peruenit.* in *glos.* & ibi *Gui. in Rosa.* Et adde hoc ad materiam, supra *ead. collat. 6. in curia Perpiniani cap. præterea confirmantes capitulum.* vide quæ ibi notantur.

2 Verum † & quando de conscientia alicuius quæritur, debeat sibi credi, distingue per *Henricum Bosch extra. de sentent. excommu. cap. si vero. in 2. & in 3. dis.* Ad materiam huius capituli adde notata *extra. de elec. cap. procur. lib. 6.* & *de procur. cap. non potest. in Cle.* super verbo *in mandatis*, & de hac materia dic latissime per *Iacob. de Calicio in suo Curiali. in 6. dubio.* per totum. & ibi posuit formationes & stylos ipsarum procurationum. Et quia hoc capitulum est confirmatorium, quæro hic quid † operetur confirmatio?

3 Respondeo, dicebat *Goffred.* quod quoad titulum possidendi nihil addit. Id enim confirmatur quod firmum est: vt *extra. de fide instrumentorum. c. inter dilectos.* & hoc ipsum notatur *extra. de confirm. vtili. vel inutili. cap. 1.* Aliquando tamen confirmatio habet vim collationis de nouo factæ, & sic intelligitur 56. *dist. cap. quia simpliciter.* cum similibus. Item confirmatio non immutat † naturam eius quod confirmat, vt patet in confirmatione codicillorum facta in testamento ante vel postea confecto: *ff. de iure codicillorum. l. 2. §. 2.* secundum *Gui.* qui hoc latius notat in *Rosario 26. quæst. 2. §. 1.* in addit. *idem etiam patet in eo*. Quæ sit † differentia inter priuilegium & confirmationem, notat idem *Gui.* ibidem. in addit. *quæ sit differentia*, &c. vide ibi. & in *cap. seruatis. ead. quæst.* ¶ An autem per † confirmationem vel priuilegium Papæ ius alterius lædatur? Respondeo quod non: vt *extra. de confir. vti. vel inuti. cap. 2.* in indulgentijs & in commissionibus, vt *extra. de offic. dele. cap. super eo*, secus in priuilegijs, & exemptionibus, secundum *Hostien.* qui ita notat in *cap. vlti. extra. de cõfirm.* Si quæras cur aliud in commissionibus & aliud in exemptionibus, vide *Gui. in cap. seruatis.* 25. q. 2. vide latius quæ ibi notantur circa hanc materiam.

(margin: 3 at "rium, quæro hic"; 4 at "mutat † naturam"; 5 at "patet in eo . Quæ sit"; 6 at "cap. seruatis")

De campsoribus.

SVMMARIVM.

1 *Campsores volentes tenere tabulam cambij in ciuitatibus Cathaloniæ, & in villa Perpiniani, debent eam assecurare cũ idoneis fideiussoribus pro duobus mille marchis argenti; in alijs vero locis pro mille marchis tantum.*

2 *Cautio præstanda per campsores an sufficiat quod sit pignoratitia.*

3 *Lex noua disponens idem quod ius antiquum; si ius antiquum procedit distinguendo, ita etiam & dicta lex noua.*

4 *Cautio vbicumque debet præstari idonea, semper in ea debet adhiberi fideiussor vel pignus.*

1 ITem etiam ordinamus, quod quicumq. campsor, &c. Casus. Campsores † qui volunt tenere tabulã cambij in quibuscumque ciuitatibus Cathaloniæ & villa Perpiniani debent eam cũ fideiussoribus idoneis assecurare pro duabus mille marchis argenti. In alijs vero locis pro mille marchis

 tantum,

tantum, quam securitatem præstare tenentur
infra duos menses antequam campsoriæ vtan-
tur officio. Hoc dicit. Et nota, quod per hanc
constitutionem videtur corrigi *cap. Item quod*
aliquis campsor non teneat tabulã,&c.*curia Illerden.*
supra *collat.*4.scilicet,quoad quãtitatẽ cautionis
quæ hic augetur. Et additur hic de fideiussori-
2 bus idoneis. Vnde † hic non credo sufficere sa-
tisdationem pignoratitiam: licet tutius sit pi-
gnori incumbere, quam in personam agere: *in-*
sti. de obli. ex quasi delict. §. furti. Ad idem quod
notatur supra *collat. 4. in curia prima Barcinonæ*
cap. 1. quod omnis Vicarius. Item hic generaliter
loquitur de campsoribus,qui volunt vti officio
campsoriæ;& non distinguitur an tenere volue-
rint *Tapits*, de quibus loquitur dicta constitu-
3 tio Illerden. Nota tamen, † quod vbi lex vel
statutum antiquum super vno articulo seu casu
procedit distinguendo, fit lex vel statutum no-
uum disponens super eodem casu simpliciter &
indistincte, affirmatiue vel negatiue, quod illa
simplicitas est regulanda secundum distinctio-
nem legis antiquæ: quod nota bene secundum
Angel.in l. sciendum. in prin. super *glos. ff. qui sa-*
tis cogantur:& hoc dicit verum,etiam si in lege vl
tima dicatur,*Non obstante lege vel statuto,etiam quæ*
3 *in contrarium loqueretur*, & hoc tenet. Et † nota,
quod vbicumque debet præstari cautio idonea,
ibi semper debet adhiberi fideiussor vel pignus,
secundum *glos.* & *Angel.in l. Sed hac. §.defendere.*
*ff.de procura.*idem nota *extra. de solu. cap. Odoar-*
dus.

De emptione & venditione.

SVMMARIVM.

1 *Muli & mula emi & vendi prohibentur maiori pretio triginta librarum, pœna hic contenta: sed consuetudine est hoc abrogatum.nu.4.*

2 *Equa apta ad fœtum prohibetur pignorari.*

3 *Constitutiones an possint tolli per non vsum vel contrariam consuetudinem.*

5 *Populus vnius ciuitatis statuere potest quod res vendãtur certo pretio,faciendo legem generalem.*

6 *Nullus cogitur emere nec vendere regulariter.*

7 *Locare quis cogitur domum iusto pretio,quam alias esset locaturus.*

8 *Animalia militum vel aratoria pignorari prohibentur.*

9 *Faciens coire animal alienum domino inscio, vel illud deteriorans, debet soluere domino vnum solidum.*

10 *Animal commodatum si propter nimium pondus aut nimium laborem mortuum fuerit,vel inutile redditum, debet reddi domino simile animal.declaratur num.11.*

12 *Seruans animal alterius tenetur aliud cum deteriorato restituere.ibidem nu.13.*

14 *Extrahens animal de stabulo inscio domino, si mortuum vel deterioratum fuerit,debet restituere aliud optimum. quid si committat furtum talis extrahens. num.15.*

16 *Mulus locatus vsque ad aliquam ciuitatem si ductus vltra moritur, locator tenetur de interitu & de casu.*

17 *Reconductio an censeatur facta, vbi si locaui tibi animal ad certum tempus, & tenuisti illud vltra tempus.*

18 *Custos animalis debet probare animal perijsse sine sua culpa.quod forte probabit iuramento.*

19 *Expensa facta in curatione animalis vel serui an & quando repetantur.remissiue.*

ORdinamus præterea, quod nullus audeat vende-
1 re,&c. Casus. Prohibentur † vendi & emi
muli & mulæ maiori pretio quam triginta libra-
rum, pœna amissionis pretij & mulę contrafa-
cientibus imminente.Hoc dicit primo vsque ad
§.*quoq. etiã*,&c. Ibi est secunda pars,in qua pro-
2 hibetur pignorari equa † calcata per equum vel
ronsinum, & etiam interim quamdiu apta fue-
rit ad coeundum. Hoc dicit præsens constitu-
tio.Quam credo non tenere hodie,sed ei fore de-
rogatum per contrariam consuetudinem. An hu
3 iusmodi † constitutiones valeant tolli vel ab-
rogari per non vsum vel contrariam consuetu-
dinem,vide quæ scripsi infra *collat.9.cap.è los ad-*
uocats.& infra *collat.10.cap.auents acor.* Sed vide-
tur quod fuerit hæc prima pars reuocata per
constitutionem Regis Petri Tertij in *curia Mon-*
tissoni. infra *collat. proxi. cap. denique confirmantes,*
4 quantum † ad primam partem; nam etiam vltra
quadraginta libras iugiter venduntur & emun-
tur muli & mulæ vbique per Cathaloniam; quæ
consuetudo est magis rationabilis & iuri com-
muni consona, quia rei suę quilibet moderator
est & arbiter,vt *ff. man.l.in re mandata.* iustum est
enim sua cuique committere,vt *C.de Iudæis.l.ne-*
mo exterus. ¶ Vbi quærit *Bartolus*, an populus
5 vnius † ciuitatis possit statuere quod res ven-
dantur certo pretio? Et respondet quod sic, fa-
ciendo legem generalem: vt *l. in annona. C. ad l.*
Iul.de anno.de extraor.crimi.l.in annona.& *ff.de offic.*
præfi.vr.l.1.§.cura carnis. & ita fuit in hac consti-
tutione. Sed statuere legem certis personis tan-
tum,vt Iudæis,vel alijs, non potest: vt in dicta
l.nemo exterus.& in dicta *l.in annona.* Regulariter
6 enim † nullus cogitur etiam vendere nec eme-
re: vt *l. nec emere.C.de iure deli.* vbi de hoc. Fal-
lit in alleg.§.*cura carnis.*vbi nota de hoc per *Pe-*
trum de Bellapertica. qui etiam ibi notat quod
7 quis † cogitur locare domum iusto pretio, quã
alias esset locaturus:argumen.*ff.de verbor.signific.*
l. verbum. cum suis concordantijs: argum. opti-
mum *ff. nau. cau. sta. l. 1.* & quod sit iustum pre-
tium,vide in *Summa Confessorum,lib.2. tit.8. quæst.*
1.& adde *quæst. 9. & 10.* ¶ Vltimo nota casum,
in quo animalia prohibentur capi seu pignora-
8 ri.Alium † habes de animalibus militum supra
collat. 2. in secunda curia Barcinonæ cap. 49. Item
quod animalia militum. Alios casus, in quibus est
prohibitum pignorari, posui supra *collat.4.in se-*
cunda curia Barcin.c.39.Itẽ quod porterins,&c. Vbi
etiam prohibentur pignorari animalia aratoria.
vide ibi. Et adde infra *collat. 6. in curia Mon-*
tissoni

tissoni cap. denique confirmantes. vbi præsens constitutio quoad vltimam partem confirmatur, & expresse approbatur, & seruari mandatur. Et credo quod huic renuntiari non posset, vt ibi dicitur: nec valeret forsan facta renuntiatio cum iuramento, vt ibi dicam Deo dante. Sequentia capituli huius curiæ Ceruariæ temporalia sunt, & inutilia; ideo non oportet aliquid super eis
9 scribere. ¶ Vlterius † etiam est sciendum, quod faciens coire animal alienum, domino insciente, vel ipsum deteriorans, habet soluere domino vnum solidum, vt in vsat. *Si quis domino ignorante.* sub vsat. *Qui caballum, aut aliam bestiam*, &c. alias fuerunt leges Goticæ, vel Lombardæ, quia multi libri vsaticorum eas non habent: sed eas reperij in aliquibus libris, & credo quod bene,
10 quia & æquitatem habent. Item † si commodatū animal propter nimium pondus, aut nimium laborem mortuum fuerit, vel reddatur inutile, de-
11 bet reddi simile animal. Sed † si per infirmitatem mortuum fuerit, vel alias sine culpa commodatarij perditum fuerit, non tenetur in aliquo: vt in vsat. *Si quis vicino.* & sequen. ¶ Item qui ani
12 mal † alterius scrinauerit, alias scohauerit, vel illius capillos sciderit, tenetur aliud cum deteriorato restituere: vt in vsat. *Qui caballum.* Adde quod in annis 1450. & sequentibus iuuenes, & postea quasi omnes, non sine mixtura stultitiæ cœperunt incedere breuibus vestibus, monstrando verenda, & pari modo abstulerūt caudas mulis & mulabus: & hoc habent pro pulchro & bono, licet sic inutile & inhonestum. Item capiens
13 animal † alterius sciente domino, & illud deteriorans, aliud saluum restituat, & deterioratum retineat: vt in vsat. *Si quis alienum.* Item occidens equum, vel aliud animal, tenetur illud emendare, maxime si homo sedebat super eum, vt in vsat.
14 *Si quis occiderit.* Item † si quis animal de stabulo insciente domino extraxerit, & mortuum vel deterioratum fuerit: aliud restituat optimum, &
15 vnum solidum emendet. Idem † si ante, nisi dominum permissurum iuste crediderit, quia alias contractādo inuito domino statim furtum committit, si autem per tres dies tenuerit, per furtum restituat, in vsat. *Si quis caballum.* Et hoc verum quando inuito domino, vel eo ignorante tenuerit & contractauerit, nisi crediderit dominū permissurum, & iustam causam credendi habuerit: quæ non creditur, vel non præsumitur, vbi per tres dies tacuerit vel occultauerit: vt *ff. de furtis. l. inter omnes. §. recte.* & *l. qui re commodata.* ¶ Item
16 pone, † locaui tibi mulum vsque ad aliquam ciuitatem: tu duxisti vltra, & moritur: nunquid teneberis de interitu & de casu? Arg. quod sic: vt *l. cum proponas. ff. de nauti. fe.* Sed quid si locaui ti-
17 bi † animal ad certum tempus; tenuisti vltra tempus, nūquid videbitur reconductio facta? Videtur quod sic: *ff. loca. l. Item quæritur. §. qui impleto.* Dic contra, quia imo finito tempore conductionis committetur furtum, nisi credatur dominū permissurū, vt dictis *l. inter omnes. §. recte. & l. qui re commodata,* & forte erit iusta causa credendi, si dominus muli consueuerat ipsum tenere ad conducendum pro lucrando, nisi de contrario fuisset protestatus, vide in *l. si vt certo. ff. comodati.*
18 ¶ Et † custos habet probare animal perijsse sine culpa. vt notat *Fran. in l. ei incūbit. ff. de proba.* quod forte probabit per iuramentum, secundum vsat. *Si quis vicino.* Sed tutius est adhibere manescallum, si fuerit in loco, vel testem habeat, aut alias
19 legitimas probationes. Sed † an & quando repetantur expensæ factæ in curationem animalis vel serui, & qualiter probetur negligentiam fore adhibitam in ipsa curatione, vide per *Bar. in l. seruum. ff. de verbor. oblig.* Sequentia cap. non legi; quia sunt vel temporalia, vel alias inutilia. videas ad partem. Acta fuit & publicata dicta curia in Ecclesia sanctarum Crucium villæ Ceruariæ die 19. Decembris anno à Natiuitate Domini 1359.

FINIS.

RERVM MAXIME NOTABILIVM, QVAE IN HOC PRIMO THOMAE MIERES super Constitutionibus Cathaloniæ tomo continentur,

INDEX.

A.

Adolef

INDEX.

Appellans

IN D E X.

sine

Contra.

C.

Causæ

INDEX.

Cleri-

INDEX.

INDEX.

Consuetudo

INDEX.

INDEX.

Expen-

F.

Oo Gui-

I.

 Inquisi-

INDEX.

Iudex

INDEX.

Iudicum

INDEX.

K.

L.

Legata

INDEX.

Licentia

M.

Manu-

N.

INDEX.

O.

INDEX.

ad Officium

P.

Pater

INDEX.

INDEX.

Promit-

INDEX.

Reductio

INDEX.

INDEX.

INDEX.

Sequestra-

INDEX.

T.

INDEX

V.

INDEX.

Vicarius

INDEX.

INDEX.

FINIS.